# CORNELII NEPOTIS

## QUAE EXSTANT

CUM SELECTIS SUPERIORUM INTERPRETUM

SUISQUE ANIMADVERSIONIBUS EDIDIT

AUGUSTINUS VAN STAVEREN.

EDITIO NOVA AUCTIOR

CURANTE

GUILIELMO HENRICO BARDILI

AA. LL. M. ECCL. URACENSIS DIACONO.

ACCEDUNT CORNELII NEPOTIS
FRAGMENTA GUELPHERBYTANA CUM JAC. FRID. HEUSINGERI
DEFENSIONIBUS OMNIUMQUE VOCABULORUM AC RERUM
INDEX BOSIANUS MULTO QUAM ANTEA PLENIOR
ET EMENDATIOR.

TOMUS PRIMUS.

STUTGARDIAE

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WUERTEMBERGICAE.

LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXX.

[redacted]

VIRO

*DIGNISSIMO DOCTISSIMO*

JOANNI EBERHARDO SCHWARZ

ECCLESIAE SULZBACENSIS PASTORI

PRAECEPTORI QUONDAM SUO

HANC NEPOTIS EDITIONEM

GRATISSIMO ANIMO

OBTULIT

GUILIELMUS HENRICUS BARDILI.

# PRAEFATIO.

## AEQUO LECTORI SALUTEM.

Quum librarii, quorum sumtibus nova haec Cornelii Nepotis editio excuſa eſt, totius rei curam mihi demandaſſent, meque, quem continuato multorum annorum ſtudio in tractando hoc Scriptore verſatum eſſe noverant, rogaſſent, ut Staveriano exemplari aliquid novae vel emendationis vel interpretationis adjicerem, neque ego alienum me ab hoc negotio oſtendiſſem, ante omnia id mihi agendum eſſe putavi, ut singula Auctoris verba ad antiquorum librorum, et scriptorum et editorum, fidem, a qua nimium saepe disceſſum eſſe videbam, accuratiſſime, quoad ejus fieri poſſet, exigerem. Itaque non contentus iis copiis, quas, quamquam largiſſimas illas, Boſiana Nepotis editio, a Fiſchero et Harleſio aucta, suppeditat, alia etiam Cornelii exemplaria, in primis ea, quae ante magnum novatorem Lambinum excuſa eſſent, conquirere coepi. Atque hic ea nobis felicitas obtigit, ut inſigni doctiſſimorum amiciſſimorumque virorum, quorum suo quemque loco

nominabimus, benevolentia non solum praeſtantiſſimi Guelpherbytani codicis varias lectiones et non inferiorum auctoritate Axenianarum membranarum collationem, a Moschio multo accuratius, quam ab Heuſingero factum erat, evulgatam, sed etiam praeter optimam Ultrajectinam editionem alias antiquiores inspicere, iisque ad emendanda Cornelii verba uti nobis liceret. Sed antequam ad deſcribenda haec Nepotis ornandi subſidia, et ea, quae illorum ope nos praeſtare conati simus, enarranda accedamus, neceſſe eſt, ut de Codicibus, quorum auctoritate Nepotis textus a Viris Doctis conſtitutus eſt, et de iis editionibus, quae praecipuam vel correctionis vel explicationis laudem habent, exponamus. Qua in re quum Fiſcherum in Praefatione, quam Harleſius multis observationibus locupletavit, prae ceteris diligenter et intelligenter verſatum eſſe inter omnes conſtet, illius Praefationis eam partem, in qua de scriptis editisque Cornelii libris agitur, ita in noſtram transferemus, ut quaedam, non satis recte tradita, emendemus, alia, quae virorum illorum diligentiam effugerunt, adjiciamus.

„Italiae bibliothecas non reperio suppeditaſſe ad emendandas Nepotis Vitas Codices ſcriptos multos, praeter eos, e quibus primae illarum editiones, tanquam rivi e fontibus, deductae fuerunt. Magius quidem, de cujus in Cornelium meritis deinde dicemus, uſus eſt libris ſcriptis duobus, uno, quem membraneum vocat [1]), altero, quem pertinuiſſe

1) Ad Miltiad. 4, 4. *Fischer.*

[redacted]



oſtendit 2) ad bibliothecam Coenobii, quod ab divo Antonio appellatur, Venetam: de quorum librorum antiquitate et bonitate exiſtimari a nobis eo minus poteſt, quo pauciores ex iis prolatas a Magio lectiones videmus 3). Videtur tamen uterque liber omnes continuiſſe Vitas, excepto Attico: in cujus Vita enarranda et explicanda ea contigit felicitas Henrico Ernſtio, ut e bibliotheca Medicea nobili, Ferdinandi III. Etruriae principis, juſſu, acciperet libros manu ſcriptos duo, qui ab eo Medicei dicuntur 4). Ille ipse autem Ernſtius in recenſendis Vitis ceteris adhibuit Codicem membranaceum proprium, quem in Gallia Aureliae emerat 5), et cujus lectiones cum lectionibus duorum librorum Bavaricorum 6) fere convenire cognovimus. Hos quidem e bibliotheca Mona-

2) Ad Eumen. 6, 3. Hannib. 13, 1. Cat. 1, 1. et in Epiſtola de aetate Cornelii Nepotis ad Gregorium Angelerium et Paullum Ligium, Anglarienſes Jurisconſultos. [pag. 447. edit. Francoſurt. a. 1608. fol.] *Fischer.*

3) Commemorat Magius praeterea Codicem Ms. Arnoldi Arlenii in Miscellan. lib. 4. cap. 15. pag. 1432. tom. 2. Theſauri Gruteriani. *Fischer.* Vide hunc Magii locum infra in *Testimoniis* de Corn. Nep. Sed fallitur Fiſcherus, qui Magium duobus tantum codicibus usum fuiſſe scribit. V. Magii notas ad Miltiad. 4, 4: *Aldus locum sic restituere voluit:* acieque contenderent, *cui nulli manuscripti codices, quos mihi videre contigerit, praeter Burgensem et Venetum, suffragantur. Nos ex membranacei codicis fide* et aequis contenderent *legere maluimus.* ad Cim. 2, 4. *Verba:* bene animatas confirmavit, *in manuscriptis multis et Jensonicis Aldinisque exemplaribus non leguntur, praeterquam in Burgensi, cujus mihi copiam fecit Gaspar Fuccius, diligens architectus.* ad Eumen. 5, 6: *Longolius hoc loco verba nonnulla addit, quae in manuscripto ullo, aut impresso codice, praeter Burgensem et Venetum, non leguntur.* Ex quibus Magii verbis clarissime apparet, plures ab ipſo codices inſpectos fuiſſe. De Burgensi, quem consuluiſſe se teſtatur, codice vide, quae infra a Fiſchero et a me (adn. 17.) dicentur.

4) V. Ernſt. ad Attic. 1, 1. et 7, 2. *Fischer.*

5) V. Ernſt. ad Milt. 3, 4. Themiſt. 1, 1. Alcib. 10, 5. *Fischer.*

6) V. Ernſt. ad Epamin. 2, 5. *Fischer.* Hunc Ernſtii codicem a Viro

[redacted]



censi dederat Maximilianus, Bavariae princeps, Oberto Gifanio 7), Jurisconsulto, viro doctissimo. Ab Gifanio deinde venerunt in manus Gasparis Schoppii, qui eos cum exemplo editionis Ingolstadiensis a. 1593. commisit, et multas ex iis lectiones in Verisimilium libros 8) conjecit 9). Schoppii exemplar quum postea nactus esset Michäel Piccartus, et ipse emendare nonnulla inde Nepotis loca in Periculis Criticis 10) instituit. Sed quia Schoppius non distinxit satis et secrevit unum Codicem ab altero, quia eos simpliciter membranas vocat, opera sua certe et manu non multum sublevasse debet existimari posterorum studia. Et quoniam coepimus dicere de Germaniae liberalitate in Nepotem, age, quos alios orbis noster libros scriptos benignus concesserit ejusdem Editoribus, videamus. Atque Schefferus quidem cui non videatur merita sua in bonas litteras vehementer eo auxisse, quod passus est Boeclerum, quum Nepotem tertium ederet, scripto Codice uti? quem optimae fuisse notae, lectiones ex eo excerptae satis declarant. Complexus est Cornelii vitas,

---

Docto interpolatum, atque ex Scioppii Verisimilium Libris et Lambini commentario multis locis emendatum esse ita manifestum est, ut ejus in constituendo Nepotis textu admodum parva auctoritas sit. Recte itaque Heusingerus de ejus fide dubitat ad Hannib. 4, 3. eumque κωμικὸν μάρτυν appellat ad Chabr. 1, 3.

7) Ipse scripsit se *Hubertum* in epistolis ad Lipsium in volum. I. Sylloges Burmann. ubi p. 342. dicit, *se aliquid parare in hunc* (Cornelium Nepotem). Atque in indice operum, quae in MS. *Hubertus Gifanius* reliquit (in Schelhornii Amoenitatt. litterariis tom. XII. p. 591.), nominantur: *Cornelii Nepotis opuscula et fragmenta diligenter ex vett. codd. collecta et emendata: in eadem commentarii.* Jungermannus in notis ad Jul. Pollucis Onomastic. I. Segm. 65. p. 43. ed. Hemsterhus. laudat illos Gifanii commentarios, additque, nondum vero illos esse editos. *Fischer.*

[redacted]



praeter Atticum, omnes, fueratque a Sebaſtiano Mugio, primo domino, cum Stephanianae editionis exemplo diligenter collatus. At vehementer dolendum eſt, Boeclerum cum inhumanitate ſua, tum etiam negligentia, cauſam conquerendi juſtam Scheffero dediſſe: nam nec faſſus eſt uſpiam Boeclerus, a quo acceperit codicem, nec curioſe ſatis ejus lectiones enotavit. Quare si eum ipſe denuo contenderet cum libris editis, et vel neglecta a Boeclero proferret, vel perperam maleque laudata ab eodem emendaret, se laborem ſuſcepturum Schefferus ſperavit nec ingratum ſtudioſis nec inutilem. Fecit utrumque in Adverſariis ſuis 11), quibus, poſt mortem ejus, Belgae ditarunt ſua Obſervationum Miſcellanearum Volumina 12). Lectiones hujus codicis, qui cum Boeclerianus, tum Schefferianus a poſſeſſore, dicitur, reperi raro diſcrepare a lectionibus libri Leidenſis primi, Voſſiani ſecundi, de quibus infra erit dicendi locus, et Axeniani codicis. Hic liber nomen habet a Petro Axenio illo, qui fabellas Pſeudophaedri animadverſionibus illuſtravit 13). Contenderat eum

8) Lib. 1, 20. lib. 2, 3. 10. lib. 3, 4. 8. 12. 20. lib. 4, 2. 8. 14. 18. Edita sunt Veriſimilia Schoppii primum Noribergae a. 1596. 8. quum haberet Schoppius annos viginti. Iterum Amſtelod. 1662. 8. *Fiſcher.*

9) V. Schoppii praefat. ad Veriſimilia, et Veriſimil. lib. 1. c. 20. pag. 70. seqq. Is vero poſtea se vocavit *Scioppium*. v. Epiſt. Rittershusii ad Scaliger. pag. 335. tom. II. Syllog. Burmannianae. *Fiſcher.*

10) Cap. 10. Pericula Critica Mich. Piccarti, Profeſſoris artium Altorfini, [primum edita sunt (Altorf.) a. 1608. 8. iterum,] cura Joh. Sauberti, Helmſtadii a. 1663. 4. *Fiſcher.*

11) Cap. 14. et 24. *Fiſcher.*

12) Vol. 8. pag. 432 — 438. Vol. 9. p. 106 — 212. In Volum. 9. p. 197. adnotat, iſtum codicem fuiſſe *Seb. Mugii.* Fiſcher.

13) Axenianum Cornelii codicem accurate deſcripsit, et varias ejus

cum ceteris libris Jo. Frider. Noodtius, Slesvicensis theologus, lectionesque ejus communicavit cum Jo. Mich. Heufingero, viro doctiffimo. Pleraeque illi communes funt, ut modo demonftravimus, cum Voffiano fecundo, Boeclerianoque, codice: multae tamen etiam propriae, eaedemque apprime bonae, ita, ut Heufingerus, judex harum rerum in primis intelligens, non temere fidei illius et auctoritati plurimum tribuiffe videatur. Atque hactenus de libris Cornelii fcriptis, quos Germanorum bibliothecae Editoribus Vitarum ejus fuppeditarunt. Praeter eos alius fuit, nondum a quopiam confultus, in bibliotheca Uffenbachiana 14), membranaceus, faeculo circiter quarto decimo fcriptus, Majo judice. Conftat foliis fex et octoginta formae octopertitae, complectiturque, praeter epiftolae Gracchorum matris particulas, Vitas omnes, ita tamen, ut Atticum fequatur Vita Catonis, ficuti in Codice Mendofiano. Eft etiam in bibliotheca Guelpherbytana codex Ms. membranaceus, qui aetatem habere videtur annorum circiter quingentorum. De eo vide Jac. Frid.

---

lectiones, addito plurimis locis judicio suo, diligenter enotavit *Christ. Jul. Guil. Mosche* in tribus Programmatibus, quorum haec infcriptio eft: *Symbolae ad Crisin textus Cornelii Nepotis. Partic. I. Inest descriptio Codicis Axeniani. Lubecae Typis Römhildianis.* 1808. 4. *pagg.* 16. *Partic. II. Inest censura lectionum codicis Axeniani in Vitis septem prioribus occurrentium. Ibid.* 1809. 4. *pagg.* 18. *Partic. III. Inest cens. lect. cod. Axen. in Vitis, quae septem priores excipiunt, reliquis. Ibid.* 1810. 4. *pagg.* 16. Idem Moschius a. 1807. separatim ediderat dissertationem, ita infcriptam: *Cornelii Nepotis Liber, qui inscribitur, Imperatorum Excellentium Vitae, utrum opus integrum, an vero operis majoris pars quaedam sit habendus. Disserit M. Chr. Jul. Guil. Mosche. Lubecae Typis Römhildianis.* 1807. 4. *pagg.* 16. Hinc corrigenda sunt ea, quae de Moschii programm. Klueglingius scribit in Harlesii Supplement. ad brev.

Heusingerum in commentatione: *De Nepote Cornelio bene merendi aliquot subsidia bibliothecae Guelpherbytanae*, adjecta Fl. Mallii Theodori de metris libro, Lugd. Batav. 1766. 8. pag. 117. seqq.[15]. Codex Thottianus (fuit enim quondam in Bibliotheca Comitis de Thott, Dani,) copiose describitur a Jo. Henr. Schlegelio in *Observationibus criticis et historicis in Cornelium Nepotem*. Havniae. 1778. 4. Cap. 4. pag. 23. seqq.[16]. Sequitur, ut videamus, quos quotve libros manu scriptōs reliquae humanae civitates praebuerint Editoribus Vitarum Cornelii. Hispania quidem tantummodo unum dedit, sed membranaceum, eundemque bonum, quamvis non adeo antiquum, utpote anno 1450. scriptum: quem multis locis convenire cognovi cum Vossiano tertio. Dominus ejus fuerat Franciscus Mendoza, Cardinalis Burgensis: unde et Burgensis liber nominatur a nonnullis, maxime a Magio, qui eo usus est non minus, quam postea Andr. Schottus, qua de causa a Bosio et aliis etiam Schotti codex appellatur [17]. Fuerunt in eo omnes Vitae, ita tamen, ut Vita Catonis Attico non

---

notit. litterat. rom. part. 3. pag. 146. seq. et in Additamentis ad Harlesii brev. notit. litterat. rom. pag. 34.

14) Vid. Biblioth. Uffenbach. Mss. P. 4. p. 220. n. 160. *Fischer.* Hunc codicem nunc in bibliotheca Gottingensi asservari, Schlegelius scribit in Observv. in Cornel. Nep. cap. 4. pag. 23. Sed falli Schlegolium, Ludolphus Dissenius, vir doctissimus, quem hac de re consulueram, per litteras mihi significavit.

15) Heusingeri Commentatio, primum Guelpherbyti a. 1759. 4. excusa, in nostra Cornelii editione Tom. 2. pag. 379—395. denuo repetita est. Ceterum accuratissimam Guelpherbytani codicis collationem acceptam referimus viro humanissimo, Joach. Diet. God. Seebodio, cui debitas pro tanto beneficio gratias mecum agent omnes, qui, quantum boni inde in Cornelium Nepotem collatum sit, ex adnotationibus nostris intelligent.

16) Thottianus Nepotis Codex post mortem possessoris cum ceteris illius libris in Regiam Havniensem Bibliothecam translatus est.

praeposita, ut in plerisque libris, sed postposita, compareret. Paullo liberalior in Nepotem voluit esse Britannia: contulit enim ad ornandas ejus Vitas duo Codices, quorum alter Cantabrigiae est in bibliotheca Collegii Trinitatis, alterum Oxonii possederat Franciscus Bernardus, artis medendi doctor 18). Lectiones excerptae ex utroque leguntur in editione Oxoniensi, sed perpaucae, ut haec earum paucitas timere nos jubeat, ut Codices ipsi diligenter satis et curiose fuerint excussi. Sed summae hoc in genere diligentiae laus debet sine ulla controversia Petro Danieli 19) tribui, qui Codices sui lectiones ipse in margine exempli Longoliani scripserat. Quae nisi auctoritate Jacobi Bongarsii ad calcem editionis Francofurtensis positae fuissent, fortasse Bosius et alii non tam felices fuissent in tollendis sanandisque multis Vitarum Cornelii mendis atque vulneribus. Major tamen industria et diligentia comparet in prioribus Imperatoribus, inde a Miltiade ad Agesilaum usque, quam in ceteris: nam ex Eumene quidem, Hamilcare et Hannibale vix duae vel tres lectiones enota-

---

17) Vide Magium ad Milt. 4, 4. Cim. 2, 4. Alcib. 10, 4. Timoth. 3, 3. 4, 1. Eumen. 6, 3. *Fischer.* Magium eodem illo Burgensi codice usum fuisse, quem postea Schottus inspexit, mihi non ita exploratum esse videtur, ut non aliquis ea de re dubitare possit. Certe Magius ipse in adnotatione ad Cim. 2, 4. (v. supra n. 3.) Burgensis codicis copiam a *Gaspare Fuccio*, diligente architecto, sibi factam scribit, et in locis Milt. 4, 4. Eumen. 5, 7. 6, 1. aliter a Magio, aliter a Schotto Burgensis libri scriptura commemoratur. Nam Milt. 4, 4. Magius in Burgensi codice scriptum esse dicit: *acieque contenderent*, Schottus: *acieque decertarent.* Eumen. 5, 7. Magius ex illo codice profert: *In hac conclusione*, Schottus: *Ea conclusione.* Tum cap. 6, 1. a Magio Burgensis Ms. lectio enotatur haec: *utrum repetitum Macedoniam veniret;* contra Schottus ibi legi affirmat: *utrum repetitum in Macedoniam veniret.*

tae ſunt, e Phocione, Timoleonte, Catone, Attico plane nullae. Quod quis eſt cui non ſuſpicionem moveat, Vitas illas omnino abſuiſſe ab hoc Codice? Neque vero hic unus liber eſt, cujus uſu Gallia sibi Nepotem ejusque Editores devinxit. Nam Savaroni quidem, quum animum appuliſſet ad enarrandas explicandasque Vitas Nepotis, licuit conſulere Codices ſcriptos integros tres. Duo e bibliotheca Puteani acceperat, quorum unus Bononiae a. 1457. ſcriptus erat; alter fuerat Giſanii, e quo ut ipſe Giſanius, multas lectiones cum in Lucretiano Indice, tum in obſervationibus linguae Latinae, ita etiam Schottus in notis, protulit[20]. Uterque, in primis Giſanianus bonae eſt atque ſpectatae fidei, Schoppio ac Boſio[21] judicibus. Tertium donarat Savaroni Wibertus Moguinus, Eccleſiae Claromontanae Canonicus et Syndicus. Huic ipſe Savaro primas detulit[22], nec modo eleganter eum ſcriptum fuiſſe docet, verum etiam integriorem longe emendatioremque duobus ſuperioribus. Praeter hos Codices idem ille Savaro totidem ſcriptos libros adhibuit in recenſenda Attici vita,

18) V. infra adn. 27.

19) Vide Sammarth. Elogia Gallor. 1, 9. *Fischer.*

20) V. Schoppii Verisimil. p. 74. *Fischer.* Savaronem non ipsas Giſanii membranas inspexiſſe, sed tantum excerptam ex iis lectionis varietatem habuiſſe, haec ejus in Praefatione verba clare docent: *Ex bibliotheca V. C. Puteani habui — schedas ex v. c. Giſanii, quas amoris ergo scripsit sua manu maximo natu Puteani filius, paternae doctrinae et humanitatis heres.* His adde Savaronis adnotationem ad Milt. 5, 3: *Schedae Giſanii:* nona partis summa, *quam lectionem ex Giſanii chirographo conceptam tradidit Schoppius veriss.* 2, 10.

21) V. c. ad Themiſt. 1, 1. et 2. *Fischer.*

22) V. ad Miltiad. 5, 3. Eumen. 5, 5. et 7. *Fischer.*

quorum primi quidem ipse fuerat possessor; alter pertinuerat ad Gisanii bibliothecam; tertius e museo Petri Petavii venerat. Sed ut in augendis multis aliis auctoribus utriusque linguae, ita etiam in Nepote ornando, Belgarum bibliothecae, et in his Leidensis maxime, liberalitate facile superarunt omnium aliarum civitatum bibliothecas. E Leidensi enim bibliotheca fuit liber scriptus is, cujus lectiones, a Joanne Scheffero exscriptas, in prima editione sua publicavit Boeclerus, quem nos cum Staverio Leidensem primum nominamus: diversus enim est ab eo, id quod varietas lectionis declarat[23]), quem eidem Staverio adire contigit, et qui jam antea fuerat ab Oudendorpio, summo viro, diligentissime cum exemplo editionis Keuchenianae commissus. Hic in charta majoris formae scriptus est, et a nobis Leidensis secundus dicitur. Praeterea Staverio copia facta est inspiciendi Codices Vossianos tres, qui in eadem bibliotheca Leidensi reperiuntur. Primus eorum in membrana descriptus est quaternis, et quum in plerisque libris Attici Vita agmen cogat, in hoc, ut in Mendosiano et Uffenbachiano codice, Catonis Vitae praeposita est. Abest autem illa ipsa Attici vita ab altero Codice chartaceo, formae octo-

23) V. c. Con. 3, 4. Leid. 1. *quae huic volebat*; Leid. 2. *huic, quae volebat*. Dio. 3, 2. Leid. 2. *in eo meo libro*; Leid. 1. *in eo libro*. Iphicr. 2, 3. Leid. 2. *intercepit*; Leid. 1. *interfecit*. Datam. 4, 5. Leid. 1. *arma sumit*; Leid. 2. *arma capit*. Fischer.

24) Staverium minus diligenter in conferendis codicibus suis versatum, recteque eo nomine ab Heusingero reprehensum esse, quum plurimis testimoniis probare possim, duobus, sed iis maxime insignibus, contentus ero V. quae Staverius adnotavit ad Alcib. 3, 2. et Agesil. 8, 1. ex quibus, utrum integra haec loca

pertitae, cujus lectiones quum fere conveniant, ut ſupra docuimus, cum Boecleriano, raro diſcrepent, nonne uterque ex uno fonte videatur fluxiſſe? vel potius, quum Voſſianus multo recentior ſit Boecleriano, nonne ille ex hoc deductus putetur? ita tamen, ut Voſſiani librarius mutarit multa ex ingenio, non pauca depravarit per negligentiam. Voſſianus tertius, qui et ipſe in charta ejusdem cum altero formae ſcriptus eſt, aliquot tantummodo, mutilus, etiam ordine permutato, continet Vitas: deſunt enim inde ab Alcibiade usque ad Timoleonta. Hos libros omnes Staverius teſtatur se comparaſſe et contendiſſe cum editis ſumma fide atque diligentia: de quo tamen vehementer dubitavit Heuſingerus, nescio, an temere. Etsi enim facile fieri poteſt, ut quaedam omiſerit Staverius, alia male laudarit, tamen hoc videtur negligentiam non magis arguere, quam nonnulla in editis libris operarum peccata correctorum incuriam. Immo vero utrumque oſtendit imbecillitatis humanae veſtigia, a qua nec ſumma abſit diligentia[24]. Majori autem jure Longolius et Keuchenius poſſunt magnae negligentiae accuſari et facillime convinci. Uterque ſcriptos adhibuit codices; Longolius quidem proprium[25], Keuchenius alienum,

in Staver. codicibus, an, quemadmodum in plerisque libris, mutila sint, expiscari numquam poteris. Quam multis in locis secundi Voſſiani codicis lectiones primo tribuerit, quod et ipsum ab Heusingero vitio datum erat, certius jam ex noſtris adnotationibus intelligetur, quae Axenianarum membranarum, cum Voſſiano secundo in plerisque consentientium, varietatem, a Moschio diligentissime enotatam, continent.

25) Ad Alcib. 7, 4. vocat *veterem codicem*; ad Thrasyb. 2, 2. *vetustum exemplar*; ad ejusdem vitae c. 4, 4. et Con. 5, 4. *meum exemplar*. Fischer. V. quae infra de Longol. edit. dicentur.

cujus poſſeſſor fuerat Everhardus Sluiskenius. At neuter facultatem aliis de bonitate eorum judicandi fecit, quum oppido paucas inde lectiones protulerint, in primis Keuchenius. Nam Longolius paullo plures ille quidem laudavit, maxime in locis iis, ubi vidiſſet Codicem ſuum a reliquis discrepare 26). Atque tot quidem ſcriptos libros conſultos eſſe ab Editoribus interpretibusque Nepotis reperimus, non dubitantes, quin aliis in bibliothecis exſtent multi alii 27). Sed quaenam fuerint membranae Curionis illae, quae ab Gebhardo et Boſio commemorantur 28), non memini me usquam legiſſe. Ceterum Heuſingeri conjectura, qui Codices illos, de quibus expoſuimus, omnes ex uno medii aevi libro, eoque mu-

26) V. Longol. ad Milt. 4, 3. et 4. c. 7, 5. Themiſt. 4, 1. Alcib. 7, 4. *Fischer.*

27) Aliorum codd. Mss. notitiam addere juvat. *Lucae* in Etruria in aedibus PP. S. Mariae Curtis Orlandigorum eſt in cod. chartac. saec. XV. in fol. min. *Aemilii Probi* (Cornelii Nepotis) *de excellentibus ducibus exterarum gentium* liber. v. *Franc. Antonii Zachariae* — iter litterarium per Italiam ab a. 1753. ad ann. 1757. Venetiis. 1762. 4. p. 24. — *Mantuae* in cod. membran. Capilupiano in 8. sub exitum saeculi XV. scripto sunt vitae *Cornelii Nepotis* cum duobus fragmentis epiſtol. Corneliae, matris duorum Gracchorum. v. Catalogo de' codici Mssti della famiglia Capilupi di Mantova, illuſtrato dall' Abate Don *Giovanni Andres.* Mantova. 1797. 8. pag. 10. seq. — Taurini in cod. 297. membran. saec. XV. reg. bibl. fol. 1. Titi Pomponii Attici vita ex Cornelio Nepote. v. Catalog. codd. Mss. Bibl. regii Taurinensis Athenaei, auct. *Jos. Pasini*, *Anton. Rivautella* et *Frano. Berta.* Taurini. 1749. fol. p. 82. — *Paris.* in bibl. reg. secundum Catalog. codd. Mss. biblioth. regiae, part. III. tom. IV. in cod. 5826. nr. 6 — 8. Vita Pomponii Attici; it. Catonis, auctore Cornelio Nepote; ejusdem sive Aemilii Probi liber de excellentibus ducibus exterarum gentium. — In codd. 5831. nr. 9. et 8534. vita Pomponii Attici. — In codd. 5827. et 6143. de excellentibus Graeciae ducibus et exterarum gentium. — In Catalogo librorum Msstor. Angliae et Hiberniae, Oxon. 1697. fol. tom. I. p. 96. nr. 291. Corn. Nepos *Cantabrigiae* in coll. S. Trinitatis. — tom. II. p. 3. n. 46. in codice eccl. S. Petri

nt.

l quoniam de Codicibus manu ſcriptis, pro ra-
nſtituti, ſatis dixiſſe ſperamus, age jam ad li-
ɔrmulis deſcriptos, ut propoſuimus, proficis-
. Et quo melius de opera Editorum cujusque
:i poſſit, in hiſtoria eorum contexenda ordinem
ɔrum annorumque ſervabimus, dicturi de iis,
l toti ex uno pluribusve ſcriptis Codicibus du-
t, vel, ducibus libris, sollertia ingenioque Vi-
doctorum feliciter emendati; eos praetermis-

---

:boracum. De Vossianis, nunc Leidensibus, codd. ipse Fi-
ıs supra egit. In illo autem Catalogo citantur tom. II. p. 65.
38. — p. 67. nr. 2556. et p. 68. nr. 2570. tum inter codd.
e Voſſianos p. 70. nr. 2755. Aemilius Probus Lambini cum
att. et notis msst. ac p. 72. n. 2877. Cornelius Nepos Sava.
Scaligeri manu notatus. — Pag. 90. nr. 4611. Corn. Ne-
nter codd. Franc. Bernardi. — Pag. 228. n. 7535. inter li-
ſduardi Bernardi latinos cum veteribus exemplaribus col-
— Auctore Bern. de Montfaucon in Bibliotheca bibliothe-
Msstorum nova, tom. I. p. 366. *D.* in Bibl. *Laurent. Me-*
, hiſtoriarum latinarum Cornelii Nepotis vita Attici: Ca-
:ompendiosa vita. — Pag. 512. *E.* in bibl. Ambros. *Medio-*
ita Attici. *Harles.* Guil. Frider. Rinckius in libro: *Sag-*
*i un Esame critico per restituire ad Emilio Probo il*
*De Vita Excellentium Imperatorum creduto comunemen-*
*Cornelio Nepote.* Venet. 1818. 8. quem in germanicum ser-
n vertit Dieter. Hermannus, primarius ecclesiae Ulmen-
ior, Lips. 1819. 8. quatuor Nepotis codices, nondum a quo-

eptas, quae ipſae tamen in aliis libris ſcriptis reperiuntur, et quae facillime a quovis corrigi potuissent[32]). Bonum vero fuiſſe Codicem, ex quo expressit Jenſonius illam editionem ſuam, cum veteris emendataeque orthographiae veſtigia oſtendunt[33]), tum multo etiam magis magna multitudo lectionum oppido bonarum, quas vel proprias, vel communes cum libris melioribus habet. Deſcriptum eſt exemplum in chartis candidis majoris formae, quam vulgo folium minus appellant, formulis elegantibus, absolviturque plagulis sex et viginti. Caret ſicut commatis et ſemicolis, pro quibus vel puncta vel cola habet, ita etiam cuſtodibus, quos vocant. In Vitis

---

*cant) illustrata, prodierunt. Insuper Nicolai Jensonis editionem principem et Aldinam summa diligentia scrutati, si quid inter legendum occurrisset, quod ad rem facere videretur, non inviti recepimus: quae vero minus arriderent, rejecimus in libellum variarum lectionum, ut scilicet nostris laboribus uti volentes antiquarum etiam editionum una opera fructum perciperent.* Fischer. De editione Jensoniana v. etiam Panzer. in Ann. Typ. volum. III. pag. 76. num. 50. *Harles.* In Attici vita a Vulpiis variantes lectiones enotatae sunt ex edit. Epiſtolarum Ciceronis ad Atticum Jensoniana Venet. a. 1470. fol. et Aldina a. 1513. 8. quibus vita illa adjecta eſt. Ceterum principem Nepotis editionem praeter Vulpios ante Fischerum inspexerat, eodem illo e Kappiana bibliotheca exemplari usus, *Carol. Christoph. Eberhardus*, qui a. 1751. Cornelii editionem publicavit, paucis brevibusque adnotatt. instructam atque ita inscriptam: Corn. Nep. vitae excell. imper. opera et ſtudio Caroli Chriſtoph. Eberhardi A. C. Soraviae impensis Amadei Heboldi. 1751. 8. In praefatione hujus editionis, quam Kappius ad Alcib. 3, 2. commemorat, Eberhardus Jensoniani exempli varietatem, ubi digna visa eſſet, quae indicaretur, se adnotaſſe scribit, quod tamen vix decem locis ab eo factum videmus.

32) V. c. Cim. 4, 3. *devoraret*, pro *devocaret*. Thrasyb. 2, 2. *solicitudo*, pro *solitudo*. Dio. 1, 4. *legiones*, pro *legationes*. Datam. 5, 2. *vivum*, pro *unum* cet. *Fischer.*

33) V. c. Milt. 5, 5. *perteruerunt.* ibid. 7, 4. *detererentur.* Dio. 8, 5. *deteritus.* Themist. 2, 1. *capesendae.* Cim. 4. 3. *quoquebatur.* Alcib. 5, 7. *honusti.* ibid. 6, 3. *benivolentiam.* Epamin. 7, 3. *succesissent.* Agesil. 5, 3. *peccantis.* Eumen. 2, 3. *partis.* ibid. 11, 5. *his*, pro *is.* Fischer.

; neque Cato comparet neque Atticus. Atque c quidem editionem reperio repetitam esse, cum ipso Jensonio aliquoties, ut tertio et septuagesimo o, quod exemplum Savaro e bibliotheca Puteani eperat[34], et anno sexto ac septuagesimo, quae io a Magio memoratur[35], tum etiam ab aliis. An Parmensis ex ea tota manarit, quae, Maittarii cio[36], anno octogesimo prodiit; an Brixiana, m, Boeclero teste, Jacobus Britannicus curavit o duodecentesimo[37]; an Veneta, quam anno ecentesimo exiisse ex ejusdem Savaronis praefa- c cognovi[38], quum eas non viderim, quum nec, prolatis illarum lectionibus, judicandi copiam

V. Maittar. Ann. Typ. tom. 1. p. 104. *Fischer.* Et Panzer. A. tom. III. p. 99. num. 137. Uterque Savaronem sequitur, qui praefat. *Ex bibliotheca*, inquit, *V. C. Puteani habui vetus emplar Venetiis impressum An. Do.* MCCCCLXXIII. Verum hunc e Savaronis sive operarum errorem esse, nec Venetam Corne- editionem a. 1473. exstare, singularis et doctrinae et huma- tatis vir, Josephus Van Praet, qui me, Lutetiae commoran- n, omni officiorum genere in perpetuum sibi devinxit, litte- ad me datis testatus est. Itaque Savaronem vel principem Jen- nianam A. MCCCCLXXI. vel alteram A. MCCCCLXXVI. editionem si- ificare voluisse credo.

V. Magium principio adnotationum suarum pag. 389. edit. Franc- furt. Haec editio a Panzero nusquam enumeratur.

Ann. Typ. tom. IV. part. 1. p. 413. *Fischer.* Panzer. A. T. m. II. p. 354. n. 21. Eidem tamen suspecta est in A. T. tom. pag. 166.

Brixiana edit. a. 1498. fol. fuit in biblioth. Scheibiana Vina- ensi. *Fischer.* V. Boecler. ad Datam. 8, 4. Panzer. A. T. tom. p. 259. n. 123.

Veneta edit. a. 1499. 4. quam *impressit Bernardinus Venetus*, it in biblioth. Baumgartiana. v. Catalog. part. 2. s. 2. p. 86. nr. . *Fischer.* Editio Venetiis, sine anni nota, impressa per Ber- rdinum Venetum in 4. describitur a Braunio in Notitia — de ris ab artis typographicae origine ad a. 1500. impressis, in blioth. — monasterii ad SS. Udalricum et Afram Augustae ex- ntibus. part. 2. Augustae Vindelic. 1789. 4. pag. 42. *Harles.* De it. Veneta a. 1499. 4. v. Panzer. A. T. tom. III. p. 467. n. 2560. e altera Veneta sine anni nota eundem tom. III. p. 496. n. 2800.





fecerint, nequeo affirmare pro certo. Sed hoc tamen comperi, multas Jenſonianae lectiones usque ad annum ſequentis ſaeculi vigeſimum fuiſſe propagatas[39]. Reperi etiam in bibliotheca Collegii Paullini Lipſienſis, quae nobis liberalitate Car. Andreae Belii patuit, editionem Cornelii formae quadripartitae, quae tota fluxit ex eadem Jenſoniana, niſi quod Catonis quoque et Attici Vitas complectitur, sed vitiis operarum incuria multis contaminata: et quam ante annum ſaeculi hujus nonageſimum ſextum adornatam eſſe conſtat[40], quamvis numeri anni nusquam legantur. In fronte illius exſtat Epiſtola Petri Corneri ad Theodorum Platum, patricium Mediolanenſem, quem

tom. VIII. p. 558. n. 1933. Hanc editionem Braunius l. c. circa annum 1498. impreſſam eſſe suspicatur, in quo nos aſſentientes non habet. Nos enim, qui editionis hujus exemplum ex Stuttgartiensi Bibliotheca amiciſſimi viri, Caroli Friderici Lebret, beneficio nacti sumus, eam cum Cornerianis, de quibus statim dicetur, exemplaribus ita, etiam in manifeſtis vitiis, quae in principe editione nondum conspiciuntur, consentire deprehendimus, ut, quin altera alteram expreſſerit, nemini dubium eſſe poſſit. Quum autem Corneriana Nepotis editio, quam ante a. 1496. excusam eſſe mox videbimus, omnes, quae supersunt, Vitas, Catonis etiam et Attici, contineat, Venetum autem exemplar Catonis Vita finiatur, hanc editionem, utpote minus plenam, aetate priorem, atque a Cornero expreſſam eſſe, mihi quidem probabilius videtur. Accedit altera, eaque gravior, ratio. Venetam editionem a. 1498. a *Bernardino Veneto* publicatam fuiſſe conſtat. Quis igitur credat, hunc librarium eodem fere tempore, tantulo intervallo, eundem scriptorem bis in lucem emisisse?

39) V. c. Themiſt. 10, 3. *Mintham* pro *Myuntem*. etc. *Fischer*.

40) Nam Theodorus Platus obiit a. 1496. De eo vide Argelati biblioth. scriptor. Mediolan. tom. II. p. 1109. seq. *Fischer*. Confer Jac. Frid. Heusingerum in Fragmentis Corn. Nep. Guelpherbytanis p. 122. sqq. *Harles*. V. Panzer. A. T. tom. II. p. 96. n. 593. tom. IX. p. 253. n. 593. Haec editio Mediolani repetita eſt a. 1511. 4. min. v. Panzer. A. T. tom. VII. p. 391. n. 110. In calce hujus editionis, cujus exemplum e publica Norimbergensi bibliotheca a doctiſſimo viro, G. C. Rannero, humaniſſime nobis transmiſſum eſt, haec leguntur: *Impressum Mediolani per Gotardum de ponte Anno domini*. M. ccccxi. *die*. VIII. *Mensis Maii*. Venetam editionem sine anno et Cornerianam, cujus

[redacted]



praeſtantiſſimum legum interpretem vocat. Attici vitam excipit epiſtola Jac. Becheti ad eundem Platum, ad quem alia quoque in calce libri legitur a Francisco Philelpho Mediolani ſcripta. Quam ob rem in eam ſuſpicionem veni, ut ipſam editionem in eadem urbe curatam eſſe credam.

Aliquanto feracius Editionum Nepotis bonarum, inſtruetarumque etiam obſervationibus Virorum doctorum egregiis, fuit ſaeculum ſextum decimum. In iis Argentoratensi, quae anno ſexto, a. d. XII. Kal. Apriles, quaternis abſoluta fuit in Schurerianis aedibus 41), omnesque Vitas comprehendit, eo minus dubitamus primas bonitatis deferre, quum eam fere

haec Mediolanensis repetitio eſt, ubique inter se conspirare, paullo ante monuimus. Omnes autem, si ab operarum vitiis, quae recens illata sunt, discedas. Jensonianae principis contextum accurate exprimunt. Quum igitur Fischerus hujus et Cornerianae editionis varietatem diligenter, plurimis certe in locis, adnotaverit, nos Veneti et Mediolanensis exempli lectionibus, quae nusquam ab illarum editionum scriptura differunt, adnotationes noſtras non onerandas eſſe exiſtimavimus. Omnino hoc nobis persuasum eſt, in editionibus saeculi decimi quinti omnibus Jensonianae principis textum religiose servatum, nec quidquam in eo immutatum fuiſſe. Nihil enim, quod in Jensonianis primis exemplaribus non legatur, e Venetis a Savarone et Magio, e Brixiano a Boeclero producitur.

41) V. Panzer. A. T. tom. VI. p. 36. n. 83. Hanc editionem, qua antiquiorem Lambinus non vidit (v. ipsum ad Eumen. 6, 7. Hannib. 1, 1.) non, ut vulgo putatur, anno 1506. sed demum a. 1511. excusam eſſe, Georgius Veesenmeyerus, vir doctiſſimus, in *Specimine Observationum Miscellanearum in Cornelium Nepotem.* Ulmae. 1796. invictis, ut mihi quidem videtur, argumentis demonſtravit. Ibi enim pag. 4. „Qui corrigendis“, inquit, „Argentoratensis editionis philyris operas praeſtitit, erat Wolfg. Angſt. Ita enim ipse in praefat. ad Hieroclis Commentarios in aurea Pythagorae carmina, Latine in aedibus Schürerii a. 1511. 4. excusos: *At jam jam prelum nostrum formando Aemilium Probum de vitiis excellentium imperatorum fatigatur, quem etiam studiosis immodice prodesse putamus.* Praefatio iſta subscripta eſt: VIII. *Kal. Martias*, et in fine Aemilii Probi (Cornelii Nepotis) editionis, de qua diſſerimus, legitur: *Ann.* M. D. VI.

basin omnium aliarum esse cognoverimus. Exhibet enim non solum lectiones cum Jensoniana communes multas, sed nec minorem copiam propriarum offendimus, earundemque exquisitissimarum apprimeque bonarum, quae optimorum scriptorum Codicum auctoritate confirmentur, ita ut, qui editionem illam adornavit, is et Jensonianis exemplis usus, et vel acumine ingenii ac sollertia, vel uno pluribusve libris scriptis adjutus esse videatur. Ab hac Argentoratensi proxime proditam esse in charta majoris formae reperio Parisiensem[42], a Jodoco Badio Ascensio curatam, Hieronymoque Aleandro Mottensi

XII. *Kal. Aprilis.* Quae quum inter se contenderemus, primum suspicari coepimus, mendam latere in numero MDVI. et vitiose eum excusum esse pro MDXI. Dum igitur certiora quaerebamus indicia, commode se nobis obtulit in collectione nostra liber [V. Panzer. A. T. tom. VI. p. 42. n. 131.]: *Subnotata hic continentur Magni Athanasii in psalmos opusculum. Enchiridion Epicteti stoici. Basilii oratio de inuidia. Plutarchus de differētia inter odiū et inuidiam. Tabula Cebetis Thebani.* 4. in cujus fine haec sunt: *Mathias Schürerius artium doctor id libelli* VELUTI PRIMITIAS *ex officina sua impressoria foeliciter emisit. Die* VIII. *Iunii. Anno* M. D. VIII. Quodsi igitur anno 1508. officinae *primitias* emisit Schürerius, eundem A. 1506. nondum libros in sua officina, aut, quod idem est, in aedibus suis excusisse patet." Haec vere vir doctissimus. Harlesius quidem in Supplement. ad brev. notit. litterat. rom. tom. 2. p. 503. scribit, judice Viro quodam docto in libro germanico: *Allgemeiner Litterar. Anzeiger.* Lips. an. 1799. num. 179. verba *veluti primitias* potius indicare videri, Schürerii officinam nondum diu exstitisse, quam id, Athanasii librum primum esse, ex ejus officina emissum. Sed alter ille locus, quem ex Angstii praefatione Veesenmeyerus produxit, verissima esse ea, quae ab hoc viro disputantur, clamat. Nam certe qui A. 1511. prelum fatigabat Aemilii Probi liber, anno 1506. nondum editus erat. Hanc Veesenmeyeri suspicionem etiam illud confirmat, quod in Panzeri Annalibus Typographicis non modo nullus liber, si Nepotis editionem excipias, commemoratur, qui ante a. 1508. in Schürerii officina excusus sit, sed etiam duorum librorum a. 1507. Argentorati per Joan. Knoblochium impressorum mentio fit (v. Tom. VI. p. 37. n. 92. pag. 38. n. 95.), in quorum fine haec leguntur: *Matthias Schürerius recognovit.* Unde apparet, eum, qui A. 1507. in aliena officina recognoscendis libris praefuit, a.

[redacted]



inſcriptam. Laudat Ascenſius in epiſtola ad Aleandrum vehementer diligentiam Gerardi ſui Vercellani, quam diligentiam credo non tantum ad Vitas Plutarchi, a Pylade Brixiano antea editas, (has enim ſequuntur in iſto exemplo Vitae Nepotis,) verum ad Cornelium quoque pertinuiſſe. Certe quanquam lectiones continet haec editio non paucas, quas jam in ſuperioribus exemplis videmus exſtare, tamen reperiuntur etiam loci multi, qui aliter ibi et fere melius, quam in ceteris libris, conſtituti legantur. In fine quidem epiſtolae Ascensii adſcriptus eſt annus XIIII. quo prodiit illa, quam Heuſingerus adhibuit,

1506. Cornelium Nepotem *ex suis aedibus* emittere non potuisse. Idem vero Schürerius a. 1505. Catonis vitam, a Cornelio conscriptam, cum aliis libellis Argentorati excusam recognovit, quem librum Veesenmeyerus l. c. pag. 4. seq. (conf. Panzer. A. T. tom. VI. p. 32. n. 51. tom. IX. p. 355. n. 51.) ita describit: „Titulus hic eſt: *Hic subnotata continentur Vita M. Catonis. Sextus Aurelius de vitis Caesurum. Beneuenutus de eadem re.* etc. In fine: *Joh. Prüs in aedibus Thiergarten Argentinae Imprimebat. Mathias Schürer recognouit. Anno* M. D. V. *quinto Idus Martii.* 4. min. Thomas Wolphius junior, qui praefatiunculam addidit., teſtatur, Jo. Botzemium nuperrime ex Italia advexiſſe Sextum Aurelium et Benevenutum, caſtigatos ac recognitos diligentia Laurentii Abſtemii. Habet haec editio, ut contendenti patebit cum libello variarum lectionum Fischeriano, lectiones alibi non observatas.“ Has lectiones, a Veesenmeyero enotatas, nos adnotationibus noſtris ad Catonis Vitam inseruimus, alias, diligentiſſima exempli, ab eodem viro humaniſſime nobis commodati, tractatione collectas in Addenda editionis noſtrae conjecimus. Ceterum ex iis, quae a Wolphio in Praefatione dicuntur, intelligitur, Argentoratensem hanc edit. repetitionem illius eſſe, quae, Laur. Abſtemio curante, Fani a. 1504. 8. apud Hieronymum Soncinum prodiit, atque a Panzero in A. T. tom. IX. p. 461. n. 8. (tom. VII. p. 2. n. 8.) describitur.

42) Ascensius jam a. 1514. fol. Cornelii Nepotis editionem publicaverat, Plutarchi Vitis, latine versis, adjunctam. Hac editione Heusingerus usus eſt, qui non immerito illius auctoritati plurimum tribuit, et nos quoque aliud ejus exemplum, e Stuttgartiensi biblioth. nobiscum communicatum, inspeximus. Continet Cornelii Vitas, excepto Catone, omnes, et praeter eas, quas cum Jensoniano textu communes habet, lectiones multas egre-

ſed ad calcem ipſius libri legitur annus xx[43]. Deſiderantur in eo, ut in exemplis Jenſonianis, et Catonis et Attici Vitae. Utriusque editionis, et hujus et Argentoratenſis, exempla ſuppeditavit nobis eadem bibliotheca Collegii Paullini. Poſt Ascenſium exſtitit Franc. Aſulanus, qui conaretur de Nepote bene mereri, anno ſecundo et vigeſimo (1522). Reperiuntur in ejus exemplo, quod Venetiis ex aedibus Aldi prodiit octonis, lectiones multae propriae, quas utrum e theſauris ſui, alienive, ingenii depromſerit, ut Magius ſuſpicabatur[44], an e fonte librorum ſcriptorum hauſerit, ut Heuſingerus conjiciebat[45], ipſe quidem nusquam oſtendit. Sed ego tamen cum Heu-

---

gias, quae in libris antea editis non conspiciuntur, suppeditat, ut eam a docto viro, sine dubio codicum ope, emendatam eſſe appareat. Aldinae curatorem hanc editionem plurimis locis secutum fuiſſe, mox adn. 47. docebimus. Multum autem differt ab altera Ascenſiana, quae a. 1520. excusa, et cujus varietas a Fischero enotata eſt.

43) Neque hujus editionis, neque prioris Ascensianae a. 1514. mentionem a Panzero factam video. Sed idem tom. VIII. p. 74. n. 1280. editionem commemorat ita inscriptam: „*Plutarchi Cheronei et Aemilii Probi; illustrium Virorum vite cum suo Indice diligenter recognite.* Insigne, et infra: *Pierre Gaudoul. Venundantur Parrhisiis in clauso brunello sub signo divi Cirici.* Haec in fronte fol. 1. a. Fol. eod. b. *Epistola dedicatoria Jodoci Badii Ascensii Hieronymo Aleandro Mottensi inscripta*, quae *data est: Idus Decemb.* MDXIIII. In fine: *Finis in Chalcographia Nicolai de Pratis Idibus Junii.* M. D. XXI. fol. Confer. Maittaire Ind. II. p. 160. ubi eadem forte excitatur editio.“ Maittarius l. c. haec habet: „*Plutarchi Vitae, Latine. Gilles de Gourmont in chalcographia Nicolai de Pratis.* M. D. XXI. *Idibus Junii.* 1521. fol.“ Mihi quoque non dubium eſt, quin editio, quam Panzerus commemorat, ab ea, quae a Maittario laudatur, nulla alia re, nisi inscriptione et typographico insigni differat, quae diversa a diversis librariis aliarum etiam editionum exemplaribus addita eſſe conſtat. Quum autem editioni illi Epiſtola Ascensii praeposita sit, hujus textum quoque in ea retentum eſſe suſpicamur. Poſtremo hoc monendum eſſe exiſtimavimus, huic Epistolae in edit. Paris. a. 1514. subscriptum eſſe: *ad Kalen. Decemb.* M. D. XIIII. contra in ea, quae a Panzero laudatur, in fine Epiſt. haec legi: *Idus Decemb.* MDXIIII.

singero arbitror, eum omnino aut ſcriptos Codices habuiſſe, aut certe libros editos conſuluiſſe, a nobis nondum inſpectos: verum multa etiam ex ingenio mutaſſe, si vulnera librorum ſuorum ſperaret auxilio ejus tolli et ſanari poſſe; etsi eum nolim, nec ſententia nec aſſenſu meo, abſolvere audaciae libidinisque emendandi, cujus ab eodem Magio accuſatum[46] novi. In praefatione quidem Aſulanus ait, se et Juſtinum et Probum emittere diligentiſſime caſtigatum[47]. Aldinum exemplum tribus annis poſt [Florentiae, a. 1525. 8.] repetierunt Juntae, verum, ut ſuſpicor, ita, ut immutarint nonnulla: quod et in Juſtino factum ab iis eſſe conſtat[48]. Sed de omni Juntarum

---

44) Ad Dio. 4, 1. *Fischer.*

45) Ad Alcib. 7, 4. *Fischer.*

46) Ad Alcib. 4, 5. c. 6, 5. c. 11, 2. Dio. 3, 2. *Fischer.*

47) Aldinum exemplum, quod Juſtinum Nepoti additum habet, (v. Panzer. A. T. tom. VIII. p. 471. n. 1117.), nos eum edit. Paris. a. 1514. ita conſentire cognovimus, ut hujus etiam vitia frequenter retinuerit. Recuſum eſt sine anni, loci et typographi nota, ſed Venetiis a Gregorio de Gregoriis de Forlivio, qui Lugdunensium typographorum in Gallia exemplum secutus, aliquot Aldinae officinae editiones, omiſſo nominis sui, anni locique indicio, sed litterarum formis, ad Aldinarum similitudinem effictis, additaque Aldi praefatione, ut libri Aldini eſſe viderentur, repetiit. Quod conſilium fraudulentis illis librariis tam feliciter ſucceſſit, ut editiones illae ante annum 1790. quo fraus iſta, de qua jam Aldus ipſe singulari epiſtola queſtus fuerat, per litteratiſſimum virum, Barth. Mercierium de Saint Leger, denuo protracta eſt, ab omnibus pro Aldinis haberentur. V. doctiſſime de omni hac re exponentem Ant. Auguſtin. Renouardum in libro: *Annales de l'Imprimerie des Alde, ou Histoire de trois Manuce et de leurs Editions.* 2. volumin. Paris. 1803. 8. quibus *Supplementum* acceſſit, ibidem editum a. 1812. 8. Tom. II. p. 191 — 211. Supplem. p. 91. Editio Cornelii, de qua diximus, commemoratur Tom. II. p. 199. Suppl. p. 92. Confer et Panzer. A. T. tom. VIII. p. 560. n. 1949.

48) De Juntina Nepotis editione, quae praeter Juſtinum Velleji Paterculi libros continet, v. Panzer. A. T. tom. VII. p. 40. n. 218. Quamquam autem paucas ex hoc exemplo lectiones Lambinus protulit, illud tamen intelligitur, ejus contextum ab Aldino non

opera judicium facere certum non licet, quum nobis non fuerit copia exempli eorum, nec Lambinus, qui illud laudat nomine exemplarium Florentinorum, eo sic voluisse uti videatur, ut posteris prodesset. Tam paucas inde lectiones protulit! Juntinam editionem anno secundo et quadragesimo secuta est Ultrajectina 49), quam Andr. Schottus a Canteris Cauchiisve curatam putabat 50), et cui tam multum tribuit, ut eam sibi in enarrando Nepote non minori fuisse usui confessus sit, quam librum manu scriptum 51). Anno post emisit easdem Vitas Coloniae officina Jo. Gymnici octonis cum Gyberti Longolii notis historicis maximo et criticis, sed non multis, nec adeo longis, et in Timoleonte desinentibus 52).

---

multum differre. Nam omnibus iis locis, qui a Lambino laudati sunt, Juntina editio Aldinae lectiones, vitiosas etiam, repetiit.

49) Hujus editionis, quam e Gottingensi bibliotheca humanissime mihi concessit et per amicissimum virum, Lud. Dissenium, transmittendam curavit Jer. Dav. Reussius, inscriptio haec est: *Aemylii Probi Excellentium Imperatorum Liber. Ultrajecti. Harmannus Borculous excudebat.* In fine haec leguntur: *Ultrajecti in aedibus Harminii Borculoi* M. D. XLII. *mense Augusti.* 8. min. Praefationis loco praemissum est: *De utilitate legendae Historiae, Simon Grynaeus Lectori.* Catonis et Attici Vitae absunt.

50) Burmannus II. in notis ad Valesii Emendatt. pag. 117. dicit, hanc editionem esse a Jo. Cauchio, Consulari Trajectino, emendatam. *Fischer.* Eidem viro editionem hanc adscribit Christoph. Saxius in Onomastic. tom. III. p. 242. Canteris fratribus eam tribui non posse, jam Bipontinus editor adnotavit. Nam Wilhelmus Canterus, frater major, natus est a. 1542. quo ipso editio illa prodiit, Theodorus Canterus a. 1545.

51) V. Schottum [in praefat. notarum p. 2. ed. Francof. 1609. et] ad Eumen. 8, 1. *Fischer.* Ultrajectinam editionem e praestantissimis codicibus nec nisi antiquissimarum editionum collatione (Brixianam Editor ipse commemorat ad Reg. 1, 2.) a docto sane viro curatam esse, inde intelligitur, quod nusquam fere ab optimorum librorum auctoritate recedit, multasque lectiones manifesto falsas exhibet, quae in Aldinis exemplaribus dudum correctae fuerunt, sed in ceteris quoque melioris notae codicibus reperiuntur. Plurimis illa locis varias lectiones in margine no-

Qui an in ipſis textis Cornelii, quae propria habet haec editio, recenſendis diligentius uſus sit Codice ſcripto, e quo paucas ab eo lectiones productas eſſe ſupra demonſtravimus, non liquet. Hoc vero cognovimus, multas lectiones, quae jam in Jenſonianis et Argentoratensibus exemplis reperiuntur, ab Heuſingero et aliis ad ingenium Longolii[53], tanquam ad fontem, referri, eumque a Magio praeſertim, perſaepe quidem, sed injuria nonnumquam[54] et temere vituperari, ut cupiditatis magnitudo nimis appareat. Magius enim poſt Longolium fuit primus, qui animum appelleret ad conſcribendas in Nepotem animadverſiones, vel hiſtoricas, vel criticas, paullo uberiores illas et longiores Longolianis, ſed non do-

tatas, aliis breves Editoris vel emendationes vel animadversiones adjunctas habet, quarum non paucas Andr. Schottum impudentiſſime compilaſſe et pro ſuis venditaſſe, ex animadverſionibus noſtris cognoscetur. Quem eo etiam nomine merito reprehendas, quod praeſtantiſſimi libri lectiones ita raro enotavit, ut plurimorum locorum, quae jam in Ultrajectina edit. recte conſtituta leguntur, emendationem a viris doctis vel Lambino, vel Boeclero, vel Bosio tribui videas.

52) Inſcriptio hujus editionis haec eſt: *Liber Aemylii Probi, Historiographi veteris et praeclari, de vitis excellentium Graeciae principum et ducum, ad T. Pomponium Atticum, Ciceronis familiarem. Vitiosissimum exemplar ex manuscripto codice quam emendatissimum redditum est per D. Gybertum Longolium; cujus etiam scholia sunt, quae passim inseruntur. Coloniae excudebat Jo. Gymnicus anno* M. D. XLIII. 8. Caret vero haec editio praefatione. *Harles.*

53) V. Heuſinger. ad Pauſan. 3. 1. etc. *Fischer.* Heusingerus l. c. haec ſcribit: „Longolius pro *dementi ratione* edidit *dem. oratione.*“ Atqui *oratione* jam in ed. Jenſon. et Argentor. legitur.

54) V. Mag. ad Alcib. 11, 2. Agesil. 5, 1. *Fischer.* Adde Gebhard. init. not. ad Cornel. Longolium Argentoratenſem Cornelii editionem, quam expreſſam ab eo eſſe certis indiciis deprehendi, e codice suo paſſim emendaſſe, ut non nego, ita plurimas Longoliani exempli lectiones ejusmodi eſſe reperio, ut non tam e libro manu ſcripto ducta, quam ex ingenio profecta videantur. Nullus certe in tot codicibus liber repertus eſt, qui lectiones il-

etiores, et in Catonis Vita deſinentes. Praeter ſcriptos Codices, de quibus ſupra dictum eſt, edita etiam adiit exempla, ut Jenſoniana, Aldina, Coloniensia, in quibus inter se comparandis eum Pompeji Nutii adjuvit induſtria 55). Editae ſunt notae ejus una cum Vitis Cornelii ipsis, quarum contexta tamen locis perpaucis a ſuperioribus exemplis discrepant, Baſileae anno tertio et ſexagesimo forma maj. apud Henr. Petri 56). Sexennio poſt Dionyſius Lam-

las, a Longolio inductas, auctoritate sua confirmaret. Ipſe quidem in adnotatione ad Datamis vitam, se vitae hujus contextum, qui non auctoris, sed librariorum, vitio subinde ſoloeciſſaverit, diligenter ex ſcripto exemplari reſtituiſſe ſcribit, idemque in reliquis vitis praeſtitiſſe, in editionis suae inſcriptione praedicat. Quum vero in ceteris vitis parciſſime, in Datamis ne semel quidem lectionis varietatem commemoraverit, quid codicis sui, quid ingenii ope reſtituerit, numquam ſcire poteris. Attici vitae in hac editione eandem illam Sim. Grynaei de utilitate legendae hiſtoriae commentationem subjunctam eſſe, quae, ut adn. 49. diximus, in principio Ultrajectini exempli legitur, Harlesius monet in Supplement. ad brev. notit. litter. Rom. part. I. pag. 286. Ceterum nusquam Longolium Ultraj. editione uſum fuiſſe reperio.

55) V. Mag. ad Eumen. 13, 4. *Fischer.*

56) Conf. Magium in praef. ad librum de tintinnabulis. *Fischer.* Magianae edit. titulus hic eſt: *Vitae Virorum illustrium* (Collectore Herm. Widekindo). *Continentur Aemilius Probus de vit. Exc. Imper. cum annotatt. Hier. Magii, et ejusdem Magii Epist. de aetate Probi, G. Cassandri viri aliquot illustres, qui ante Procam in Latio fuere, Plinii Sec. de viris illustr. liber, cum appendice Ge. Cassandri, C. Suetonii de claris Grammaticis liber, Fr. Petrarchae rerum memor. seu de viris illustribus cum supplem. Lobardi Sirichii, Fl. Philostrati Heroicus sive Dial. de viris illustr. et de vitis Sophistarum, cum vers. Steph. Nigri, et Caesarum vitae ex Suida.* Ex hac editione Corn. Nepotis vitae cum Magii adnotatt. repetitae sunt Lutet. Paris. 1620. 8. Textum a Magio conſtitutum retinuit quoque, paucis immutatis, *Caelius Secundus Curio*, qui Plutarchi Vitis, ab Hermanno Cruſerio latine versis et Basileae apud Thomam Guarinum a. 1564. fol. editis Nepotis vitas, praeter Atticum, omnes adjunxit. Libri, quem, nulli editorum Cornelii memoratum, Jo. Georg. Huttenius benigniſſime mihi commodavit, inſcriptio haec eſt: *Aemylii Probi, Scriptoris vere Romani, vitae excellentium Imperatorum ex veterum atque aliorum pro-*

binus Paris. 1569. 4. manum Nepoti admovit: qua opera profueritne plus, an nocuerit, huic Scriptori, nescio[57]. Animadversiones quidem ejus, quae maximam partem historicae sunt, quum multos obscuros locos egregie illustrent, vehementer semper se cunctis probarunt. Sed reprehensus est, neque immerito, ab Viris doctis, praesertim ab Gebhardo, primo, quod surripuerit aliis haud pauca, Longolio maxime[58] et Magio[59]; deinde, quod tam multos

---

*batae fidei codicum collatione a mendis, quibus scatebant, repurgatae, et scholiis ad marginem appositis illustratae, quarum* [Vitarum] *catalogum hic subjectum habes*: etc. Praemissa est Epistola *Caelii Secundi Curionis, claris ac generosis adolescentibus, Christophoro Zienovizio M. Capitanei Ciecierseniss F. et Nicolao Dzieuialtovio, Lituanis*, inscripta *Basileae Cal. Septemb.* M.D.LXIV. Consentit hujus edit. inscriptio cum interiore Magiani exempli titulo, qui, Harlesio teste in Introduct. in notit. litterat. rom. part. 1. pag. 373. ita se habet: *Aem. Probus de vita excell. imp. ex vetustorum et probatae fidei exemplarium collatione a mendis, quibus scatebat, repurgatus: cum annotationibus Hier. Magii.* Quae res facit, ut a Curione, cujus editio paucissimis locis a Magiani exemplaris contextu discrepat, non alias, quam quas Magius inspexerat, membranas significari existimem. Nihil sane in variis lectionibus, quas Curio ad marginem apposuit, reperimus, quod non in Magii codicibus et in Aldino exemplari legatur. Hac autem sunt illae *Curionis* membranae, quarum Gebhardus et Bosius ex Barthii Adversariis mentionem faciunt. V. supra adn. 28. Hujus editionis, quam serius, quum jam ad Fragmenta Cornelii operae processissent, me nactum esse doleo, contextus sine dubio repetitus est in editt. Basill. a. 1573. fol. (in qua Attici Vita ceteris accessit. V. Joann. Fabricii Historiam Biblioth. Fabricianae. part. III. Wolfenbutt. 1719. 4. pag. 65.) et 1580. fol. quae itidem Plutarchi vitis Cornelium Nepotem adjunxerunt. Ceterum Magius in Epistola ad Hieronymum Magnocaballium Novocomensem, quam suis in Corn. Nepotem animadversionibus praeposuit, pag. 386. ed. Francof. scribit, Gybertum Longolium, hominem doctum, post Nicolaum Jensonem, *Herculem Gyrlandum*, Aldumque Manutium, quorum opera et impensa aliquantulum Probo opis allatum sit, manuscripto codice suffragante loca aliqua Nepotis emendasse. Ex quibus Magii verbis clarissime apparet, *Herculis* alicujus *Gyrlandi* in Cornelio vel emendando vel excudendo partes fuisse. Quum vero de hoc homine legere me quidquam aut etiam audire non meminissem, doctissimum virum, Josephum Van Praet, per litteras rogavi, ut, si commodum ipsi esset, ea, quae de Hercule illo Gyrlando comperisset, be-

[redacted]



integros locos conjecturis suis levibus contaminarit. Quumque Lambinus summa divinae exquisitissimaeque doctrinae floreret laude; quum ei tum pauci pares haberentur ingenii acumine atque ἀγχινοίᾳ, non modo aequales adspiciebant eum et admirabantur unice, verum posteri etiam, quae dicta a tanto viro et profecta essent, ea verissima esse atque elegantissima judicavere. Quo nimiae Lambiniani ingenii opinionis errore factum est, ut Lambinianum exemplum certatim repeteretur ab omnibus, ita quidem, ut Vitae Nepotis etiamnunc multis Lambini conjecturis corruptae contaminataeque circumferantur[60]. Quamquam

nigae mecum communicaret. Sed nihil se, diligenter quamvis quaerentem, reperisse, Praestantissimus Vir mihi significavit.

57) In biblioth. Leidensi est exemplar cum notis msstis Henr. Stephani. v. Catalog. illius biblioth. p. 237. *Fischer.*

58) V. Gebhard. ad Timoth. 2, 1. Bos. ad Con. 1, 2. De Gebhardi cupiditate vide etiam Graev. ad Cicer. epist. 9, 16, 7. adde ad epist. 1, 7, 14. 13, 26, 3. *Fischer.*

59) V. Schott. ad Datam. 2, 2. et Fr. Swertium in Elogio Magii, quod libro ejus de tintinnabulis praemissum est. *Fischer.*

60) Verissime haec de Lambino disputata sunt, in quo viro ingenii acumen, judicandi sollertiam, paratissimas exquisitae doctrinae copias numquam, fidem et integritatem saepe desideres. Nam quum acerrimo Ciceronianae latinitatis sensu praeditus esset, et recens ab emendandis summi Oratoris scriptis ad Cornelii Vitas recognoscendas accessisset, non poterat fieri, quin elegantissimi judicii vir in multis harum Vitarum locis, qui vel a librariis corrupti, vel a meliorum scriptorum consuetudine remoti essent, offenderet, et, in tanta antiquorum librorum depravatione, ad emendationem se converteret. Quod si modeste ille et caute fecisset, atque in animadversionibus suis emendandi rationes proposuisset, non erat sane, quod reprehendi in hoc consilio a quoquam posset. Verum eo audaciae progressus et tam licenter in corrigendis Cornelii verbis versatus est, ut, ne monito quidem lectore, compluribus locis non solum multas voces de suo intruderet, sed etiam ipsa Auctoris verba contra omnium librorum fidem partim immutaret, partim suo e loco in alienum trajiceret, et Cornelium Ciceronis, non suis, verbis uti cogeret. Ut autem hac de causa recte a viris doctis accusatum fuisse Lam-

quam illud negari non poteſt, multas ei lectiones ineptas et falſas, nugamenta appellat Gebhardus, tribui, quas nobis certo conſtat ex aliis libris ſumtas, non ab eo excogitatas eſſe[61]. Etsi enim nullis uſus eſt libris ſcriptis[62], tamen conſuluiſſe cum secutumque editiones ſuperiores, ut Argentoratenſem, Pariſienſem, Aldinam, Juntinam, Colonienſem, sed maxime Aldinam, apparet[63]. Deinde conjecturas ejus Puteanique, quas ipſe, adverſantibus ac repugnantibus libris, recepiſſe fatetur, quas audaces eſſe et vanas clamitant multi, confirmari tamen et ſtabiliri cognovimus auctoritate ſcriptorum librorum, quos poſtea inſpicere viris doctis contigit[64]. Sed

binum judico, ita gravem tanto viro injuriam ab iis inferri arbitror, qui eum Longolii Magiique copiis adnotationes suas auxiſſe perhibent. Non is profecto Lambinus erat, qui, scriptorem aliquem editurus, ad aliorum doctrinam confugere neceſſe haberet, atque in ipsis illis ad Nepotem commentariis nihil quidquam reperire potui, quod non ex suo potius penore, quam ex superiorum Interpretum animadversionibus depromſiſſe debeat exiſtimari.

61) V. c. Eumen. 7, 1. *et Teutamus* eſt ab Asulano, non a Lambino. *Fischer.*

62) Fiſcherus fallitur. Nam ad Milt. 6, 2. codicem Claudii Puteani laudat, in quo *obsoleti* pro vulg. *aboleti* scriptum erat. Aliis etiam locis lectiones a Lambino commemorantur, quae in editionibus, quas Viri Docti consuluerunt, non repertae sunt, atque e membranis deſumtae videri poſſint. Ita ad Pausan. 4, 6. quosdam teſtari dicit, in codicibus antiquis *Multo magis* scriptum eſſe. Ad Epamin. 8, 4. alios *ab interitu extraxit* legere aſſirmat. Ad Pelop. 2, 3. pro vulgato *percussa est*, alios *perculsa est*, ad Hamilc. 4, 2. alios *Italiae bell. inferre*, et ad Hannib. 13, 1. alia exemplaria *P. Cornelio Cethego et L. Baebio Pamphilo* habere teſtatur. Idem ad Alcib. 7, 4. *vetusti codicis impressi* mentionem facit, in quo *Peritam* legatur: quae tamen lectio e nullo adhuc exemplari adnotata eſt.

63) Utrum Lambinus Ultrajectina editione usus sit, nec ne, incertum me eſſe fateor, quum in utramque partem hac de re ſtatui poſſe videam. V. c. Thrasyb. 4, 1. *facta e duabus virgulis oleaginis*, Hannib. 8, 3. *propius Tiberim, quam Thermopylas*, a Lambino editum video, quae lectiones in nullo exemplari ante ipsum excuso, praeterquam in Ultrajectino, exſtant. Contra locum Epamin. 8, 4. *in acie: quodque* etc. et in eadem vita c. 9,

satis de Lambino ejusque opera diximus. Primus autem vidit, has Vitas non esse ab Aemilio Probo, sed a Cornelio Nepote[65], frustra Gaspare Barthio contra disputante. Post eum in lucem emisit Nepotem cum Vitis Plutarchi Henricus Stephanus, Genevae a. 1572.[66] 13. volumm. octonis, quem ut modo Longolii et Magii, maximeque Lambini, vestigia institisse, modo eas expressisse lectiones vidimus, quae in libris editis, a nobis quidem adhibitis, non reperiuntur, ita Attici Vitam, aliorum exemplo, omisisse scimus[67]. De editione Ingolstadiensi, qua Schoppium usum esse supra diximus, et quae anno tertio ac nonagesimo prodiit[68], praeter nomen nobis quidem nihil constat. Atque hae sunt editiones Cornelii hoc saeculo adornatae, vel a nobis, vel ab aliis, visae et consultae.

Sed sequens saeculum septimum decimum prodidit exempla Vitarum ejus longe praestantissima. Pri-

2. *casu*, pro vulgato *causa*, primum se restituisse gloriatur, quum tamen jam in Ultr. editione uterque locus eodem modo emendatus sit. Atque hoc idem in aliis quoque locis animadvertere licet. Illud vero certius affirmare posse mihi videor, Basileensem Curionis editionem (v. adn. 56.) a Lambino visam fuisse. Nam ad Reg. 1, 1. haec scribit: *Nullis in libris neque antiquioribus, neque recentioribus, hanc inscriptionem* [De Regibus] *reperi, praeterquam in Coloniensi.* Quum autem a Coloniensi etiam Longolii exemplo inscriptio illa absit, eamque ex omnibus libris ante Lambinum excusis una Curionis editio a. 1564. habeat, Lambinum hanc editionem vidisse, et pro *Coloniensi* l. c. *Basileensem* nominare voluisse suspicor. Idem ad Cim. 1, 1. in quibusdam exemplis Germanicis *legibus Atheniensium*, pro *legibus Atheniensibus*, scriptum se vidisse testatur. Atqui ita in Curionis edit. expressum est.

64) V. c. Dio. 1, 4. et Hamilc. 1, 4. *Fischer.*

65) Hoc Gifanium primum vidisse, e *Testimoniis de Corn. Nepote* intelligitur.

66) Non a. 1560. ut cum Fabricio Bibl. lat. tom 1. pag. 104. ed. Ern. multi tradunt.

mum quidem omnium eſt illud, quod, a superioribus parum discrepans, anno ſecundo notis hiſtoricis criticisque, etiam philologicis, brevibus, aliquoties deinde repetitis 69), ornatum ſenis denis emisit Lutetiae Joannes Savaro, libris ſcriptis tribus, de quibus ante commemoratum eſt, adjutus. Quam Savaronis editionem ſexennio poſt excepit majore forma Francofurtensis, cui Claudius Marnius praefatiunculam praefixit. Debet autem illa non tam propter contextorum bonitatem excellens haberi, utpote quae cum Lambiniano exemplo tota communia habeat, quam propterea quod, praeter Excerpta Codicis scripti Danielis, sicut Lambini 70) reliquorumque ſuperiorum Editorum notas omnes, ita Schotti quoque animadverſiones in Nepotem novas 71), comprehendit: qui quos in conſcribendis illis Codices manu ſcriptos adierit, ſupra oſtendimus. In emendando quidem perquam cautus eſt et modeſtus 72), ſed quum de edi-

67) A Stephano cum Lambiniano Basileensis editionis, a Curione a. 1564. adornatae, textum maxime expreſſum fuiſſe, nos diligenti hujus editionis comparatione cum Stephaniani exempli lectionibus, a Fischero adnotatis, cognovimus. Ita Timoth. 2, 3. in Basil. exemplari editum eſt: *qui honos huic uni ante id tempus contigit nemini*; in Stephaniano: *qui honos huic uni ante hoc tempus contigit nemini*, quae poſtrema vox a ceteris libris omnibus abeſt. Libellus de Regibus in utraque editione ita inſcribitur: *De Regibus brevis notatio*. v. adn. 63. Hannib. 13, 1. in utroque exemplo *Sulpitius autem Blito* legitur, quod et in Mag. esse suſpicor.

68) V. Piccarti Pericula Crit. p. 30. *Fischer*. Hujus editionis contextus, quantum ex paucis ejus lectionibus, a Schoppio et Piccarto prolatis, colligere licet, e Longoliano et Lambiniano ita mixtus eſt, ut Lambinianum frequentius referat.

69) Ut [Lubecae. 1628. 12. teſte Bipontino editore in Notit. Litter. p. XXX. XXXI. et] Lugd. Batav. a. 1642. 16. adjunctis etiam Longolii notis. *Fischer*. In Maittarii A. T. tom. III. p. 838. laudatur haec editio: „*Aemilius Probus*, *seu Corn. Nepos: apud*

tis exemplis neque Aldinum[73]), neque omnino ullum Ultrajectino vetustius consuluerit, mirandum profecto non est, multas ab eo lectiones Longolio[74]) Lambinoque tributas esse, quae aliis debuissent auctoribus tribui. Post Schottum desertus diu relictusque jacuit Nepos, nemoque triginta amplius annis inventus est, qui Vitas ejus recenseret paullo diligentius. Quo beneficio illas et cura, anno tandem quadragesimo ac sexcentesimo[75]), dignatum est ingenium atque doctrina Boecleri. Hic non modo contextum denuo recensuit, multosque locos, Leidensis primi Schefferianique Codicis ope, restituit et emen-

---

*Seb. Cramoisy;* et ad calcem, *ex Typographia Joan. Libert. Paris.* 1627. 12." Quae nescio an Savaronianae edit. repetitio sit.

70) Lambini Commentarii in Francof. exemplo multis partibus auctiores et uberiores, quam in Paris. edit. a. 1569. sunt.

71) Editas anno post (1609.) in volumine, quod ita inscriptum est: *Cornelii Nepotis Opera, quae quidem exstant, historica virorum domi militiaeque illustrium Graecorum Romanorumque, explicata pridem studio Andr. Schotti, Antverp. Soc. Jesu. Nunc denuo doctorum hominum Accessionibus locupletata. Seriem aversa pagina exhibet. Francofurti ap. Claud. Marnium et hered. Jo. Aubrii.* MDCIX. fol. Series autem haec designatur: 1) De Scriptore virorum illustrium, auctore Andr. Schotto. 2) De auctoribus antiquis virorum illustrium, ejusdem. 3) Origo gentis Romanae. 4) In comm. de origine urbis Romae notae And. Schotti. 5) Joann. Metelli epistola ad Steph. Pighium (de auctore illius comm.) 6) De viris illustribus liber, cum brevibus notis Andr. Schotti. 7) Andr. Schotti in Scriptorem de vir. illustr. notae uberiores. 8) Dom. Machanei Scholia. 9) *Cornelii Nepotis fragmenta.* 10) *A. Schotti in ea annotationes.* 11.) *Epistola Corneliae, matris Gracchorum.* 12) Addenda et Corrigenda in notis A. Schotti ad viros illustres. 13) P. Nannii de claris Corneliis liber. 14) Car. Sigonii de vita et rebus gestis P. Scipionis Aemiliani liber. 15) *Andr. Schotti in Aemilium Probum seu Corn. Nepotem de vita excell. imper. notae.* 16) Duo Indices. *Harles.*

72) V. eum ad Alcib. 4, 1. c. 6, 3. c. 10, 4. *Fischer.*

73) Sic ad Milt. 5, 5. dicit, solum Lambinum habere *decuplicem*, quae tamen est Aldinae edit. lectio. *Fischer.*

74) Ad Themist. 1, 3. ait, Longolium edidisse *regebatur.* At sic jam in Argentorat. legitur. *Fischer.*

davit, infertis etiam Freinshemii conjecturis[76], verum Vitas ipfas in Capita, et haec in minores sectiunculas, paragraphos appellant, defcripsit; qua defcriptione etiamnunc utimur; et indicem verborum addidit, magna diligentia magnoque ftudio confectum. Atque haec Boecleri exempla mox multi alii vel tota, vel maxima certe ex parte, expreffere. In iis editionibus, quae totae manarunt e Boeclerianis, praeter Vorftianas[77] et Buchnerianas, eft ea, quam Jac. Mylius Lipsiae anno tertio et quinquagesimo octonis curavit, in qua non modo notae Boecleri et Jani Gebhardi in omnes Vitas, Ernftii-

75) Argentorati. 1640. 8. [repet. 1644. 8.] Tertia Boecleri editio prodiit ibid. a. 1648. 8. Poftremam ejus, h. e. sextam editionem, Argent. 1656. 8. optimam vocat Ernftius ad titul. Vitae Attici. *Fischer.* Accurate de Boeclerianis Cornelii editt. agit Editor Bipontinus in Notit. Litter. p. XXXII. XXXIII. cujus verba huc transcribamus: *Boeclerus, qui in prioribus suis editt. a. 1640. et 1644. nonnisi Lambinum secutus fuerat, nactus a Jo. Scheffero, cujus nomen ubique silet inhoneste, Codicem optimae notae, tertiam a. 1648. haud paullo emendatiorem edidit. Tertiam hanc bis, Boeclero in Suecia per tres annos absente, a typographo Argentoratensi, dissimulata repetitionis nota, recusam cum erratis, eaque in Lipsiensi Mylii edit. retenta et aucta esse queritur Boeclerus in praefat. edit. s e x t a e a. 1656. quae proprie dicenda foret q u a r t a, eaque ultima Boecleri Argentoratum reversi.* Hac nos usi sumus.

76) V. ad praefat. 4. *Fischer.* Ad Themift. 9, 3. Cim. 4, 2. Agesil. 3, 4.

77) Cornelius Nepos cum notis Boecleri et indice, a Vorftio locupletato, prodiit Lips. a. 1662. 8. Praefationem addidit Vorftius. Repetit. ibid. a. 1669. 8. Bosius ad Alcib. 6, 3. Vorstium *Corneliani Indicis interpolatorem* vocat. conf. Vorft. ad Sulpic. Sever. H. S. 1, 12, 3. et alibi. Graevii epiftoll. ad Heins. p. 140. 145. 147. 157. 160. in Tomo IV. Syllog. epiftolar. a Burmanno editae. *Fischer.* Quam malam a Boeclero quoque gratiam labore suo, in locupletando Indice confumto, Vorstius inierit, Boecleri Praefatio ad secundam Velleji editionem (p. XV — XIX. tom. 1. ed. Ruhnken.) abunde docet. Cui vero modefte non minus quam prudenter refpondit Vorftius in libro de latin. falfo sufpecta cap. 26. p. 272. sq. Neque ego quemquam, nisi invidum et iniquum hominem, fore exiftimo, qui illam Vorftii operam non magni faciendam judicet.

que in Atticum[78], integrae, reperiuntur, sed i margine etiam adjecta exſtat diverſitas lectionun cum Boecleriani Codicis manu ſcripti, tum exempl Gebhardiani. Nam quarto jam et quadragesimo an no Nepotis Vitae Gebhardi[79] animadverſionibus e gregie illuſtratae duodenis Amſtelodami apud Janſo nos prodierant, in quibus animadversionibus Geb hardum supra significavimus maxime hoc egiſſe ut Lambini audaciam notaret, neque probari ull modo poſſe doceret. Acceſſit autem ad Vitas ipſa recenſendas nullis libris ſcriptis propriis inſtructu ſed ex editis reliquis, quae lectiones optimae viſa eſſent, eas delegit et recepit; nonnumquam ingen quoque impetum ſecutus videtur[80]. Illud se etia feciſſe ait Robertus Keuchenius, cujus editio apu Hackios aliquoties[81], noviſſime apud Wetſteni Amſtelodami, octonis prodiit. At vero nos eu deprehendimus ſequi fere Gebhardi veſtigia[82], etia in eo reprehendendum, quod notas Virorum Doct rum, quas adjecit editioni suae praeter proprias, sa

78) Ex prima illarum editione Havn. 1629. 12. sumtae, de quo Er ſtius ipse conqueſtus eſt. Vide infra adn. 93.

79) Vide de ejus consilio, Nepotem edendi, illius epp. ad J Kirchmannum, inter Gudianas, a Petr. Burmanno Ultraje 1697. 8. editas, num. 233. 240. 241. pag. 296. 302. 303. *Fisch* Gebhardi editio poſt mortem ipsius excusa eſt. Obiit enim Gr ningae, Hiſtoriarum et Graecae Linguae Profeſſor, die III. O tobr. a. 1632. Vide Vitam Jani Gebhardi, ab Andrea fratre co scriptam, et editioni Nepotis subjectam, pag. 421. exemp. A ſtelod. a. 1644. Repetitum autem eſt hoc exemplum ibid. a. 1662.

80) V. c. Pausan. 3, 1. edidit *conata*; Cim. 2, 5. *possessores*; I sand. 1, 5. *confirmaret*; Timol. 3, 5. *vix potuerunt*. *Fisch* Hae autem lectiones neque in codd. neque in libris ante Gebh dum excusis reperiuntur.

[redacted]



piſſime mutilavit miſere et crudeliter laceravit. Sed exemplum Boecleri ita ſervavit, ut nonnulla tamen, fide ſcriptorum editorumque librorum, ſapienter beneque mutarit, Jo. Andr. Bosius, Buchneri discipulus, magnum Germaniae decus, quum ederet primum Cornelii Vitas Lipſiae anno ſeptimo et quinquagesimo octonis: quam editionem ornavit notis ut propriis, quibus multae Gaſp. Barthii conjecturae, quas a Chriſtiano Daumio[83] acceperat, inſertae leguntur, ita alienis quoque, in quibus eminent maxime Henrici Ernſtii Buchnerique animadverſiones, nondum tum editae. Atque quum, divenditis prioris editionis exemplaribus, ad recognoscendum iterum Nepotem animus adjiciendus eſſet eidem Bosio, non tantum ſuas notas emendavit et auxit, multas, quae in prima editione fuerant, ſuſtulit, indicemque verborum Boecleri, poſt Loccenii Vorſtiique curas, locupletavit, verum alias ſaepe lectiones in locum priorum intelligenter fere ſuffecit anno 1675. 8.[84] Qua in re quum caute admodum, ut par eſt,

---

81) Primum Lugd. Batav. [1658. 8.] 1667. 8. tum [poſt mortem Keuchenii] ibid. 1675. 8. [Amſtelod. 1687. 8. et ibid. apud Wetſten. 1707. 8.] Prodierunt etiam Cornelii Vitae ad exemplar Keuchenianum, in usum scholarum Daniae et Norvegiae, Havniae. 1776. 8. maj. cura Bartholdi Chriſt. Sandwig, qui editionem Hackian. a. 1667. cum maxime, exceptis paucis locis, secutus addidit Longolii, Lambini aliorumque notas, sed non omnes. *Fischer.*

82) Interdum Lambinianas lectiones expreſſit, ut Pelop. 2, 5. *deverterunt.* etc. *Fischer.*

83) Vide Daumii epiſt. ad Boſium, ep. 18. p. 24. ep. 19. p. 26. *Fischer.* In *Epistolis virorum quorundam doctorum ad Jo. Andr. Bosium*, quas, e Bibliotheca Collegii Paullini Lipsiensis depromtas, Fischerus publicavit Lipsiae a. 1760. 8.

84) *Jenae, impensis Christiani Kirchneri, Bibliopolae Lipsiensis, excudebat Johannes Nisius.* Curante M. Joann. Chriſt. Hetzero. Nam Bosius anno 1674. mortem obierat.

docteque eum versatum esse appareret, omnes, qui postea vellent Vitas Nepotis emittere, ab hoc Bosii exemplo non temere recedendum putarunt, ita, ut Bosius jure meritoque Nepotis sospitator et servator nominari posse videatur[85].

Saeculo octavo decimo de Nepote nostro egregie meriti sunt Staverius et Heusingerus. Uterque Bosianum exemplum propemodum totum reddidit, magnamque in conferendis scriptis editisque libris probavit diligentiam; Heusingerus etiam in Indice verborum locupletando. Qui quum, edito Emendatio-

---

85) V. Syllogen Epistolarum a Burmanno editarum Tom. IV. p. 210. 270. 275. Schlegelium in Observatt. supra memoratis p. 52. et 68. sq. Nicolaus quoque Heinsius videtur Nepotem illustrare voluisse. v. epist. Graevii ad Heins. Tom. IV. p. 563. Syllog. Burmannianae. *Harles.* Bosianam Nepotis edit. cum solius Bosii animadvv. omissis reliquorum interpretum, qui in Bosiano exemplo exstant, observationibus, sed addita praefatione et libello variarum lectionum, ex antiquis codd. et editt. collectarum, repetiit *Jo. Frid. Fischerus*, Lips. 1759. 8. Quae editio, egregie et emendata et aucta, a. 1806. repetita est, curante Theoph. Christoph. Harlesio, de quorum virorum opera adn. 90. accuratius dicetur.

86) Jo. Mich. Heusingerus primum scripsit Emendationes aliquot locorum in Cornelii Nepotis Vitis excellentium Imperatorum, in Exercitationibus societatis latinae, quae Jenae est etc. Volum. II. Lips. 1743. 8. p. 173 — 180. postea edidit Spicilegium emendationum et observationum ad Corn. Nep. excell. imp. vitas XVIII. priores, quarum plura menda V. Cl. Augustini a Staveren nova opera nondum sublata corriguntur, loca obscuriora explicantur, alia a sinistris interpretationibus vindicantur. Isenaci. (a. 1744.) 4. Heusingeri editio prodiit Isenaci et Lips. sumtu et typis Jo. Christoph. Krugii. 1747. 8. et, mutata tantum tituli pagina, Isenaci et Lips. sumtu Mich. Gottl. Griesbachii. 1755. 8. *Harles.* Item 1756. 8. Sed monendum est, editionem a. 1747. solam integram esse. Quum enim haec editio a. 1755. et 1756. denuo venalis proponeretur, eaque de causa prima libri plagula recuderetur, duo folia, quibus Heusingeri Addenda continentur, in iis certe exemplaribus, quae nos vidimus, omnibus omissa sunt. Heusingerum, diligentissimae doctrinae virum, in scriptura et manu Nepotis restituenda e recentioribus unum in primis egregie versatum fuisse, verissime scribit Dan. Wyttenbachius in Vita Dav. Ruhnkenii p. 126. ibidemque p. 125. sq. de Ruhnkenii consilio, novam Cornelii editionem curandi, ita exponit: *Hunc*

[redacted]



num Spicilegio[86]), in quo, quid reprehendendum sibi in prima editione Staveriana videretur, ostenderat, Staverio bilem libertate sua movisset, hic continuo coepit eam effundere in Observationibus Miscellaneis Novis, quae apud Belgas cura Dorvillii prodiere[87]), et in altera editione sua[88]), quae locis nonnullis lectiones exhibet, a lectionibus prioris exempli diversas, non semel impetum in doctrinam atque fidem Heusingeri, haud scio an frustra, lacessitus fecit. Mihi certe videtur Staverius Codicem Leidensem suum non diligenter satis distinxisse ubique a

(Corn. Nepotem) *secundum Ciceronem, simplicis nativaeque venustatis causa, maxime mirabatur: hujus dotes, cum propter corruptelas scripturae, tum propter ignorationem vel materiae vel proprietatis, minus, quam par esset, a multis percipi, et dolebat, et, ut quoddam bonorum studiorum damnum, moleste ferebat: cui resarciendo edere parabat Nepotem ad communem intelligentiam patefactum, ita, ut ceteris quidem emendandi interpretandique muneribus breviter satisfaceret, praecipuum vero et maximum locum daret Graecorum Auctorum, e quibus historiae materiam sumsit Nepos, locis apponendis, Herodoti, Thucydidis, Xenophontis, Polybii, tum vero perditorum, Theopompi, Ephori, Timaei,* Plistarchi, *et si qui alii sunt, ut Latini rivuli cum Graecis fontibus comparari possent: quale fuit institutum Fulvii Ursini in Virgilio comparatione Graecorum Scriptorum illustrato.* Quis *Plistarchus* ille sit, quem Wyttenbachius commemorat, ignorare me fateor, virumque doctissimum pro *Plistarcho, Philistum* nominare voluisse arbitror. Hunc enim et Nepos ipse laudat in Dionis Vita 3, 2. et ceteri Scriptores cum historicis, a Wyttenbachio memoratis, conjungere solent.

87) Tom. VI. pag. 513 — 538. [Ad quas observationes respondit Heusingerus in Discussione Animadversionum Belgicarum in suas emendationes atque observationes ad Corn. Nep. imperatores tres priores, ab Augustino a Staveren Miscell. Observ. crit. adjectarum, in Jo. Gottl. Bidermanni Selectis Scholasticis. Vol. II. fasc. II. p. 655. sqq.] Stavērius ipse alias in Nepotem observatt. inseruit Observv. Miscell. Nov. Tom. VIII. p. 813. sqq. Staver. autem prior editio major prodiit Lugd. Batav. ap. Sam. Luchtmans. 1734. 8. cum integris. Jani Gebhardi, Henr. Ernstii, et Jo. Andr. Bosii, selectisque aliorum Interpretum, et ipsius Staverii, animadversionibus. Accessit omnium vocabulorum index, studio et opera J. A. Bosii confectus. Recensetur haec editio in Act. Erudit. a. 1737. p. 302 — 305. *Fischer.* Repetita est auct.

Leidensi primo; et in prioribus maxime foliis confudiſſe eum et miscuiſſe notas Boſianas reperio, alienas item nonnumquam Bosio tribuiſſe, quasdam etiam omisiſſe 89). Atque haec etiam de editionibus Vitarum Cornelii 90), quas multi alii Viri Docti, ut

---

et emend. Lugd. Batav. 1773. (in exteriori titulo 1774.) 8. opera Car. Ant. Wetſtenii, J. C. cui Staverius moriens absolvendae editionis curam commendaverat.

88) Lugd. Batav. 1755. 12. cum animadvv. partim criticis, partim hiſtoricis. *Fischer*. Hanc editionem Theophil. Chriſtoph. Harles. adjectis suis, et Joannis Kappii, animadversionibus, recudendam curavit Erlangae. 1774. 8. Eas tamen Kappii obſervationes, quae longiores erant, quam ut ceteris commode conjungi possent, Harlesius *Opusculis* suis *varii argumenti* inſeruit, Halae. 1773. 8. editis, pag. 458 — 469. Haec Harlesii editio, auctior et emendatior, tam in notis quam in textu, repetita eſt in eadem urbe (Erlang.) 1800. 8.

89) Haec omnia a nobis diligentiſſima Boeclerianae primae, in qua primi Leidensis codicis varietas enotata eſt, et Boſianae editionis a. 1675. comparatione emendata eſſe reperies.

90) Aliquot editt. et verſionum memoriam subjicere lubet. Cornelii Nep. vitae excell. imp. Textui ad optimarum editionum fidem recenſito acceſſerunt illuſtrationes breviſſimae, vel ex aliis selectae, vel recens additae. Curavit *J. S. Ith*, Bibliothecarius. Bernae et Lausannae. 1779. 8. [Ex editt., Boſiana, Heuſingeriana et Staveriana novam plane se recenſionem concinnaſſe, Ithius in praefat. profitetur. *Harles*.] — cum notis *Hausii*. Mogunt. 1785. 8. — Corn. Nep. vitae excell. imp. Mit Anmerkungen von *Joh. Heinr. Bremi*. Turici. 1796. 8. [Quae praeſtantiſſima editio, animadverſionibus inſigniter locupletatis, repetita eſt ibid. 1812. 8. et tertio, novis curis aucta, ibid. 1820. (1819.) 8.] — C. N. vitae germanice versae ab Anonymo. Francof. et Lips. 1766. 8. [Verſionem hanc a virgine nobili. *ab Erath*, profectam eſſe, Klueglingius in Harlesii Supplem. ad brev. notit. litter. rom. part. III. p. 143. teſtatur.] — a *Jo. Andr. Benign. Bergstraessero*, cum notis. Francof. 1782. 8. Edit. II. emendat. ibid. 1789. 8. [cura *D. C. Seyboldi*. Editio III. ibid. 1815. 8. curante *Nic. Godofr. Eichhoffio*, qui verſionem ipsam multis locis emendavit, et plurimas animadverſiones prioribus adjecit.] — ab *Alberto Xaver. Weinzierl*. Monach. 1792. 8. — Nepotis vitae lingua Etrusca cum notis. Catan. 1771. 8. *Fischer*. C. N. germ. vers. a *Jo. Dav. Buechling*. cum notis. Lips. 1796. 8. — cum notis. Stuttgard. 1799. 8. — [A *Jo. Andr. Ottone*. Magdeburg. 1776. 1782. 1793. 8. — a *Mich. Federo*. Norimberg. 1800. 8. — a *Frid. Froehlich*. Vindob. 1805. 8. — ab Anonymo. Hamburg. 1813. 12. — C. N. Vies des grands Capitaines de l'antiquité, trad. avec des notes par l'abbé Paul. Paris. ap. Barbou. 1781. 12.] Sed jam recentiorum quorumdam virorum doctorum ſtudia operamque, in emendando aut illuſtran-

[redacted]



Schoppius, Piccartus, Rutgersius, Schefferus 91), et Struchtmeierus 92) emendare et illustrare conati sunt.

Vitam Catonis e Codice scripto, quem a Car. Langio acceperat, Pighius suis Annalibus inseruit, et Atticum ediderunt, praeter Ciceronis Interpretes,

---

de textu Corneliano positam, paucis commemorabo. Bis vero bene meruit de Nepote *Car. Henr. Tzschuckius*. Ejus enim diligentia primum editae sunt Corn. Nep. vitae exc. imp. in usum scholarum, additis notis criticis et historicis, ex recensione Augustini van Staveren. Lips. 1791. 12. Tum dedit textum passim aliter informatum, adjecto commentario, in quo partim lectionis ratio declaratur, partim formulae loquendi, praecipue res historicae, explicantur atque illustrantur, Gottingae. 1804. 2. volumm. 8. maj. quorum prius Prolegomena, Textum et Indicem, posterius Commentarium perpetuum continet. — Corn. Nepos de vita exc. imp. Mit Einleitungen und teutschen Anmerkungen von M. *B. Fr. Schmieder*, Rector des Luther. Gymnas. zu Halle. Berol. 1801. 8. quae editio scholarum usui accommodata est. [Repet. auct. curante *Fried. Schmiedero*, filio, 1815. 8.] Idem Vir D. a. 1798. 8. Halae Sax. ediderat: Lexicon ueber den Cornelius Nepos, das Sprache und Sachen vollstaendig erklaert, und viele Stellen in besondern Anmerkungen erlaeutert. [Repet. ita, ut observationes, quae in priori edit. Lexico praepositae erant, omitterentur, hoc ipsum autem multis partibus locupletaretur atque emendaretur, curante *Fr. Schmiedero*, ibid. 1816. 8.] — Corn. Nep. vitae excell. imp. Editio nova, scholarum usui accommodata, cum brevi adnotatione. Curavit *Car. Frid. Heinrich*, Saxo, Gymnas. Magdalen. Vratislav. doctor. Vratislav. 1801. 8. Basis est edit. Staver. prima. In utilibus notis hinc inde loca quaedam critice tractantur. — Corn. Nep. vitae exc. imp. ad exemplar Bosii recudendas curavit, argumentis, notis, indicibus, vita auctoris, tabula chronolog. et historia illustravit *Jo. Christ. Frid. Wetzel*, Lycei Primislav. Rector. 2. volumm. Lignitii. 1801. 8. — C. N. Zum Gebrauch fuer Schulen mit Anmerkungen und Wortregistern versehen von *F. R. Ricklefs*. Hannov. et Oldenburg. 1802. 8. Tzschuckius in Prooemio ad edit. Gotting. vol. I. p. XXXI. Wetzelium nominat Chronologiae in primis investigatorem sollertissimum; Rickleffium vero priorum editorum monita cum lucro reddidisse judicat. — Uberius res et verba sive dicendi formas explicuit *Christ. Henr. Pausler*: Corn. Nep. Mit grammatischen und erklaerenden Anmerkungen. Lips. 1804. 8. maj. [Repet. auct. ibid. 1817. 8. maj.] *Harles*. A. 1806. Nepotis editionem, a Fischero adornatam (v. adn. 85.), Harlesius, suppresso nomine suo, repetendam curavit, hac inscriptione: C. N. vitae exc. imp. cum animadversionibus Joh. Andr. Bosii. Varias lectiones, notas et praefationem addidit Joh. Frid. Fischerus. Editio nova multo auctior et emendatior. Lips. 1806. 8. maj. Haec praestantissima Cornelii editio tria, magnis juncta laudibus, peccata habet. Primum enim textus Scriptoris, in quo

[redacted]



(ut Manutius, Sim. Bosius et Graevius in ſuis editionibus Epiſtolarum ad Atticum), ſeparatim et enarrarunt diligenter Ernſtius[93]), Gesnerus, alii[94]).

---

accurate atque emendate edendo praeclaram sane Harleſius operam poſuit, non tamen aequabili ubique diligentia conſtitutus eſt, ut non paucos locos invenias, quos, vel a Lambino, vel a Boſio perperam mutatos, Novus Editor intactos relinquere, quam ad veterum librorum auctoritatem revocare maluit. V. Alcib. 1, 1. Thraſyb. 4, 2. Dio. 6, 3. Epamin. 3, 1. Reg. 1, 2. Cat. 1, 2. Attic. 9, 2. etc. Sed, ut in emendando Cornelii textu non ſemper satis diligentem se Harleſius praeſtitit, ita in adnotanda lectionis varietate interdum non diligentiorem Fiſcherum fuiſſe cognovimus. Nos certe, qui Codicum, ab aliis conſultorum, et antiquiorum, quascunque nobis videre contigit, editionum lectionem denuo accurate examinavimus, et in exempli noſtri margine notavimus, variarum lectionum collectionem, a Fiſchero inſtitutam, plus ducentis locis vel mancam vel vitioſam pronuntiare non dubitamus. Multis ille locis nullam ex antiquioribus edd. varietatem adſcripſit, ubi id fieri lectoris maxime intererat, nonnumquam eas e libris suis lectiones protulit, quas nos in iisdem exemplis, diligenter inſpectis, non deprehendimus. Quod mirum profecto nobis accidit in eo viro, qui infinitis locis vel leviſſimos operarum errores e libris suis adnotandos putavit. Tertium, quod in Fiſcherianis exemplis merito deſideres, illud eſt, quod compluribus Vitarum Cornelii locis Bosii animadverſiones, in quibus superiorum Interpretum notae vel confirmantur, vel uberius explicantur, vel etiam refelluntur, adſcripsit, has, sine quibus Bosianae nullo prorsus modo intelligi poſſunt, non appoſuit. V. Miltiad. 1, 5. c. 3, 3. Eumen. 13, 1. Attic. 9, 2. etc. — Corn. Nep. Vitae exc. imp. cum libro singulari de vita T. Pompon. Attici. In commodum ſtudiosae juventutis recognovit, vitarum ordinem verum reducere inſtituit, introductionem de auctoris vita, scriptis, et usu agentem praemisit, notas criticas ad calcem adjecit *Franc. Nicol. Titze*, AA. LL. et Philoſophiae Doctor, Hiſtoriarum in C. R. Univerſitate Pragensi Profeſſor publ. ord. Regni Bohemiae Hiſtoriographus. Pragae in bibliopolio Caſpari Widtmann. 1813. 8. Textum Staverianum a. 1773. cum Heuſingeriana editione diligenter comparatum, sed in primis Longolii recenſionem secutum se eſſe, Titzius profitetur. Ad Attici Vitam emendandam duas antiquas editt. de quibus mox adn. 94. dicetur, adhibuit vir doctiſſimus, ingenioſe ille, sed audacter nonnumquam, in recognoscendis Cornelii Vitis verſatus. De hac autem aliisque recentioribus Corn. Nep. editt. diligenter exponit Car. Frid. Henr. Kluegglingius in Harlesii Supplem. ad brev. notit. litterat. Rom. part. III. p. 133. sqq. et in Additamentis ad Harlesii brev. notit. litter. Rom. pag. 29. sqq.

91) Ejus Lectiones Cornelianae in Miltiadem leguntur in illius Miſcellaneis. Upſaliae. 1697. 8. p. 1 — 58. *Fischer.* Item in libro: *Jo. Schefferi*, Argentoratenſis, Lectionum academicarum

[redacted]



Bosius et Heusingerus usi sunt in eo recensendo editione Romana, nos vero excerpsimus lectiones diversas, in quibus multae bonae sunt, ex exemplo,

---

liber, quo continentur animadverss. in Miltiadem Nepotis, epistolas Plinii etc. Hamburg. 1675. 8. Lectiones Cornelianae primum occupant locum. *Harles.* Schefferi Miscellanea etiam Amstelodami 1698. 8. edita sunt.

92) Animadversionum Lib. 1. cap. 10. Harderovici. 1755. 8. *Fischer.* M. *Jo. Jac. Schmidt* Spicilegium observationum (criticarum) ad C. N. vitam T. Pomponii Attici. Basil. 1789. 4. — (*Georg. Veesenmeyeri*) Specimen observationum miscellanearum in Corn. Nepotem. Ulmae. 1796. 4. *Harles.* V. adn. 41. — Ueber Cornelius Nepos. Zugleich als Ankuendigung einer historisch - kritischen Behandlung seiner Biographien, von D. *Wilh. Mosche*, Lehrer am Gymnasium zu Frankfurt. Erste Abtheilung. Ueber Cornelius Nepos als Schriftsteller. In libro germ. edito: Allgemeines Jahrbuch der Universitaeten, Gymnasien, Lyceen und anderer gelehrten Bildungsanstalten in und ausser Teutschland. Ersten Bandes Drittes Heft. Erfurt. 1798. 8. pag. 221 — 245. Zweite Abtheilung. Ueber Cornelius Nepos als Schulbuch. Ebendas. Ersten Bandes Fuenftes Heft. 1799. pag. 407 — 434. — De eo, quod in C. N. vitis faciendum restat, addita commentatione super iis, quae de pace inter Persas victos et Graecos, Cimone duce victores, composita varie narrantur, differit *Chr. Jul. Guil. Mosche.* Francof. ad Moen. 1802. 4. Alias Doctissimi viri, praematura morte absumti, quo nemo ad perfectam omnibus numeris Cornelii editionem curandam instructior erat, Dissertationes supra adn. 13. commemoravimus. — M. *Henr. Ludov. Hartmanni* (Lyc. Guben. Conrect.) Animadversionum in Corn. Nepotem Partic. I. Guben. 1805. 4. Partic. II. ibid. 1808. 4. — De rebus quibusdam dubiis in Cornelio Nepote obviis. Quaestio historico - grammatica. Scripsit *Christ. Henr. Pausler.* Dresd. 1815. 4. Hae observationes in alteram deinde Vitarum Nepotis editionem, a Pauslero curatam, translatae sunt.

93) Havniae. 1629. 12. *Fischer.* Iterum Amstelod. 1637. 12. additis *Christ. Heidmanni* (v. adn. 94.) notis. De his edd. Ernstius in Praefatione Notarum suarum, Bosiano exemplo adjectarum, ita scribit: *Annotationes* (meae) *ad vitam T. Pomponii Attici, a C. N. conscriptam, Hafniae a.* 1629. *editae* (sunt), *et quidem me absente, et ab homine, me indoctiore, qui eas tam corrupte edidit, alienisque depravavit, ut pro meis numquam habuerim, sed coactus fuerim, eas Amstelodami a.* 1637. *incudi reddere. Verum haec mea cura infelicem libellum juvare nihil potuit. Video enim et certe haud libenter, eum iterum, me absente et inscio, Lipsiae in publicum prodiisse, et una cum doctorum virorum notis C. N. libro de exc. viris accessisse* [A. 1653.] *Qua opera editores illi, non rogati, haud magnam a me gratiam inierunt. Si voluissent rei litterariae hac in parte commodare, posterius exemplum, a me emendatum et*

quod anno nono et nonagesimo quinti decimi saeculi Brixiae cum vitis Plutarchi prodiit forma maxima.

Fragmenta ceterorum monumentorum Cornelii

*Amstelodami, uti jam dixi, excusum, edere debuissent: mihi tamen id prius significare.*

94) *Christ. Heidmannus* vitam Attici enarravit in Academia Helmstad. et separatim edidit Helmstad. 1613. 8. plagg. 2. cum praefatiuncula. Philibertus de la Mare, Senator Divionensis, in epistola ad Nic. Heinsium (in Sylloge epistolarum Burmann. tom. V. pag. 678.) in Catalogo operum *Leonardi Aretini* Mss. in biblioth. Jac. Gaddii, ab ipso desideratorum, primo loco ponit: *Aretini Praefationem in Cornelium Nepotem, et vitam Attici.* Fischer. Schlegelius in Observv. in Corn. Nep. c. V. p. 28. seqq. recenset quatuor antiquas editiones, quibus adhaeret *Vita Attici*, e bibl. Thottiana, n. unam, quae continet Ciceronis epp. ad Atticum, Brutum et Quintum fratrem, Venet. per Nic. Jenson. 1470. fol. et tres alias in fol. quae habent vitas clarorum virorum e Plutarcho in latinum sermonem conversas, quarum prima et secunda, omni indicio typographi, loci, annique destitutae, Schlegelio videntur circ. ann. 1462. expressae typis esse; insuper secunda editio posterior prima, et ad hujus exemplum excusa. Tertia edit. Venet. prodiit ap. Nic. Jenson. 1478. Schlegelius p. 41. seqq. lectiones antiquissimae editionis ab lectt. in edit. Fischer. a. 1759. receptis diversas, notavit. *Harles.* Utramque illam editionem sine anni, loci et typographi nota Schlegelius primum circ. a. 1462. impressam fuisse putaverat. Sed ipse in Addendis ad pag. 29. *Collectionem,* inquit, *secundam Vitarum Plutarchi anteriorem esse credidi anno 1470. Sed observavit Abrahamus Kall, Linguae Graecae in nostra Academia Professor, aliud ejusdem collectionis exemplar evolvens, inveniri in ea epistolam dedicatoriam Lapi Florentini ad Pontificem Maximum nomine non distinctum. Sed indicia satis aperta persuadent, intelligendum esse Sixtum IV. Quum vero is electus fuerit d. 9. Augusti a. 1471. certior inde redditus sum, hanc editionem minus esse vetustam, quam credideram.* Haec Schlegelius l. c. cujus observationem ab Harlesio neglectam esse miror. Quum autem non dubitarem, quin Schlegelius etiam in alterius exempli aetate definienda nimium se liberalem praestiterit, virumque praestantissimum, Josephum Van Praet, ea de re consuluissem, suspicionem meam a viro, in his quaestionibus dijudicandis exercitatissimo, confirmari vehementer laetatus sum. Hic enim me edocuit, exemplum illud, quod circa a. 1462. excusum fuisse Schlegelius sibi persuaserat, nihil aliud esse, nisi secundum volumen editionis Vitarum Plutarchi, a Jo. Ant. Campano curatae, et Romae sine anni indicio, sed circa a. 1470. typis Udalrici Galli (Han) excusae. Vide Panzer. A. T. tom. II. p. 414. num. 26. Haec editio sine anni, loci et typographi nota, verum, ut viri docti, quibus Praetius assentitur, existimant, Argentorati a Joanne Mentelio repetita est. V. Panzer. A. T. tom. I. p. 77. n. 419. Atque hanc editionem eandem esse, quam Schlegelius secundo

primus, ut nunc ſunt, collegit et Vitam Catonis atque Attici iis inſeruit Andreas Schottus: ante quem tamen epiſtolae matris Gracchorum particulas jam

---

loco commemorat, idem ille doctiſſimus vir mihi significavit, simulque monuit, editionis illius exemplum, quo Schlegelius usus eſt, non integrum fuiſſe: nam non modo prima octo deeſſe folia, ſed etiam in ceteris libri partibus complura abſciſſa eſſe, ita ut Thottianum exemplar non nisi 466. habeat, quum integra editionis illius exempla 512. foliis conſtent. Hanc editionem excepit Jenſoniana, Venetiis a. 1478. fol. curata, v. Panzer. A. T. tom. III. p. 134. n. 325. cujus lectiones a ſuperiorum exemplorum lectionibus nonnumquam discedunt, quamque, paucissimis immutatis, expreſſam eſſe cognovimus in edit. Brixiana a. 1499. fol. V. Panzer. A. T. tom. I. p. 260. n. 134. Ab harum editionum lectionibus plurimis locis ita differt eorum exemplorum contextus, quae Attici Vitam Ciceronis ad Atticum Epiſtolis adjunctam habent, ut haec e codicibus plane diverſis ducta, atque ita duplicem editionum hujus Vitae claſſem conſtituendam eſſe appareat. Harum editt. princeps Venetiis excuſa eſt per Nic. Jenſonem, a. 1470. fol. v. Panzer. A. T. tom. III. p. 69. n. 22. quam, si pauciſſima loca excipias, accurate exprimunt Romana ap. Eucharium Silber, alias Franck, 1490. fol. v. Panzer. A. T. tom. II. p. 499. n. 458. et Veneta a. 1499. die XII. Jun. in fol. quam Harlesius conſuluit, Panzerus non commemorat, qui aliam Venetam ejusdem anni, sed *die* XV. *Julii* fol. impreſſam, laudat tom. III. p. 467. n. 2556. His vitae Attici editt. a. 1514. acceſſit Pariſienſis, ab Ascensio cum Plutarchi vitis excuſa, quam nos ipsi poſt Heuſingerum denuo diligentiſſime examinavimus, et, adhibitis etiam alterius claſſis exemplaribus, egregie emendatam eſſe, intelleximus. Atque ut hujus editionis, ita ceterarum etiam, quas antea memoravimus, lectiones, a Viris Doctis enotatas, animadverſionibus noſtris inſeruimus. Nam lectiones Campanianae, quam nos *principem sine anno* appellamus, Schlegelius, Mentelianae, quam cum Harlesio *antiquam* dicimus, Harleſius et poſt eum Titzius, Jenſonianae a. 1478. idem hic doctissimus vir, Brixianae Fiſcherus, tum Jenſonianae a. 1470. quae a nobis *princeps a.* 1470. vocatur, varietatem Vulpiorum induſtria, Romanae a. 1490. poſt Boſium Heuſingerus, Venetae a. 1499. Harleſius adnotavit. In exſcribenda autem horum exemplorum varietate eam rationem secuti sumus, ut in iis locis, in quibus Menteliani, Jenſoniani a. 1478. Brixiani et Pariſienſis lectio a Campaniana principe, Romana a. 1490. Veneta a. 1499. et Longoliana (nam et haec ad alteram editt. claſſem referenda eſt) a Jenſoniana a. 1470. non discederet, Campanianae tantum et Jenſonianae ſcripturam commemoraremus, contra, ubi has editiones inter se diſſentire vidiſſemus, ſingularum lectiones singulatim adſcriberemus. Editionem Vitae Attici sine loci, anni et typographi indicio, in fol. laudat Panzerus A. T. tom. IV. p. 165. n. 849. eamque Vitam e Cornelii Editoribus primus Cornerus reliquis adjecit, in cujus exemplo sub finem legitur Epiſtola Franc. Philelphi ad Theodorum Platum. Mediolani IV.

Savaro ediderat 95), e libro ſcripto ſuo, Gifaniano et Petaviano. Poſt Schottum diligenter ea recenſuere Bosius et Heuſingerus 96)."

Jam vero, enumeratis Cornelii codicibus editionibusque iis, quae vel a textu accurate conſtituto vel ab interpretationis ratione maxime laudantur, ad ea, quae nos in novis his exemplaribus praeſtare conati simus, explicanda progredimur. Prima igitur, ut ſupra significavimus, cura nobis fuit, ut contextum Scriptoris ad antiquorum librorum, et ſcriptorum et typis excuſorum, auctoritatem revocaremus, ejectisque vel Lambini vel aliorum lectionibus, quae sine idonea cauſſa et contra omnium librorum fidem in Cornelii Vitas illatae eſſent, veram ejus

Nonas Januarias exarata, de qua Editor Bipontinus in Notit. Litter. p. XXVI. haec ſcribit: *Philelphus jam a. 1481. d. 31. Jul. Florentiae obierat. Vixit is ab anno 1440. Mediolani, indeque abiit a. 1475. Romam, hinc rursus Florentiam. Necesse est igitur, priorem aliquam Philelphinam vitae Attici editionem fuisse.* His ego lectis primum in eam opinionem adductus sum, ut in Campanianis vel Jenſonianis exemplaribus, quae Plutarchi Vitas à Philelpho aliisque in latinum sermonem verſas, praemiſſis ſaepius horum Interpretum epiſtolis, continent, Atticique, ut supra diximus, Vitam adjunctam habent, illam Philelphi epiſtolam primum excuſam eſſe, atque a Cornero inde transcriptam, crederem. Sed de Menteliana editione falso me suſpicatum eſſe, pulcherrimum ejus exemplum, quod Stuttgartiae in Regia Bibliotheca aſſervatur, diligenter inſpectum me edocuit; et ut de Jenſoniana non rectius me auguratum eſſe credam, illud facit, quod Titzius in Nott. pag. 255. nullas in hac editione Interpretum epiſtolas aut Praefationes Vitis praepositas eſſe ſcribit. Gesneriana, quae a Fiſchero laudatur, Attici vitae editio Gottingae a. 1745. 12. maj. prodiit hac inſcriptione: *Enchiridion, sive prudentia privata ac civilis T. Pomponii Attici, M. et Q. Ciceronum, Cn. Julii Agricolae, Imp. Caes. Nervae Trajani, a Nepote, Ciceronibus, Tacito, Plinio descripta. In usum praelectionum academicarum recensuit Jo. Matthi. Gesnerus.* Praefationi breves ad Attici Vitam animadversiones immixtae ſunt pag. XVI — XVIII.

ejus, quantum pro subſidiorum ratione fieri poſſet, ſcripturam reſtitueremus. Itaque singula Auctoris verba cum iis codicum editionumque lectionibus, quas alii ante nos adnotaverant, nosque ipsi in libris recens inſpectis vidimus, diligenter comparavimus, et ubique vulgatae lectionis, a Lambino conſtitutae, fontes inveſtigavimus, ut, quid a codicibus profectum, quid e sola Lambini conjectura mutatum fuerit, conſtaret, et contextus, qualis nunc eſt, origo singulis locis demonſtrari poſſet. In quo labore ſaepe mirati ſumus doctiſſimi viri, Lambini, audaciam, qui, nulla neceſſitate, ſuo quodam Latinitatis ſenſu ductus, tot in Cornelio ſanos locos immutaverit, tot voces, ſede sua motas, in aliam transtulerit, eaque in re Editorum plerosque ita

95) Savaro non has modo Fragmentorum particulas ante Schottum ediderat, sed etiam in aliis Cornelii reliquiis colligendis laudabilem operam poſuerat. Primus autem Nepotis reliquorumque hiſtoricorum latinorum Fragmenta colligere inſtituit Ant. Riccobonus, ad calcem libri de hiſtoria, Venet. 1568. 8. repet. Basil. 1579. 8. Poſt quem auctiorem collectionem publicavit Auson. Popma, Amſtelod. 1620. 8. Vide Salluſt. ab Haverkampio edit. Tom. II. p. 381 — 384.

96) Jac. Frid. Heuſingerus ſcripsit libellum: *De Nepote Cornelio bene merendi aliquot subsidia bibliothecae Guelpherbytanae. Guelpherbyti.* 1759. 4. in quo duo fragmenta, in codice Guelph. reperta, Cornelio Nepoti aſſerere ſtuduit. Quae quum Chriſt. Adolph. Klotzio in Cenſura illius libelli, in Novis Act. Erudit. Lips. 1759. m. Februar. p. 53 — 96. haudquaquam iſtius antiquitatis eſſe viderentur, Heuſingerus, suam tuiturus ſententiam, scripsit libellum: *Fragmenta C. N. Guelpherbytana a censoria Lipsiensis critici virgula vindicantur. Guelpherb.* 1760. 4. Klotzius tamen, nondum convictus, reſpondit in *Miscellaneis criticis*, Trajecti ad Rhen. 1763. 8. Cap. XI. p. 44 — 53. Neque vero Heuſingerus suam deſeruit cauſſam, sed in calce *Fl. Mallii Theodori de metris* libri, Lugd. Batav. 1766. 8. non solum libellos supra memoratos repetiit, sed etiam p. 155 — 166. modeſte docteque reſpondit in *Accessione ad vindicias fragmentorum Nepotis.* De qua aeque verecunde judicavit Klotzius in Actis Litterar. vol. III. part. 3. p. 345 — 348. *Harles.*

obedientes habuerit; ut plurimis locis Auctoris manum prorſus oblitteratam videas, et Cornelium saepiſſime in Cornelio requiras. Quam fraudem quum primum ſagaciter odoratus eſſet accuratiſſimae doctrinae vir, Jo. Mich. Heuſingerus, neque tamen singula ejus veſtigia ob antiquorum exemplorum penuriam perſequi potuiſſet, non multo poſt laudabilis Fiſcheri in adnotandis librorum, ante Lambinum impreſſorum, lectionibus diligentia egregium ad dijudicandam hanc rem adjumentum attulit. Quibus Fiſcheri copiis quum in noſtra editione accurata Ultrajectini exempli collatio acceſſerit, id jam opera noſtra effectum eſſe arbitror, ut, si a pauciſſimis locis discedas, quid in Cornelii Vitis librorum auctoritate, quid ingenii ope emendatum fuerit, ubique dicere poſſis, nec praeter Juntinam editionem, quam tamen ab Aldina parum vel nihil differre supra diximus, ullum ex iis, quae Lambinus videre potuit, exemplis supersit, cujus lectiones non examinatae et cum vulgato Auctoris textu comparatae sint.

Conſtitutis, quantum pro virium noſtrarum modo potuimus, Cornelii verbis, ad Interpretum animadverſiones, quae Staveriana editione continentur, emendate exprimendas et locupletandas ſtudium noſtrum contulimus, in qua re multum laboris nobis exhauriendum fuit. Nam quum adnotationes illas in Staveriana editione admodum vitiose excuſas, immo integros interdum versiculos omiſſos eſſe intellexissemus, ad ipſa Lambini, Gebhardi, Boecleri, Bo-

sii exempla recurrimus, et magnum sane laboris noſtri fructum cepimus. Non enim vitia solum, quae in Batavo exemplari admiſſa erant, accurata editionum illarum comparatione correximus, sed plurimas etiam Interpretum notas, a Bosio receptas, sed a Staverio, nescio, qua de cauſſa, omiſſas, cum saepe alias, tum in Miltiadis maxime et Themiſtoclis Vita, reſtituimus. Quamquam enim Staverius se Bosianae secundae editionis, a. 1675. impreſſae, exemplum repetiiſſe in Praefatione sua teſtatus sit, in duabus tamen, quas dixi, vitis hoc minime ab eo praeſtitum eſſe cognovimus, in quibus Boſianae prioris editionis et contextum aliquoties, et animadversiones, ſecundis Bosii curis multum poſtponendas, repetiit. Nam in poſterioribus exemplis non solum animadversiones suas emendavit Bosius et insigniter auxit, verum multas etiam, tum ſuas, tum aliorum, ab ipſo improbatas, sustulit. Sed quemadmodum ſuperiorum Interpretum adnotationes ad ſecundae Bosianae editionis rationem copiamque revocavimus, ita in Staverii animadversionibus ea omnia probra reſecuimus, quibus Heuſingerum indecenter ille et inhumaniter laceraverat, quae, utroque indigna, ut nova editione redintegrarem, eaque re doctissimorum Virorum Manibus injuriam facerem, impetrare a me non potui: in eoque aſſenſuros mihi spero omnes, qui leve illud damnum, si modo id damnum eſt, cum earum, de quibus jam dixi, tum praeclara Moſchianarum obſervationum acceſſione abunde compenſatum eſſe intelligent. Harum, tribus Prolusioni-

bus, a Moſchio publicatarum, copiam nobis fecit doctiſſimus amiciſſimusque vir, Imm. G. Huſchkius, qui egregium hoc beneficio editioni noſtrae ornamentum conciliavit. Nam et praeſtantiſſimi Axeniani Codicis lectiones accurate perſcriptas, et de multis Cornelii locis Moſchii ſententiam, docte intelligenterque expoſitam, continent. In noſtris animadverſionibus, quas, ut diſcerni a ceteris poſſent, additis uncis incluſimus, id maxime egimus, ut librorum, a nobis conſultorum, varietatem adnotaremus, multas Codicum lectiones, quas, a Daniele, Savarone aliisque publicatas, Boſius et Staverius vel neglexerant, vel non recte laudaverant, proferremus, receptasque a nobis in textum lectiones partim ſcriptorum editorumque librorum fide, partim optimorum Auctorum, in primis Cornelii ipſius, loquendi usu confirmaremus. In conſcribendis autem his adnotationibus brevitatem summo ſtudio ſecuti sumus, ne notarum, satis superque amplarum, copia in nimiam, et moleſtam Lectoribus, magnitudinem cresceret.

Teſtimonia Doctorum Virorum, quorum pleraque a Staverio omiſſa fuerant, reſtitui, atque in iis, quae Voſſianae de Cornelio Nepote diſputationi subjeci, quid mihi de hoc Scriptore, quid de Aemilio Probo videretur, modeſte expoſui. Reliquiis librorum Cornelii, a Schotto et Boſio collectis, Fragmenta Guelpherbytana cum Jac. Frid. Heuſingeri Defenſionibus adjeci, tum quod rariores hodie hi-

libelli sunt, tum quod praeclarum talium quaeſtionum accurate tractandarum ſpecimen praebent, ut neque modeſtiae, adverſario debitae, leges negligantur, et juſtae eruditorum hominum exſpectationi satisfiat.

Indicem Boſianum, ab Heuſingero diligenter auctum, multo et auctiorem et emendatiorem, in editionem noſtram transtulimus. Multas enim, quae Heuſingeri induſtriam effugerant, voces et dictiones addidimus, plurima loca, quae Boſius et Heuſingerus in Vitarum contextu emendaverant, sed in Indice intacta reliquerant, correximus, totumque ad textus, a nobis conſtituti, rationem accommodavimus, ut, quum jam antea insignem Nepotis Lectoribus utilitatem attuliſſet, poſthac eum majori etiam uſui et commoditati fore non dubitemus.

Reſtat, ut de conſilio, quod librarii, hujus editionis redemtores, ceperunt, aliorum quoque veterum Scriptorum exempla, a doctis in Batavia viris adornata, repetendi, breviter exponamus. Nam una cum Cornelii Vitis ex eadem officina prodit prima pars Livii, e Drakenborchiana editione repetiti, in quo curando Novus Editor exemplum, ipſius Drakenborchii manu notatum, multisque ejus obſervationibus et correctionibus locupletatum, ſecutus eſt. Sed in hac aliisque aliorum Scriptorum, qui deinceps ſequentur, editionibus recudendis hoc inſtitutum tenebitur, ut Batavi exempli et textus accurate, et

commentarius, sine ulla acceſſione, repetatur, novorumque Editorum curae peculiaribus Animadverſionum voluminibus, ſeparatim impreſſis, ſubſequantur. Neque illum Doctis Viris, antiquarum litterarum ſtudioſis, non jucundum futurum nuntium arbitror, a Viro, mathematicarum rerum peritiſſimo, J. G. Cammerero, novam Elementorum Euclidis editionem parari, quae, ſelectis Procli, Clavii, Savilii, Simſonis, Pfleidereri, novisque ipſius Editoris animadverſionibus inſtructa, eorundem librariorum ſumtibus excudetur, textumque diligenter emendatum, latina verſione adjuncta, habebit.

Haec, Benevole Lector, in principio hujus libri TIBI significanda fuerunt. In quo navatam Nepoti et bonis litteris operam ita TIBI probari cupio, ut, etiamsi ingenium et doctrinam, a quibus longiſſime abeſſe me fateor, deſideres, diligentiam certe et de Cornelio bene merendi voluntatem agnoscas, virorumque, qui ornandi Auctoris inſtrumenta nobis ſuppeditarunt, benevolentiam grato mecum animo proſequaris. Vale. Scr. Uraci Cal. Mart. MDCCCXX.

[redacted]



# DEDICATIO
## EDITIONIS STAVERIANAE PRIORIS.

*ILLUSTRISSIMO, GRAVISSIMO*

VIRO

JOANNI VAN DEN BERGH,

J. C.

AMPLISSIMIS IN REP. HONORIBUS MULTISQUE PRO PATRIA LEGATIONIBUS SUMMA CUM LAUDE PERFUNCTO, URBIS LEIDAE SAEPIUS CONSULI, RHENOLANDIAE PRAETORI, ET SUPREMO EJUSDEM AGGERUM PRAEFECTO

S. P. D.

AUGUSTINUS VAN STAVEREN.

Quando Excellentium Imperatorum vitis, a Cornelio Nepote conſcriptis, nova luce donandis manum adhibere coepi, ſtatim hoc Opusculum Illuſtri Tuo Nomini inſcribere deſtinavi. Quod propositum perficiendi fiduciam auxit mihi tum ipſe Scriptor, Perſona Tua, ut opinor, Vir Illuſtrissime, non indignus, quippe cui Pater Tuus, praeclare de Repub. noſtra olim promeritus, patrocinium suum ac tutelam non denegavit, et quem Tu ipſe ſemper in deliciis habuiſti, quum a prima adolescentia Imperatorum a Cornelio noſtro commemoratorum, aliorumque, quos ad Remp. natos prisca tulit aetas, virorum praeſtantium veſtigia preme-

re conatus, omne tempus literis dederis, et postea, quam ad summos honores, dignitatesque, natalium splendori et meritis Tuis debitas, evectus es, in utriusque populi fata, leges atque instituta, ut uberrimus inde in Remp. nostram redundaret fructus, diligenter inquirere nunquam destiteris. Tum quia innumeris a Te auctus et ornatus beneficiis, quibus novus nuper accessit cumulus, quum Tuo in primis, tunc temporis Consulam Praesidis, amplissimorumque Collegarum Tuorum concessu, quatuor codicum manu exaratorum, has Imperatorum vitas continentium, qui in Academiae Lugduno Batavae Bibliotheca adservantur, copia mihi facta sit, primam hanc publice testandi, quid et quantum Tibi uni debeam, opportunitatem rapiendam existimavi. Hic jam latissimus in egregias Tuas exspatiandi virtutes pateret mihi campus, in quarum magnitudine illustranda ipse Cornelius, si aetas ejus in haec tempora incidisset, ingenium ac stilum suum exercere gavisus, et simul Te omnes illos praeclaros Graeciae ac Romanae Civitatis viros fortitudine, constantia, prudentia, ac vitae integritate si non superasse, saltem aequiparasse professus fuisset. Sed quoniam earum fama, universam per Europam celebrata, nulla temporis vetustate obliterabitur, nec meo praeconio indigent, hisce inculta oratione exornandis prudens supersedere malo, quam in modestiam Tuam et publica, quibus nocte dieque invigilas, commoda peccare. Unicum itaque, Vir Illustrissime, votum meum hoc est, ut munusculum illud, etsi leve, certissimum tamen grati memorisque animi testimonium, hilari vultu ac benigno intuearis, Tuoque favore, quem huc usque expertus sum, me prosequi pergas. Quod si impetravero, omnia me adeptum putabo. Vale, Vir Illustrissime, et Deum T. O. M., ut Rei Publicae et Literariae commodo Te diu salvum et superstitem esse velit, suppliciter nunc veneror, ac semper venerabor.

Dabam Lugd. Bat.
Ipsis Idibus Maji
A. MDCCXXXIV.

# PRAEFATIO
## EDITIONIS STAVERIANAE PRIORIS.

# LECTORI BENEVOLO

S. D.

## AUGUSTINUS VAN STAVEREN.

*De nova hac editione pauca praefaturus, Auctorem ipsum nec Tibi multis commendare, neque de ejus aetate, stylo, ac fide disputare decrevi. Actum agerem, Amice Lector, quoniam viri, ingenii et eruditionis fama illustres, Andreas Schottus, Dion. Lambinus, item Janus Gebhardus, sed in primis G. J. Vossius, et nuper etiam Chr. Falsterus in prol. ad lib. 8. A. Gellii §. 2. luce meridiana clarius ostenderunt, Cornelium Nepotem, Tullianae aetatis, ac sermonis elegantissimi scriptorem, non vero Aemilium Probum, qui sub Theodosio demum vixit, hujus libri esse auctorem, eademque de caussa Chr. Cellarius non immerito eum in principum aurei saeculi scriptorum censum jam retulit. Historicum esse summa fide dignissimum, nemo inficias ire potest, idque probant Auctores isti gravissimi, Thucydides, Plato, Theopompus, Timaeus, et Dinon, quos non sine judicio, res ab exterarum gentium ducibus gestas commemorans, ad partes vocavit. Nec objicias mihi quispiam, hunc Auctorem ideo*

*inferioris classis esse censendum, aut de fide ejus dubitandum, quod nonnunquam in Graecis vocabulis vertendis fuerit lapsus; illud enim vitium ei cum optimis scriptoribus commune fuisse, satis superque demonstravit Academiae Lugduno Batavae quondam decus J. Perizonius, ut ad Phocionis vitam cap. 4. docui.*

*Certissimum itaque hunc, atque purissimum scriptorem, sed misere a librariis vexatum, cura sua prisco nitori restituere non infeliciter conati sunt partim ii, de quibus superius mentionem feci, partim alii quam plurimi viri, praeclara olim Reip. literariae lumina, quorum varias editiones recensent D. G. Morhofius Polyhist. Literar.* Lib. 4. cap. 11. §. 10. *et J. A. Fabricius Biblioth. Latin.* Lib. 1. cap. 6. *qui pluribus de Nepote egerunt. Inter omnes vero, quas Docti nobis procurarunt, editiones, eminet illa Jo. Andreae Bosii adnotationibus, ac lucubrationibus secundis, aliorumque animadversionibus locupletata, Jenae A. 1675. typis expressa. Optimam eam, et ab Eruditis diu desideratam editionem cum recudere in animum induceret diligentissimus Luchtmannus, atque, ut illius curam susciperem, enixe me rogaret, diu haesi dubius, oblatam conditionem acciperemne, an recusarem: sollicitum enim me tenuit non vanus metus, ne aliquando eorum numero haberer, qui quovis pretio quasi conducti, quorumvis scriptorum, in quibus nullam antea operam posuerunt, curationem arripere non dubitant. Quod pravum institutum ipse cane pejus et angue semper odi, quippe in Optimorum Auctorum perniciem, et Reip. literariae damnum unice excogitatum. Attamen mecum perpendens, Auctorem, curae meae committendum, esse Cornelium Nepotem, scriptorem quidem elegantissimum, et variis antiquitatibus refertum; sed, quia primus est e Latinis scriptoribus, quem ad Romanorum elegantias rite cognoscendas in manum sumpsi, jam diu mihi familiarem redditum, integerrimi Bibliopolae votis satisfacere, ac manum huic operi admovere sustinui.*

*Ut jam nova haec editio qualicunque meo studio atque opera paullo ornatior prodiret, e quatuor codicibus MSS., quorum usum*

*benigne mihi concesserunt Amplissimi civitatis Leidensis Consules variantes lectiones summa cum fide excerpsi, quorum primus est codex membranaceus illustrissimi olim Isaaci Vossii, et in notis meis litera* **A** *distinctus, qui conspicitur in catalogo Bibl. Lugd. Bat.* pag. 381. n. 52. *inter Voss. Lat. in quarto. Alter est codex chartaceus inter Lat. Voss. in octavo* p. 387. n. 23. *et a me litera* **B** *notatus, quo codice Cl. Boeclerum olim fuisse usum, plerisque in locis consentientes ex utroque productae lectiones mihi fere persuaserunt* *). *Tertius est, quem litera* **C** *notavi, exstans ibid.* n. 52. *In hoc codice modo duodecim Excellentium virorum vitae reperiuntur, scilicet Miltiadis, Themistoclis, Aristidis, Pausaniae, Cimonis, Lysandri, Timoleontis, Reg Hamilcaris, Hannibalis, Catonis, et Attici, quibus addita est Corneliae Gracchorum matris epistola. Praeterea in eodem nulla vitarum ordinis ratio est habita, et literarum ductum per librarii compendia saepe conjectura adsequi vix potui. Hisce quartus accedit codex itidem chartaceus Bibliothecae Leidensis in folio* pag. 325. num. 17. *quem ante me cum editione Hackiana A.* 1705. *jam contulerat Vir Eruditissimus Franc. Oudendorpius, qui hanc collationem humanissime mecum communicavit: quem codicem probae monetae esse tum in Lucano, tum in strategematum scriptore Frontino multis exemplis Vir idem praestantissimus docuit. Deinde accuratius consului excerpta ex cod. P. Danielis, editioni Francofurtensi Anni* 1608. *adjecta, quia Clar. Bosius discrepantes ex eo lectiones multis in locis notis suis inserere supersedit. Duos Codd. MSS. alterum Bibliothecae S. Trin. Cantabrig. alterum D. Fr. Bernard, M. D. et Regiae Societatis socii, excerpsit Doctus quidam Britannus, et Excerpta editioni Oxoniensi e Theatro Sheldoniano A.* 1708. *adtexuit, quas collationes sub nomine* MSS. Oxon. *Doctorum animadversionibus subjunxi. Ex Eruditorum adnotationibus plerasque observationes politicas ejeci. Eruditissimi Jani Gebhardi notas criticas, quae a Cl. Bosio in in-*

---

*) [Vide Staver. ad 18, 6, 2.]

*dicem erant conjectae, item Ernstii JCti, quae indici erant praemissae, sub textu reposui. Denique ipse symbolam dedi paucarum notarum, quae si ad eruditorum gustum fuerint, votorum summam adeptus ero. Vale, Lector, et juvenilibus meis conatibus fave.*

---

# DEDICATIO
## EDITIONIS STAVERIANAE SECUNDAE.

*NOBILISSIMIS ET AMPLISSIMIS*

VIRIS,

SIMONI DROLENVAUX,

J. C.

CONSULARI,

ET

JANO VAN ROYEN,

J. C.

DAVIDIS FILIO,

CIVITATIS LEIDENSIS SYNDICO, ILLUSTRI ACADEMIAE CURATORUM CONSULUMQUE COLLEGIO AB ACTIS,

S. P. D.

CAROLUS ANTONIUS WETSTENIUS,

J. C.

Alteram hanc *Cornelii Nepotis* Editionem (cujus priorem Avo Veſtro Materno, JOANNI VAN DEN BERGH, Viro perilluſtri, dedicaverat) Veſtris Nominibus quo minus inscriberet doctissimus AUGUSTINUS VAN STAVEREN; impedivit Mors, quae optimum Senem, diutino morbo confectum, praeripuit. Moriens tamen me, dimidia jam ex parte

typis deſcriptam Editionem uti curarem, Vobisque, Viri Nobilissimi, dedicarem, enixe rogavit, in Vobis scilicet Avitas Dotes ac Virtutes summo opere admirari ac venerari solitus. Neque ego Viro amicissimo, Praeceptori olim meo, negare suſtinui. Addendi sane tollendique, quae vellem, poteſtatem mihi fecerat amplissimam: sed eodem tenore reliqua abſolvere malui, codicem adeo, Ipsius manu variis in locis correctum et auctum, sequi contentus. Uberioribus enim hisce adnotationibus ne volumen in nimiam molem excresceret; aliorum (et in his *Bosii*, *Ernſtii*, *Gebhardi*) quaedam, suaque reciderat non pauca. Hactenus equidem operis rationem reddidi. Vos autem, Viri Nobilissimi, hoc venerationis, qua Vos, dum in vivis eſſet, proſequi haud deſtitit clarissimus Auctor, pignus accipite; meque Veſtrorum Nominum sinceris cultoribus annumerare pergite, Rei Publicae ac Musarum bono diu superſtites et incolumes!

## JO. ANDREAE BOSII
# PRAEFATIO.

## LECTORI S.

*Ne legeres in hoc vestibulo, quae de proposito nostro prolixe dicturus eram, partim mercatus imminens, qui subinde multorum conatus intercipit, partim valetudo fecit mea. Quae praeterea et hanc necessitatem mihi imponit, ut, quidquid hoc epistolii est, aliena manu exarandum sit. Sic igitur rem omnem paucis accipe. Cum abhinc triennio, ab ornatissimo et praestantissimo Viro,* Christiano Kirchnero, *de nova Nepotis Editione adornanda compellatus, onus illud, otio, quam nunc, abundantior, in me recepissem, optimum existimavi, in ea re hanc viam insistere, quam in edendis scriptoribus antiquis CL. Vir,* Matthias Berneggerus *cum eruditissimo genero,* Jo. Freinshemio, *primi feliciter inierant. Neque enim verebar eorum judicia, qui, cum aliud nihil habeant, quod in hoc instituto possint reprehendere, nimiam diligentiam accusant: quasi haec cuiquam vitio verti debeat. Quare quoscunque noram annotationum aliquid in hunc auctorem scripsisse, sollicite conquisivi, hoc fine, ut seligerem ex omnibus, quae maxime illustrando auctori essent, selectaque in formam perpetui Commentarii redigerem. Hoc tamen discrimine, ut CC. VV.* Jo. Henr. Boecleri, Janique Gebhardi *pleraque retinerem, exceptis, quae* Gebhardus *illustrandae dictioni prolixe congesserat: e ceteris pauca solum et praecipua exceperem. Sed quoniam non dubitabam, plura in scriniis suis servare Viros doctos, quae Nepoti nostro novam lucem adferre possint, quosdam aut ipse, aut per amicos conveni, modeste rogitans, ut propositum nostrum, quoad possent, ope consilioque juvarent.* Ne-

que frustra fui. Nam Vir Celeberrimus, et de Nepote nostro jam ante praeclare meritus, Augustus Buchnerus, ut est singulari et inusitata humanitate, per amoenissimi ingenii, nec vulgaris doctrinae adolescentem, Laurentium Georgium à Crokow, Equitem Pomeranum, non solum duplicem Commentarium olim a se inchoatum, sed etiam Codicem suum, quo per annos bene multos usus erat, submisit. Ac commentariorum quidem alter, isque vetustior, Miltiadem et Themistoclem, cum magna parte Aristidis; alter paullo recentior, unum Miltiadem cum initio Themistoclis complectebatur. Codici vero suo praeter alia multa, quae in ora adscripserat, subinde prolixiores annotationes inseruerat. Ex utroque genere plurima in hunc Commentarium transtulimus, adscripto ubique auctoris nomine, quod etiam in reliquis fecimus. Christianus quoque Daumius, Vir meliori fortuna dignissimus, tres codices, quibus conjecturas aliquot suas Nobiliss. Barthius adscripserat, ad nos destinavit. Neque defuissent petitioni nostrae duo summi Viri, ac Criticorum nostra aetate facile principes, Thomas Reinesius, et Jo. Fridericus Gronovius, nisi illustres eorum cogitationes fortuna nobis invidisset. Nam alterius codices nescio quis mutuo acceptos secum asportaverat, alterius conjecturae pridem ad nos missae, cum litteris, quibus continebantur, incertum cujus culpa, perierunt.

Postremo Nobilissimus idemque Consultissimus Vir, D. Henricus Ernstius, JCtus et Polyhistor celeberrimus, cum ex aliis de proposito nostro intellexisset, sponte ad nos misit hactenus ineditas ad Nepotis Imperatores Notas, cum Annotationibus ad Vitam Attici, antea quidem in Belgio Germaniaque editis, sed nunc passim auctis et immutatis. Quas omnes, ut ab eo transmissae sunt, si paucissima, quae ab aliis occupata erant, excipias, Commentario huic inseruimus. Haec monere necessarium duximus, ut scias, quibus accepta ferenda sint, quae nunc primum in hoc volumine comparent, simul debitas unicuique gratias mecum agas, habeasque. Quae a nostra manu sunt, levissima esse fateor, et tum primum chartis illita, cum doctissimorum hominum notas, quos dixi, ordinarem, et Typographo traderem. Indicem, ut a Cl. Boeclero concinnatus erat, reliquimus, nisi quod immutavimus quaedam, ob textum

in

*in ultima recensione ab eo emendatum. Additiones aliquot e* Lambino *et* Gebhardo *potissimum, itemque propria lectione desumtas subinde inspersimus, sed a reliquis asterisco aut unco distinctas.*

*Quae res eorum numero facile, spero, nos eximet, qui amant in aliorum libris ingeniosi esse. Quemadmodum nec illud vitio verti nobis debet, quod veterum scriptorum loca ab aliis allegata evolvimus, atque ex emendatissimis editionibus correximus, adscriptis plerumque numeris librorum, capitum et versiculorum, quos illi magnam partem omiserant. Suppetunt enim in utroque genere magnorum Virorum exempla, quibus hunc morem tueri possumus, si opus sit. Sed finiamus tandem, quod tempus, valetudo, charta, et omnia jubent. B. V. et quicquid in hanc rem operae a nobis insumtum est, id unice adfectui nostro erga studia juventutis transcribe. Ineptus enim sit, qui ex hujusmodi opella vel minimum famae sibi promittat. Jenae, ipsis Kal. Septemb.* CIↃIↃCLVII.

DE

# CORNELIO NEPOTE
# VETERUM SCRIPTORUM
## TESTIMONIA ET JUDICIA.

### NEPOS IPSE IN VITA ATTICI CAP. XIII.

Atque hoc non auditum, sed cognitum praedicamus. Saepe enim propter familiaritatem domesticis [*Attici*] rebus interfuimus.

## M. TULLIUS CICERO

### LIB. XVI. AD ATTIC. EP. V.

Nepotis epistolam exspecto. Cupidus ille meorum? qui ea, quibus maxime γαυριῶ, legenda non putet? Et ais, μετ' ἀμύμονα: tu vero ἀμύμων, ille quidem ἄμβροτος.

Vide in fragment. cap. 5, 9. [Hoc loco, et alio, qui in *Fragmentis* num. 10. legitur, Viri Docti *Cornelium Nepotem* significari putant, quod tamen non prorsus exploratum est. Nam et in Epist. ad Attic. 2, 5. *Q. Metellus Nepos* Ciceroni simpliciter *Nepos* dicitur. Vide Schott. ad Fragm. 5, 10.]

## C. VALER. CATULLUS

### IN LIBELLO CARMINUM AD CORNEL. NEPOTEM. CARM. I.

Quoi dono lepidum novum libellum,
Arida modo pumice expolitum?
CORNELI, tibi. Namque tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas,
Jam tum, quum ausus es unus Italorum
Omne aevum tribus explicare chartis,
Doctis, Juppiter, et laboriosis!

Quare habe tibi, quidquid hoc libelli est,
Qualecumque: quod, o patrona virgo,
Plus uno maneat perenne saeclo.

## POMPONIUS MELA

### LIB. III. DE SITU ORBIS CAP. V.

Cornelius Nepos, ut recentior auctor, ita certior.

## PLINIUS

### LIB. III. NATUR. HISTOR. CAP. XVIIII.

Nepos Cornelius, Padi accola.

### IDEM LIB. V. CAP. I.

Minus profecto mirentur portentosa Graeciae mendacia, - - - qui cogitent, nostros nuper paullo minus monstrifica quaedam tradidisse: praevalidam hanc urbem, majoremque Carthagine magna, - - - quaeque alia Cornelius Nepos avidissime credidit.

### IDEM LIB. IX. CAP. XXXIX. ET LIB. X. CAP. XXIII.

Nepos Cornelius, qui divi Augusti principatu obiit.

## PLINIUS JUNIOR

### LIB. IV. EPIST. XXVIII.

Herennius Severus, vir doctissimus, magni aestimat in bibliotheca sua ponere imagines municipum tuorum, Cornelii Nepotis et Titi Cassii: petitque, si sint istic, ut esse credibile est, exscribendas pingendasque delegem. Quam curam tibi potissimum injungo: primum quia desideriis meis amicissime obsequeris; deinde quia tibi studiorum summa reverentia, summus amor studiosorum; postremo quod patriam tuam omnesque, qui nomen ejus auxerunt, ut patriam ipsam, veneraris et diligis.

### IDEM LIB. V. EPIST. III.

Scio, non corrumpi in deterius, quae aliquando etiam a malis, sed honesta manere, quae saepius a bonis fiunt. Inter quos vel praecipue numerandus est P. Virgilius, Cor-

nelius Nepos, et prius Ennius Acciusque; non quidem hi senatores, sed sanctitas morum non distat ordinibus.

## A. GELLIUS

### LIB. XV. NOCT. ATTIC. CAP. XXVIII.

Cornelius Nepos et rerum memoriae non indiligens, et M. Ciceronis, ut qui maxime, amicus familiarisque fuit.

## Q. SEPTIMIUS FLORENS TERTULLIANUS

### LIB. II. AD NATIONES CAP. XII.

Exstat apud litteras vestras usquequaque Saturni census. Legimus apud Cassium Severum, apud Cornelios, Nepotem et Tacitum, apud Graecos quoque, Deodorum,*) - - quique alii antiquitatum canos collegerunt.

*) Sic Ms. Agobardi, unde hos libros J. Gothofredus edidit. Sed e verbis Tertulliani, Minucii et Lactantii, quae hic proxime sequuntur, patet legendum esse: *Diodorum et Thallum.* Male autem nuperrimus editor, Phil. Priorius, lacuna ea neglecta edidit: *Diodorum quive alii.* Bosius.

### IDEM IN APOLOGETICO CAP. X.

Saturnum, quantum litterae docent, neque Diodorus Graecus aut Thallus, neque Cassius Severus*) aut Cornelius Nepos, neque ullus commentator ejuscemodi antiquitatum, aliud quam hominem promulgarunt.

*) *Severi* nomen ab imperito librario esse, Cassiumque Heminam intelligi vult Vossius de histor. Latin. 1, 21. suffragante Jac. Ouzelio in Comment. ad Minuc. Fel. pag. 132. Omnino enim, qui de Saturno istud scripsit, esse Cassium Heminam, quippe qui historiam suam orsus fuerit a priscis Italorum rebus. Et credibilius esse, *Severi* nomen fuisse additum, quam Tertullianum memoriae lapsu duos Cassios confudisse. Minucium quoque Fel. qui Tertullianum exscripsit, et Lactantium *Severi* cognomen omittere. Verum haec tanti non sunt, ut propterea nomen *Severi* expungendum sit. Lapsus et alibi memoria Tertullianus est. Cognomen autem omisere

[redacted]



alii ſtudio brevitatis, quemadmodum gentile Nepotis, iidem reticuerunt. *Bosius.* [Confer egregium librum: *Joh. Hartman Eberhardt ueber den Zustand der schoenen Wissenschaften bei den Roemern. Aus dem Schwedischen. Mit Zusaetzen. Altonae.* 1801. 8. *pag.* 191 — 199. et 203 — 214.]

## MINUCIUS FELIX

### IN OCTAVIO CAP. XXII.

Saturnum omnes scriptores vetuſtatis, Graeci Romanique, hominem prodiderunt. Scit hoc Nepos et Caſſius in hiſtoria, et Thallus ac Diodorus hoc loquuntur.

## L. COELIUS LACTANTIUS FIRMIANUS

### LIB. I. DIV. INSTITUT. CAP. XIII.

Omnes, non tantum poëtae, sed hiſtoriarum quoque ac rerum antiquarum ſcriptores, hominem fuiſſe [*Saturnum*] conſentiunt, qui res ejus in Italia geſtas memoriae prodiderunt: Graeci, Diodorus et Thallus; Latini, Nepos, et Caſſius, et Varro.

## S. HIERONYMUS

### IN CHRONICO EUSEBIANO NUM. MDCCCCLXXVII. AD OLYMP. CLXXXV. ANN. I.

Cornelius Nepos, scriptor hiſtoricus, clarus habetur.

### IDEM IN PRAEFAT. AD LIB. DE SCRIPTORIB. ECCLESIASTICIS.

Hortaris, Dexter, ut, Tranquillum sequens, eccleſiaſticos scriptores in ordinem digeram, et, quod ille in enumerandis gentilium litterarum fecit viris illuſtribus, id ego in noſtris faciam. Fecerunt quidem hoc idem apud Graecos Hermippus Peripateticus, Antigonus Caryſtius, Satyrus, doctus vir, et longe omnium doctiſſimus Ariſtoxenus Musicus; apud Latinos autem Varro, Santra, Nepos, et, ad cujus nos exemplum vis provocare, Tranquillus.

## D. MAGNUS AUSONIUS
### CARMINE AD LATINUM PACATUM DREPANIUM EPIGRAMMATIS PRAEFIXO.

Cui dono lepidum novum libellum?
Veronensis ait poëta quondam,
Inventoque dedit statim Nepoti.
At nos illepidum, rudem libellum,
Burras, quisquilias ineptiasque
Credemus gremio cui fovendum?
Inveni (trepidae silete nugae)
Nec doctum minus, et magis benignum,
Quam quem Gallia praebuit Catullo.

### IDEM EPISTOLA XVI. AD PROBUM PRAEF. PRAET.

Apologos Titiani, et Nepotis chronica, quasi alios apologos (nam et ipsa instar sunt fabularum) ad nobilitatem tuam misi, gaudens atque etiam glorians, fore aliquid, quod ad institutionem tuorum sedulitatis meae studio conferatur.

## JUDICIA RECENTIORUM SCRIPTORUM.

### ONUPHRIUS PANVINIUS

*catalogo illustrium scriptorum Veronensium, lib.* VI. *antiquit.*

Constantissimo civitatis nostrae testimonio C. CORNELIUM NEPOTEM, virum doctissimum, et antiquitatum omnium peritissimum, Veronensem fuisse, traditur, cui in summa curia cum reliquis Veronensibus illustribus etiam statua posita est ex publica auctoritate. Eum Plinius lib. III. H. N. cap. xix. Padi accolam vocat, et alibi saepius de eo mentionem facit. Ortus siquidem in vico Veronensium Hostilia, ad Padi ripas sito, ut Tacitus auctor est lib. XIX. historiae Augustae. Pius quoque Papa II. in Asiae descriptione eum Veronensem aperte fuisse scribit. Ad hunc Catullus opus suum misit, tanquam civem suum: *Quoi dono lepidum novum libellum?* Hic in urbe Ciceronis et Caesaris tempore vixit, pervenitque usque ad Augusti principatum. Scripsit diser-

[redacted]



tissime *illustrium virorum vitas.* Quarum tantum Pomponii Attici exstat, quae ceterarum facile specimen potest judicari.

## M. ANT. MURETUS

*lib.* VII. *var. lect. cap.* 1.

Perelegans exstat Aemilii Probi ad T. Pomponium Atticum libellus, quo Graecorum Imperatorum vitae mundissimo ac castissimo orationis genere explicantur.

## HIERON. MAGIUS

*praefatione adnotationum suarum in Aemilium Probum.*

De Aemylii Probi vita nihil compertum habeo, quando nullus auctorum veterum, quos mihi legere contigerit, reperitur, Plutarcho et Galeno exceptis, qui hominis saltem, vel libri hujus meminerit. Horum alter in vita Annibalis (si modo haec a Plutarcho conscripta fuit) loquens de strategemate, ab Annibale contra Eumenis, Pergameni Regis, classiarios excogitato, sic inquit: *Ejus autem sic gestae rei non vetustiores Annales, sed Aemylius et Trogus meminerunt. Itaque fides penes auctores sit*, etc. Alter vero, scilicet Galenus, in libro de Theriaca ad Pisonem, de eodem strategemate. hunc Probi librum (nisi fallor) citans, sic ait: *Ego autem ex quodam historiae libro accepi, quomodo aliquis bellum contra Romanos gerere voluerit, nulla militaris ordinis potentia munitus. Homo vero hic* (inquit) *Carthaginiensis complures ollas feris, quae repente possunt occidere, refertas, adversus hostes projecit: illi autem non intelligentes*, et quae sequuntur. Cum enim non vetustiores Annales, sed Aemylius duntaxat et Trogus hujus strategematis meminerint: magisque Aemylii verbis quam Trogi concinat Galenus (hoc autem infra ex Annibalis vita, et Justini lib. 32. perspicere licet) Probi, non autem Trogi, ab eo librum significari putaverim. Quamquam homo Graecus, et in Latinorum auctorum lectione non admodum exercitatus, quique longe diversa tractaret, nec fortasse Probi librum ad manus haberet, haud fideliter omnia

retulit: et firma neutiquam memoria uſus, nec libri titulum, nec auctoris nomen protulit. Videtur vero delituiſſe Probus, tum quod iis temporibus sit natus, et ad ſcribendum acceſſerit, quibus uberem doctiſſimorum virorum proventum Roma haberet, quorum hic gloriae objectu minus emicuit: tum quia (ut verum fateamur) non eo ordine, orationis filo ac lepore, quibus ejus generis et memoriae gravem auctorem decuit, veterum res vitasque literis prodiderit; quin aliquando in Graecis scriptoribus, a quibus multa deſumpſit, parum fuerit oculatus: et nonnulla, ex Graecae linguae ignoratione, inverterit. Sed utcunque sit (non enim hic Probum in examen cenſuramque trahere consilium eſt) eum sat eſt vel his ſuarum vigiliarum reliquiis, in antiquorum ſcriptorum deflenda clade, doctis hominibus alicujus saepe uſus haberi. Reliquias vero diximus, quod non solum has Graecorum Ducum vitas conſcripſerit, ſed etiam Romanorum, quae temporum injuria deſiderantur, sola Catonis vita ex multis ſuperſtite, quam Giberto Longolio, homini admodum erudito, debemus, qui ex vetuſto eam codice reſtituit*); quamque ego mox Venetiis in bibliotheca Coenobii Divi Antonii in vetuſto Probi codice, una cum Francisco Patricio, viro, ut ejus pulcherrimae lucubrationes teſtantur, eruditiſſimo, perlegi. Scripſit adhaec *de Hiſtoricis* librum, cujus in Dione meminit. Item *de vita et moribus M. Porcii Catonis*, rogatu (ut in eodem Catone teſtatur) T. Pomponii Attici, cui et praeſens opus dicavit, quos identidem libros vetuſtas internecioni tradidit et delevit.

## IDEM

*in epiſtola ad Greg. Angelerium et Paul. Ligium, notis ejus in Aem. Probum ſubnexa.*

Quanquam in meo libro paſſim doctiſſimi Robortelli sententiam exquiri volo, una tamen re mihi parum explo-

*) [Catonis Vitam diu ante Longolium typis exſcriptam fuiſſe, nunc satis conſtat.]

rata, quaeque negotium facessit, maxime ejus extorqueri judicium desidero. Haec est anceps et difficultatum plena de Aemylii Probi saeculo apud me quaestio. Censent eruditi, nosque in annotationibus nostris affirmavimus, quod et vulgus ex recepto operis titulo et novissimis Probi in Catone verbis pro comperto habet: auctorem hunc Pomponii Attici aetate floruisse, ejusque amicum fuisse, unde et Attico opus hoc inscriptum sit. Verum ut hoc amplius ita apud me ratum non sit, sed ut in eo plane ambigam, conjecturarumque et argumentorum fluctibus nunc huc, nunc illuc jacter, ii efficiunt versus, quos pridem in calce Burgensis codicis MS. sub Probi nomine (nisi alterius *Probi* sunt, eo ab imperito scriba transvecti) non tamen admodum probos, monente Barthol. Magio, fratre meo, animadverti, et non sine voluptate atque admiratione legimus: quibus auctorem, cujus de saeculo agimus, Theodosii Imp. aetate floruisse, eique (vel senior, vel junior fuerit) a *Probo* opus suum dicatum oblatumque aperte demonstratur. Versus sunt infra scripti:

*Vade liber noster, fato meliore memento,*
*Quum leget haec dominus, te sciat esse meum.*
*Ne timeas fulvo strictos diademate crines,*
*Ridentes blandum vel pietate oculos.*
*Communis cunctis, hominem sed regna tenere*
*Se meminit: vincit hinc magis ille homines.*
*Ornentur steriles: facilis tectura libelli*
*Theodosio, et doctis carmina nuda placent.*
*Si rogat auctorem, paullatim detege nostrum*
*Tunc Domino nomen: me sciat esse Probum.*
*Corpore in hoc manus est genitricis, avique, meaque,*
*Felices, Domini quae meruere manus* *).

*) [Vers. 1. Cod. Guelpherbyt. habet: *V. liber, nostri fato m. m.* Vers. 2. Edit Francofurt. a. 1608. fol. *Quum legit.* Vers. 3. Cod. Axen. *Ne metuas.* Guelph. *Nec metuas.* Vers. 5. 6. Ax. *Communem.* Ed. Savar. *hom. se reg. t. Sed meminit.* Vers. 7. Ax. *Ornetur sterilis fragili tectura libelli.* Gu.

[redacted]



retulit: et firma neutiquam memoria usus, nec libri titulum, nec auctoris nomen protulit. Videtur vero delituisse Probus, tum quod iis temporibus sit natus, et ad scribendum accesserit, quibus uberem doctissimorum virorum proventum Roma haberet, quorum hic gloriae objectu minus emicuit: tum quia (ut verum fateamur) non eo ordine, orationis filo ac lepore, quibus ejus generis et memoriae gravem auctorem decuit, veterum res vitasque literis prodiderit; quin aliquando in Graecis scriptoribus, a quibus multa desumpsit, parum fuerit oculatus: et nonnulla, ex Graecae linguae ignoratione, inverterit. Sed utcunque sit (non enim hic Probum in examen censuramque trahere consilium est) eum sat est vel his suarum vigiliarum reliquiis, in antiquorum scriptorum deflenda clade, doctis hominibus alicujus saepe usus haberi. Reliquias vero diximus, quod non solum has Graecorum Ducum vitas conscripserit, sed etiam Romanorum, quae temporum injuria desiderantur, sola Catonis vita ex multis superstite, quam Giberto Longolio, homini admodum erudito, debemus, qui ex vetusto eam codice restituit*); quamque ego mox Venetiis in bibliotheca Coenobii Divi Antonii in vetusto Probi codice, una cum Francisco Patricio, viro, ut ejus pulcherrimae lucubrationes testantur, eruditissimo, perlegi. Scripsit adhaec *de Historicis* librum, cujus in Dione meminit. Item *de vita et moribus M. Porcii Catonis*, rogatu (ut in eodem Catone testatur) T. Pomponii Attici, cui et praesens opus dicavit, quos identidem libros vetustas internecioni tradidit et delevit.

## IDEM

*in epistola ad Greg. Angelerium et Paul. Ligium, notis ejus in Aem. Probum subnexa.*

Quanquam in meo libro passim doctissimi Robortelli sententiam exquiri volo, una tamen re mihi parum explo-

*) [Catonis Vitam diu ante Longolium typis exscriptam fuisse, nunc satis constat.]

[redacted]



rata, quaecque negotium facessit, maxime ejus extorqueri judicium desidero. Haec est anceps et difficultatum plena de Aemylii Probi saeculo apud me quaestio. Censent eruditi, nosque in annotationibus nostris affirmavimus, quod et vulgus ex recepto operis titulo et novissimis Probi in Catone verbis pro comperto habet: auctorem hunc Pomponii Attici aetate floruisse, ejusque amicum fuisse, unde et Attico opus hoc inscriptum sit. Verum ut hoc amplius ita apud me ratum non sit, sed ut in eo plane ambigam, conjecturarumque et argumentorum fluctibus nunc huc, nunc illuc jacter, ii efficiunt versus, quos pridem in calce Burgensis codicis MS. sub Probi nomine (nisi alterius *Probi* sunt, eo ab imperito scriba transvecti) non tamen admodum probos, monente Barthol. Magio, fratre meo, animadverti, et non sine voluptate atque admiratione legimus: quibus auctorem, cujus de saeculo agimus, Theodosii Imp. aetate floruisse, eique (vel senior, vel junior fuerit) a *Probo* opus suum dicatum oblatumque aperte demonstratur. Versus sunt infra scripti:

*Vade liber noster, fato meliore memento,*
*Quum leget haec dominus, te sciat esse meum.*
*Ne timeas fulvo strictos diademate crines,*
*Ridentes blandum vel pietate oculos.*
*Communis cunctis, hominem sed regna tenere*
*Se meminit: vincit hinc magis ille homines.*
*Ornentur steriles: facilis tectura libelli*
*Theodosio, et doctis carmina nuda placent.*
*Si rogat auctorem, paullatim detege nostrum*
*Tunc Domino nomen: me sciat esse Probum.*
*Corpore in hoc manus est genitricis, avique, meaque,*
*Felices, Domini quae meruere manus* *).

*) [Vers. 1. Cod. Guelpherbyt. habet: *V. liber, nostri fato m. m.* Vers. 2. Edit Francofurt. a. 1608. fol. *Quum legit.* Vers. 3. Cod. Axen. *Ne metuas.* Guelph. *Nec metuas.* Vers. 5. 6. Ax. *Communem.* Ed. Savar. *hom. se reg. t. Sed meminit.* Vers. 7. Ax. *Ornetur sterilis fragili tectura libelli.* Gu.

Theodosii vero Imperatores, ut ex veris temporum supputationibus apparet, ab anno qui fuit humano generi salutaris CCCLXXXIII. usque ad CDLIV, solum Arcadio et Honorio intercedentibus, imperaverunt: quo tempore, atque ante etiam multo, et post, *Proborum* factam mentionem invenio. Nam sub Alexandro Severo Imperatore *Probus* cum Modesto, anno a Christi ortu ducentesimo trigesimo, consul fuit. Anno vero ducentesimo septuagesimo nono *Aurelium Probum* Imperii diadema accepisse constat. Anno tricentesimo septuagesimo quarto *Probum Consulem* videre licet. Anno vero quadringentesimo nono, sub Arcadio, Honorio et Theodosio juniore Imperatoribus, *Probi* consulatus agnoscitur. *Proborum Consulum* mentio etiam habetur in codice Theodosiano libro secundo, sub titulo quarto, et libro tertio, titulo septimo. Item libro quarto, titulo sexto; demum libro undecimo, titulo primo: libro vero nono, titulo secundo, fit mentio *Probi*, *Praefecti Praetorio*: ad quem Ausonius Gallus, qui sub Valentiniano, qui mox cum Theodosio imperavit, consulatum una cum Olybrio, anno a Christi natali trecentesimo octuagesimo secundo adeptus est, epistolam scripsit. Et libro eodem, titulo vigesimo septimo, et libro decimo, titulo secundo, *Probi*, *Praefecti vigilum*: et libro secundo, titulo quinto, *Probi*, *Praefecti Illyrici*, factam mentionem quisque videre potest. Proborum familia et Divi Hieronymi aetate clarissima fuisse videtur. Sic enim hic ait in epistola ad Demetriadem: *Scilicet nunc mihi Proborum, et Olybriorum clara repetenda sunt nomina, et illustris Anicii sanguinis genus, in quo aut nullus, aut rarus erit, qui non meruerit Consulatum*, etc. Ejusdem aetate *Proba*, foemina doctissima et Poëtria, floruit, cujus Centones etiam exstant. Atque his temporibus, non autem Pomponii Attici et Ciceronis, *Proborum* mentionem invenio. *Probi* Gram-

*Ornentur steriles* f r a g i l i *tectura lib.* Vers. 11. Gu. *g e n i t o r i s avique.* Ax. *avique* m e i q u e. Vers. 12. Ax. Gu. *Felices, d o m i n u m quae meruere, manus.*]

matici, qui Commentarium scripſerit *de occulta litterarum ſignificatione epiſtolarum Caji Julii Caeſaris* (atque is eſt, opinor, *Valerius Probus*, cujus etiam hodie *de Notis antiquorum* libellus circumfertur) meminit Gellius libro decimo ſeptimo, capite nono. *Probum Grammaticum* saepius citat Priscianus. Suetonius in libro de Grammaticis facit *Probi Berythii* Grammatici mentionem. Exſtant *Probi* commentaria nonnulla in Virgilium. Adhaec *C. Titii Probi* Epit. libri decimi Valerii Maximi. Si Pomp. Attici aetate floruiſſet *Probus* noſter, ac tanti viri amicus exſtitiſſet, utique ejus apud Ciceronem, Attici familiarem, ut aliorum complurium Attici amicorum, in epiſtolis; aut apud Corn. Nepotem in Attici vita, aliqua mentio, quae tamen nulla eſt, haberetur (etsi in faſtidienda literatorum hominum, quorum aetas illa vim magnam alebat, frequentia, auctor hic Romana fortaſſe Plebe editus, inter summos auctores obſcurus, non satis in pretio fuiſſe videtur idemque Probus in Annibale eo loci, ubi Attici Annales citat, si Attici amicus fuiſſet, illudque ipsi opus dicaſſet, id non sine aliqua honoris mentione faceret, aut saltem Atticum *ſuum* appellaſſet. Sed hic aliquis dixerit: Si Theodosiorum aetate Aemylius Probus vitam inter homines vivebat; undenam in titulum operis, in Praefationis exordium, et in Catonis vitam, Attici nomen irrepsit? Respondeo, alium fuiſſe hisce temporibus Atticum, virum clariſſimum, qui cum Caeſario quinquennium ante quam Theodosius Junior imperare coepiſſet, scil. anno a virgineo partu cccc. Conſul fuit, cujus etiam Conſulis mentio exſtat in Codice Theodosiano lib. 2. sub titulo ultimo, et lib. 9. tit. 3. Atque huic Attico, cui poſtea ex librariorum inſcitia et errore *Pomponii* nomen additum sit, vel potius die luſtrico a parentibus in honorem familiae, et in memoriam T. Pomp. Attici inditum, suſpicari licet, dicatum fuiſſe librum Probi priorem, Graecorum Imperatorum vitas continentem, tanquam Attico Atticorum Graecorumque res maxime convenirent: poſteriorem vero, Romanorum Impp. vitas, quae

ad aetatem noſtram non pervenerunt, comprehendentem, Romanorum Imperatori Theodosio inſcriptum fuiſſe: unde merito in calce Burgensis exemplaris MSti relatum ad Theodoſium epigramma (hoc etiam in vetuſto alio exemplari Venetiis in bibliotheca D. Antonii legitur) tanq. in limine alterius libri Theodosio dicati habeatur. Et haec sunt argumenta, quibus suaderi poteſt, *Aemylium Probum* non T. Pomp. Attici aetate, sed sub Theodosiis et recentioribus Impp. floruiſſe. Contrarias vero partes si quis tueri velit, his poteſt contra niti et diſſerere argumentis. Primum Pomp. Attici et Ciceronis aetate floruiſſe *Probum* noſtrum, demonſtratur: quod vulgata operis inſcriptio, et Catonis vita, *Pomp. Attici* apertam mentionem contineat; quae loca corrupta, et mendis maculoſa eſſe, ex nuda conjectura contendiſſe non datur. Accedit dicendi phraſis et loquendi modus, meo quidem judicio melior et elegantior in hoc auctore, quam in iis reperiatur, qui Theodoſiorum saeculo ſcripſerunt, cum Lat. linguae dignitas obſolevisſet, et candor barbarica quadam faece eſſet coinquinatus. Ad haec citatur hic Aemylii Probi liber a Plutarcho in Annibale (nisi a recentiore quopiam auctore, avorum noſtrorum memoria, Annibalis vita haec, quae in Plutarchi familiam vulgo recipitur, conſcripta eſt) qui Auctor floruit tempore Ulp. Trajani Imp. qui anno humanae salutis centesimo imperare coepit: cui praeceptor fuit, et Politica sua, ut neminem latet, deſcripſit, aliaque dicavit. Trajani vero imperium plus nimio a primo Theodosii Senioris imperio dissitum eſt, nempe annis ducentis octoginta tribus, ut ex veris temporum supputationibus vulgatisque Chronologiis cognoscere licet. Adde quod Galenus, qui, ut Euſebius in Chronicis teſtatur, anno a salutis noſtrae exordio centesimo quadragesimo primo florebat, in libro de Theriaca ad Piſonem (quod in Annotationibus noſtris in Probi Praefationem docuimus) hujus *Probi* hiſtoriae, nisi fallor, suppreſſo tamen auctoris nomine et libri titulo, meminit: cu-

jus etiam saeculum plus aequo a Theodosii illius aetate diſtat, scilicet annis CCXLII. Accedunt *Probi* ipſius teſtimonia nonnulla, quae fortaſſe non videbuntur penitus deſpicienda. Siquidem sic inquit in Miltiade: *Ut populi noſtri honores quondam fuerunt rari et tenues, ob eamque cauſam glorioſi; nunc autem effuſi atque obſoleti* etc. Quae Probi dicta maxime Pomp. Attici saeculo, si quis hiſtorias attentius legerit, quadrare videntur. Idem in Thraſybulo Romanorum sua aetate ignaviam contra Julii Caeſaris recentem tyrannidem tecte carpere dici poteſt, his verbis: *Nam jam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant.* In Ageſilao Caeſarem ob perpetuam dictaturam, et illatam libertati vim, damnare videtur (tecte tamen, quod a Cicerone etiam factum videmus) ut eum, qui propriae vitae a Caeſare aut Caeſarianis timeret, facile agnoscas: quandoquidem loquens de Ageſilao, qui victori exercitui cum praeeſſet, et veniſſet in maximam fiduciam, Perſarum regni potiundi, tunc domum ab Ephoris revocatus, juſſis abſentium magiſtratuum, ut si privatus in Comitio eſſet Spartae, parere voluit, sic ait: *Cujus exemplum utinam imperatores noſtri ſequi voluiſſent!* Idem in Eumene eadem plane tempora significare videtur, quibus imperium Rom. late vigebat, cum sic ait: *Macedones vero milites ea tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur: etenim ſemper habiti ſunt fortiſſimi, qui ſummam imperii potirentur.* Et inferius loquens de veteranis phalangis Alexandri M. eadem appinxiſſe tempora fortaſſe cenſebitur, ejus enim haec sunt verba: *Inveterata cum gloria, tum etiam licentia, non parere ſe ducibus, ſed imperare poſtulabant, ut nunc veterani faciunt noſtri. Itaque periculum eſt, ne faciant, quod illi fecerunt* etc. Haec, licet non admodum plauſibilia, dixiſſe et retuliſſe volui, ne quis me rem non tam ignoraſſe, quam diſſimulaſſe dicat, ac quo doctiſſimo Robortello veritatem, quam alte defoſſam exiſtimo, exquirendi atque inveniendi anſam praeberem.

## GREGOR. ANGELERIUS ET PAULUS LIGIUS

*in epist. ad lect. iisd. notis subjuncta.*

Magii epistola perlecta, et argumentis, quae in utramque partem deducuntur, pensitatis, doctissimus Robortellus pronuntiavit, *Aemylium Probum* non T. Pomp. Attici, Ciceronis familiaris, aetate, sed sub Theodosio floruisse. Eam vero auctoritatem, quae ex Annibalis vita pro contraria sententia elicitur, penes se nullius pensi haberi dixit, quod falso vita illa Plutarcho adscribatur: cum potius a Donato Acciaiolo, Patricio Florentino, qui Laurentii Medicis, aut vero Cosmi, saeculo vixerit, conscripta sit.

## IDEM MAGIUS

*lib. 4. Miscellaneorum cap. 15.*

Johannes Michaël Brutus, nobilis nostrae aetatis Historicus, mensibus superioribus, cum apud Jordanum Ziletum, Bibliopolam, essemus, me percunctabatur, an adhuc Basileae cusus esset *Aemilii Probi liber de vita excellentium Imperatorum*, quem ego ex vetustorum exemplarium collatione a mendis non paucis repurgavi, annotationibusque auxi, ac pro viribus illustravi. Aderat Arnoldus Arlenius, Probique audita mentione, se ejus libri calamo exaratum exemplar, quod Ferrariae emisset, habere dixit. Hujus legendi cum incredibilis me cupido incesseret, precibus ab eo contendi, ut libri saltem ad tridui tempus, quo percurrendi facultas esset, mihi copiam faceret. Hunc cum ille ad me misisset, avide legere coepi. Titulus erat hujusmodi: AEMYLII PROBI DE IMPERATORIBUS EXTERARUM GENTIUM LIBER. Finis libri, si epigramma Probi ejusdem, quod nos ex vetustis exemplaribus in epistola ad Gregorium Angelerium et Paulum Ligium posuimus, excipias, qualis in vulgarioribus codicibus. E scribae vero penore subjecta verba: *Completum est opus Aemylii Probi Cornelii Nepotis.* Post praenotatum titulum haec se mihi statim verba obtulerunt: *Non dubito, fore plerosque, qui Atticae hoc genus*

*scripturae leve* etc. quae lectio probabilior ea, quae in omnibus reliquis codicibus, quos ego legerim, videri potest, cum illi sic habeant: *Non dubito, fore plerosque, Attice, qui hoc genus scripturae leve* etc. Quandoquidem neutiquam frivolis argumentis jam fuit in citata epistola a nobis demonstratum, Aemilium Probum Pomponii Attici coaetaneum non fuisse: quin opus hoc Theodosio Imperatori esse dicatum; cujus rei epigramma illud ad Theodosium praebeat testimonium. A principe autem Graeciae civitate suam scriptionem appellat *Atticam*, quod Graecorum Imperatorum vitas complexura esset, licet id non admodum proprie dictum videatur, cum sermone utatur Latino, non Graeco. Sed dices, cum duos ille libros scripserit, quorum posterior, ut ipsemet testatur, *vitas Romanorum Imperatorum* contineret, ac praefatio ambobus communis fuisse credi possit, quos *libri* voce appellaverit, inquiens: *Et in hoc exponemus libro de vita excellentium Imperatorum*, ut etiam titulus Aldinorum exemplarium demonstrat, rationi haudquaquam est consentaneum, *Atticam* dici scripturam, quae aeque et Graecos et Latinos Imperatores contineat. Respondeo, praefationem hanc ad priorem duntaxat librum pertinere, cum in ea nulla Latinorum facta sit mentio, de quibus altera privatim praefatione, quae posteriori libro praefixa de more sit, loqueretur. Quod vero spectat ad illa verba, *Et in hoc exponemus libro de vita excellentium Imperatorum*, *librum* ego accipi puto non pro universo opere (quod alias fortasse non sine errore feci) sed pro libro uno. *Graecorum* autem non addi mentionem, quia jam de Graecis agendum esse, sit dictum, nulla tamen muneris Imperatorii facta mentione, quae modo apponatur, ne de omnium promiscue insignium Graeciae virorum vita hic lector agendum esse crederet. Vides, quantum sit collocationis voculae unius momentum. Relativo ergo voci, *Atticae*, praeposito, omnia recte habere videntur, et quaedam difficultates facessunt, quae olim nos circumveniebant, dum Probum Theodosii aetate vixisse affirmaremus. Verum

candidi lectoris esto judicium, non enim haec judicandi, sed judicis admonendi instruendique consilio attulimus.

## OBERTUS GIFANIUS

*in Indice Lucretiano*, *voce* refutatus.

Nepos in vita Alcibiadis: *Itaque et Siciliae* cet. Sed de illo opusculo alias fortasse accuratius. cupio enim puriss. illum scriptorem aliquando castigatiorem edere; quem tum docebimus esse Cornelium Nepotem, non vero Aemilium Probum, ut vulgo putant.

## DIONYS. LAMBINUS

*praefat. in Corn. Nepotem.*

Nunc de scriptore nostro pauca dicamus, quem, si ostendo, vixisse Pompeji Magni, et Caesaris, et Ciceronis, et Attici, et ceterorum ejusdem aetatis hominum temporibus, hoc est, quo tempore res publica Romana populari potentia, sive democratia, et optimatum principatu, sive aristocratia, gubernabatur: vinco, opinor, eum non floruisse Theodosio imperante, quod quidam volunt. Hoc igitur cum multis argumentis demonstrare possim, duobus contentus ero: quorum hoc erit primum, quod statim ab initio, et prooemio libri, *Atticum* nominatim appellat, ipsique adeo Attico librum inscribit, ac dedicat, ibi, *Non dubito fore plerosque, Attice, qui hoc genus scripturae* cet. Neque est quod quisquam mihi dicat, alium hunc esse Atticum, quam eum, ad quem scripsit M. Tullius. Qui haec loquuntur, nodum in scirpo quaerunt. Quod autem quidam testantur, se in quodam libro MS. ita scriptum reperisse, *Non dubito fore plerosque, qui Atticae hoc genus scripturae leve* cet. atque hanc scripturam probabiliorem esse recepta sibi videri dicunt*), nae illi judicio sunt parum subtili, aut limato, quibus haec lectio probari omnino potuerit, cum ea quidem sit ineptissima atque absurdissima: ratio autem, qua eam tutantur, levissima, et ma-

*) [Hieron. Magium significat.]

maxime ridicula, auctorem iccirco hanc ſcriptionem appellaſſe *Atticam* a principe Graeciae civitate, quod imperatorum Graecorum Vitas complectatur. Quasi vero sermo a natione perſonarum, de quibus habeatur, sit appellandus Graecus, aut Latinus, aut Gallicus, aut Hiſpanus, et item de ceteris. Ego vero ſcripturam illam furcis expellendam eſſe, et hanc receptam mordicus retinendam eſſe dico. Eodem pertinet, quod in Catone scribit, *ſe plura de vita et moribus Catonis in eo libro perſecutum eſſe, quem ſeparatim de eo, rogatu Titi Pomponii Attici, fecit.* Alterum argumentum eſt, quod nemo aetate Theodosii sic locutus eſt, ut hic scriptor loquitur. Eſt enim filum hujus orationis subtile, preſſum, limatum, et plane Atticum, genusque dicendi nativum, purum, elegans, nitidum, non elaboratum, non longe arceſſitum, non putidum, non inſolens, neque teretibus auribus odioſum: sed plane Romanam simplicitatem et munditiem referens ac redolens, quali fere ſermone aut Caesar in commentariis suis utitur, aut M. Tullius in epiſtolis ad Atticum, et in nonnullis ad familiares. At eorum, qui Theodoſiorum aetate floruerunt, nemo sic Latine locutus eſt: ſed omnes dicendi genus vel longe arceſſitum, vel impolitum, vel tumidum atque inflatum, vel (ut appellant) floridum, et fucatum, vel adipatum, et pingue, vel inquinatum, et ſordidum, vel peregrinum, et hypoſoloecum uſurparunt. Ad haec argumenta accedat ipſius auctoris teſtimonium. Ipſum, inquam, hujus libri ſcriptorem, teſtem citabo, et teſtimonium contra eos, qui eum Theodosii aequalem fuiſſe contendunt, dicentem producam. Sic igitur in Miltiade [I. 6. 1.] *Cujus victoriae non alienum videtur, quale praemium Miltiadi ſit tributum, docere, quo facilius intelligi poſſit, eandem omnium civitatum eſſe naturam. Ut enim populi noſtri honores quondam fuerunt rari, et tenues, ob eamque cauſam gloriosi, nunc autem effusi, atque obſoleti: sic olim apud Athenienſes fuiſſe reperimus.* Haec verba arguunt, hunc librum ſcriptum eſſe, quo tempore penes populum aliqua

[redacted]



etiam potestas erat. Nam quo tempore Theodosius imperabat, nihil poterat populus. Sic idem ibidem: [I. 8. 3.] *Omnes autem et habentur et dicuntur tyranni, qui potestate sunt perpetua in ea civitate, quae libertate usa est.* Quis, mediocriter in Latinis historiis legendis versatus, non sentit continuo, cum haec audit, aut legit, ea non esse scripta ab homine in regno, vel in potentia singulari, nato atque educato? Nam si ita scripsisset, Theodosium eadem opera *tyrannum* appellasset, qui singularem potentiam, et regnum in civitate olim libera obtinebat: quamvis populum non liberum, sed jam servituti assuefactum, acceperat: quod quantae imprudentiae ac dementiae fuisset? Nunc autem Pompejo et Caesare inter se contendentibus, et utroque probabilem ac speciosam belli causam afferente, quasi vel libertatem, vel jus tribunitiae potestatis, vel auctoritatem senatus, et leges antiquas, et morem majorum defendente, populi libertate denique nondum prorsus oppressa, libere quidem haec dicuntur, sed neque imprudenter, et sine periculo. In Thrasybulo [VIII. 2. 4.] sic: *Neque tamen pro opinione Thrasybuli auctae sunt opes: nam jam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant.* Significat auctor hujus libri, homines etiam temporibus illis, quibus vixit Thrasybulus, quemadmodum suis, paratiores ad defendendam libertatem fuisse verbis, quam factis. Ex quo intelligere licet, eum libertati favisse, et a potentia singulari animum alienum habuisse: quod longe secus esset, si Theodosii aetate floruisset. Videat lector et quae ad hunc locum annotavimus. In Dione [X. 9. 5.] sic: *Hic, sicut ante saepe dictum est, quam invisa sit singularis potentia, et miseranda vita, qui se metui, quam amari, malunt, cuivis facile intellectu fuit.* Etiam hic locus argumento est, non solum tyrannidem, quae semper injusta, et odio digna est, verum etiam singularem potentiam, quae potest esse justa, et populo grata, qualis est justorum regum, huic scriptori invisam fuisse. Quod si hic liber Theodosio imperium obtinente scriptus esset,

[redacted]



itane licenter et aperte hujus libri opifex adverſus ſingularem potentiam, quae nihil aliud eſt, quam μοναρχία, aut βασιλεία, hoc eſt, regnum, ſtili ſui mucronem deſtrinxiſset? In Epaminonda [XV. 10. 3.] ſic: *Quo tempore duce Pelopida exſules Thebas occuparunt, et praeſidium Lacedaemoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, quamdiu facta eſt caedes civium, domo ſe tenuit, quod neque malos defendere volebat, neque impugnare, ne manus ſuorum ſanguine cruentaret. Namque omnem civilem victoriam funeſtam putabat.* Videtur his verbis noſter ſcriptor et belli civilis auctores, Pompejum et Caeſarem, in quo tantum ſanguinis civilis profuſum ſit, notare, et tacite Pomponii Attici conſilium approbare, qui bellis civilibus, quae in ejus aetatem inciderunt, intereſſe noluerit, ſed domi se continuerit, et quieverit, quod quidem prudentiſſimi viri conſilium factumque exitus comprobavit. Nam aliis omnibus, qui vel has, vel illas partes ſecuti erant, aut proſcriptis et jugulatis, aut in acie interemtis, unus Atticus ſalvus ex tot tantisque reip. fluctibus emerſit. Itaque de eo ita Cornelius Nepos in ejus vita: [XXV. 10. 6.] *Quod si gubernator praecipua laude fertur, qui navem ex hieme marique ſcopuloſo ſervat, cur non ſingularis ejus exiſtimetur prudentia, qui ex tot tamque gravibus procellis civilibus ad incolumitatem pervenit?* In Ageſilao [XVII. 4. 2.] sic: *In hoc non minus ejus pietas ſuſpicienda eſt, quam virtus bellica: qui cum victori praeeſſet exercitui, maximamque haberet fiduciam regni Perſarum potiundi, tanta modeſtia dicto audiens fuit juſſis abſentium magiſtratuum, ut si privatus in comitio eſſet Spartae. Cujus exemplum utinam imperatores noſtri ſequi voluiſſent.* Hic locus clamat, auctorem hujus libri carpere et notare Pompeji et Caeſaris, ſed maxime Caeſaris, potentiam non ferendam, qui imperium et exercitum retinere ultra tempus lege conceſſum voluerit. Etiam ad hunc locum vide quae annotavimus. In Eumene [XVIII. 1. 5.] sic: *Itaque eum habuit ad manum ſcribae loco, quod multo apud Grajos honorificentius eſt, quam apud Romanos. Nam apud nos, re vera ſicut*

*ſunt, mercenarii ſcribae exiſtimantur.* Etiam hic locus indicat, hunc librum eſſe ſcriptum Romanis potentia populi et auctoritate optimatum utentibus, non imperatoribus dominantibus. quod planius fiet, si quis legat, quae etiam ad hunc locum annotavimus. Ibidem [XVIII. 3. 4.] sic: *Macedones vero milites ea tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur. Etenim ſemper habiti ſunt fortiſſimi, qui ſummam imperii potirentur.* Hic quoque locus declarat, hunc librum eſſe ſcriptum, quo tempore populus Romanus imperii ſummam obtinebat, non quo imperatores omnia in ſuam poteſtatem redegerant. Nam imperatoribus dominantibus, Germani et barbarae nationes firmamentum et robur erant exercituum, non Romani aut omnino Latini. Ibid. [XVIII. 8. 2.] sic: *Namque illa phalanx Alexandri Magni, quae Aſiam peragrarat, deviceratque Perſas, inveterata cum gloria, tum etiam licentia, non parere ſe ducibus, ſed imperare poſtulabat: ut nunc veterani faciunt noſtri. Itaque periculum eſt, ne faciant, quod illi fecerunt ſua intemperantia nimiaque licentia, ut omnia perdant, neque minus eos, cum quibus ſteterint, quam adverſus quos fecerint.* Hic locus, si attente conſideretur, unaque legantur, quae ad eum annotavimus, omnium apertiſſime indicat, atque arguit, hujus libri ſcriptorem conſulum annuorum, non imperatorum perpetuorum, temporibus et floruiſſe, et ſcripſiſſe. In Catone [XXIV. 2. 2.] sic: *Ibi cum diutius moraretur, P. Scipio Africanus, conſul iterum, cujus in priore conſulatu quaeſtor fuerat, voluit eum de provincia depellere, et ipſe ei ſuccedere: neque hoc per ſenatum efficere potuit, cum quidem Scipio in civitate principatum obtineret, quod tum non potentia, ſed jure reſp. adminiſtrabatur.* Quis non videt, his paucis verbis potentiam Pompeji, et maxime Caeſaris, vellicari ac notari? His fere argumentis ac teſtimoniis in hanc opinionem adducor, ut eos magnopere falli exiſtimem, qui hujus libri ſcriptorem aetate Theodosii vixiſſe pronuntiarunt, quamvis magni nominis ſint, in quibus eſt Robortellus. Fuerit enim quantumvis doctus, multis in rebus fuerit oculatus,

et perspicax, sollers, et acutus: ignoscant mihi tamen Robortelli manes: in hac parum vidit, valdeque fuit pinguis ac tardus. Quod autem etiam versus ad hoc probandum afferunt, iisque valde movebatur is, quem modo commemoravi, Robortellus: si quis eos attente leget, intelliget, non auctorem, et, ut ita dicam, parentem libri significari, sed scriptorem librarium, id est, eum, qui manu descripserit, quamquam diserte dicit esse descriptum a tribus, avo, matre, et filio. Sed praestat versus adscribere, ut lector eruditus et ingeniosus continuo per se intelligat, unde nata sit vulgata opinio, Aemilium Probum esse hujus libri auctorem. *Vade liber noster*, etc. Quis non videt, hos versus non solum inelegantes, ineptos, et male natos, verum etiam ab aliquo nebulone indocto, et barbaro, aut, ne quid gravius dicam, a scriptore librario vix semidocto, esse factos? quorum si velim singula verba justis ponderibus examinare et syllabas, pedesque dimetiri, et sententiam perpendere, et vitia omnia digito, aut etiam nutu indicare: probem quantumvis aut pervicaci, aut hebeti, dignos esse, qui levissimo alicui et vilissimo ludimagistro, versuum scribendorum prurigine perusto, et versibus inscitiam atque inscientiam suam omnibus declaranti, nihil praeterea assequenti, seu potius coquo fuligine cooperto, et immunditie sordibusque popinae squalido, tribuantur. Hactenus igitur de tempore, et aetate nostri scriptoris sit a nobis disputatum. Nunc de nomine, seu nominibus videamus. Ac primum ab *Aemilio* initium sumamus. *Aemilius* igitur, seu, ut alii scribunt, *Aimilius*, nomen est gentile, idque perantiquum, et valde nobile, notum denique omnibus, qui libros Latinos vel summis digitis attigerunt. Fuerunt enim *Aemilii Barbulae*, *Aemilii Papi*, *Aemilii Pauli*, *Aemilii Lepidi*. *Probus* autem cognomen est, id est, familiae nomen, antiquis ignotum, et posterioribus temporibus, quibus sub unius arbitrio et potestate res Romana, atque adeo orbis terrarum vertebatur, natum. Exstat Au-

[redacted]



sonii epistola ordine XVII. ex editione Christophori Plantini, ad *Probum* quendam praefectum praetorio, cujus epistolae initium est: *Oblata per antiquarios mora scio promissi gratiam exspectatione consumtam, Probe, vir optime*, cet. sequitur deinceps ad eundem dimetrum jambicum hoc principio: *Perge o libelle Sirmium, Et dic hero meo, et tuo*, cet. Ex quibus intelligerè licet, hunc Probum magnum quendam, et clarum, et summis honoribus ornatum virum fuisse: et, quod fortasse magis ad rem pertinet, disertum et eloquentem. Sic enim Ausonius in illo dimetro: *Hunc dico, qui lingua potens Minorem Atridam praeterit Orando pauca, et musica, Qui grandines Ulyssei, et Mellifluentem Nestora, Concinnatorem et Tullium*, cet. Porro autem praeter *M. Aurelium Valerium Probum* imperatorem, qui imperavit annos quinque et menses quatuor, anno a Christo nato CCLXXIX. *Probos* aliquot reperio lib. III. Fastorum. In his *Sex. Anicium, Sex. fil. Petronium Probum* V. C. consulem anno a partu virginis CCCLXXIV. imperantib. Fl. Valente, et Fl. Valentiniano, altero in oriente, altero in occidente: et anno CCCLXXXII. eum, quem supra commemoravi, *Sex. Anicium, Sex. fil. Probum*, praefectum praetorio, ad quem exstat illa Ausonii epistola: et anno CCCCIX. *Sex. Anicium, Sex. fil. Sex. nepotem, Petronium Probum*, consulem, imperatoribus Theodosio juniore, Arcadii filio, et Fl. Honorio Pio. Reperi et alium quendam *Maecium Probum*, praesidem provinciae Hispaniae: quem commemorat Ulpianus lib. XLVIII. digestorum, titulo de interdictis et relegatis, his verbis: *Sed imperator noster cum divò patre suo huic rei providerunt. Maecio enim Probo, praesidi provinciae Hispaniae, rescripserunt, etiam ea provincia interdici, unde quis oriundus sit, ab eo, qui regit eam provinciam, ubi quis domicilium habeat*, cet. Praetermitto *Probianos*, et *Probinos*, ab his Probis leviter deflexos ac derivatos. Horum igitur *Proborum* omnium nullum hujus libri auctorem esse persuasum habeo. Si quis alius Probus, mihi ignotus, auctor fuisse dicatur: vereor, ne nunquam in natura rerum fuerit,

ſed inani cogitatione duntaxat depictus ſit atque informatus. Jam vero *Cornelius Nepos* M. Tullii Ciceronis, et T. Pomponii Attici, Cn. Pompeji Magni, et C. Julii Caeſaris propemodum fuit aequalis, aut certe paullo natu minor; pervenitque ad Caeſaris Auguſti, divi Julii filii, tempora, ut teſtatur Plinius lib. IX. cap. 39. his verbis: *Nepos Cornelius, qui divi Auguſti principatu obiit.* Ne quis autem ſtatim nobis occurrat, atque ita dicat, Cur igitur nusquam eum commemorat M. Tullius? Commemorat vero in epiſtolis ad Atticum quodam loco, et, quod longe majoris ponderis eſt, libros duos epiſtolarum, et fortaſſe plures ad eum ſcripſit, ut ex Macrobio lib. II. Saturnal. cognoscere licet, cujus haec verba ſunt: *Teſtis idem Cicero, qui in lib. epiſtolarum ad Cornelium Nepotem ſecundo ſic ait: Itaque noſtri, cum omnia, quae dixiſſemus, dicta eſſent, quae facete, et breviter, et acute locuti eſſemus, ea proprio nomine appellari dicta voluerunt.* Profert et Priſcianus lib. VIII. illud ex epiſt. Ciceronis ad Nepotem: *Hoc reſtiterat etiam, ut a te fictis aggrederer donis. Aggrederer paſſive dixit*, inquit Priſcianus. Et illud ejusdem ad eundem: *Qui habet, ultro appetitur; qui eſt pauper, aſpernatur.* Fuit autem Padi accola, ut idem Plin. teſtatur lib. III. cap. 18. Ex quo Auſonius eum in Gallia facit eſſe natum, epiſtola ad Drepanium filium, quae eſt ordine XXIV. his verbis, quae eo libentius adſcribam, quod verſus non ſatis ſunt emendati, etiam in editione Chriſtophori Plantini, alioqui typographi diligentis, neque tamen ſpondeo me tibi multo emendatiores traditurum: *Cui dono lepidum novum libellum? Veronenſis ait poëta quondam, Inventoque dedit ſtatim Nepoti. At nos illepidum, rudem libellum, Burras, quisquilias, ineptiasque Credemus gremio cui fovendum? Inveni: (trepide ſilete verſus)* vel, ut mavult legi Cl. Puteanus, *trepide ſileto nate*, ut per *natum* librum suum ſignificet, eumque sic alloquatur, ut parens filium; quod si recipiamus, malim legi, *trepide ſilete nati.) Nec doctum minus, et magis benignum, Quam quem Gallia praebuit Catullo. Hoc nullus mihi carior meorum, Quem*

*pluris faciunt novem sorores, Quam cunctos alios, Marone dempto. Pacatum haud dubie poëta dicis. Ipse est. intrepide volare versus. Hic vos diligere et volet tueri, Et nudos gremio fovere tuto.* (Hoc autem ordine hos proximos versus esse legendos, et pro *fovete*, *fovere*, reponendum, vidit Cl. Puteanus; idem tamen *nudum in gremio* legit, ut habet editio Lugdunensis, et Antverp. ut congruat cum voce *nate.*) Neque vero quemquam movere debet, quod Catullus hunc eundem Nepotem, Italum fuisse significat, primis versibus: *Cui dono lepidum, novum libellum, Arida modo pumice expolitum? Corneli, tibi: namque tu solebas Meas esse aliquid putare nugas Jam tum, cum ausus es unus Italorum Omne aevum tribus explicare chartis.* Nam ora Gallica ex antiqua descriptione ab Ancona initium ducit, et usque ad Alpes porrigitur: et tamen nunc *Italia* dicitur, *Italiaque* olim dicebatur. Itaque et qui trans Padum usque ad Rubiconem, et qui cis Padum usque ad Alpes incolebant, *Galli* dicebantur. Illa enim erat *Gallia togata*, haec *Transpadana* (eas appello ut homo Gallus, et in urbe Lutetia haec scribens, aliter appellaturus, si Romae scriberem.) Et rursum iidem utrique Itali dicebantur, si quidem verum est, Italiam a natura Alpibus fuisse munitam, ut est, Alpesque et nunc esse, et olim fuisse communes Italiae et Galliae terminos. Restat nunc, ut sententiam meam aperiam, videaturne Aemilius Probus, an Cornelius Nepos harum vitarum scriptor. Difficile quidem et periculosum judicium est: verum tamen, cum et mihi persuasum sit, has vitas, antequam imperatores perpetui dominatum Romae obtinerent, esse scriptas, et *Probus* non sit illorum priscorum temporum cognomen, sed recentiorum, et longe posteriorum: mihi videtur Cornelius Nepos potius, quam Aemilius Probus, verus hujus libri parens et auctor esse agnoscendus: ita tamen, ut suum cuique judicium liberum relinquam, neque hoc mihi sumam, ut, qui aliter sentiant, tanquam desipientes, aut errantes, a me condemnentur. Scripsit autem Cornelius Nepos Chronica, ut testatur Auso-

nius epistola illa, quam supra commemoravi, cujusque initium indicavi: *Oblata per antiquarios mora* cet. Quae et a Tertulliano in apologetico adversus gentes fortasse significantur his verbis: *Saturnum itaque, quantum litterae docent, neque Theodorus Graecus, aut Thallus, neque Cassius Severus, aut Cornelius Nepos, neque ullus commentator hujusmodi antiquitatum aliud, quam hominem, promulgarunt*, eademque fortasse significat et Catullus in primo illo carmine, quod supra protulimus, versibus illis: *Jam tum cum ausus es unus Italorum, Omne aevum tribus explicare chartis.* Cornelium Nepotem, tanquam historicum, producit testem et Plutarchus cum alibi, tum in Marcello sub extremum: et Aulus Gellius (Aulus Gellius, inquam, non *Agellius*, ut quidam nuper exorti homines, novitatis, quam veritatis cupidiores, novo et Romanis inaudito nomine appellare coeperunt) lib. XVII. cap. XXI. Et Lactantius Firmianus lib. I. cap. XIII. Et Julius Solinus cap. II. Profert et Charisius lib. I. instit. gramm. verba Cornelii Nepotis ex lib. XVI. illustrium virorum. Citat eundem testem in voce *subinde* ex lib. II. Profert et Priscianus lib. VIII. haec ex Nepote, non commemorato aut indicato libro: *Aedis Martis est in circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salaminio.* Praeterea harum vitarum scriptor ait in Dione, [X. 3. 2.] se librum de historicis scripsisse, qui hodie non exstat. Scripsit Nepos et T. Pomponii Attici vitam, ex qua, quanta Nepoti cum Attico familiaritas intercesserit, cuivis intelligere licet. Fuisse autem *Nepotem* etiam M. Tullio admodum familiarem, declarant epistolarum libri ab hoc ad illum scriptarum, ut supra diximus. Postremo sententiam meam adjuvat doctorum quorundam*) testimonium, qui scriptum reliquerunt, se in uno codice manuscr. ad calcem libri haec verba ascripta reperisse: *Completum est opus Aemilii Probi, Cornelii Nepotis.* Quis non videt, haec esse scripta a librario haesitante, et

*) [Iterum Magium significat.]

[redacted]



dubitante, et incerto de hujus libri auctore, cum eum hinc *Cornelii Nepotis*, hinc *Aemilii Probi* nomina et cognomina perturbarent?

## CASP. SCHOPPIUS

*lib.* II. *veriſimil. cap.* 10.

Corn. Nepos, qui male vulgo Aemilius Probus dicitur.

## IDEM

*Conſultatione* II. *de prudentiae et eloquentiae parandae modis.*

Noviſſimos aureae aetatis facio Ciceronem, Caeſarem, Corn. Nepotem, etc. In Nepotis tamen vitas dubium non eſt nonnulla poſterioribus ſaeculis irrepſiſſe ab aevi Auguſtei auro remotiora, Aemilii, credo, Probi opera, cujus nomen multis ſaeculis libellus Nepotis praeſcriptum habuit.

## JO. SAVARO

*in praef. ad not. ſuas in Aemil. Probum de vita excell. impp.*

Hunc librum *Corn. Nepoti* aſſerit ipſa praefatio: *Non dubito fore plerosque, Attice,* cet. et ex vita Catonis, illa: *Hujus de vita et moribus plura in eo libro perſecuti ſumus, quem ſeparatim de eo fecimus, rogatu T. Pompon. Attici,* cet. cujus quidem libri fragmentum, ex Cornelio Nepote, laudare videtur Gellius lib. XI. cap. 8. Praeterea *libros de viris illuſtribus*, veterum ſcriptis celebres, qui Nepoti tribuuntur, ab hujus libri auctore confectos eſſe, ſatis apparet ex fine Annibalis vitae: *Sed nos tempus eſt, hujus libri facere finem, et Romanorum explicare imperatores, quo facilius, collatis utrorumque factis, qui viri praeferendi ſint, poſſit judicari.* Tanta etiam ſuavitas eſt ſermonis Latini, ut appareat, in eo nativum quemdam leporem eſſe, non aſcitum, et jam aevo Theodosii deſitum, quo non parum inclinata erat Latiaris eloquentia. *Aemilium* autem *Probum*, cujus nomine circumfertur hic liber, Theodoſio regnante vixiſſe, et hujusce libri exſcriptorem po-

tius esse, quam auctorem, patet ex his versibus; *Vade liber noster etc.* Hic ergo suo auctori reddatur, quem sibi Cornel. Nepos justo titulo vindicat, quemque coaevo suo et familiari Pomponio Attico dedit, cujus etiam rogatu vitam M. Catonis separatim scripsit, et illi superstes, elegantissimam ejusdem vitae consuetudinem elegantia pari prosecutus est. Praeter *chronica*, *libros exemplorum*, *de viris illustribus*, et *de vita Catonis*, librum se *de historicis Graecis* conscripsisse testatur in Dione: *Sed de hoc in eo meo libro plura sunt exposita, qui de historicis Graecis conscriptus est.* (sic enim ex MSS. bona fide supplevi) atque alterum edidit *de Latinis historicis*, ex quo excerpta esse fragmenta Corneliae, Gracchorum matris, Gifanii codice probatur. Quod ad Daretis Phrygii historiam, quam a Corn. Nepote Latine redditam, Volaterranus et alii tradiderunt, elegantia stili potius ducti, quam certa ratione, dispar stilus est, et dissimilis genius, et, si quid in me judicii, Corn. Nepos illo interprete, ut annis, sic nitore sermonis, longe superior, quod, collatis utriusque scriptis, facile potest judicari. De hoc auctore ita mihi visum est, salvo tuo (erudite lector) judicio.

## ANDR. SCHOTTUS

*in ep. ad lect. notis in fragm. Nepotis subjecta.*

Quod auctoribus non paucis accidisse memini, ut multa ingenii monumenta, vel ipsis ablata alteri falso attribuerentur, vel aliena ipsis subjicerentur, quo in vulgus tituli lenocinio magis probarentur, et tanquam a matribus suppositi filii pro veris obtruderentur, idem NEPOTI nostro usu venisse, didici. Librum enim *de vita et moribus excellentium Graeciae imperatorum* ad T. Pomponium Atticum sequioris aetatis auctori Aemilio Probo attribuunt: a quo stylus, dicendique elegans character, Attici aetas, multaque abjudicant. Scriptorem contra *de viris illustribus urbis Romae*, qui a Proca ad CN. Pompejum usque, septingento-

rum annorum memoriam, resque gestas virorum domi militiaeque illustrium breviter colligavit, Plinio minori (cui Aldus Manutius adscripserat) ablatum, Nepoti Cornelio multorum ingratiis inscripserunt, et ex Caecilia gente in Corneliam, obtorto collo, Itali quidam censores, Hermolaus Barbarus, Janus Parrhasius, Catellianus Cotta, et Dominicus Machaneus, aliique traduxerunt. Sed neutrius mihi videri, admodum adolescens docui singulari comm. in eum auctorem Duaci, et Lutetiae edito: et ex veterum libr. fide rationumque momentis *Sex. Aurelio Victori* jure postliminii reddidimus: cujus et historiam Augustam ante me natum nusquam, quod equidem sciam, typis vulgatam, Antverpiae primi edidimus. Quare ut illa Aemilio adscripta Nepotis esse γνήσια pronuntio, ita viros illustres eidem abjudico. Sed sunt et alia spuria, et Cornelio indigna. *Daretis* enim *Phrygii* circumfertur *de bello Trojano*, cui interfuisse dicitur, historia, quam Raph. Volaterranus sex carminum libris (qui et cum Dicty Cretensi vulgo leguntur) convertisse Nepotem tradidit; quibus et prosa oratione *narratio excidii Trojae* praemittitur, quam et ipse in veteribus libris etiam soli *Cornelio* cuidam inscriptam vidi. Stilus sane non est aureae illius aetatis, nedum Cornelii, cujus eloquentiam Tullius, Romanorum disertissimus, laudarit, eoque nomine carissimum habuerit. Fuisse quidem Homero antiquiorem scriptorem *Daretem*, Aeliani auctoritate, et D. Isidori non infitior: sed hicne liber ille sit, qui ad Aeliani usque aetatem duravit, vehementer dubito. Sic vero ille libr. XI. variae histor. *Τὸν Φρύγα δὲ Δάρητα, οὗ Φρυγίαν ἰλιάδα ἔτι καὶ νῦν ἀποσωζομένην οἶδα, πρὸ Ὁμήρου καὶ τοῦτον γενέσθαι λέγουσι.* Sallustio id opus nothum et illegitimum falsarius ille, quisquis is est, lege Cornelia, si deprehendatur, puniendus, inscripsit. Quem quidem Crispum, Rom. historiae principem, initio statim rustice et inepte appellat: *Cui*, inquit, *nihil adjiciendum, aut diminuendum, rei formidandae* (fort. *formandae*) *caussa putavi, alioquin meum esse posset dubitari.* Verum

enim vero germanum me reperisse parentem gaudeo, natalibus itaque restituo, auctoritatem secutus veluti familiarum censoris, Guilielmi Camdeni, hominis Britanni, qui sic Daretis illius ac poëmatis in Angliae historia meminit de Isca loquens: *Hoc saeculo* (*anno* MCCXXIV. *floruit*, *qui bine oriundus et cognominatus*, *Josephus Iscanus*, *splendidissimo ingenio poëta: cujus scripta sic probabantur*, *ut ad veterum scriptorum laudem pervenerint. Ejus etenim de bello Trojano poëma Germani ter sub Cornelii Nepotis nomine divulgarunt.* Jam vero *Alexandri* illam *ad Aristotelem* praeceptorem de rebus Indicis *epistolam*, quae Q. Curtio Rufo fere subjicitur, ubi et quercus edunt oracula, multaque ridicula leguntur, quis, nisi crasso et pingui judicio praeditus, ab elegantissimo Nepote tam incondite conversam credat? Quin et in ipsis auctoribus, vereor, ne dubia quaedam, nec a Nepote profecta, occurrant: ut quae in *Ciceronis epistolis ad Atticum* non de Cornelio nostro, sed fortasse de *Metello Nepote* aliove legi docuimus; et illam mihi ἐπιγραφὴν suspectam videri apud Suetonium: *quid differat litteratus ab erudito* *). Et illa *Jornandis Gothici* de Britannia suspicor *Taciti* potius esse, quam *Nepotis*, ex iis libris, qui et ipsi magnam partem damno publico interciderunt. Ach. tamen Statius comment. in Catullum Nepoti dedit, quin et *Corn. Labeonis* quaedam apud Macrobium lib. I. Saturn. eidem adscripsit. Sed ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Nos de iis aliquando in libris ψευδεπιγραφίας plura.

## IDEM

*lib.* III. *observat. humanarum cap.* 8.

Qui Aemilio Probo vulgo tribuitur de rebus et vita excellentium Impp. Graeciae elegans libellus, is meo quidem sensu germanus *Corn. Nepotis* ad Atticum, cui inscribitur, partus est.

*) V. quae notavimus ad Fragment. 5, 10. et 6, 4. *Bosius.*

## CASP. BARTHIUS

*in commentatione de Lat. lingua, et Latinis scriptoribus.*

Vitas illustrium Graeciae principum, quas Aemilio Probo alii, alii Corn. Nepoti adscribunt, libens huic aetati [*secundae sc. qua Cicero, Caesar, Livius cet. vixere*] tribuam: sunt enim satis nitide et Latine conscriptae. Sed de iis longa disputatio est. Vita Pomp. Attici, a Corn. Nepote vere exarata, omnibus ad illum Ciceronis epistolis adjecta est.

## IDEM

*lib.* XXIV. *Adversariorum cap.* 18.

Aemilium Probum aevo Theodosiano correptorem Corn. Nepotis fuisse, peculiari a nobis tractatione nuper vindicatum est. *Et lib.* XXV. *cap.* 15: His diebus demonstravimus, Aemilium Probum aevo Theodosii Cornelii Nepotis libros in Epitomen redegisse.

## IDEM

*lib.* XLII. *cap.* 29.

Unica, sed eleganter et proprie scripta vita vera Corn. Nepotis ad nos venit, adeo quidem utrumque, ut Attici rebus interesse nobis videamur, quoties eam legimus, et sane ejus comparatione judicare poterant eruditi viri de alteris illis. *Eod. cap. sub finem*: Non magnopere titulis gavisum ipsum Atticum, ex descriptione sequenti constat; quam ego tam luculentam, tamque candidam et emendate scriptam puto, ut non solum Aemilii Probi vitae, quas Epitomen Nepotis esse alibi probabimus, ad eam sordeant, sed, uno solo Suetonio excepto, nihil toto Latio inveniam exactius, et suo quodam genio absolutius.

## IDEM

*lib.* LII. *cap.* 14.

Datamen, omnium barbarorum post Annibalem et Amilcarem fortissimum, nisi libro peculiari celebrasset Ae-

milius Probus, pleraque omnia ejus facinora ignoraremus. nitio ejus vitae apud Probum legitur: *De quo hoc plura* cet. ceterum et in hac et in aliis omnibus vitis duo diversi scritores maxime apparent, quod non poterit non videre, qui hrasin exactius considerabit. Itaque nos Epitomen Nepotis are agnoscimus.

## IDEM BARTHIUS

*in commentario ad Statii lib.* II. *Thebaid. vers.* 119.

Aem. Probus in Nepotis Themistocle: *Europae succubuisse*. Propertius: *Ad cujus jacuit Graecia tota fores.* De Pro- quod dixi, eum ita scribere in Nepotis libro, vera omno res est. Miror enim, tot doctos tot repetitis revisise editionibus non advertisse, certe non monuisse, multa iis vitis esse parum Nepotis aevum ferentia. Quod si ius genium cum Attici vita committas, offendas utique ltas salebras, et minime perennem illum dictionis canrem et illaesam suavitatem in docta atque prudente simcitate. Nec vero epigramma Probi patitur, ut eum cum sos suis solum exscriptorem arbitrari possimus. Quid enim ntis fuerit homini philologo, et adfectanti celebrita- nominis, eam opera scribae aut amanuensis vulgari et tibili quaerere, et quaesitam velle jactare, etiam adscisuis proximis necessitudinibus? Sed sunt haec alterius i, et crescunt jam in maturitatem in armariis nostris Leones Nepotinae.

## IDEM

*ad lib.* V. *Theb. vers.* 145.

Invexit in Graeciam hoc scuti genus, [*peltas*] amotis grandibus clypeis, cet. Iphicrates, ut auctor ex Corn. pote Aemilius Probus, cet. In eo auctore insignis condictio est, eadem vita. Cum enim Iphicratem laudasset instruendo, docendo, exercendo, constituendo milite, icit: *Fuit in labore remissus nimis, parumque patiens, ut Theopus prodidit.* An talis homo potuerit talem militem con-

ſtituere, taedet disputare: eſt enim falsiſſimum. Mentitus utique eſt malignus ſcriptor Theopompus, et incautus iſte Latinus, qui malignantem ſequitur. Ab ſtrenuiſſimo sane et exercitatiſſimo duce Iphicrate hanc notam amolitur ipſius ſermo, quo pigritiae in agendo, celeritatis in loquendo, arguit Pharnabazum, Perſicarum copiarum imperatorem, cujus auxilia ducebat ipſe. Diodorus Siculus l. xv. *ἔτη δὲ πλείω τȢ Φαρναβάζȣ καταναλωκότος περὶ τὰς παρασκευὰς, ὁ μὲν Ἰφικράτης ὁρῶν αὐτὸν ἐν μὲν τῷ λέγειν ὄντα δεινὸν, ἐν δὲ τοῖς πραττομένοις νωχελῆ, παῤῥησίᾳ πρὸς αὐτὸν ἐχρήσατο, φήσας θαυμάζειν, πῶς ἐν μὲν τοῖς λόγοις ἐςὶν ὀξὺς, ἐν δὲ τοῖς ἔργοις βραδύς.* Quomodo, quo ore, qua fronte tanto barbaro ſuum vitium exprobrare auſus fuiſſet Iphicrates, nisi ipſemet laboris et ſtrenuitatis sibi conscius fuiſſet? Confer etiam cum hac calumnia initium vitae, a Probo ipſo ſcriptae, vel inde falſitatem judicabis. Minime enim remissi aut laboris impatientis hominis eſt, quicquid ibi ſcribitur.

## JANUS GEBHARDUS

*in Spicilegio ad praefat. Corn. Nepotis.*

De nitidiſſimo ſcriptore quae dicturus eram, cuncta praecepit clariſſimus et amiciſſimus Gerardus Joannes Vossius, vir incomparabilis induſtriae atque eruditionis, judiciique exquiſiti: qui haud levem mihi laborem demsit, cui incumbebat alias convellere eam opinionem, qua quidam paucos ante annos occupatus rudioribus imponere conabatur, alium eſſe *excellentium imperatorum*, alium T. Pomponii Attici vitae auctorem; duosque omnino eſſe hujus libelli ſcriptores, huicque rei vitam Datamis diverſo filo contextam manifeſte fidem adſtruere *). Affirmabat praeterea, conciſum eſſe a diverſis Nepotem, et aliam in hac, aliam in illa elucere dictionis ac ſententiarum indolem: in qua re et mihi ſummopere falli videtur. Quippe eadem eſt locutionum germanitas ubique; ſed plus olei conſumtum, plus-

*) [Vide Bos. ad Datam. init.]

plusque operae positum in Datamis et T. Attici vita. Caussas partim ipse Nepos in principio Datamis ingerit, partim conjicere haud arduum est. Datames, fortissimus barbarorum ac maximi consilii, profunda urgebatur oblivione, ac vix per crepusculum humanioribus notus erat: quare ut, quae magnitudine consilii, exiguis copiis, gesserat, in lucem protraherentur, ratio eorum accuratiore stilo erat explicanda. Ut vero memoriae amicissimi Attici suprema persolveret Cornelius, totum vitae hominis ordinem uberiore et comtiore scribendi genere, ipse quoque aetate provectior, exsecutus est. In reliquis merito sibi proposuit brevitatem ac tenuit; quod ubique fatetur: siquidem ea ipsa materia tam a Graecis quam Latinis vel jam erat exposita, vel non ignorata. Unde tamen AEMILII PROBI nomen irrepsit? Libellus hic saeculi lapsu et incuria e manibus hominum, fortassis et memoria, exciderat, in aliquo bibliothecae angulo abstrusus. Ut suo tempore vel Augusti favorem demereretur Aemilius Probus, denuo eum protraxit, suumque nomen alieno ac prisco splendore illustratum ivit. Verum hanc personam praeterito saeculo doctissimi aliquot viri plagiario detraxerunt, et rem litterariam haud exigua accessione locupletarunt; cum hunc scriptorem ab interitu revocarunt, quamque plurimis absterfum naevis manibus juventutis inserere cogitarunt. Dolui non semel, venustatis ac puritatis quasi quoddam exemplum non admitti in scholas, non recipi inter pulpita academiarum: cum re vera Romanae Veneris copiosa gratia et sapientiae civilis non aspernanda messis ubique occurrat. Sed malumus saeculi pravitati dare manus, quam recta praecipientium vocem et ductum sequi. Idcirco nunquam sordes barbariei penitus excutiemus, et nunquam ad priscorum elegantiam sincere adspirare audebimus.

## G. J. VOSSIUS

### LIB. I. DE HISTORICIS LATINIS CAP. XIV.

CORNELIUS NEPOS et ante Caesaris dictaturam, et eo dictatore, et postea, vixit. Hieronymus in Chronico Eusebiano refert illum ad annum Augusti quartum. Nec cuiquam repugnem, colligenti inde, tum demum divulgare ea coepisse opera, quibus maxime inclaruit. Padi erat accola, teste Plinio lib. III. cap. XVIII. unde Catullo, epigrammate primo, Italus, Ausonio autem epist. XXIV. Gallus vocatur. Nempe quia Italia Transpadana diceretur Gallia Togata. De urbe patria quicquam se habere comperti, negat Elias Vinetus in Auson. Idyll. VII. At Veronensem fuisse, in Leandri Alberti Italia lego: uti et in Cosmographia optimi atque amicissimi quondam viri, Pauli Merulae. Imo ex Veronensium historicorum syllabo (quem doctissimus amplissimusque Alexander Becellus, Veronensis urbis Cancellarius, fecit, ac illustrissimus Comes, Fernandus Nogarola, vir, ut genere, ita litterarum studio, nobilissimus, cum V. Cl. Laurentio Pignorio, atque is mecum communicavit) intelligo, natum fuisse Nepotem in Hostilia: qui Veronensium vicus est, Tacito, Plinio, Cassiodoro, et Antonino in Itinerario memoratus, hodieque ecclesiasticae Veronensium jurisdictioni subditus *). Historicus hic Ciceronis amicus

*) [Cornelium Nepotem Veronensem fuisse et Hostiliae natum, communi nunc Doctorum Virorum sententia statuitur, eamque et mihi maxime probabilem videri profiteor. Aliter tamen in Disquisitionibus Plinianis T. II. p. 58. sq. sentit Rezzonicus, cujus haec verba profert Gierigius in Plinianarum Epistoll. edit. maj. Tom. I. p. 463. sq. „Cornelius Nepos nullo modo Veronensis esse potuit. A Plinio majore enim *Padi accola* vocatur. Sed Verona XXXII. P. recta linea distat a Pado. Neque natus est in vico Veronensium Hostilia: vicus enim nusquam *municipium* (Plin. Epist. 4, 28.) vocatur, neque credibile est, omnes illos viros illustres in uno viculo natos esse. Igitur Parmae vindicandus est Cornelius Nepos, unde et *Titus Cassius* (cujus nomen in Plinii loco praefert Aldinus codex, isque prodigiosae antiquitatis), aequalis Nepoti, jussu Octaviani Caesaris necatus. Parma autem, hodie IXM. P. a Pado distans, olim ei multo propior fuit. Saec. XII. enim ille exundans haud longe a Parmae moenibus proces-

familiarisque a Gellio vocatur lib. xv. cap. xxviii. Chronica ſcripsiſſe, teſtis eſt idem Gellius lib. xvii. cap. xxi. In his pro triplici tempore, *ἀδήλῳ*, *μυθικῷ*, *καὶ ἱστορικῷ*, (de quibus, ex Varrone et aliis, libro de arte hiſtorica diximus) tres videtur ſcripsiſſe libros, ac singulis unius temporis narrationem eſſe complexus. Sane tres libros feciſſe Nepotem, quibus omne aevum comprehenderit, liquido teſtatur Catullus initio hendecaſyllaborum. Nec hiſtoricum tempus ab eo ſolum eſſe tractatum, indicio eſt illud Auſonii: *Apologos Titiani, et Nepotis Chronica, quasi alios apologos, (nam et ipſa inſtar ſunt fabularum) ad nobilitatem tuam misi.* Item ex eo, quod Tertullianus in Apologetico adverſus gentes (ubi eum inter antiquitatum commentatores diſertim reponit) dicit, haud aliud Saturnum, quam hominem, promulgaſſe. Quod etiam Lactantius tradit lib. i. cap. xiii. Reliquit praeterea libros illuſtrium virorum, quorum Gellius meminit lib. xi. cap. viii. et Servius in i. Aeneid. Eorum librum ii. xv. et xvi. citat Chariſius *). Ex his habemus viginti duos exterarum gentium imperatores **). Ceteris libris egiſſe de Romanis, haec ejus verba oſtendunt in extrema Hannibalis vita: *Sed nos tempus eſt hujus libri facere fi-*

---

sit. Elogium Nepotis, quod apud Veronenſes exſtat, Sacc. xv. demum factum eſt, nec quidquam de ejus patria prodit. *Cassius* autem apud Veteres interdum uno gentilitio nomine, interdum a patria *Cassius Parmensis*, alibi rurſus *Cassius Severus* appellatur.“]

*) [xiii. Gellius l. c. v. Fragment. Corn. Nep. cap. 3, 2.]

**) [Veriſſime haec disputata, et *Vitas excellentium Imperatorum* nonnisi partem Operis de *Viris Illustribus* fuiſſe, haec Vitarum loca clariſſime docent. Praefat. n. 8. *Sed hic plura persequi tum magnitudo voluminis prohibet, tum feſtinatio, ut ea explicem, quae exorsus sum. Quare ad propositum veniemus, et in hoc exponemus libro de vita excellentium Imperatorum. Librum*, voluminis partem, *volumini* opponit, quo *vitam excellentium virorum complurium* scribere *exorsus* erat. Itaque et *magnitudinem voluminis*, in quo complures vitae continerentur, commemorat, et, perſcriptis jam multorum Vitis, ut inchoato operi faſtigium imponat, se, quasi feſſum labore, feſtinare significat. v. Buchner. ad h. l. Epamin. 4, 6. *Plurima quidem proferre possemus, sed modus adhibendus est, quoniam uno hoc volumine vitam*

[redacted]



*nem, et Romanorum explicare imperatores, quo facilius, collatis utrorumque factis, qui viri praeferendi ſint, poſſit judicari* *). Operis ejus genuina inſcriptio patet ex ultimis hisce praefationis verbis: *Quare ad propoſitum veniemus, et in hoc exponemus libro* DE VITA EXCELLENTIUM IMPERATORUM. Praeter imperatores ſeorſim exaraſſe librum de regibus, argumento haec erunt, quae Timoleontis vitae ſubdit: *Hi fere fuerunt Graeciae gentis duces, qui memoria digni videbantur, praeter reges. Namque eos attingere noluimus, quod omnium res geſtae ſeparatim ſunt*

*excellentium virorum complurium concludere constituimus, quorum separatim multis millibus versuum complures scriptores ante nos explicarunt.* Excellentes *Viros* dicit, quorum Vitam uno *volumine* concluſerit, cujus partes sive libri duo de externis et Romanis Imperatoribus (Hannib. 13, 4.) exponebant. His locis tertium addimus Dio. 9, 5. *Hic, sicut ante* SAEPE *dictum est, quam invisa sit singularis potentia, et miseranda vita, qui se metui, quam amari malunt, cuivis facile intellectu fuit.* Ita enim h. l. legendum, et vocem *saepe*, immerito e textu ejectam, cum optimis libris revocandam eſſe, in adnotatione noſtra docuimus. Atqui non *saepe*, sed semel tantum cap. 5, 3. quamquam non iisdem verbis, ea Cornelius dixit, quae ſaepius se iteraſſe profitetur, ut hic etiam locus ad magnum *de Viris Illustribus* opus pertinuiſſe exc. Imp. vitas, non separatim editas eſſe, argumento sit. In illo autem opere quin *saepius* Nepos de juſto singularis potentiae odio verba fecerit, nemo dubitabit, qui alienum ab hoc imperio viri animum ex Imperatorum Vitis cognoverit. His rationibus adductus Vitas excell. Imperatorum partem Corneliani operis de viris illuſtribus fuiſſe judico, quam sententiam Moſchius quoque in Diſſertatione, cujus ſupra (Praefat. adn. 13.) mentionem fecimus, exornavit.]

*) [Hunc locum si cum iis, quae a Cornelio in Praefationis fine dicuntur, compares, et excellentium Imperatorum vitas non separatim publicatas, sed cum aliis aliorum Vitis uno opere comprehenſas fuiſſe cogites, facile intelliges, quam alienum et incommodum illud ſit, quod Cornelius praefat. n. 8. ſcribit: *et in hoc exponemus libro de vita excellentium Imperatorum.* In quibus verbis *liber* totum opus, duas partes complexum, dicitur, quum Hannib. 13, 4. *libri* appellatione ea tantummodo operis pars significetur, qua Romanorum Imperatorum vitae continebantur. Itaque Titzius in Introduct. edit. suae p. 25. et in not. ad Praefat. num. 8. hoc loco vocem *externorum* poſt *Imperatorum* excidiſſe ſuſpicatur. Ego contra hanc vocem et ipſe a Cornelio profectam, neque vero caſu excidiſſe, ſed ab eo excluſam eſſe arbitror, qui Imperatorum Vitas, e magno *Virorum Illustrium* Volumine excerptas, ſeparatim poſt aetatem Cornelii publicavit, quod ab Aemilio Probo factum fuiſſe, codicum manu ſcriptorum teſtimonio conſtat. Nam Cornelius, qui ipſa

[redacted]



*relatae: neque tamen hi admodum sunt multi* *). Externi imperatores, quos habemus, Aemilii esse Probi a multis creduntur. Qui error inde provenit, quod librario id fuerit nomen, qui vitas eas, partim sua, partim matris et avi manu scriptas, Theodosio obtulit. Hoc ita esse, ostendunt versiculi, qui vitis istis praemitti in MSS. solent. Ac nec Aemilium, nec Theodosiani aevi quemquam, eorum esse librorum auctorem, abunde arguit pura et Romana dictio. Opinetur aliquis, ut Trogus ab Justino, ita ab Aemilio, qui

Operis inscriptione de *illustribus* cujusque generis viris exponere se velle, significasset, ad eam operis sui partem, qua Imperatorum vitae comprehenderentur, transiturus non sane necesse habebat dicere, se ex infinito Ducum numero *non nisi praestantiores* commemoraturum esse, quum hoc lectorum quisque sua sponte intelligere posset. Ut igitur Hannib. 13, 4. ad *Romanorum imperatores* explicandos se transire simpliciter scripsit, ita non dubito quin etiam in Praefationis fine eandem rationem secutus sit, et *in hoc libro* (i. e. in hac Voluminis parte) *de externorum* se *Imperatorum vita expositurum* significaverit. Ita demum uterque locus accurate sibi respondet, neque opus erat, in priore loco vocem *excellentium* adjicere, quam in posteriore etiam omissam esse videmus. Verum quum Aemilius Probus Imperatorum Vitas a reliquis segregasset, et separatim evulgare constituisset, tum vero Lectores in Praefatione monendi erant, *de excellentium Imperatorum vita* libros illos scriptos esse. Ceterum nescio, cur Vossius *ceteris libris* de Romanis imperatoribus egisse Cornelium scribat, quem potius, ut externos duces, ita Romanos etiam, *uno libro* exposuisse credo. Hunc autem quin Plutarchus viderit, atque ea, quae Fragm. Cap. 9. num. 1. de Lucullo, et n. 3. 4. de Marcello narrantur, inde transcripserit, dubitari non potest. Et nescio, an id, quod Fragm. cap. 11. num. 2. de Augusto traditur, eodem ex libro sumtum sit. Vitam Julii Caesaris, a Cornelio scriptam, commemorat *Gulielmus Pastregicus* (Pastrengus), Veronensis, Saec. xiv. scriptor, in *Libello de originibus rerum*, Venetiis a. 1547. 8. edito, pag. 17. Locus, quem rogatu meo ex Regiae Parisiensis Bibliothecae exemplari descripsit C. B. Hasius, doctissimus mihique amicissimus vir, hic est: *Cornelius Nepos lib. edidit De Viris Illustribus. Scripsit et Julii Caes. vitam et tempora, cujus fulsit temporibus.* Pastrengi igitur aetate Caesaris vita, a Nepote conscripta, exstitisse videtur, et sane Caesar in Romanorum Imperatorum Vitis omitti non potuit.]

*) [Vossio hac etiam in re assentior contra Bosium, qui ad Reg. 1, 1. aliorum scripta, non Cornelii librum, de Regum rebus gestis intelligi malit. Moschius quoque Vossii sententiam sequitur in Dissertationis, supra laudatae, insigni loco pag. 9. sq. quem huc transcribere operae pretium est: „Solent interpretes

sub Theodoſio vixit, in compendium eſſe redactum Nepotem. Sed aliud ſuadet operis concinnitas, et illa praefandi ratio, quae eſt in Epaminondae vita, ac in Pelopida inprimis, ubi brevitatem juſtam pollicetur. Attamen sententia haec, licet erronea, minus periculi habeat, dummodo extra controversiam maneat, Aemilium omnia de puriſſimis Nepotis fontibus hausiſſe *). Sane Tulliani eſſe aevi ſcriptorem, neque alium, quam Nepotem, tum veteris alicujus

ad locum Reg. 1, 1. commemorare, qui quotve scriptores regum clariſſimorum mentionem fecerint, eorumque res geſtas in scriptis suis laudibus ornarint, et afferunt nobis Herodotum, Ctesiam, Diodorum, Trogum. Fruſtra. Nominandi potius erant Scriptores, qui data opera de *Regibus omnibus bello potissimum claris* ſcripſerint, ac nonnisi horum res geſtas enarraverint. Cujus generis Scriptores dubito an multi fuerint, atque Cornelii lectoribus tam bene noti, ut ad eorum Scripta hi commode amandari potuiſſent. Quid? quod Cornelium prorſus ineptum facimus, si de regibus eum ideo nunc tacuiſſe dicamus, quod *alii* separatim de his narraſſent. Quam rationem si sequi voluiſſet Cornelius, nonne de imperatoribus quoque et aliis viris, quos adhuc expoſuerat, eodem modo ipsi tacendum fuiſſet, quorum vitas, ut ipſe affirmat (Epamin. 4, 6.), complures scriptores ante ipſum multis millibus explicuerant verſibus? Neque eſt Cornelius verborum adeo parcus, quin, si de aliorum operibus nos cogitare voluiſſet, id uno verbo addito significaſſet. Quibus omnibus non nisi ita occurri poteſt, ut, quod jam diu ante nos Voſſius contendit, Cornelium hoc dixiſſe sumas: *regum, qui quidem rerum geſtarum magnitudine excelluerint, vitas a se separatim esse relatas, seque hinc ex eorum numero nunc, cum de imperatoribus excellentibus exponeret, eos, qui praesertim bellicis virtutibus alios praestiterint, ideo attingere nolle.* His apta sunt, quae sequuntur: *cum tamen regum rebus gestis illustrium omnino non admodum multi sint, se aliquam saltem eorum mentionem facere velle.* Idque facit: multum enim abeſt, ut res geſtas eorum vel breviſſime attingat; ipſos contra non nisi breviſſime notat, ut, qui summatim repetunt, quod alibi pluribus expoſuerant. A se ipſo autem res geſtas regum relatas eſſe auctor diſertis verbis non addidit, cum lectores jam aliunde, id ab ipso factum eſſe, satis scirent: contra, si ab aliis auctoribus id factum dicere voluiſſet, nonne hoc potius aperte fuiſſet indicandum?" Haec Moſchius. Eandem sententiam Bremius quoque poſt Lambinum amplectitur. Ex Nepotis autem de *Romanis Regibus* libro, quae infra Fragm. cap. 10. num. 6. referuntur, deſumta videri poſſunt.]

*) [Aemilium Probum Imperatorum Vitas, a Nepote scriptas, in lucem revocaſſe, ita ut nonnulla earum loca interpolaret ac depravaret, Vitasque, hac ratione conformatas, Theodoſio Imperatori obtuliſſe, cum Viris Doctis ſtatuo. Hoc enim et verſus Aemilii Probi supra memorati clare docent, et codicum manu

libri indicio *) cognoscitur, tum etiam, quod ad Pomponium Atticum (cujus idem rogatu de vita Catonis librum fecit) vitae istae scribantur: utcunque id in quarto Miscellaneorum suorum neget Hieronymus Magius, qui ipsa Nepotis praefatione satis refellitur. Accedit et altera ratio. Nam his in libris ea legere est, quae opus hoc scriptum esse clamant, quo tempore Pompejus et Caesar plus poterant, quam libera in rep. expediret. Ea Lambinus loca congessit,

scriptorum editionumque, e codicibus ductarum, inscriptiones testantur, et diligenti vitarum ipsarum lectione satis intelligitur. Quae quum elegantissime scriptae sint, egregiisque verborum ac sententiarum luminibus distinctae perspicuitate simul et gravitate lectoris animum teneant, loca tamen nonnulla occurrunt, in quibus reliquam elegantiam ita desideres, ut in alio plane Scriptore te versari putes, et malam interpolatoris manum facile agnoscas. Ut autem hac in re Virorum Doctorum sententiae accedimus, ita recte a Vossio Barthii judicium improbari existimamus, qui Vitas illas ab Aemilio Probo in epitomen redactas fuisse sibi persuaserat. Mihi Probus in redintegrandis Imperatorum Vitis ita versatus fuisse videtur, ut eas a magno Virorum Illustrium Volumine segregaret, suaque manu recensitas, passim interpolatas novoque ordine dispositas, Theodosio Imperatori dedicaret. Ita temporis progressu factum est, ut, oblitterato vero Scriptoris nomine, hae vitae Aemilio Probo tribuerentur, et, qui eas nonnisi recognovisset atque ab oblivione vindicasset, paullatim pro auctore operis haberetur. Cui simile aliquid in Caesaris Commentariis accidisse videmus, quos, a Julio Celso quodam recensitos, aliquot medii aevi scriptores ad eundem Celsum auctorem referunt. Hoc in Imperatorum Vitis eo facilius fieri potuit, quod Probus in versiculis, supra commemoratis, se libri, tali modo conformati, *Auctorem*, librumque ipsum *suum*, i. e. a se denuo e tenebris prolatum, descriptum et recensitum, appellat. Quae verba in *fine* libri collocata (omnes enim membranae, in quibus versus illi leguntur, Hannibalis eos vitae subjiciunt) errorem iis lectoribus objicere non potuerunt, qui antiquissimis harum vitarum codicibus, *Cornelii nomine praenotatis*, uterentur. Verum illa ipsa verba, male intellecta, librarios impulisse videntur, ut Imperatorum vitas a vero auctore abjudicarent, et, omisso hujus nomine, Aemilium Probum Cornelii Nepotis spoliis exornarent. Quod autem supra postremo loco posui, vitas Imperatorum aliter a Probo, atque a Nepote, ordinatas fuisse, hoc ita acute itaque evidenter ex ipsa harum Vitarum ratione Titzius demonstravit, ut, qui dubitare ea de re possit, futurum credam neminem. Qua de caussa eum Titzianae Introductionis locum, in qua haec quaestio pertractatur, Testimoniis de Corn. Nepote addendum curavimus. Illud adjicimus, L. Ampelium, cujus aetas in ipsum Theodosii Imperatoris tempus incidit, Libri Memorialis Capite XV. quo de clarissimis Atheniensium Regibus et Ducibus expo-

ut nihil attineat illa hic reponere ** ). Nec libris iſtis de viris illuſtribus ſolum perſecutus eſt excellentes imperatores, ſed etiam commentationibus claros. Quod argumentum signat B. Hieronymus, praefatione de ſcriptoribus eccleſiaſticis: ubi Nepotem inter eos refert, quorum exemplo acturus sit de iis, qui ſcribendo claruerunt. Egit autem Nepos tum de Graecis ſcriptoribus, tum de Latinis. De Graecis, colligo inde, quod in Dionis vita dicat, librum se feciſſe de illuſtribus hiſtoricis Graecis, in quo inter alia tractarit de Philiſto hiſtorico. De Latinis, argumento ſunt

nit, Vitarum noſtrarum et argumentum et ordinem plurimis locis secutum fuiſſe. Itaque in mediis Athenienſium ducibus Dion, *Syracusanus*, inter Cononem et Iphicratem interjectus, conſpicitur, quamquam illam Dionis mentionem a librario, male sedulo, Nepotisque sui nimium memore, inculcatam fuiſſe suſpicari aliquis poſſit. Haec autem quum de Aemilii Probi opera mihi ſtatuenda eſſe videantur, doctiſſimi viri, G. F. Rinckii, sententiam, diligenter multumque penſitatam, probare non possum, qui in libro, cujus supra in Praefatione adn. 27. mentionem fecimus, Aemilium Probum excellentium Imperatorum vitas sub Cornelii Nepotis perſona scripſiſſe, verſibus saepe commemoratis adductus, exiſtimat. Hoc enim si facere Probus voluiſſet, non video, cur non Cornelii potius, quam ipſius, nomen codicibus manu scriptis praepoſitum sit, neque umquam perſuadere mihi potero, eumdem hominem, qui verſus iſtos, quorum quot verba, totidem fere vitia et ineptiae sunt, composuit, elegantiſſimas, si loca nonnulla excipias, Imperatorum vitas conſcripſiſſe. Rinckius ipse l. c. pag. 43. not. (p. 38. sq. vers. germ.) duo poſtremos carminis verſus a librario adſutos, non a Probo scriptos fuiſſe arbitratur, quos tamen ego et materia et oratione ceterorum ita similes cognovi, ut ex eadem officina exiiſſe appareat. Ceterum Rinckii sententiam jam oppugnatam comperi a *Joele Kohen*, Tergeſtino, in libro, cujus haec inſcriptio eſt: *Considerazioni sul Saggio di un Esame critico del Sign. G. F. Rinck Badese per restituire ad Emilio Probo il libro de vita excell. Imperatorum. Mediolani.* 1819. 8. *pagg.* 70. Sed nondum nobis hujus libri inſpiciendi copia facta eſt.]

*) Arſenii Codicem, a Magio inſpectum, significat, ad cujus calcem (v. supra) haec scripta erant: *Completum est opus Aemylii Probi Cornelii Nepotis*, in qua subſcriptione primarium Rinckius sententiae suae firmamentum poſitum exiſtimat. Ego ex his verbis nihil aliud colligi poſſe cenſeo, nisi hoc, in illo Arſenii codice, ut in plerisque aliis, cum Imperatorum vitis, quas membranae *Aemilio Probo* tribuunt, Catonis et Attici vitam, a *Cornelio* scriptam, conjunctam fuiſſe, ut vere librarius *Aemilii Probi* et *Cornelii Nepotis opus* ineſſe scripſerit.]

**) [Haec loca Rinckius p. 53. (p. 48. vers. germ.) ab Aemilio Probo, quem ex Cornelii perſona Imperatorum Vitas scripsis-

plurima. Nam de Terentio egiſſe, ex Suetonio ſcimus in Terentii vita, Donato perperam tributa *). Ad haec primum de vita Ciceronis librum Gellius citat lib. XV. c. XXVIII. Eoque ex opere fragmentum Hieronymus affert epiſt. ad Pammachium **). Imo veriſimile eſt, inde eſſe tum vitam T. Pomponii Attici, quae exſtat, tum vitam Catonis, quam iſtis claudit verbis: *Hujus de vita et moribus plura in eo libro perſecuti ſumus, quem ſeparatim de eo fecimus rogatu Titi Pomponii Attici. Quare ſtudioſos Catonis ad illud volumen delegamus.* Aperte indicat, eo nunc de Catone brevius se agere, quia ſeparatim de eodem ſcripſerit. Ergo vita illa Catonis, quam paucis perſtrictam habemus, majoris pars eſt voluminis, in quo Romanorum complurium vitae continerentur. Et sane in antiquiſſimo codice Oberti Giſanii ante Vitam Attici legebantur haec verba: *Ex libro Cornelii Nepotis de Latinis hiſtoricis* ***). Reliquit etiam exem-

se arbitratur, convenienter conſilio suo et dedita opera, quo Nepotis partes melius tueretur, narrationi intexta fuiſſe contendit. In qua re doctiſſimo viro aſſentiri non poſſum. Theodosii enim temporibus cum libertate libertatis etiam senſus dudum ita exſtinctus erat, ut ea, quae locis illis continentur, aetatis iſtius homini ne in mentem quidem venire potuiſſe judicem. Itaque Cornelii manum et in his agnoscimus.]

*) [Quae Fragm. cap. 6. num. 1. et 2. de Terentio narrantur, ad cum Virorum Illuſtrium librum, quo *Romanorum Poëtarum* vitae continebantur, referenda eſſe videntur. Nam et poëtarum mentionem a Cornelio factam fuiſſe, credibile eſt.]

**) [Quum Nepos Ciceronis vitam duobus minimum libris conscripſerit, longiorem eam fuiſſe apparet, quam quae Illuſtrium Virorum volumine concludi potuerit. Itaque hanc separatim editam, neque tamen non *Oratorum* vitas a Cornelio enarratas fuiſſe censeo. Nam et per se patet, Oratores ab opere illo excludi non potuiſſe, et, qui Fragm. cap. 9. num. 2. legitur locus, ad eum Cornelii librum commodiſſime refertur, quo de *Romanis Oratoribus* expoſuiſſe illum suſpicamur. Non enim alia re magis, quam dicendi laude, C. Gracchus excelluit.]

***) [In Guelpherbyt. codice ante Catonis vitam legitur: *Excerptum e libro Cornelii Nepotis de Latinis historicis.* Quae inscriptio quum Vitae ipsius argumento egregie conveniat (v. Bos. ad Cat. init.), facile aſſentior Voſſio, Jac. Frid. Heuſingero et Rinckio, qui Catonis vitam ad librum *de Latinis historicis* potius, quam ad Romanorum Imperatorum vitas, pertinuisse cenſent. Sed idem ille codex cum Giſaniano, Schottiano, et Pariſienſi (v. Schott. ad Attic. init. et supra Praefat. adn. a?.) Attici vitam eodem *de Latinis Historicis* libro comprehensam

plorum libros, quos citant Gellius lib. VII. cap. XVIII. et Charisius lib. I. Alia quoque ejusdem laudant veteres; sed non item, quae ad historiam pertineant*). Nam ex epistola ejus ad Ciceronem quaedam Lactantius affert lib. III. institut. divinar. cap. XV. Quemadmodum et Ciceronis ad Nepotem epistolae meminit Tranquillus in Julio cap. LV. Ammianus Marcellinus initio libri XXVI. ac Priscianus lib. VIII. Imo et secundum Ciceronis epistolarum librum ad Nepotem Macrobius citat lib. II. Saturnal. cap. I. Quod si quis fragmenta omnia Nepotis desideret, longe iis colligendis priorum vicit industriam Andreas Schottus. Hermolaus Barbarus, castigationibus in Plinii lib. XV. cap. XXIX.

---

fuisse significat. Quod quamquam Jac. Frid. Heusingero minus verisimile videtur, Rinckius tamen post Vossium et hujus inscriptionis fidem non in dubium vocandam statuit, nosque ipsi Attici vitam ad illum Virorum Illustrium librum non prorsus incommode referri posse concedimus. v. Bos. ad Attic. princ. Quodsi tamen reputamus, a Cornelio hanc vitam ita editam fuisse, ut primum nonnisi ea, quae primis XVIII. capitibus continentur, complecteretur, reliqua post mortem Attici accederent, ad Titzii potius sententiam inclinamus, qui in animadvv. suis p. 274. Attici vitam *separatim* a Cornelio publicatam fuisse censet, sicut illam Catonis pleniorem, quam Nepos ipse Cap. 3, 5. commemorat. Utrum autem Corneliae, matris Gracchorum, epistolarum Fragmenta, quae Codices ex hoc ipso, de quo loquimur, Cornelii libro excerpta perhibent, clarissimae feminae tribuenda, an falsario alicui adscribenda sint, mihi non satis exploratum esse fateor. Supposititia ea esse, et tantum ob nominum *Cornelii* et *Corneliae* similitudinem in Nepotis codices irrepsisse, censet A. G. Langius eo loco, quem in adnotatione ad Fragm. cap. 12. n. 1. significavi, pag. 178. Illud certe nos ipsi non videmus, quomodo hae Epistolae ad Cornelii *de Latinis historicis* librum pertinere potuerint, quum neque argumentum earum huic libro conveniat, et Corneliam ipsam nemo umquam Historicis adnumeraverit. Quae autem e Guelpherbytano Philippicarum orationum codice ab Heusingero prolata sunt libri de *Latinis historicis* fragmenta, ea quin genuina et Cornelio Nepoti tribuenda sint, non dubitamus. Inde illa etiam loca desumta esse apparet, quae Fragm. cap. 3. num. 2. et cap. 6. n. 3. leguntur. De quorum priore Moschio plane assentimur, in Dissertatione, supra laudata, pag. 11. seq. haec scribenti: *Quae de Albino a Catone vituperato apud Gellium* 11, 8. *leguntur, hic scripta tradit in libro Cornelii Nepotis de illustribus viris, quibus adeo verbis codices quidam Mss. addunt numerum libri* XIII. *quod quemadmodum Bosio non negligendum, ita mihi verum et in textum recipiendum videtur.*

[redacted]



censet, libellum de viris illustribus, qui Plinio tribui solet, Cornelii Nepotis esse, haud Plinii: atque id veteribus codd. adstrui posse asseverat. Etiam Jani haec Parrhasii sententia fuit. Utrius sit, dubitari ait Vinetus, nec ea de re statuere quicquam ausus est. Imo aliqui aut Suetonium, aut Tacitum, esse auctorem, putarunt: ut indicat Gyraldus dialogismo XXVI. Sed omnino sunt Sexti Aurelii Victoris: ut satis nunc constat ex editione Andreae Schotti. Non dubito interim, quin pleraque ex Nepote Victor desumserit. Nam quod Ludovicus Vives, lib. V. de tradendis disciplinis, Nepotem ait, de Graecis solum ducibus scripsisse, id satis refellitur verbis Nepotis antea adductis. Vir doctissimus, Jo.

---

*Quae itaque Gellius in libris de viris illustribus se legisse dicit, ea vulgo in vita Catonis occurrisse statuunt. Quod mihi quidem non placet. Primum enim ex eo libro, quem de Catone separatim se scripsisse Cornelius ipse profitetur, desumta non sunt. Quem enim librum auctor separatim de Catone se scripsisse dicit, eundem simul operis cujusdam partem fuisse, quis unquam persuadere sibi possit? Deinde in illa, quae nobis restat, Catonis vita breviori locus ille neque nunc legitur, neque umquam, ab hujus libelli consilio atque tenore quippe prorsus alienus, legi potuit. Quis autem Cornelium ter de Catone scripsisse arbitretur? Desumta itaque potius videntur ex vita Albini historici, ad quem praeterea res narrata multo magis pertinet, quam ad Catonem. De hoc autem in quonam libro verba fecerit Cornelius, res ipsa declarat: fecit autem sine dubio in illo de historicis latinis. Ita ut hunc de historicis latinis librum, quem a Cornelio scriptum fuisse praeterea fragmenta quoque non contemnendae auctoritatis, a. Jac. Frid. Heusingero publicata, testantur, unum ex illis de viris illustribus fuisse, satis constet, eorumque decimum tertium fuisse suspicari liceat.* Haec Moschius, cujus sententiae prorsus accedimus, nisi quod Albinum, qui, Graeca lingua usus, Romanam civitatem quasi exuisset, etiam in Graecorum historicorum numerum a Cornelio referri potuisse putamus.]

*) [Titzius in Introduct. p. 10. haec scribit: *Consideranti fragmenta Scriptoris nostri, illa praecipue, quae ex Plinii majoris Historia Naturali conquisita sunt, observabitur fortasse mecum, C. Nepotem plura insuper opera edidisse, quorum titulos etiam ignoramus. Namque aperte docent horum fragmentorum compluscula. Geographica quaedam ab illo esse concinnata; sicut ex aliis concluserim, de Antiquitatibus peculiare ejusdem opus quoddam exstitisse.* Ab hac Titzii sententia me non alienum profiteor. Poëticen quoque attigisse Cornelium, Plinius Epist. 5, 3. testatur.]

Maria Catanaeus, commentario in Plinii librum IV. epist. XXVIII. quae ad Severum scripta est, etiam Daretem Phrygium a Nepote translatum arbitratur. Nempe decepit eum vulgaris ἐπιγραφή. Attamen et hic aqua haeret Vineto, notis in Auson. Idyll. VII. Negat esse, qui certi aliquid de translatione hac ausit affirmare. Atqui omnes, quibus ullum in hisce litteris judicium est, satis vident, nec Daretem illum esse genuinum, nec dictionem ejus Augusteam sapere aetatem, sed recentiorem multo. Nepotem autem Caesaris Augusti obiisse aevo, Plinius testatur lib. IX. c. 39. et l. X. c. 23. Atque hoc fortasse impulit Genebrardum, ut putaret, eum nato jam Christo superstitem fuisse, qui et Jacobum Gualterium, cum primum tabulas ederet chronographicas, in eam sententiam pertraxit. Sed Nepotem eo usque aetatem prorogasse, nemo temere dixerit, qui tanti eum in litteris nominis jam Tullii, Attici, Catulli temporibus fuisse cogitarit.

## FRANC. NICOL. TITZIUS

*Introduct. de Corn. Nepot. vita et scriptis.*

Codices editionesque ad hunc diem omnes seriem vitarum exhibuerunt eam, ut 1. esset vita Miltiadis: 2. Themistoclis: 3. Aristidis: 4. Pausaniae: 5. Cimonis: 6. Lysandri: 7. Alcibiadis: 8. Thrasybuli: 9. Cononis: 10. Dionis: 11. Iphicratis: 12. Chabriae: 13. Timothei: 14. Datamis: 15. Epaminondae: 16. Pelopidae: 17. Agesilai: 18. Eumenis: 19. Phocionis: 20. Timoleontis. Tum sequebatur brevis illa de Regibus expositio, cui editores numerum 21. imposuerunt, quia ex quibusdam in ea occurrentibus verbis cap. 1. init. et cap. 3. c. fin. conjectarunt, hanc partem esse synopsin alicujus libri, quem Nepos de Regibus aut separatim, aut in Viris illustribus fecerit. Deinceps dederunt praeposito numero 22. vitam Hamilcaris, et tandem 23. loco Hannibalis, quo librum finiverunt.

tis transgressurus ad duces barbarorum, initio succin-illius de Regibus commemorationis, peractam eo us-libri partem respiciens ait: *Hi fere fuerunt Graeciae gen-tes, qui memoria digni videbantur.* Ergone Datamem, quod m ejus in medio horum cernimus, in Graeciae gentis bus habuit? Quis hoc credat, cum ipse eum, ut vidi-, *barbarum* dixerit?

Sed ajunt editores: evenit hoc chronologia, in vitis ordinandis servata, ut Datames eum locum obtineret. io. At nunc quaero: unde nobis ista ad chronologiae s facta vitarum ordinatio? Estne ab auctore ipso insti-? Quid, si hoc negare ausim? Quid, si hanc negatio-argumentis, ex ipsius operis conformatione petitis, ad-im atque sustineam? Age, hoc experiamur!

Cum accurato et sobrio scriptore res nobis est. Non t talis in adornatione partium unius atque ejusdem hi-ci operis a genio totius deflectere, et secum pugnare. vitio hic liber ex recepta vitarum ordinatione sine du-laborat, ut mirum sit, neminem editorum hoc adhuc animadvertisse. Consideremus, si placet, illam ope-particulam, quae inscribi solet *de Regibus.* Quem ordi-, quaeso, in recensendis Regibus auctor hic instituit? ne videmus illum certum quendam *gentium* ordinem se-

Maria Catanaeus, commentario in Plinii librum IV. epist. XXVIII. quae ad Severum scripta est, etiam Daretem Phrygium a Nepote translatum arbitratur. Nempe decepit eum vulgaris ἐπιγραφή. Attamen et hic aqua haeret Vineto, notis in Auson. Idyll. VII. Negat esse, qui certi aliquid de translatione hac ausit affirmare. Atqui omnes, quibus ullum in hisce litteris judicium est, satis vident, nec Daretem illum esse genuinum, nec dictionem ejus Augusteam sapere aetatem, sed recentiorem multo. Nepotem autem Caesaris Augusti obiisse aevo, Plinius testatur lib. IX. c. 39. et l. X. c. 23. Atque hoc fortasse impulit Genebrardum, ut putaret, eum nato jam Christo superstitem fuisse, qui et Jacobum Gualterium, cum primum tabulas ederet chronographicas, in eam sententiam pertraxit. Sed Nepotem eo usque aetatem prorogasse, nemo temere dixerit, qui tanti eum in litteris nominis jam Tullii, Attici, Catulli temporibus fuisse cogitarit.

## FRANC. NICOL. TITZIUS

*Introduct. de Corn. Nepot. vita et scriptis.*

Codices editionesque ad hunc diem omnes seriem vitarum exhibuerunt eam, ut 1. esset vita Miltiadis: 2. Themistoclis: 3. Aristidis: 4. Pausaniae: 5. Cimonis: 6. Lysandri: 7. Alcibiadis: 8. Thrasybuli: 9. Cononis: 10. Dionis: 11. Iphicratis: 12. Chabriae: 13. Timothei: 14. Datamis: 15. Epaminondae: 16. Pelopidae: 17. Agesilai: 18. Eumenis: 19. Phocionis: 20. Timoleontis. Tum sequebatur brevis illa de Regibus expositio, cui editores numerum 21. imposuerunt, quia ex quibusdam in ea occurrentibus verbis cap. 1. init. et cap. 3. c. fin. conjectarunt, hanc partem esse synopsin alicujus libri, quem Nepos de Regibus aut separatim, aut in Viris illustribus fecerit. Deinceps dederunt praeposito numero 22. vitam Hamilcaris, et tandem 23. loco Hannibalis, quo librum finiverunt.

[redacted]



Jam vero hic primo intuitu nonne unicuique mirum videri debebat, quid sibi vita Datamis, *fortissimi omnium barbarorum exceptis Hamilcare et Hannibale*, ut verbis ipsius Nepotis utar, paene in medio libri, inter vitas ducum Graecorum, vellet? Quid, quod Nepos postea, a vita Timoleontis transgressurus ad duces barbarorum, initio succinctae illius de Regibus commemorationis, peractam eo usque libri partem respiciens ait: *Hi fere fuerunt Graeciae gentis duces, qui memoria digni videbantur.* Ergone Datamem, quod vitam ejus in medio horum cernimus, in Graeciae gentis ducibus habuit? Quis hoc credat, cum ipse eum, ut vidimus, *barbarum* dixerit?

Sed ajunt editores: evenit hoc chronologia, in vitis istis ordinandis servata, ut Datames eum locum obtineret. Audio. At nunc quaero: unde nobis ista ad chronologiae leges facta vitarum ordinatio? Estne ab auctore ipso instituta? Quid, si hoc negare ausim? Quid, si hanc negationem argumentis, ex ipsius operis conformatione petitis, adstruam atque sustineam? Age, hoc experiamur!

Cum accurato et sobrio scriptore res nobis est. Non solet talis in adornatione partium unius atque ejusdem historici operis a genio totius deflectere, et secum pugnare. Quo vitio hic liber ex recepta vitarum ordinatione sine dubio laborat, ut mirum sit, neminem editorum hoc adhuc satis animadvertisse. Consideremus, si placet, illam operis particulam, quae inscribi solet *de Regibus*. Quem ordinem, quaeso, in recensendis Regibus auctor hic instituit? Nonne videmus illum certum quendam *gentium* ordinem sequi, atque ita singularum gentium eximios Reges perpetua serie prosequi, nulla ex aliis permixtione admissa? Sic igitur gentium prima illi memoratur *Persarum:* ex hac Reges una serie producit, Cyrum, Darium, Hystaspis filium, Xerxem, Artaxerxem, cui erat cognomentum Macrochir, et Artaxerxem cognomine Mnemona. Tum sequitur gens *Ma-*

*cedonum*; ex eaque continuo Philippus rex, Amyntae filius, et Alexander Magnus. Deinde succedit gens *Epirotarum*, et ex ea rex Pyrrhus. Postea gens *Sicula*, ex qua nobis producit Dionysium priorem. Tum denique attingit separatim *novos illos Reges* factos ex amicis et praefectis Alexandri Magni, Antigonum, Demetrium, Lysimachum, Seleucum, Ptolemaeum. At nunc paululum oculos convertamus ad seriem imperatorum Graecorum, quos huc usque se ait pertractasse auctor. Ibi, quum prorsus nihil difficultatis reperiatur, quo minus simili ratione auctor singularum Graeciae civitatum, inter se separatarum, duces excellentes perpetuo ordine producere potuerit; immo a quovis cognoscatur, hac methodo instituta minus operosum conquisitionis atque expositionis laborem in hoc opere debuisse reddi auctori; deprehendimus, post tres Atheniensium duces interpositum Lacedaemonium unum, deinde sequi denuo Atheniensem unum, et iterum Lacedaemonium, tum tres continuo Athenienses, quos a post insequentibus tribus abrumpit Siculus seu Syracusanus Dion: postremum denique Atheniensem Phocionem avulsum a praecedentibus cernimus, non modo Thebanis duobus cum postremo Lacedaemonio, sed Cardiano etiam Eumene, et barbaro quoque, si diis placet, Datame, tanquam retinaculis, interjectis. Tandem claudit agmen Corinthius Timoleon. Et istam disturbationem atque interturbationem Graeciae civitatum mihi excuset chronologiae ratio? Nullo modo. Quid, quod ne chronologia quidem, quam editores praetexunt, hic exacte satis constat? Alioquin enim Pelopidas praecedere, sequi Epaminondas debuisset, quod tamen clarissima auctoris verba non admittunt, qui in Pelopida ad Epaminondam respiciens ait: *sicut supra docuimus*.

Vel his, quae hactenus prolata sunt, credo suspicionem justam oriri jam debere in omnibus, ordinem illum vitarum non esse profectum a Nepote, sed ejus ordinationi aliena manu vim esse adhibitam, turbationemque totius o-

[redacted]



peris factam. Id re vera ita esse, hinc asseverare jam nihil profecto dubito. Si quaeras, quando tanta mutatio operi nostro acciderit? dicam, haud dubie id evenisse aevo illo infelici, et bonis adeo auctoribus inprospero, quod communiter *medium* appellare historici solent: quo, qui litteris ita mediocriter tincti essent, iique sane quam pauci, nil praeter Chronica saperent. Si roges, quomodo acciderit? respondeam, partim chronologiae, cui illis temporibus addicti omnes essent, qui legerent libros, quique scriberent, immoderato amore, quo se, quisquis ille erat, cui Nepotis hic liber obvenerat, laudabilem etiam atque eruditam operam in se suscepturum putabat, si vitas ad chronologiae legem apposite magis disponeret; partim inscientia artificii, quo auctor in suo opere condendo usus erat, quodque (felicissimo eventu) nulla quacunque immutatione inducta aboleri prorsus poterat. Non enim Nepos in his vitis, arida quadam posteriorum Chronistarum diligentia, id egerat, ut cujusvis imperatoris facta et mores a prima juventute ad vitae exitum anxia cura ad annos digereret; sed illud potius curae habebat, deligere ex cujusvis imperatorum vita, quae ad propositum suum pertinentia maxime arbitraretur; segregare vero atque data opera transire cuncta, quae ad rem minus necessaria viderentur. In tali labore non poterat auctori non praeberi quandoque, tum in ordiendis, tum in finiendis nonnullis vitis, tum vero in partibus operis majoribus inter se connectendis, opportunitas, qua arrepta formam operis adornationemque, ut eam initio mente concepisset, indiciis quibusdam aperiret, consecutionemque certarum partium, industria quadam sic compositarum proderet. Quibus ille ordinis permutator nihil adversis, disjecit incogitanter membra corporis ita aptissime ficti, ut post quamcunque aliam factam compositionem non posset non monstruosi quid exire. Ut verbo dicam, ista metamorphosi, quam liber hic Nepotis perpessus est, accepimus *tantundem* quidem, quam olim erat, non *idem*.

Igitur probabiliſſimum jam habeo, auctorem noſtrum in vitis imperatorum exponendis civitatum quendam ordinem servaſſe. Et primi quidem ponebantur illi Athenienſium duces perpetua ſerie: Miltiades, Themiſtocles, Ariſtides, Cimon, Alcibiades, Thraſybulus, Conon, Iphicrates, Chabrias, Timotheus, Phocion. His alios totidem ex ceteris civitatibus externis conquirebat, excitabatque ex Lacedaemoniis Pauſaniam, Lyſandrum, Ageſilaum: ex Thebanis Epaminondam et Pelopidam: ex Syracuſanis, qui erant a Corinthiis orti, Dionem: ex ipſis Corinthiis, qui maximas res Syracuſis geſſit, Timoleontem: ex semibarbaris (nam Cherſoneſus Thracia Graeciae ferme annumerabatur) Cardianum Eumenem: ac poſtquam hic admonuerat Regum, quorum commemoratione tanquam limite utebatur, ex barbaris jam arceſſivit Carthaginienſes Hamilcarem et Hannibalem, ac tum denique extremo loco Datamem Carem adjecit. Singularem ergo quendam, ut hinc patet, delectum Nepos habuit. Non enim omnes volebat explicare imperatores, ſed, ut ipſe ait, *excellentes*.

Videamus nunc jam, utrum Nepos reſtitutam iſtam a nobis libri ordinationem ut veram et ſuam agnoscat.

Oſtendit operis praefatio, auctorem noſtrum, sicut alii hiſtorici fecerunt, Athenienſes cum Lacedaemoniis ceteris Graeciae gentis civitatibus praehabuiſſe; ex his autem ipsis duobus praerogativam Athenienſibus detuliſſe. Tacite id declaratur exemplorum ordine, quibus ibi utitur Nepos ad mores Grajorum denotandos. Huic igitur ſententiae conveniens erat, ut imperatorum quoque Athenienſium vitas primo loco poneret. Servavit id et ordinis antiqui adulterator Chroniſta, quamvis alia ratione ductus, in Miltiade, Themiſtocle, et Ariſtide, continua ſerie ab initio poſitis. Deinde autem ad chronologiae normam locum fecit Pauſaniae Spartano, quem vel ipſa expoſitio, ſtilo aliquantum floridiore concepta, arguit non continuo tempore

cum

praecedentibus esse scriptum. Colorem alium quen-haec vita gerit, congruentem magis colori ceterorum tanorum, ut appareat, cum alius civitatis viris refe-is auctoris etiam habitum quodammodo esse immuta-

Rectius multo adjungunt se popularibus suis Cimon, einceps remoto Lysandro Alcibiades, in cujus vita ex-nda quum aliquanto diutius moratus esset auctor, pri-ice necessarium duxit calcaria sibi admovere. Itaque ne sic se hortatur: *Sed satis de hoc: reliquos ordiamur.* quos hic, proxima prospiciens, non videtur mihi alios lexisse, quam Athenienses. Itaque recte nunc aggre-ur Thrasybulus, et Conon, ac deinceps semoto Dione rates, Chabrias atque Timotheus. In hujus fine pau-a videtur addubitasse Nepos, an et Phocionem priori-dderet; cumque id demum annuisset, artificio quodam ısus, quo et adjungeret eum, et tamen aliquo modo i separaret. Finivit enim Timothei vitam hac clausula: *extrema fuit aetas imperatorum Atheniensium, Iphicratis, Chabriae, thei: neque post illorum obitum quisquam dux in illa urbe fuit s memoria.* Quibus verbis non modo clarissime profes-st, se huc usque continenter de Atheniensibus egisse, exspectationem etiam lectorum egregie fefellit, qui vi-statim Phocionis sic exorsus est: *Phocion, Atheniensis, saepe exercitibus praefuit, summosque magistratus cepit: tamen ejus notior integritas vitae, quam rei militaris labor.* Quis it ita obtusis oculis, ut non observet, illum finem et nitium inter se singulari auctoris arte contineri? Ra-unc apertissima, cur Phocionem non simpliciter prio-contexuerit, neque tamen omnino praetereundum du-. Id totum artificium auctoris, Chronistae nostri tur-ne accedente, misere, ut nunc credo omnes agnos-, perierat.

Absolutis Atheniensibus ordo ducebat proximus Lace-onios seu Spartanos. Cum his aliter aliquantum ani-s auctor, quod ipse quoque stilus, ut dixi, prodere

videtur, incedit, producens nobis una serie nunc Pausaniam, Lysandrum, Agesilaum. Nec omnino leve est, quod demonstrare hic possum, admonitionem illam, quae occurrit in Ages. c. 1. fin. ad Lysandrum revocans, nunc magis etiam ex more Nepotis hic videri positam. Solet enim noster saepius his formulis, *de quo supra mentionem fecimus: sicut supra docuimus: ut ostendimus supra*, in proxime praemissam vitam, aut saltem in non multum remotam retrospicere, veluti fecit in Epam. c. 4. et in Pelop. c. 4. et nunc quoque in Agesilao servat.

Tertius jam locus sine controversia Thebanis ducibus debebatur, Epaminondae et Pelopidae. Horum vitas sine dubio Chronista aliter ordinasset, nisi auctor in Pelopida apertissimis verbis indicasset, se priorem posuisse Epaminondam. Nam Pelopidas non modo major natu fuit Epaminonda, sed et prior mortem obiit. At Nepos hic virtutum et gloriae majoris rationem habens, cum ceteroquin maximam vitae partem simul egissent, Epaminondam praeposuit. Non erat autem homo noster ita coecus, ut clarissima auctoris verba non adverteret, quod supra quoque ex auctoris verbis recte ordinati Athenienses Iphicrates, Chabrias et Timotheus ostendunt. Sed aliis in locis subtilior Nepotis ars eum latuit.

Post hos porro, vel temporum etiam ratione habita, credo a Nepote collocatos fuisse Dionem Syracusanum et Timoleontem Corinthium, quem tamen ex rebus gestis paene magis jam Syracusanum factum dicamus.

His postremo loco magna arte, prudentissimoque delectu, Eumenem Cardianum addidit, hominem, ut supra diximus, ex semibarbaris desumtum, qui olim tamen propter colonos Athenienses in Chersonesum deductos, sicut postea Macedones, inde a pugna ad Chaeroneam, Philippo summo Graecorum Imperatore declarato, Graecis jam accensebantur

[redacted]



ır. Hujus igitur Eumenis vita data opera, ut videtur, ali- anto plenius expofita, oeconomiae operis fui auctor im- rimis confuluit. Mira enim quadam arte ita hic attigit ce- eres paene omnes Macedonicos duces clariores, factaque orum intexuit, ut fuperfedere jam fingulis eorum perfcri- tis vitis poffet. Namque et illud docuit, horum pleros- ue ex praefectis Alexandri Magni poftea factos effe Reges.

Hinc, finitis jam imperatorum Grajorum vitis, quod umenes admonuerat, Regum, breviffima commemoratione horum praeftantiffimos percucurrit. Cumque nihil jam mplius ex praefatione auctoris lector poft haec jure exfpe- are in hoc libro poffet, fuo more repente fefellit omnium inionem, dum pofuit: *De quibus quoniam fatis dictum puta- r, non incommodum videtur, non praeterire Hamilcarem et Han- alem.* Putes, ne confilium quidem auctoris, cum opus : inftitueret, fuiffe, ut vitas fimul horum Carthaginien- m comprehenderet, quia sic ait: *non incommodum videtur.* ne, cum ad hunc quasi terminum librum perduxiffet, triorem quandam fpem de perficiendo toto volumine con- it, quam in exordio habuerat? Quidquid sit, novas duas is, quasi acceffsorias, grata accipimus manu.

Sed poft has nonne jam profecto libri finis aderit? Ni- enim praeterea auctor promisit. Quid dico, promisit? etiam Hannibalis vitam sic conclusit, ut ibi dixerit: *nos tempus eft hujus libri facere finem, et Romanorum explicare rratores, quo facilius, collatis utrorumque factis, qui viri prae- ndi sint, poffit judicari.* Videsne ergo, adeffe finem? — videtur profecto. — At tibi adhuc reftat collocandus ımes. Quid hoc facias? Erisne tandem derdiculo cum a tua ordinatione? — Quisquis es, cui sic obloqui mi- ibet; non defpondebo animum tamen, confifus genio, mihi iter iftud tenebricofum, quo inceffi usque, face elata tam propitius illuftravit, ut nihil adhuc, quod fci- offenderim. Namque is eft profecto, non ego, qui et

hoc evincet, verba illa, quae usque adhuc ad calcem Han nibalis adjecta legimus, illi loco minime convenire; coin autem multo aptiſſime cum exitu Datamis, quem Nepos it clauſit, ut libri finem jam adeſſe ſentias: itaque ante hae verba inſerendam eſſe cum ſuo prooemio totam Datamis vi tam. Quo agnito quis non deploret ſortem librorum vete rum! En! chronologiae ſtudium, ceterarum artium huma niorum diſciplinis deſtitutum, quantum malum dedit! Mira bar ſemper, quid sibi Datames in omnibus editionibus po Timotheum; quid sibi illud hujus vitae prooemium in Co dicibus Timotheo ad calcem paene annexum vellet? Nur jam repente video omnia. Quippe transtulit hanc vitam, se de ſua avulſam, Chroniſta noſter ad eum locum, quem po cere illi videbatur chronica ratio. Illud tamen ſervavit, prooemium ad eundem modum Timotheo praecedenti a necteret, quemadmodum id Hannibali annexum olim rep rerat. Sed poſtrema verba, quae libri finem fieri docerei ut novus ordo conſtaret, adjecit nunc ad calcem Hannibal Intelligimus jam demum verborum tuorum, Corneli! rati nem: *Venio nunc ad fortiſſimum virum, maximique conſilii, omnium ba barorum, exceptis duobus Carthaginienſibus, Hamilcare et Han bale.* Nempe ludere nos more tuo volebas, impertiendo inopinato, quod minime pollicitus eſſes. Adducebas en nobis, qualem poſt tot excellentes imperatores minime ſp rabamus, virum paene ignotum, cujus tu facta illuſtria remotioribus hiſtoricis non sine multo labore eruiſti, o tioneque tua ita condecoraſti, ut libentiſſime illi locu quem aſſignare tibi placuit, in ſummorum ducum ordi gratulemur. Sentimus, te ipſum, ad finem jam jam fe citer deducto libro, recreatum eſſe quodammodo, et in l poſtrema vita, lectoribus mirantibus annuntianda, non s voluptate quadam ad praecedentes Hamilcaris et Hanni lis vitas reſpexiſſe, quibus aeque larga manu praeter ſpectationem nos impertieras. Ut gaudium noſtrum cun lares, nonne de induſtria in hoc aptiſſimo prooemio non

[redacted]



Datamis tacuisti, ut nos divinantes haberes, quem tandem tanto statim elogio annuntiatum ultro esses producturus? Obtinuisti omnia, quae volebas. Nemini enim nostrum in mentem venisset Datames, quem etiam veterum tuorum paucissimi novisse videntur. Tanto igitur gratius est nobis tuum istud donum, et quia insperatum, et quia tam exquisitum.

Exspecto, ut etiam post haec disputata nonnulli sint, quibus id tamen scrupulum aliquem injiciat, quod Codices omnes hujus operis in illo a me impugnato vitarum ordine consentiant. His considerandum erit primum, nullum Cod. nostri auctoris tam esse antiquum, ut ea tempora praevertat, quibus immutationem illam ordinis in hoc opere factam suspicamur. Deinde, nullam posse esse tantam Codicum, etiam antiquissimorum, auctoritatem, quae argumentis internis, qualia nos contra receptum et vulgatum harum vitarum ordinem ex ipsius auctoris ore in lucem protulimus, non infringatur et cadat. Quamvis enim historia hujus facti perpetrati narrari non possit, res tamen ipsa loquitur, et divinationi nostrae clarissima voce suffragatur. Quis nobis dixerit, quam multi Codices hujus operis exstiterint illo tempore, quo Chronista noster vixit? Si forte idem ille has vitas ex sua ordinatione etiam descripsit, aut saltem ita describi sibi fecit, unum atque alterum exemplar sufficiebat invehendae novae libri formae. Placebat aliis hic auctor, sub nova forma jam etiam Chronologus factus: alii factam mutationem omnino nesciebant. Ita, neglectis paulatim antiquioribus Codicibus (si plures erant) et piperi involvendo adhibitis, recentior libri species in nostra saecula propagabatur.

[redacted]

[redacted]

# CORNELII NEPOTIS

## LIBER

## DE VITA

## EXCELLENTIUM IMPERATORUM.

(p.1.) *Cornelii Nepotis*] Cornelium hunc, cujus praenomen a se ignorari scribit Giphanius Epistola quadam ad Muretum Lib. 1. *Epist. Mureti* LXVII. Tulliani aevi esse scriptorem, ipsa ejus Latinitas abunde facit testatum. Verum hoc et quicquid de eo notatu dignum est, Viri Clarissimi, a Jo. Henr. Boeclero in suo exemplo a se edito citati, eruditissime persecuti sunt, nihil aut certe parum ut addi a me possit. Vide tamen duo testimonia A. Gellii Lib. 17. Noct. Att. cap. 21. *Ernstius.*

Quamvis hic elegantissimus liber vulgariter AEmilium quemdam Probum auctorem praeferat, multo rectius tamen Corn. Nepoti eum asscribi jam olim Eruditissimi Viri censuerunt. Pro iis enim est non modo Mss. librorum auctoritas, sed aliae etiam gravissimae rationes, quae dubitare de eo vix sinunt. Hoc quidem negari non potest, in Mss. quibusdam *AEmilii Probi* nomen exstare, sed ita tamen, ut Nepotis nomen non excludatur. Quod sicut auctorem ipsum ostendit, ita alterum exscriptorem declarat. Nam descripsisse tantum, non composuisse has vitas Probum, ipso versu penultimo ejus Epigrammatis indicat, quo Theodosio Imper. totum scripturae corpus dicavit. Vixit Auctor harum vitarum T. Pomp. Attici tempore, quod ipsa inscriptio, quaeque *in vita Catonis in fine* scribit; itemque quae de veteranis *in Eumene* queritur, quo loci ad bella civilia respicit, clare demonstrant. Sed Atticum istum cum Caesari et Ciceroni aequalem vixisse usque in principatum Augusti satis constet, sane Probo illi nescio cui tribui hic liber non potest, qui se sub Theodosio fuisse, ipsemet indicat. Corn. autem Nepotem hoc ipso vixisse tempore et Cicero et alii arguunt. Quare Corn. Nepoti rectius quam AEm. Probo hic liber assignatur. Porro cum genus dictionis purum, tersum, inaffectatum, planeque civile sit, candidumque et simplex, quo usus Auctor est, non in aliud tempus, quam quo Cornelius vixit, cadere potest. Neque enim aliud in Cicerone et Caesare, qui ejus coaevi fuere, notare licet. At Theodosii aetate plane alia ratio dicendi obtinuit, humilior multo scilicet, atque

fucata magis et incrustata, neque naturaliter pulchra, qualis ista est. *Buchnerus.*

(p.2.) In fronte operis patriae nomen conspici noluit Nepos, quod quidem illustrium Historicorum est. V. Dorvilium ad Chariton. L. 1. cap. 1. p. 4. attamen ex ejus scriptis patet, eum fuisse Romanum, ut ex ipsa praefat §. 4. *nostris moribus*, item ex Agesilai vita cap. 4. §. 2. *Cujus exemplum utinam imperatores nostri sequi voluissent*, non quidem Romae natum, sed in Hostilia celebri Veronensium vico. v. Voss. L. 1. de Hist. Lat. c. 14. M. Antonius Muretus Lib. III. Epist. 7. ad Giphanium suspicatus est, librarios fecisse ex *C. Cornelio Nepote Cornelium Nepotem*, quia his eamdem literam ponere laboriosum erat. Cognomen Nepotis pluribus commune fuit. Pythocles Samius in quarto Rerum Italicarum scribit, apud Clementem Alexandrin. Lib. 1. Strom. p. 334. vatem exstitisse, dictum *Cajum Julium Nepotem*. Exstitit etiam Romae tribunus Plebis *Metellus Nepos* dictus v. Dion. Cassium Lib. XXXVII. cap. 42, 43. Plut. in Cic. p. 873. item alii, de quibus jam alii egerunt.

DE VITA EXC. IMPER.] Quos P. Daniel titulos sive inscriptiones in MS. suo reperit, genuinos agnoscere non possum. Si quis tamen ex me quaerat, quam in tanta diversitate legitimam agnoscam Inscriptionem, non dubitem pronuntiare genuinam, quam in calce Praefationis ipse Auctor constituit: *De Vita excellentium Imperatorum.* Neque magnopere contendam, si quis cum Longolio malit *Vitis*, quod injuria exagitat Magius, insita Italicis ingeniis obtrectandi Transalpinos malignitate, si quando cum illis concurrunt. *Gebhardus.* In Ms. Codice constanter in hoc libro legitur *Vita.* Gaspar Varrerius *Censura de Beroso* p. 13. (ut illos taceam, quos Andr. Schottus nominat) de Nepote dicit, quod ex tanti et tam praeclari ingenii monumentis sola T. Pomponii Attici vita, quam diligenter et eleganter scripsit, temporis injuria superfit. Sed errant. Unde autem opinio illa provenerit, docent dictus Schottus in *Epist. ad Lectorem Nepotis*, et Vossius *lib.* 1. *de historicis Latinis cap* 14. quibus adde Lilii Gyraldi *Dialogum* 26. et titulum, quem ex codice Arnoldi Arlenii enotavit Hier. Magius *Miscellan. lib.* 4. *cap.* 15. *Aemylii Probi de imperatoribus exterarum gentium Liber.* Ernstius.

Ex tot tamque diversis in- (p.3.) scriptionibus haec potissimum placuit, quod non modo in vetustissimis et eMss. codicibus expressis edtionibus reperitur, sed ab auctore etiam ipso extrema praefatione videtur innui; neque tamen magnopere contendemus, si quis maluerit inscribere VITA EXCELLENTIUM IMPERATORUM, cum a Servio laudetur alius Corn. Nepotis liber, qui VITA ILLUSTRIUM inscribitur. *Bosius.* [Vitam Virorum Illustrium non *alium* Cornelii Nepotis librum fuisse, sed hoc ipso opere Vitam Excellentium Imperatorum comprehensam, supra in adnotationibus ad Vossium docuimus.] Cod. Danielis: *Incipiunt capitula in Librum Aemylii Probi de excellentibus ducibus exterarum gentium. Liber Aemylii Probi de laudibus exterarum Gentium.* Leid. *Probi Haemylii de Vitis clarorum Imperatorum liber feliciter incipit* Mss. Biblioth. S. Trin. Cantabr. *Aemilius Probus de excellentibus exterarum nationum viris.* Cod. Membranac. Vossian. quem littera A distinguam: *Aemilius Probus de excellentibus ducibus exterarum feliciter incipit.* Cod. Chart. B. *Probus Emilius de excellentibus ducibus exterarum gentium foeliciter incipit.* [Cod. Axen. *Emilii Probi de excellentibus ducibus externarum gentium incipit feliciter*

[redacted]



dubito, fore plerosque, Attice, qui hoc ge- pturae leve et non satis dignum summorum

:d. Ultraj. *Excellentium m Liber Autore Aemilio Atticum. Prooemium.*] ɔ Cod. Dan. *Prologus. mium.* Cod. A. *prologus. ito fore.* ] Explicavit us prooemium hoc lib. ontrov. locorum. *Schot-* dubito, quin plerique , sic loquitur Lysandro: *habiturum pecunia fidens bat.* Alcibiade: *Neque facile se consecuturum. to dubitabat, aliquid de riptum.* Sic jungunt et ıtores primae classis, ventus increpanda non uatur. Curtius L. 10. *ɩ divinat, marem esse con- uem vos dubitatis paratum ıdere?* Deliciae nostrae 2. cap. 36. *Haud dubium ententiam altius penetrare.* :ap. 43. *Non quia dubi- er omnibus negotiis melius ius olim provisum.* Ite- ius lib. 7. *Nec dubitabat ue ultimi consilii fuisse* Gebhardus.

De eo vide, quae in- itam ejus notabimus. :m, pro *Attice* in MS. n Hieron. Magius vidit, *Non dubito fore plerosque, e hoc genus scripturae leve.* ·tionem ut probabilio- ndit IIII. *Miscel. cap.* d si Nepos ita scripse- tam ad suum hunc li- ıam Graecos scriptores, e hausit, respexisse vi- ıaxime vero ad Thucy- lum ἀττικώτατον, quo niliariter utitur. *Ern-* : T. P. *Attico*, cujus vi- ·sim Nepos conscripsit, accipiunt, eique librum :riptum volunt. *Schottus* : Magius in Mss. suis fuisse ajunt: *qui Atticae hoc genus scripturae* etc. Eamque lectionem tuetur Magius IV. Miscell. cap. 15. sed pro recepta lectione plurium meliorumque codicum consensus facit. *Bos.* Abest a cod. Leid.

*Leve et non s. d. cum relatum* (p. 4.) *leg.* etc.] Peropportunus est hic locus Julii Capitolini in Opil. Macrin. c. 1. *Ejus, qui vitas aliorum scribere orditur, officium est digna cognitione perscribere. Et Junio quidem Cordo studium fuit eorum Imperatorum vitas edere, quos obscuriores videbat: qui non multum profecit, nam et pauca reperit, et indigna memoratu, asserens, se minima quaeque persecuturum: quasi vel de Trajano aut Pio, aut Marco sciendum sit, quoties processerit, quando cibos variaverit, et quando vestem mutaverit, et quos quando promoverit, quae ille omnia exequendo libros mythistoriis replevit, talia scribendo* (an haec duo verba a glossa sunt? nisi fors accuratam scribendi diligentiam frustra ubique quaerimus) *cum omnino rerum vilium aut nulla scribenda sint, aut nimis pauca, si tamen ex his mores possint animadverti, qui revera sciendi sunt: sed ex parte. ut ex ea cetera colligantur.* Ex his verbis legem videmus Scriptionis hujus: quam accurate tamen, si quis, servavit Nepos: qui nec ex minoribus istis rebus multa, et ea tantum scripsit, quae ingenium, moresque hominum ac regionis indicarent; et hoc ipsum cum προθεραπείᾳ, quae sub manibus est, cui consonant 15, 11, 1. 25. 13. 6. et ratio methodi, quam exponit in Epamin. *Dicemus primum de genere: deinde quibus disciplinis et a quibus sit eruditus; tum de moribus, ingeniique facultatibus, et si qua alia* DIGNA

virorum perſonis judicent, quum relatum legent, quis muſicam docuerit Epaminondam, aut in ejus virtutibus commemorari, ſaltaſſe eum commode, ſcienterque ti-
2 biis cantaſſe. Sed hi erunt fere, qui expertes literarum Graecarum nihil rectum, niſi quod ipſorum

MEMORIA *erunt: poſtremo de geſtis*, etc. Ceterum non tam qui vitas ſcribunt, quam qui hoc modo ſcribunt, aut conſilio, (quo praeſertim Nepos) iſta lege tenentur: id quod exemplo maximorum virorum diſcimus *Plutarchi et Suetonii:* quibus minuta etiam quaeque annotare, nec eximia tantum, ſed omnem interiorem ac familiarem vitam exequi, non pigendae res operae viſa est. Utrorumque inſtitutum judicii adgubernantis rectitudine haud dubie publicae utilitati accomodatur. *Boecl.*

*Perſonis* ] Vide P. Manutium ad Ciceron. 4. ad Fam. Ep. 5. p. 196.

*Cum relatum legent.*] Sic Leid. Voſſian. A. *Quum* Doctiſſ. Oudendorpius ad marginem libri ſui, quem mihi utendum humaniſſime praebuit, legendum conjicit *qui relatum legant.*

*Quis Mus.*] Cod. Card. Mendozii *qui Epaminondam* Cod. Leid. ſed Voſſiani ſemper *Epaminundam*, quod ſemel monuiſſe ſat erit. in Cod. Voſſ. C. *Examinandam.*

*Commemorari*] Ms. c. Savaronis *commorati* ut et Cod. Mendoz. Ed. Veneta Savaroni inſpecta: *commemorati.* Reliqui libri ejusdem: *commorari.* Cod. Voſs. A. C. *commorati.*

(p. 5.) *Literarum Graecarum*] Rerum morumque Graecorum. *Literae* enim tum omnia ſtudia liberalia, ſive philologiam, tum hiſtoriam quidem praecipue, notant, ut hoc in loco. Sane in diſciplinis proprie dictis ſcriptura minus neceſſaria est, quippe quae viva voce tradi poſſunt. Hiſtoria autem maxime literis ſcripturaque opus habet, ut quae circa ſingularia verſatur, quae conſervari memoria, cum infinita ſint, haud poſſunt. Quod praeclare obſervat Voſſius de arte hiſtorica cap. v. Itaque recte *literae* pro hiſtoria ponuntur. Vel *literas* pro *παιδείᾳ* poſuit; hoc est, inſtitutione et diſciplina Graeca. Vide et Wowerium de Polymathia cap. xv. *Buchnerus.* v. cl. Cort. ad Salluſt. Cat. c. 25. n. 2. ſic *γράμματα* pro rerum variarum eruditione poſuere Graeci, ut patet ex notiſſimo illo Lucae loco in Actis Apoſt. cap. 26. comm. 24. [Cod. Guelph. *Sed hii* ]

*Nihil rectum*] Simile huic Nepotis est illud Horatii 2. epist. 1.
—— *Nil rectum, niſi quod placuit ſibi, ducunt.* Boſius. Polybius Lib. iv. cap. 21. hanc morum diverſitatem adſcribit locorum naturae. Sed de hac re hic diſputandi non est locus; ſed ab antiquiſſimis jam temporibus varios populos eodem morbo, ac Romanos, laboraſſe, patet ex Herodoto Lib. ii. cap. 91. qui narrat, Aegyptios neque Graecorum, neque aliorum populorum inſtitutis uti voluiſſe, et Lib. iv. cap. 76, 77, 78, 79, 80. refert, Scythas Anacharſin et Scylen, novos mores Graecorum in ſuam patriam inferentes, interemiſſe. Cicero Lib. ii. de Legibus cap. 15. p. 51. dicit: *jam vero illud ſtultiſſimum, exiſtimare omnia juſta eſſe, quae ſita ſunt in populorum inſtitutis, aut legibus* etc. In honorem

moribus conveniát, putabunt. Hi si didicerint, non 3
eadem omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia majorum institutis judicari, non admirabuntur, nos in Grajorum virtutibus exponendis mores eorum secutos.
Neque enim Cimoni fuit turpe, Atheniensium summo 4
viro, sororem germanam habere in matrimonio: quippe quum cives ejus eodem uterentur instituto. At id

tamen Romanorum dicit Polybius Lib. VI. cap. 23. *Ἀγαθοὶ γὰρ εἰ καί τινες ἕτεροι, μεταλαβεῖν ἔθη, καὶ ζηλῶσαι τὸ βέλτιον Ῥωμαῖοι.* Prudenter respondit Artabanus tribunus Militum Persarum Themistocli apud Plut. in Them. p. 125. *Ὦ ξένε, νόμοι διαφέρουσιν ἀνθρώπων, ἄλλα δ' ἄλλοις καλά, καλὸν δὲ πᾶσι τὰ οἰκεῖα κοσμεῖν, καὶ σώζειν.*

*Hi si* ] Quaedam edd. vett. *Qui si.* Bosius. Leid. *ii si.* H. Steph. *qui si.* Mss. Oxon. *ii si*, ut et Cod. A. B. sed C. *Hii*, pro *Nisi quod ips. Nisi ips.* pro *eaum*, *eandem.* [Cod. Guelph. *Hii si* ]

*Nos in Grajorum virtutibus exponendis* ] Versus hexameter, quod genus plures prosa oratione scribentibus subinde exciderunt. Exempla colligit inter alios Barthius Advers. XI. 15. (p.6.) *Bosius.* Imó Latinissimis: vide Cl. Cort. ad Sallust. Catil. cap. 19, n. 5. et quoties ipsi Ciceroni talia exciderint, ostendit Popma ad L. 1. ad Atticum Epist. 1. Pro *Mores eorum* Longol. *Mores gentium.* Cod. Voss. *A. Sequutos.*

*Turpe fuit sor. germ.* ] *Sororem germanam ὁμοπάτριον*, eodem patre sed diversa matre natam recte alii explicant, hinc *Germanitas* Livio vinculum inter fratres, quo uno eodemque patre, diversa nati matre cohaerent. Philippus apud eum lib. 40. cap. 8. *Subituram vobis aliquando germanitatis memoriam.* loquitur ad Persen et Demetrium filios, quorum illum ex Gnathaenio sartrice Argolica, hunc ex conjuge regia natum constat. Plutarch. in Paullo Aemilio et Arato. Cicero pro Ligario: *Moveat te horum pietas, moveat germanitas* Ut verum fatear, apud Ciceronem *Germana* soror est iisdem parentibus prognata. Pro Domo *Clodius cum sorore Germana nefarium stuprum fecit.* Pro Fontejo: *quum praesertim Virgo Germana fratrem amplexa teneat.* Gebhardus. Vide infra ad 5, 1, 2. *Bosius.*

*Habere* ] Leid. *habuisse.*

*Uterentur.* ] Sic quoque Cod. Dan. In aliis Ed. legitur *Utentur.* [ Pro *ejus cives* Harlesius, praeeunte Fischero ex editt. Jensoniana principe, Argentoratensi, Parisina (a. 1514. et 1520.) *cives ejus* reposuit, quod etiam in Cod. Guelph. atque ed. Ultraj. legitur.]

*At id quid. nostr. morib. nefas hab.* ] Id est, turpe. Dicit *nostris moribus*, quia probra et opprobria alia natura turpia habentur, *l. Probrum* 42. *D. de verb. signif.* Ubi Ulpianus ait, *quaedam civiliter, et quasi more civitatis* turpia esse. Quare etiam in *l. continuus*, 137. §. *Cum quis. D. de verb. oblig.* ut recte notat Hotom. impossibilia appellantur. Inter ea autem est, sororem habere in matrimonio. *L. Si stipulor.* 35. *D. de verb. oblig.* §. 2. *Inter eas. Instit. De nupt.* Qui desumtus est ex *L. Libertinus.* 8. *D. de ritu nupt.*

quidem noftris moribus nefas habetur. Laudi in Gr
ducitur adolescentulis, quam plurimos habere amat

Adde L. 17. eod. tit. et *L.* 17. *C. de nupt.* Item *L. ult. D. de Condict. sine causs.* et Cujac. XVI. *observ.* XXXVII. Patri cum filiabus et matri cum filiis nuptias a variis gentibus fuiffe concessas, multis exemplis probat Covarruvias Ictus Tom. 1. Part. 2. §. 10. n. 9. 10. et 15. Cui adde Euseb. Praeparat. Evang. Lib. 2. Cap. 1. p. 48. et Clem. Alexandrin. L. 3. Stromat. p. 431. Ubi Xanthus dicit, Magos cum matribus et filiabus coire, item cum sororibus. Pertinent huc quoque, quae Theodoretus serm. 9. Lib. de Graec. affect. Curat. p. 614. scribit: *Persae*, inquit, *ex Zaradae legibus viventes et matribus et sororibus et filiabus quoque suis miscebantur, et rem injustissimam justae legis loco habebant.* Similia de Perfis Ctefias refert apud Tertullian. in Apologet. L. 11. c. 9. p. 103. *Ernstius.* V. et Briffonium de regno Persarum. L. 2. p. 229. laudatum a cl. Haverkampio. Hunc Persarum et Medorum morem acceptum refert Semiramidi Conon Narr. 9. apud Photium Biblioth. p. 428, 429. ubi vide, quae de hoc more notantur ab interpret. Adde et Doctiss. Elsner. ad Epist. 1. Paulli ad Corinthios Cap. 5. comm. 1. p. 90. et 91. nec non Menagium ad Diogen. Läert. praef. p. 6. sect. 7. Verum haec non sunt hujus loci; hic enim agitur de Nuptiis inter fratrem et Sororem Germanam contractis. Herodianus tamen Lib. 1. Cap. (p. 7.) 3. dicit Ptolemaeum Philadelphum contra Macedonum et Graecorum leges sororem suam duxiffe, et Nuptias hasce vehementer exagitat utpote Barbaris quidem, qui nulla lege tenebantur, non vero Graecis dignas, Euripides in Andromache *vs.* 175. ubi vide Scholia: quae loca intelligenda sunt de sororibus ex eodem patre ac matre quemadmodum hae nuptiae Affyrios et Persas fieri sole apud Graecos vero prohi V. ill. Spanhem. ad Julian per. Orat. 1. p. 89. Hic recte Interpretes, et ad Cimonis Cap. 1. observa per sororem *Germanam* int ὁμπάτριον i. e. eodem t patre natam, quae nuptiae Athenienfes fuere licitae, ipso auctore noftro. Adde mam ad Curtium L. 4. Ca n. 28. et Illust. Spanh. ad J Imp. Orat. 1. p. 90. et 91. *id quidem*, Leid. *id quod* nc venufte, sic in Alcib. Cap. *id quod usu venerat.* in Regib. 2. *et, id quod in tyranno non reperitur.* Cic. 1. ad Fam. *id quod factum est.* Sic in C Cap. 5. in Mss. Cod. A. *I minus diligenter effet celatum:* tamen non aspernanda es gata lectio. Adi Cort. ad S Cat. 30. n. 2.

*Laudi in Graecia ducitur*] jus consuetudinis meminit ster infra in Alcibiade cap De isthoc amore Socratis tuor elegantiffimas differtat apud Maximum Tyr. habe plura invenies, quae ad n illum illuftrandum pertinet rimum sane Athenienses isse pulchritudini atque a bus, certum est: inde p mum Socrates philosop captavit causas. Neque aliunde rectius occasione putationum graviffimarum, iis ex rebus petendas exi bat, quas praecipue aeftim omnes, iisque darent op *Buchner.* Adde Platon. et noph. in Sympos. Cicer. 5, 33. Alcinoum cap. Plutarch. apophtegm. L *Lambino et Magio* laudatos.

*Adolescentulis*] Leid. *Adolescentulos*; ommittitur in Mss.

*:entulis* exprimit Grae-
*μείρακας*, et *μειράκια*,
aellis, et adolescentu-
s, et impudicis usur-
id. Graev. in Luciani
70, 71, 72. et Dor-
Chariton. Lib. IV. c. 2.
m, licet hic haec vox
osum nihil, et suspec-
iere videatur, e re im-
ien desumpta est. con-
*ἴκος* et *νεανίας* pro
udaci, et robusto. v.
. Nov. A. 1744. T. VI.
4. et, licet liti, hodie
os de hoc Graecorum
, me non inmisceam,
nen est, hunc a Ne-
infami fuisse habitum.
potis verba recte perci-
n Alcib. cap. 1. et 2.
morem Socratis et Al-
int accipienda; nam,
hic cap. 1. de Alcibia-
t, *idem simul ac se remi-*
*luxuriosus, dissolutus, li-*
*intemperans reperiebatur.*
. 2. §. 2. *ineunte adoles-*
*s est a multis more Grae-*
*ris a Socrate.* Tum Al-
commemorantem indu-
Platonem in Symposio,
*le cum Socrate, neque ali-*
*rexisse, ac filius a parente*
Hoc testimonium igitur
adis, aut potius Plato-
vero Nepotis, qui mox
*ftraquam robustior est fac-*
*inus multos amavit: in*
*tore, quoad licitum est*
rus explicat *quam diu*
*osa multa delicate, jocose-*
An ibi de casto amore
uatur, ut censet Bosius,
rum judicio permitto;
decet virum gravem
osa delicate, et jocose
Scio quidem, multos
ate pugnare, conten-
orruptionem juventutis
stitisse, quod eam in-
n Deos et patriam, et
probare falsa, et vera
et ideo paullo post
iginta tyrannos injuste,

a populo et, ut Cicero testatur Lib. 1. Tusc. disput. c. 40. *eodem scelere judicum, quo Tyrannorum Theramenem*, fuisse damnatum. v. Peris. ad Aelian. L. 1. V. H. cap. 16. n. 1. ad L. II. c. 13. n. 10. Sed haec nihil faciunt ad Nepotis verba illustranda. Plut. in Alcib. p. 193. fateor, dicit, *ὁ δὲ Σωκράτους ἔρως μέγα μαρτύριον ἦν τῆς ἀρετῆς, καὶ εὐφυΐας τοῦ παιδός.* sed pag. 194. addit. *Ἀλκιβιάδης δ' ἦν μὲν ἀμέλει καὶ πρὸς ἀγχίγυιος, ἡ γὰρ ὑπὸ Θουκυδίδου λεγομένη παρανομία εἰς τὸ σῶμα τῆς διαίτης ὑποψίαν τοιαύτην δίδωσιν:* sed verba Thucydidis L. VI. cap. 15. ostendunt, Athenienses inde metuisse tyrannidis adfectationem. *φοβηθέντες γὰρ αὐτοῦ οἱ πολλοὶ τὸ μέγεθος, τῆς τε κατὰ τὸ ἑαυτοῦ τὸ σῶμα παρανομίας ἐς τὴν δίαιταν, καὶ τῆς διανοίας, ὧν καθ' ἕκαστον ἐν ὅτῳ γίγνοιτο ἔπρασσεν, ὡς τυραννίδος ἐπιθυμοῦντι πολέμιοι καθέστασαν.* Sed in quamcumque partem amor iste Socratis et Alcibiadis accipiatur, inpie tamen, et stulte faciunt, qui Socratem, et plures Ethnicorum defunctos philosophos beatorum numero adscribunt, ostendentes, se aut sacras literas non intelligere, aut iis fidem non habere, et temerariis quibusdam hominibus, qui nescio quae sibi somnia de externa quarumdam virtutum specie fingunt, arma, quibus illi suam defendant sententiam, videri velle ministrare. Ita sentiant Ethnici, et ipse Socrates apud Platonem. v. Ciceron. L. 1. Tuscul. Disput. cap. 41. Ita Aesopus apud Plut. in Pelop. p. 297. sed sine Christo nulla salus post mortem. Quid Cato major de Socrate dixerit, v. Plut. pag. 350.

*Habere amatores.*] Cod. Dan. *habuisse*. Bosius. [Valckenarius ad Callimachi Elegiarum Fragmenta pag. 216. pro *in Graecia* legendum esse censet *in Creta*, comparato loco ex Athenaei Epitome

**Nulla Lacedaemoni tam est nobilis vidua, quae non ad scenam eat mercede conducta.**

in Casauboni Animadversionibus pag. 782. *Τοῖς καλοῖς παρὰ κρησὶν ἄδοξόν ἐςιν, ἐραςῦ μὴ τυχεῖν.* Etiam in Ultr. edit. *habuisse* legitur.)

*Nulla Lacedaem. tam. e. n. vid.*] Haec non pro ejus aetatis ratione dicuntur, cum Lycurgi adhuc legibus staret civitas, per quas neque spectare saltem Comoedias Tragoediasque fas erat, ut Plutarchus in Institutis Laconicis docet, sed cum calcata disciplina veteri atque duritie in luxum atque delicias prolapsa esset, quod sub Leonida Agideque regibus contigisse, et per mulieres quidem maxime, Plutarchus in Agide observat, cujus verba Magius produxit. Quamquam et ab initio statim intemperanter admodum vixisse Lacedaemoniorum faeminas et luxuriose, et conatum quidem Lycurgum eas subjicere legibus, sed tamen coactum desistere, quod repugnarent, Aristoteles auctor est lib. II. Politic. cap. IX. Qua de caussa et Plato quoque lib. I. de LL. (p. 637.) Lacaenarum ἄνεσιν, sive licentiam, perstringit. *Buchner.* Doctissimus vir, nobisque amicissimus, Jo. Freinshemius, cujus animadversiones nobis communicatas passim inseremus, ita ad haec verba, *Ad scenam eat, actura, arbitror, sicut sub Impp. Romae. Sed quaenam illa phrasis, ad scenam ire? videturne satis Latina? an fuit, ad coenam? de qua re nonnihil ad Curt. 5, 7, 2. sed haec tantum leviter dubito. Scenam inire* est apud *Tacitum* 15. A. 39, 3. Atque hoc sensu *ad scenam ire,* fuerit idem, quod mox Noster dicit: *in scenam prodire.* De cetero, etiam spectatores inter- (p. 9.) dum mercede conductos, tesserasque in usu antiquitus fuisse unde spectatores aliquid lucrarentur, probabili ratione disputat *Laur. Pigno ius de servis p.* 162. *et seq.* Sed, an hoc ad Laced. vid. pertinere possit, amplius dispiciendum est. *Boecler.* Vir diffusissimae lectionis C. Barthius conjiciebat aliquando leg. *Nulla apud Athamanas t. e. n. v. q. n. ad stivam eat. m. c.* Heraclidem adlegans, qui in De politiis p. 992. ed. Heins. refert, *in Athamanum regione mulieres terram colere, viros greges pascere.* Eoque referebat, quod mox sequitur apud Nep. *partim HUMILIA habentur.* Sed vereor, ut hanc emend. admittant extrema verba, *mercede conducta.* Et cur solis viduis tribuisset, quod de feminis in universum Heraclides adfirmat? Denique iverint ad stivam viduae, non alias tamen ivisse crediderim, quam viles et plebejas, minime vero *nobiles,* de quibus Nostro sermo est. *Bosius.*

*Nobilis vidua.*] In uno Mss. Bavaricorum, cum quibus olim hunc auctorem Caspar Schoppius contulit, fuit: *femina vidua nobilis,* quod dictum videri possit, ut *ventus aquilo, flumen Nilus,* et familia. Nil tamen mutandum puto. *Bos.* [Ed. Ultr. *Lacedaemone.* Cod. Guelph. *N. Lacedemoni vidua tam est nobilis.*]

*Non ad scenam*] An ut partes ibi accipiat, et administret; an ut prostituat corpus? Nam meretrices in scenam atque theatrum producere et prostituere impudicorum libidini, moris erat. De quo videndus Lipsius I. Elector cap. XI. Et hanc ob caussam Plautus apud Festum *scenicoas* meretrices dixit, ut quidem Gevartius ibi legendum censet. Nam Scaliger et Turnebus aliter legunt et interpretrantur illum locum. *Buchner.* Quae de Lacaenarum intemperantia et luxuria

[redacted]



supra Buchnerus adnotavit ex Aristotelis Lib. II. Polit. cap. nono, refutantur a Plut. in Lyc. p. 47. qui eadem pagina et pag. 48. refert, quae quodammodo illustrant Nepotis verba. De voce *vidua* vide, quae dixi in Obs. Misc. jam a me citatis in not. post. et ita vocat Χήρας γυναῖκας Strabo L. VI. p. 428. Sed in genere de Lacaenis mulieribus loquuntur et Aristoteles et Plutarchus; sed utrumque diversa sentire non observavit Heusingerus. Locum hunc in mendo cubare adhuc opinor, aut Nepotem incidisse in auctorem alium, nobis incognitum. Plutarcho, nihil ad infamandas Lacaenas proferenti, plus fidei habeo, quam Aristoteli, qui toto hoc capite Cretum disciplinas praeposuit Laconicis institutis. De corruptis Laconum moribus non agit Nepos, id quod liquet ex oppositione: et ex corruptis quibusdam alicujus civitatis moribus de caeteris, nulla temporum ratione habita, judicare, non congrueret Nepotis prudentiae, qui solet Atheniensium et Romanorum antiquos mores distinguere a posteriorum temporum depravatis consuetudinibus, ut in Milt. cap. 6. in Cat. cap. 2. Disputat Nepos in genere de iis, quae in memoratis gentibus non sunt turpia, sed licita, et legibus velut sancita, quae apud Romanos sunt infamia, et humilia. Sic diversos diversorum populorum mores enarrat Aelianus Lib. IV, V. H. capite primo toto. Jam quaerendum est, verumne sit nec ne, quod de singulis Laconum viduis et quidem nobilibus hic adnotat Nepos, non an nonnullae faeminae Lacedaemoni turpiter sese gesserint, id quod in optimis civitatibus, et legum sanctitate florentibus fit. Justini locus e Lib. II. cap. 4. ab Heusingero citatus nihil facit ad rem. non nisi fabulosa de Amazonibus tractantis: denique neque Ibyci, neque Euripidis, neque Sophoclis, Graecorum poëtarum, quos citat Plut. in parall. Lycurgi et Numae p. 76, 77. habenda est ratio, de Lycurgi Lacedaemonii circa puellas (p. 10.) cura jocantium, et inde Lacaenas mulieres infamantium. confule Cragium L. III. de Rep. Lac. cap. 4. Heusingero placet *ad lenam eat*; Gesnero, teste Heusingero, *ad coenam*. Errat etiam Heusingerus confundens *ire ad scenam*, et *prodire in scenam*; nam *ire ad scenam* est domo exire, ut in scenam prodeat, vel in theatro spectaturus sedeat. in *scenam prodire* dicitur de eo, qui in ipso loco jam se sistit, et populo est spectaculo, quam distinctionem hic ipse docet Nepos, quod etiam simpliciter dicitur *prodire*. v. Phaedrum L. V. fab. 5. vs. 27. Haec de Latinitate, sed de Nepotis loco nihil definio, ut jam supra monui, qui, si sanus est, alio modo exponi nequit. [Vide prolixe de h. l. disputantem Jac. Frid. Heusingerum in Fragmentis Cornelii Nep. Guelpherbytanis pag. 120 — 122, et adde Goerenzii, Viri doctissimi, conjecturam in Notis ad Ciceronem de Fin. 2, 20. pag. 217. propositam: *Mire peccant* (in Ciceronis loco Codd.) *Spir. Erl. Bas.* scenam *pro* cenam *offerentes, sed sic scribae ab utraque parte peccant. Quod notasse liceat, ut locum illum, in desperatis huc usque relictum, pejoribusque adeo conjecturis mactatum, emendemus apud Cornel. Nep. praef.* 4. quae non ad scenam eat mercede conducta. *Fugiet vos Virorum Doctorum, qui tales quisquilias ferre possint. Scribendum est:* quae non ad cenam eat mercede condictam. *Sequens m in* Magnis *abstulit participii ultimam, et* condictus *ubique sic pravatur:* cenam *jam conjecerunt Gesnerus et* (Jac. Frid.) *Heusinger. Frequenter autem Comici ἰέναι πρὸς δεῖ-*

Magnis in laudibus tota fere fuit Graecia, victorem Olym-

*πνον ἀπὸ συμβολῆς*, *cfr. Plaut. Stich.* 3, 128. condicere in symbolam ad coenam. *Corn. mere latine scripturus erat. Hic autem mos, imprimis in* vidua, *a Romanorum pariter atque Graecorum reliquorum moribus abhorrebat.* Haec Goerenzius. Nos in desperatae sanitatis loco vulgatam, quae etiam in Ultr. edit. legitur, non sollicitandam esse duximus, et vere nobis scripsisse videtur Withofius in praefat. *Encaen. Critic.* Vesaliae. a. 1741. editorum: *Ad* coenam *mercede conduci*, *ut nonnulli divinarunt*, *hoc loco alienissimum est*, *ubi e contrario mox narratur velut peculiare*, *Romanorum mulieres a viris quoque conviviis adhiberi. Ergo hoc ritu mulieres in Graecia abstinebant. Solae enim hic morum utriusque gentis differentiae demonstrantur.*)

*Magnis in laud. tota fuit Graecia*] Placet, quod scripti libri, Schotto teste, habent, quodque in editionibus aliquot lego: *tota fere fuit Graecia.* Neque enim apud Graecos omnes eodem pretio habitos Olympionicas, vel illud indicat, quod apud Lacedaemonas pulchrius ac praestantius atque adeo magis honorificum sibi etiam femina existimaverit, filium victorem in acie amisisse, quam Olympionicam habere superstitem. Refert Plutarchus in apophthegmatis Lacaenarum pag. m. 242. *Bosius*. Leid. Cod. et Vossian. A. etiam habent *tota fere fuit Graecia*, in Chabria cap. 1. in Mss. A. et B. item alio P. Danieli inspecto *usque eo tota Graecia fama celebratum est:* de hac vero Elliptica locutione nostro Auctori propria consule Cel. Periz. ad Sanctii Minerv. L. 4. cap. 6. n. 3. et Graecorum est imitatio. Pind. O. Nem. 4. vs. 82. *Θέτις δὲ κρατεῖ φθίᾳ.* Schol. v. *ἀντὶ τῶν ἐν φθίᾳ.* v. Lamb. Bos. de Ellip. L. Gr. p. 281. *Tò fere* in textum recepit Heusingerus. Bosius, ut vides Lector, hanc lectionem fovet, motus Plutarchi loco, qui a Bosio non recte intelligitur. Dictum mulieris Lacaenae non ostendit apud Lacaedemonios, minori in pretio habitos fuisse Olympionicas; sed haec mulier gaudebat, filium suum esse mortuum VICTOREM, et ideo hanc mortem sibi suoque filio gloriosiorem existimabat, quam si e certamine Olympico domum vivus redisset victor. Notum est dictum alius mulieris Lacaenae filio suo in bellum proficiscenti clypeum tradentis apud Eumdem. p. 241. *ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς.* v. Perizon. Animadv. Histor. cap. 7. p. 237, 238. Nam a Spartanis *μακαρίζονται μᾶλλον οἱ γενναίως ἀποθνήσκοντες, ἢ οἱ ἐντυχῶς ζῶντες.* ut vel notum ex Nicolao Damasceno de moribus gentium, cujus excerpta collegit Joannes Stobaeus, latina fecit Nic. Cragius p. 567. De matrum Lacaenarum dicto praeter Perizonium, vide Cragium de Rep. Lac. L. III. p. 363. Praeterea pro Bosii sententia non stat facetum dictum Agidis apud Plut. in Lyc. p. 52. *ἐπαινούντων τινῶν τοὺς Ἠλείους, ὡς καλῶς τὰ Ὀλύμπια καὶ δικαίως ἄγοντας. Καὶ τί μέγα Ἠλεῖοι ποιοῦντι δι' ἐτῶν πέντε ἁμέρᾳ μιᾷ χρώμενοι τᾷ δικαιοσύνᾳ.* Neque locus ejusdem p. 53. 54. qui docet, Laconas non nisi juste palmam reportare voluisse. Quid? Lycurgus ipse una cum Iphito intermissos hos ludos restauravit. v. Athenaeum (p. 11.) L. XIV. cap. 9. pag. 635. Plut. Lyc. p. 39, 54. Pausaniam v. 4. p. 383. Nec tantum apud Lacedaemonios summae laudi erat victorem mori, sed et apud alios. Epaminondas Thebanus moriens ideo dixit: *satis vixi, invictus enim morior.* Quid? ipsi Lacedaemonii

[redacted]



anno belli Peloponnesiaci duodecimo ab Eleis in hisce ludis certare prohibiti (ob caussam, quam refert Thucydides Lib. v. c. 49, 50.) omnem lapidem moverunt, ut iterum ad haec certamina admitterentur. De Pythagora Spartiata, Olympionica, v. Plut. in Numa p. 60. Ergo Lacedaemonii non sunt in caussa, cur *fere* h. l. addatur, licet in quibusdam MSS. et Edit. reperiatur. Quanto opere Graeci Sybaritas exagitarunt, quum de ludis Olympicis abolendis cogitarant? v. Athenaeum Lib. xii. c. 4. cum Casauboni nota, quibus haec insania magno stetisse dicitur. Tota Graecia hisce certaminibus adeo elata fuit, ut non nisi vere Graecis, et quidem nobilissimis ad ea pateret aditus. v. Herodot. Lib. v. cap. 22. et ibi Interpr. et Kuhn. ad Aelian. Lib. ix. V. H. cap. 5. agitur ibi de Alexandro Amyntae filio, Macedone, qui sibi magno honori duxit ad hoc certamen admitti. Neque Macedones postea ab his ludis fuerunt aversi; nam Alexander, Philippi filius, non detrectavit certamen Olympicum: tantum hunc ludum aspernatus fuit, quia isto tempore, quo in certamen descenderet, audierat deesse reges, cum quibus certare posset, nolens a privatis vinci, aut privatos vincere. Vid. Plut. de Virt. Alexandri Or. 1. T. ii. p. 331. ad quod certamen eum impulisse dicuntur ibi *οἱ ἑταῖροι*, quos idem Plutarchus in vita Alex. p. 655. vocet *τὺς περὶ αὐτόν*. Sed T. ii. in Apopht. p. 179. dicit, ab ipso patre Philippo ad id certamen fuisse incitatum. Scio quidem, quid addat Plut. deinde *φαίνεται δὲ καὶ καθόλυ πρὸς τὸ τῶν ἀθλητῶν γένος ἀλλοτρίως ἔχων*. Sed hoc facit nihil ad rem, de qua hic agimus. Et licet adversatus fuerit certamen Olympicum, quod tamen ex ipsis Alexandri verbis non liquet; pater tamen ejus, et caeteri Macedones Olympionicas plurimi fecerunt, quod et ex hac ipsa historia patet. Praeterea illud *fere* minuit vim sententiae Nepotis, qui Graecorum instituta moribus Romanorum obponit, et ideo lectores suos Romanos, Graecarum literarum expertes, monet, ne omnia, quae de Graecis legant, suorum majorum institutis judicent, quia non eadem omnibus honesta sunt atque turpia; sciebat enim Auctor, suos Romanos nihil solere rectum putare, nisi quod ipsorum moribus conveniat. Id, quod recte observat de suis Romanis, de cunctis hominibus jam adnotavit Herodotus Lib. iii. cap. 38. qui Herodoti locus Nepoti, haec scribenti, forsitan ob oculos fuerit versatus. Praeterea Ciceronis locus jam a Lambino citatus, ex Orat. pro Flacco cap. 13. *Atinas, pugil, Olympionices, hoc est, apud Graecos, (quoniam de eorum gravitate dicimus) prope majus, et gloriosius, quam Romae triumphasse*, monere videtur, ut *τὸ fere* ejiciatur. Denique suadet idem ipse Nepos in Epam. cap. 5. de Thebanis loquens, *numquc illi genti plus inest virium, quam ingenii*; quum satis constat, praeter Epaminondam, plures fuisse Thebanos ingeniosos. [Cod Axen. *tota fere Graecia fuit*. Lectio haud contemnenda. Minime haerendum erat in *fere*, quod nunc quidem vix aliquid demit dictis. Utuntur enim illa voce non solum, ut quaedam omnino excipienda indicent, sed etiam, cum aliquid de toto genere affirmare neque audent, neque necesse ducunt. v. Pelopid. 2, 1. 4, 1. *Mosche*. Nos cum Heusingero ex optimis libris *tota fere fuit Graecia* rescripsimus, quod etiam Cod. Guelph. et Ultr. ed. habent.]

*Victorem Olympiae*] apud (p.12.) Olympios: in Graeciae Olympia: ubi Curules ludi quotannis in honorem Jovis celebrabantur:

piae citari: in scenam vero prodire, et populo esse spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. Quae omnia apud nos partim infamia, partim humilia, atque ab honestate remota ponuntur.

in quibus qui esset victor, Diis propemodum ipsis habebatur aequalis. Unde Horatius primo omnium carmine:

*Sunt quos curriculo pulverem Olympicum*
*Collegisse juvat, metaque fervidis*
*Evitata rotis, palmaque nobilis*
*Terrarum dominos evehit ad Deos.*

Et lib. IV. oda II.

*Sive quos Elea domum reducit*
*Palma coelestes.*

*Coelestes*, id est: coelestibus sive Diis proximos. Lege et Vitruvium prooem. lib. 9. Plin. 34, 4. Lucianum vero cumprimis de Gymnasiis pag. 729. *Buchner.* Cicero pro Flacco cap. 13. *Olympionices, hoc est apud Graecos prope majus et gloriosius, quam Romae triumphasse.* Adde Pet. Fabrum in Agonistico 2, 16. *Bosius.* Plinius Lib. VII. cap. 32. *Quin et funus ejus, cum, victore filio Olympiae, exspirasset gaudio, tota Graecia prosecuta est.* MSS. Oxon. *Victorum Victorem Olympiae.*

*In scenam vero prodire*] Eadem, si recte memini, apud Arnob. lib. VII. leguntur. Quo et Lactantii sententia de Graecis pertinet: *Quid mirum*, inquit, *si ab hac gente universa flagitia manarunt, apud quam ipsa flagitia religiosa sunt, eaque non modo non vitantur, verum et coluntur.* Adde Augustin. II. De civ. DEI cap. X. et eruditissimi Sam. Petiti, amici olim carissimi, *Comment. in leges Attic. pag.* 74. *cum seq.* Ubi facem obscuro huic loco accendit. *Ernstius.*

*Et populo*] Leid. *ac populo.*

*Nemini fuit turpitudini*] Virginibus tamen vitio datum in Graecia, prodire in scenam et in publico versari, ut patet ex Euripidis Oreste, Heraclidis et Iphigenia Aulidensi. Item ex Menandro ac Nazianzeno libro de documentis virginum, et de Latinis e Seneca Tragico extremo Agamemnone. *Schottus.*

*Quae omn. ap. nos*] Romanos puta, quorum moribus infames habebantur, qui artis ludicrae et quaestus caussa in scenam aut certamen prodirent. Testatur L. 2. §. 5. ait Praetor. D. de his qui not. infam. itemque Cicero apud Augustin. lib. II. de Civit. Dei cap. XIII. *Buchner.* Adde Marcell. Donat. Dilucidat. ad Tacit. Annal. 1, 15. et Sam. Petit. Comm. ad Leges Atticas p. 75. et seq. 4. *Bosius.*

*Partim infamia*] Haec Ms. Ox. omittit.

*Abque ad honestate remota*] Arnob. lib. cit. pro eadem sententia ait: *Quarum actores inhonestos esse, jus vestrum, et inter capita computari judicavit infamia.* Vide Tertullian. de spectaculis. *Ernst.*

*Ponuntur*] habentur. Translatio insignis a calculatoribus ducta, qui prout calculum posuerunt, ita valet. Alcibiade: *Neque ei par quisquam in civitate poneretur.* ibid. *Quibus rebus effecisse, ut apud quoscunque esset, poneretur princeps.* Annibale: *si non me in eo principem posueris.* Valer. 3, 8. Ext. 5. *Respondit Dion, se vita malle excedere, quam metu violentae* (p. 13.) *mortis amico inimicosque juxta ponere.* Lib. IV. cap. 3, 4. *Deinceps ex iis vocemus, quorum animus aliquo in momento ponendi pecuniam nunquam vacavit,* et ita aliquoties loquitur. Thrasybulo. *Dubito, an hunc primum omnium ponam.* Gebhardus.

Contra ea pleraque nostris moribus sunt decora, quae 6
apud illos turpia putantur. Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut cujus non materfamilias primum locum tenet aedium, atque in celebritate versatur? Quod multo fit aliter in Graecia. Nam neque 7

*Contra ea*] e prisco more. Caesar lib. V. comm. de Bello Gallico cap. 19. *contra ea Tuturius sero facturos clamitabat*. Lib. III. de Bello Civil. cap. 74. *Contra ea Caesar neque satis militibus perterritis confidebat*. Ipse Nepos Alcibiade. *Contra ea si quid adversi accidisset*. Iphicrate. *Contra ea mater Atheniensem*. Epaminonda. *Contra ea una urbe nostra* etc. quae tamen loca vulgo sunt interpolata. *Gebhardus*. In Iphicrate cap. ult. in MS. A. *contra ea Mater Atheniensem*. et in Epamin. cap. 5. Livius lib. II. cap. 60. *Contra ea, in Aequis inter consulem ac militem* etc. v. et cl. Cort. ad Salluft. Catil. cap. 3. n. 2. [Ed. Ultr. *contra*, fine *ea*.]

*Quem en. Roman. pudet uxor. duc. in convivium*] Notanter accip. *uxorem*. nam virgines acerbae, i. e. immaturae arcebantur a conviviis, ut est apud Nonium. *Boecl.* Varro in *Agatone* apud Nonium: *Virgo de convivio abdicatur ideo, quod maiores nostri virginis acerbae aures Veneris vocabulis imbui noluerunt*. De isto autem Romanorum aliarumque gentium uxores in convivium ducendi more plura Muretus var. Lect. 7, 2. Lips. ad Annal. II. Taciti nota 10. Bernegger. ad Justin. 7, 3, 3. et quaest. CXI. ad Germaniam Taciti. *Bosius*. Adi, si lubet, Muretum lib. VII. *Variar. Lection. cap.* II. Et adde, nec apud alias gentes mulieres cum viris accumbere, ut liquet ex Balsasaris convivio, quod Daniel describit *cap.* V. Et Herodis apud *Marcum* VI. 24. Quibus ex locis non male colligitur, feminas in conviviis eorum non interfuisse. *Ernstius*.

*Cujus materf. non pr.*] MS. codex Dn. Boecleri et quidam editi *cujus non m. f. pr.* Bosius. Vetus Lectio, teste Schotto, *at cujus non materf.* Leid. *at cujus non matrifam.* Item Voss. C. et paullo ante pro *quem enim*, *cum enim*. [Cod. Axen. etiam: *cuius non materfamilias*, quem verborum ordinem, a tot codicibus exhibitum, tandem aliquando revocandum duximus. Eundem habent editt. Jensoniana princeps, Argentoratensis, utraqueParis. Longoliana, Ultrajectina. Guelph. etiam: *At cujus non m.*]

*Primum locum*] Atrium ipsum seu aulam, ubi et novae nuptae lectus genialis sternebatur, et ipsae matres familias agere et lanas texere solebant, ut ex Asconio in Milonianam, itemque Arnobio lib. 2. adv. gentes, constat. Vide Lips. lib. 1. Elect. cap. XVII. *Buchn.*

*In celebritate*] Celebritas quae pars sit aedium, docet Schoppius *lib.* II. *verisimil. cap.* X. *Ernstius*. Adde Ind. *Bosius*. Adeant Juvenes Vorstium ad Justin. L. 6. cap. 9. et cl. Burm. ad Phaed. l. 1. fab. 6. *Locus celeberrimus* dixit noster in Dione cap. 10.

*Neque in convir. adhibetur*] Ita Cicero, Vitruvius, alii. Vide Muret. var. lect. 7, 2. Magnus tamen Casaubonus erroris arcessit Nepotem. Cum enim ad lib. 8. Athenaei cap. 9. Biotheam Nicocreontis uxorem correctione optima in convivium introduxisset, εἰς πότον (hoc enim substituit, cum esset, ποταμὸν) mox (p. 14.) addit: *nam si quis objiciat ex Cor-*

[redacted]



in convivium adhibetur, nisi propinquorum, neque

*nelio Nepote, foeminas in convivia more Graecorum non esse adhibitas; in promtu sunt Graecorum Scriptorum testimonia, quae contrarium saepissime factum arguant.* Nihil autem dubitaverim afferere, Nepotis testimonio, de more universe accepto, nihil detrahere, quae haud dubie diversa personarum, locorum, temporum, ceterarumque rerum, quibus consuetudines aliquam dissimilitudinem aut exceptionem patiuntur, conditione aliter acciderunt. *Boecl.* Sane locus Ciceronis in Verr. 1, 26. tam clarus est, ut dubitationem non admittat. Nam ibi Philodamus, Graecus ipse, et civitatis suae princeps, *negat, moris esse Graecorum, ut in convivio virorum accumbant mulieres.* Vitruvius quoque ut rem certam et vulgo notam adlegat lib. 6. cap. 10. *Graeci* inquit, *andronas appellant oecos, ubi convivia virilia solent esse, quod eo mulieres non accedant.* Et paullo ante: *In his oecis fiunt virilia convivia. Non enim fuerat institutum, matresfamiliarum eorum moribus accumbere.* Quae tamen verba haud dubie corrupta sunt. Tentabam igitur: *Non enim fert institutum eorum, matresfamilias cum maribus accumbere*, vel: *matresfamiliarum maribus accumbere.* Certe ejusmodi quid reponendum esse manifestum est. *Bosius.* De Macedonibus vide Herodotum Lib. v. cap. 18, 19, 20. et seqq.

*In conviv. adhib.*] Leid. *in Conv. a patre. Adhiberi* vero *in convivium* elegans est locutio. Justin. L. 7. cap. 3. *Adhibitis in convivium suis ac filii uxoribus.* Virgil. 5. Aen. vs 63.

—— *Adhibete Penates*
*Et patrios epulis, et quos colit hospes Acestes.*

*Neque sedet*] commoratur. Et recte dixit, *sedet:* conclusae enim et velut adfixae thalamis suis apud Graecos agebant foeminae, texentes lanam, neque prodire inde fas erat, et cum viris versari: qua de ratione plura notavit eruditus juvenis Janus Gebhardus lib. III. Crepund. Criticorum cap. XV. Cum itaque ibi ferme perpetuo sedeant, facientes opus; recte dixit, *nec sedet*, pro, commoratur. *Buchn.* Verbum *sedere* castarum faeminarum proprium illustravere Broukh. ad Propert. L. 2. El. 14. vs. 36. et cl. Burm. ad Petron. Satyric. cap. 77. et ad Ovidium Heroid. Ep. 17. vs. 16. De re ipsa consule schol. Sophocl. Oed. Col. vs. 328. vel 350. Cel. J. Perizon. ad Aelian. L. III. cap. 15. et L. VIII. cap. 7. et Cerdam ad Virg. L. 9. Aen. vs. 648. Hector apud Homerum Il. Z. vs. 490. dicit, mulieribus domestica munia obeunda, viris curanda bellica. De Caribus et Cauniis Herodotus Lib. 1. c. 172. de Aegyptiis Lib. II. cap. 35. (ubi interpr.) diversa narrat. Non tamen credendum est, Graecas, et praesertim Atticas, licet pudicas, numquam prodiisse in publicum. Contrarium patet e mulcta, qua mulctabantur, si in publicum prodirent inornatius, a Γυναικοκόσμοις, v. Meurs. Lib. II. Lect. Att. cap. 5. imo e Casaubono ad Athenaeum L. VIII. cap. 9. pag. 607. quem Boeclerus jam citavit, et partim refutavit. Quod Noster dicit de Graecis, idem adnotat de Amazonibus, quae hunc morem Scytharum faeminis proprium esse dicebant, Herodotus Lib. IV. c. 114. *ἔργα δὲ γυναικήϊα ἐργάζονται, μένουσαι ἐν τῇσι ἁμάξῃσι.* Plaustris Scythas pro domibus fuisse usos vel pueri sciunt e Justino Lib. II. c. 2. v. cl. Valken. ad Herodoti locum n. 54. Quod Hector de mulieribus, idem de uxoribus suis sentiunt Romani. Cicero de uxore sua Terentia

sedet nisi in interiore parte aedium, quae γυναικωνῖτις appellatur, quo nemo accedit, nisi propinqua cognatione conjunctus. Sed hic plura persequi 8
tum magnitudo voluminis prohibet, tum festinatio, ut

(p.5.) queritur apud Plut. in Cic. p. 879. quod esset *φιλότιμος γυνὴ, καὶ μᾶλλον τῶν πολιτικῶν μεταλαμβάνουσα παῤ ἐκείνε φροντίδων ἢ μεταδιδοῦσα τῶν οἰκειακῶν ἐκείνῳ.* plura id genus in Fulviae vituperium proferuntur a Plut. in Antonio p. 920.

*In interiore parte* ] Terentius Eun. act. III. sc. v. ad istam ipsam rationem respiciens; *Edicit, ne vir quisquam ad eum adeat: et mihi, ne abscedam, imperat; In interiori parte ut maneam solus cum sola.* Buchn.

*Gynaeconitis appellatur* ] Cod. Mendozii *Gynecborites.* Leid. *Gynecborites appellantur.* Voss. A. *Gynenecbonites.* C. *Gynetborites.* Dicitur *Gynaeconitis* et *Gynaeceum.* Vide Stewechium ad Vegetium L. I. de Re Militari. cap. 7. Graeci vocant etiam *Γυναικέιαν* illam Deam, quam Romani *Bonam.* v. Plut. in Cic. p. 870. ita dictam juxta Varronem, quia tam pudica fuit, ut extra *γυναικωνῖτιν* numquam sit egressa, nec nomen ejus in publico fuerit auditum, nec virum umquam viderit, nec a viro visa sit. v. Macrob. L. I. Saturn. cap. 12. p. 204. et Cragium III. de Rep. Lac. cap. 4. De Barbaris et Persis Plut. Them. p. 125. *Τὸ βαρβαρικὸ γένος τὸ πολὺ καὶ μάλισα τὸ Περσικὸν εἰς ζηλοτυπίαν τὴν περὶ τας γυναῖκας ἄγριον φύσει καὶ χαλεπόν ἐσιν, ὀυ γὰρ μόνον τας γαμετὰς* (more Graecorum) *ἀλλα καὶ τάς ἀργυρωνήτους καὶ παλλακευομένας ἰσχυρῶς παραφυλάττεσιν, ὡς ὑπὸ μηδενὸς ὁρᾶσθαι τῶν ἐκτός, ἀλλ' οἴκοι μὲν διαιτᾶσθαι κατακεκλεισμένας.* adde Brisson. de Persarum Gynaeceo, L. I. R. P. §. 112. et L. II. §. 159. sed quod nihil facit ad illustranda Nepotis verba. [In Codice Axeniano *Gynaeconitis* spatio relicto a manu secunda inscriptum legitur. Hujus itaque codicis librarius in exemplo suo graecas literas, quas scribendo exprimere non audebat, offendit, ab auctore, si quid aliud, profectas, nostrisque editionibus, mea quidem sententia, sine dubitatione restituendas. Quid alii librarii invenerint, testantur modi, quibus a singulis verbum exprimitur, varii ac satis miri. *Mosche.*]

*Sed plura persequi* ] Vet ed. Ultrajectina Schotto laudata: *Sed hic plura p.* MS. Boecleri: *Sed haec plura p.* Quod si recipias, *plura* idem erit, ac *pluribus, prolixe.* Quemadmodum in illo Virgilii *multa gemens*; ac altero Caecinae ap. Cic. 6. ad fam. ep. 7. *multa Deos venerati sunt.* Sic apud ipsum Nepotem. 15, 6, 1. *multa invectus in Thebanos,* id est, prolixe, longo sermone. Vide Voss. de Construct. c. 61. *Bosius.* Cod. Dan. [Leid. 1.] et H. Steph. add. *Sed hic plura pers.* Leid. 2. *Sed haec plura pers.* nec ibi *tum* legitur. MS. Ox. etiam *hic plura*; Vossian. A. *cum magnitudo.* B. *Sed haec plura persequi cum magn.* sed *cum* abest a Cod. C. item *haec.* mihi placet *hic pl.* [In Cod. Axen. ante *magnitudo* omittur *tum*, non male. *Mosche.* Paullo ante Ed. Ultraj. *gynaeconitis.* Cod. Guelph. *cinechoritis.* Idem cum Leid. 2. *Sed haec p. p. magn.* sine *tum.*]

*Magnitudo voluminis* ] Quippe in quo non modo duces Graecorum, sed Romanorum etiam, ac aliarum gentium, quinquoslibet viros claros ante alios, et excel-

ea explicem, quae exorsus sum. Quare ad proposit veniemus, et in hoc exponemus libro *de vita excellent* *Imperatorum.*

lentes, describere erat ingressus. Itaque exiguam partem illius praestantissimi operis habemus reliquam, quod totum *de Viris Illustribus* inscripserat, in aliquot libros distributum. Itaque et paullo post ait; *In hoc libro.* Nam in aliis libris persequutus fuit eorum vitas, qui togae et pacis artibus praestitissent. Nec aliter Vossius censuit, cum in Latinis historicis de Nepote exponit. Quam sibi materiam autem in hoc libro tractandam sumserit, et quos posuerit sibi fines, tum infra, cum de Regibus narrat, tum in Hannibale extremo significat. Pari ratione, qua brevitatem scribendi excuset, usus Epaminonda cap. IV, 6. *Buchn.* in MS. Longolii *τὸ prohibet* periodum claudit teste Schotto. De voce *volumen* v. cl. Duker. de Latin. Jurisc. Vet. p. 101. pro *explicem* Leid. *explices.*

(p. 16.) *Quare ad propo*.— *Imperatorum*] desiderantur haec omnia in Ultraj. testante Schotto.

*De vita*] Vetustissimi Codices, Magio, Schotto et Savarone auctoribus, ita legunt, itaque non est, cur *vitis* pro *de vita* legere malimus. Etsi enim utrumque recte dicitur, *exponere aliquid* et *de aliquo*; tamen altera ration infra in Pelopidae principio: *jus de virtutibus dubito*, inq *quemadmodum exponam.* Nec stat, quod in singulari num *vita* potius quam *vitis* dixit. N et hoc, ipsum Romani sermo ratio patitur, ut Hier. Mag aliquot exemplis ostendit. Pl ita Julius Higinus libros s DE VITA REBUSQUE IL STRIUM VIRORUM inscrip ut Gellius laudat l. v. cap. x Infra in Epam. quidem nonec *quoniam uno hoc volumine vitas cell. Vir.* etc. Sed et ibi Dan lis Codex non *vitas*, sed *vi* legit. *Buchn.* Confirmant h lectionem praeterea MSS. P. I nielis et Du. Boecleri, uterq ex optimis: modum vero loqu di Servius in 1. Aeneidos 3 laudans librum Corn. Nepot qui VITA ILLUSTRIUM insc bitur. *Bohn.* *De vita* leg. eti Cod. Leid. et H. Steph. nec n MS. Oxoniens. quam lection probat Munckerus ad Hygin. Li 2. Astron. cap. 4. et plurib exemplis confirmat cl. Cortius Sallust. Cat. cap. 4. n. 3. et textum receperunt suae editio cl. Bosius et Cellarius, quos qui hic non dubitamus. Ab a Voss. A. B. sed C. [Gu.] *de vi*

# I. MILTIADES.

## Cap. I.

**MILTIADES CIMONIS FILIUS ATHENIENSIS,** 1

(p.17.) Nolo transſcribere, quae Janus Rutgerſius ὁ μακαρίτης convincendae Nepotis ἀνιςορησίας Variarum Lectionum commentariis conſignavit, quae tamen cognoscenda sunt, ut se Lector ab iis erroribus, quos ei Nepos offuderit, expediat. *Gebhardus.*

*Miltiades* ] Cornelius Nepos expoſiturus de vita excell. Graeciae Impp. quare a Miltiade fecerit initium, ex Zoſimi hiſt. lib. I. apparet. *Poſt expeditionem Trojanam*, inquit, *ad pugnam usque Marathoniam nil praedicatione dignum Graeci geſſiſſe, vel adverſus se ipſos, vel alium quemquam videntur.* Itaque Miltiadem huic operi praeſultorem eſſe voluit, memor illius Pindarici: *cujuslibet operis in capite ſplendentem ac renidentem faciem eſſe oportere. I.* Ravius. Legant juvenes Thucydidem Lib. I. cap. 15, 16, 17, 18. et seqq. et Pauſaniam Lib. VIII. cap. 52.

*Miltiades Cimonis filius* ] Corn. Nepotem, priorem Miltiadem cum poſteriore confundere, et utriusque geſta uni adscribere, notavit et Rutgerſius I. *Var. lect.* IX. et Petavius *lib.* III. *Part.* I. *Rationarii temporum cap.* II. Vide *l.* IV. *Anthol. c.* XII. *Ep.* LXXXV. Sed contradicit iſti ſententiae Jo. Raven *Comm. ad c.* I. *Milt.* De Miltiadis familia vide Dav. Chytraei Chronolog. An. 3472. *Erneſtius.* Dion. Petavius Rat. Temp. III. 2. *dignum animadverſione errorem Corn. Nepotis exiſtimat*, quaſi h. l. *duos Miltiades*, superiorem illum, Cypſeli filium, cum juniore Cimonis, *confuderit, et utriusque geſta adſcripſerit uni.* Nollem tanto viro excidiſſet tam acre judicium. Primo enim quod plures Miltiades fuerint, quem ex veteribus idoneum auctorem habet, praeter Herodotum? Aelianus enim iſte, quem illi addit, quique *variar. Hiſtor.* XII. 35. tres fuiſſe ſic scribit; Μιλτιάδαι δὲ τρεῖς, ὁ τὴν Χεῤῥόνησον κτίσας, καὶ ὁ Κυψέλλε, καὶ ὁ Κίμωνος, unde habet, praeterquam ex Herodoto, et, quod hactenus non observatum, peſſime intellecto? Herodotus enim, qui *lib.* VI, 103. *et ult.* Miltiadem noſtrum Cimonis F. a Miltiade Chersonesi conditore nominatum scribit, eundem hunc Chersonesi conditorem Cypseli filium diſertis verbis appellat, eique a Cherſonitis, tanquam conditori, ſacriſicia et agonas nuncupata eſſe clariſſime commemorat. Conſer. *cap.* 34. §. 1. *et* 38. §. 2. Quam recte ergo *Aelianus* Miltiades diſtinxerit, secutumque se jactet *Petavius*, manifeſtum eſſe credo. Ab uno scil. disce omnes. Scio quae apud *Marcellinum in vita Thucydidis* legantur: sed nec iſta qui- (p.18.) dem citare pro se *Petavius* voluit. Et unde Marcellinus nisi ex Herodoto, cujus ipse ſidem eod. loco satis elevat? *nisi*, inquit, *Herodotus mentitur.* Quo igitur argumento patet error Nepotis? juxta *Aelianum* ac *Petavium* vix alio, quam ex Herodoti Eratone. Ita

quum et antiquitate generis, et gloria majorun

scil. convincemus omnes, qui ab Thurio isto, apud veteres etiam non usquequaque bonae fidei, sic discedunt, ut tutiora interim verioraque consectentur. An existimat *Petavius*, Herodotum, tam vulgarem ipsa celebritate scriptorem, aliosque illorum temporum, auctori nostro non lectos? Aut, ἐξ ἁμαρτήματος μνημονικȣ̃, in tam clara, verbisque exscriptissima Herodoti historia tum, quando de Miltiade nostro commentabatur, labi tam enormiter potuisse? An *Petavius* non recordatur ejus, quod *T. Livius in prooem.* de novis destinati operis tanti scriptoribus affirmat, eos *semper in rebus certius aliquid sese allaturos credere?* An oblitus est, tam saepe hoc professum ab auctore nostro? Annon toto libro, et in singulis istis deprehendit excellentibus Graeciae viris, quam alia aliaque memoriae prodita sint? Et quo loco Cornelium habet, quem omnes boni magnique auctores, etiam fidei caussa, ipsi certe veteres tantopere hucusque suspexerunt? Quid ergo? Dissensum demonstrare *Petavius* potest, errorem non potest. Atque illum scimus omnes, et videmus. *Rave.* Abest *filius* a MS. Leid. haud absurde: in Regib. cap. 1. *Darius Histaspis filius* in Cod. MS. A. *Darius Hirtaspi* omissa voce *filius* sed *Hirtaspi* male ibi, ut omnia verba peregrina, pro *Histaspis* descriptum legitur. De hac Ellipsi consulendi sunt Doctiss. Munck. ad Hygin. fab. 14 et 81. et ad Lactant. Narr. Ovid. lib. 6. fab. 3. et cl. Duker. ad Florum l. 2. cap. 6. §. 19. Prima vero cujusque Nepotis libri verba titulum esse putat Joh. Schefferus Ep. 5. ad N. Heinsium, id in sequ. Epist. responsoria probantem. MS. Bernard. pro titulo habet de *Miltiade*, de *Themistocle* et sic de caeteris: MS. Bibl. Trin. *Vita Miltiadis*, *Vita Th*[*e*]*mistoclis* etc. [Cod. Guelph. *Militiade.*]

*Antiquitate generis*] Non possu[m] audire virum doctiss. qui *an*[*tiquum*] h. l. pro *nobili* interpret[a]batur, ductus auctoritate Serv[ii] ad haec Aeneid. 2. *Antiqua M*[*ilitabus cum excederet urbe.*] Cur eni[m] nolimus plano verborum sen[su] uti ad intelligenda interiora h[i]storiae? Nam, ut de Aeaco t[a]ceam, ad Codrum referunt Mi[l]tiadis genus veteres quique scri[p]tores, auctorem certe eum, c[u]jus nomen quoque pro arg[u]mento vetustatis erat. Prove[r]bio enim dicebatur πρεσβύτ[ε]ρος κόδρȣ: Suidas paraemia[m] interpretatur ἐπὶ τῶν πάνυ π[α]λαιῶν. Idem et Hesychius [et] Tarrhaeus. Illustrat quoque Di[o]genianus Centur. 4, 87. 7, 4[...] opere Adag. Graec. Schotti. N[o]bilitatem vero Noster minim[e] praeterit, quam generis menti[o]ne satis indicatam fecit. *Raviu*[*s*]. De Miltiadis gente intricatiss[i]mum negotium est: multusq[ue] in explicando eo Reineccius fui[t]. Quam bene et feliciter, osten[]dunt ea, quae J. Rutgersius fus[e] et accurate super ea re disput[a]vit lib. I. V. L. cap. IX. *Buc*[*h*]*ner.* Adde Ubb. Emmium a[p]pend. genealog. p. 29. Gen[s] sane a Codro similiter nobilit[a]tum est. In proverbium eni[m] abiit hoc, εὐγενέστερος κόδρ[ου]. Vide Suidam Centur. 7, 19. Di[o]genian. Cent. 4, 3. Apostol. Cen[t.] 9, 27. *Ravius.* Ad Ajacem refer[t] genus dicuntur Miltiades et C[i]mon una cum Alcibiade et Th[u]cydide in Scholiis Pindari C[ad] Nem. 2. vs. 19. sed de cognation[e] Miltiadis et Thucydidis adi Inter[]pretes ac Marcellinum de vit[a] Thucydidis pag. 1. et 2. ubi plur[a] de Miltiadis ortu videbis notat[a].

*Gloria majorum*] Propter (p.19.

et sua modestia, unus omnium maxime floreret, eaque esset aetate, ut non jam solum de eo bene sperare, sed etiam confidere cives possent sui, talem futurum, qualem cognitum judicarunt, accidit, ut Athenienses Chersonesum colonos vellent mittere. Cujus generis 2

tum eund. Codrum, de quo Vellej. I, 2. *Codrum cum morte aeterna gloria, Athenienses secuta victoria est:* tum propter ejus posteros, qui per CCCVII. annos non interrupta successione digni ab Atheniensibus habiti sunt. *Rave.* Pro *modestia* Voss. C. *molestia.*

*Eaque esset aetate*] Locutionem hanc illustrarunt Eruditi Lipsienses in Actis M. Aprilis A. 1731. p. 195.

*Ut non jam*] MS. Boecl. *ut jam non.* Mox Mss. Pet. Danielis et Leidensis: *talem eum futurum.* Bosius. Ms. Oxon. addit *esse.* Vocem *cognitum* illustravit Burmannus ad Ovid. XII. M. 69. [Axen. etiam *jam non solum*, quod equidem unice verum puto. Alias enim τῷ *jam*, verbis *non solum* interposito, vis additur ea, qua nunc prorsus caret. Eadem enim ratio est verborum *non solum*, *non modo*, ac illorum, *ne quidem.* Nunc autem auctor non varia tempora sibi invicem vult opponere, sed simpliciter, quid jam factum sit, indicare. Vertendum itaque est: *jam non solum*, *dass sie jetzt nicht nur;* contra autem, *non jam solum* vertendum esset: *dass sie nicht* jetzt *nur;* quod ab h. l. prorsus alienum est. *Moschе.* Cod. Boecl. et Axen. *ut jam non solum*, quod melius esse non puto. *Heusinger.* Gu. Ult. ceterique ante Wetzel. et Brem. edd. ut in textu expressum est.]

*Accidit*] Longe aliter narrat Herodotus, a tempore et historia, tum Miltiadis ipsius, tum eorum, quae ad Chersonesum et Lemnum gesta sunt. Vide lib. VI. *Rav.* Unde Janus Rutgersius Var. Lect. I, 9. postquam majores Miltiadis ex Herodoto et Marcellini Vita Thucydidis recensuisset, auctorisque nostri verba recitasset, haec subjicit: *Equidem delector recitando tam venustae puritatis verba: sed tamen in tam paucis versibus vide quot et quam immanes errores commissi sint. Primum, quod Miltiadem Marathonium (demus enim clarissimo viro id cognomen, quod olim divinus Plato illi tribuit) confundat cum Miltiade Cypseli. Deinde non voluerunt Athenienses eo colonos sua sponte mittere, sed eos ultro Chersonesi incolae, necessitate coacti, petierunt. Tum autem non ex Atheniensibus delecti sunt, qui Delphos deliberatum irent, ut e verbis Corn. Nepot. colligas; sed ipsi Dolonci Reges suos eo miserunt. Ad haec cum Thracibus armis dimicandum non fuit, qui ultro auxilia petitum venerant, sed cum Apsinthiis, qui eos bello infestabant. Postremo Pythia, non, ut Nepos vult, nominatim Miltiadem eis ducem dedit, sed tantum per ambages, ut solet, designavit.* Mox *tam immanem castissimi scriptoris* ἀνιστορησίαν *in re tam perspicua paene obstupescens*, addit, *habere* tamen *Nepotem, qui errorem ejus tueantur. Nam et Pausaniam, accuratae diligentiae scriptorem, in Eliacis aperte Miltiadem nepotem cum patruo confundere.* Sed heic quoque locum habent, quae paullo ante adversus Petavium disputata sunt. Judicio certe et ratione, non errore, Nostrum ab Herodoto dissentire, manifestum est. *Bosius.* Consule Celeb. Perizonium ad Aelian. lib. 12. V. H. cap. 35.

*Chersonesum*] *Cheronesum* Leid.

quum magnus numerus esset, et multi eju demigrationis peterent societatem, ex his delecti Delphos deliberatum missi sunt, qui consulerent Apollinem, quo potissimum duce uterentur. Namque tum Thraces eas

Codices Vossiani fere semper *Chersonessum*, pro *Chersonesum*.

*Ex his*] *Ex iis* Cod. Mend. Sic in praefat. in MSS. Codd. *hi* et *ii* sunt confusa, et infra plus semel. (p. 26.)

*Deliberatum*] Cum Deo consultationem initum. *Deliberare* enim est cum Deo deliberationem habere atque instituere, referre, quod coeptandum est, ad consilium oraculi. Nepos Themist. *Deliberantibus Pythia respondit, ut moenibus ligneis se munirent.* Cicero lib. 5. Quaestion. Tusculan. *Pueris nobis Cn. Aufidius in senatu sententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deerat*, ipsum consulentibus vel consilium ipsius petentibus. Sic *consultare* usurpat Tac. 2. Annal. 54. *Sacerdos numerum modo consultantium et nomina audit.* Diodorus lib. 15. *Πυϑῶ δέ τινας ἔπεμψεν ἐρησομένυς τὸν ϑεὸν περὶ τῆς ἐπαναστάσεως.* Nihil autem neque publicae neque privatae rei sine Oraculi auctoritate aggrediebantur. Justinus lib. 8. cap. 2. *Immemores prorsus, quod in dubiis rebus suis illo Deo etiam consiliorum auctore usi fuerant.* Et statim: *Quod nihil sine majestate numinis ejus aut privatae unquam aut publicae rei gesserant.* Gebhard. Haec tautologiae quandam speciem habent. Nam quid *deliberatum mittere* aliud est, quam mittere qui consulant? *Deliberare* enim hic est non agitare consilium super aliqua re, ut vulgo accipitur; sed consulere, h. e. quaerere ex aliis, quid faciendum. Infra 2, 2, 6. *Miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis. Deliberantibus Pythia respondit* etc. *Buchn.* Itaque Schoppius Verisimil. 2, 10. et in Paradox. Liter. Epist. 5. illa, *qui consulerent Apollinem*, sine dubio adventitia, et ab aliquo adscripta esse censebat, qui declarare volebat vim vocis *deliberatum.* Cujus conjecturam confirmare videtur cum MS. Cod. Ernstianus, a quo eadem verba aberant: tum illud 2, 2, 6. *Miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis.* Et tamen cl. viro, Jo. Ravio nihil mutandum videbatur. *Nemo enim*, inquit, *ex quacunque περισσολογίᾳ*, aut *ταυτολογίᾳ vitium conjectet. Nam ut earum saepe necessarius, saepe honestissimus locus est, ita in hoc simplici lenique scriptionis genere maxime conveniens est. Imo Aristides Rhetor περὶ ἀφελῦς λόγυ, de simplici genere dicendi, hoc inter virtutes ejus Ideae, tanquam aliquod πρέπον, recenset.* Haec ille. Judicent, qui possunt, an brevitatis studium, quod noster ubique prae se fert, hanc *ταυτολογίαν* admittat. Mihi, ut ingenue dicam, quod sentio, valde suspecta est. *Bosius.* Mihi vero non, ut olim jam ostendi ad cap. 8. Datamis. Adde Doctiss. Dorpium Jctum cap. xv. Observat. p. 155.

*Qui cons. Apoll.*] Haec verba desunt in manu exarato Codice nostro. Quod miris modis Schoppii conjecturam confirmat, lib. 11. Verisimil. cap. x. *Ernst.* Absunt etiam a Leidensi.

*Namque tum Thraces*] Dolonchi eo tempore Chersonesum obtinebant. Ii cum gravissimo bello ab Apsinthiis premerentur, reges suos Delphos de belli exitu sciscitatum miserunt, ut observavit Janus Rutgersius. (p. 21.) *Gebhard.* Sic Mss. Gisan. et Dan.

regiones tenebant, cum quibus armis erat dimicandum. His consulentibus nominatim Pythia praecepit, 3

In quibus et mox *Thraeces* five *Threces* legitur, de quo vide Ind. *Bosius*. Leid. *namque tamen Thraces*. [Axen. *Nam tum*, nescio an verius, quam quod alii exhibent, *Namque tum*. Huic enim tum demum locus eſt, cum auctor narrationem aut uberiorem expoſitionem ingreditur. v. Themiſt. 6, 2. Hamilc. 2, 1. Ubi autem nonniſi paucis reddenda eſt cauſſa eorum, quae praecedebant, praeſertim ſi neque vocalis, neque *m* ſequatur, Noſter utitur *nam*. v. Datam. 2, 3. Iphicr. c. 3. extr. Timoth. 4, 1. *Moſche*. Vulgati: *Nam*, ſed optimi libri, Gif. Dan. Leid. 2. Gu. Ult. *Namque*. In Gu. etiam *Treces* legitur.]

*Tenebant*] vi, nullo juris titulo. Ergo itidem fortioris adventu illis erat cedendum. Caesar lib. 3. de Bello Civil. cap. 102. *Novis delectibus, ſi nemo premeret, Macedoniam tenere conaretur.* Cicero lib. 2. de offic. *Quum autem dominatu unius omnia tenerentur*. lib. 4. Epiſt. ad Marcell. *Sed mihi crede, etiam is, qui tenet omnia, favet ingeniis*. Gebh.

*Armis er. dimic.*] Integre dictum, ex quo poſtea abſolute, *dimicare*. Maluit autem vel ideo pleniorem phraſin, quia cum *Thracibus* dimicandum erat. De quibus Vegetius ait 1, 28. *Thraces in tantum bellicoſos ſemper fuiſſe, manifeſtum eſt, ut ipſum Martem fabulae apud eos natum eſſe confirment*. Juſtinianus princ. Novellae XXVI: *Illud in confeſſo eſt, quod ſi quis Thracum regionem nominet, ſtatim una cum dicto virilitas quaedam animum, et militarium copiarum, bellorum ac pugnae cogitatio ſubeat*. Hinc ergo noſter non *dimicare*, ſed *armis dimicare* dixit: adeoque ſi eſt (ut quidam exiſtimant) periſſologia, augendae rei cauſſa, et ſic in tempore adhibita est. *Rave.*

*Nominat. Pythia praec.*] Cum alias per flexuoſas ambages reſpondere oraculum ſolebat. Auctor Scholior. Ariſtophan. Equit. *Τῦτο δὲ παρόδσον οἱ Χρησμοὶ λοξῶς ἐκφέρονται ὑπὸ τῦ Ἀπόλλωνος*. Andronicus Antiopa:

*Ita ſeptuoſe dictio a Deo datur,*
*Quod conſecuturum ſapiens aegre conſulit.*

Pacuvius Peribaea:

*Flexa non falſa autumare dictio Delphis ſolet.*

Idem Duloreſte:

*Nihil conjectura quivi interpretarier,*
*Quorſum flexi vice contenderet.*

Erat autem Pythia mulier quaedam, quae, ut ajunt, inſidens tripodi Apollinis paſſis cruribus, gravem ſubeuntem e ſpecu ſpiritum genitalibus recipiebat: et ita furore repleta, et capillum promittens, et ſpumam ex ore emittens, omnia alia committebat, quae inſanientes facere conſueverunt, ſicque verba Oraculi ſeu potius inſaniae reddebat. Scholiorum Graecorum auctor in Ariſtophanis Plutum: *ἢ καὶ δαίμων τις ἦν ὗτω καλύμενος πύθων, ἀφ' ῦ ἡ Πυθία παρωνομάζετο, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ Ἀπόλλων πύθιος ὀνομαζόμενος διὰ τὸ τοῖς πυνθανομένοις Χρησμὺς διδόναι, περὶ ὧν ἂν βύλοιντο*. Cicero de Divinatione: *Nam terrae vis Pythiam Delphis incitabat*. Et ibidem Demoſthenes *φιλιππίζειν* Pythiam dicebat, id eſt, quaſi cum Philippo facere. Hoc autem eo ſpectabat, ut eam a Philippo corruptam diceret. *Gebhardus*. Pythia virgo ſacerdos Apollinis, qui Pythius appellatus a Pythone ſerpente interemto. Haec quomodo Delphis, inſpirata a Daemone, cujus

ut Miltiadem sibi imperatorem sumerent. Id si fecissent,
4 incepta prospera futura. Hoc Oraculi responso Miltiades cum delecta manu classe Chersonesum profectus, quum accessisset Lemnum, et incolas ejus insulae sub potestatem redigere vellet Atheniensium, idque Lemnii sua sponte facerent,
5 postulasset, illi irridentes responderunt, tum id se facturos, quum ille, domo

sacra procurabat, oracula ediderit, docet Origines lib. III. contra Celsum et Dionys. Longinus περὶ ὕψȣς sect. XI. *Buchner.* Solebat autem ambage quadam, aut per τὸ λοξὸν τȣ λόγȣ oracula sua enuntiare, unde et Apollo λοξίας dictus, tanquam qui intricata et flexiloqua diceret, testibus *Scholiastis* Pindari ac Sophoclis, *Servio* in VI. Aen. *Synesio* in lib. de insomniis, *Elia Cretensi* Comm. in orat. I. quae est (p. 22.) adv. Julian. Apost. *Clemente Alex.* Strom. lib. V. aliisque pluribus. Huic rei praeter *Homonyma*, *Amphibola*, et *Aenigmata*, inserviebant *Allegoriae*, *Periphrases*, omnisque alia ad ἀσάφειαν accommodata καμπῇ et figura. Hinc est, quod noster tanquam praeter morem accidisse scribit, Miltiadem *nominatum* a Pythia, et quasi *evocatum* (ut Romani loquuntur) fuisse, quae circumloqui alias et adumbrare haec talia assuesset. *Rave.* Pro *Pythia* Leid. *Phitia.*

*Imperatorem sumerent*] eligerent, sibique praeficerent. Sic Cicero ad Atticum dixit *sumere judicem.* et Verrina 5. *sumere recuperatores.* Gebhard. Hygin. fab. 23. *Alcinous se inter eos interposuit, ne bellarent: quem* judicem sumpserunt, *qui eos in posterum distulit.*

*Miltiades c. d.*] ita Cod. P. Dan. [Gu. Axen. Ult.] sed Leid. *Miltiades dilectus c. d.*

*Classe*] Hoc in adverbii speciem ponitur, pro eo quod nos dicimus, zu Schiffe. Sic paullo post: *cum ille domo navibus proficiscens.* Caesar II. de B. Civ. cap. 33. *Ut neque pedestri itinere, neque navibus commeatu juvari possint.* Büchner. Pro *insulae* Voss. C. *insulatae.*

*Idque ut Lemnii*] MS. Boecl. Leid. *idque Lemnii.* Bosius. Voss. A. B. C. *ut* etiam omittunt. haud absurde, quoniam scriptores latinissimi hanc particulam post verba *oro*, *moneo*, *jubeo*, *postulo* et similia solent omittere: consule Ampliss. Cuperum l. I. Observat. cap. 19. cl. Dukerum ad Florum lib. I. cap. I. n. 15. et Oudendorp. ad Frontin. lib. I. Strat. cap. 4. n. 26. quare et hic ejicere non dubitavi. [Cod. Gu. *ut* omittit, et paullo ante habet: *M. imperatorem sibi s.* Ed. Ultr. *idque L. s. sp.* ut *fac. p.* A ceteris ante Lamb. edd. *ut* abest.]

*Irridentes respond.*] Responsum est cum conditione, sed ea, quae *per rerum naturam*, ut *Paul.* l. III. Sentent. 4. §. 19. ait, *admitti non potest.* JCti *impossibilem* vocant, eodemque verbo Herodotus eam interpretatur IV. 40. Est autem non *pura absolutaque negatio*, sed cum irrisione quadam, ut noster judicat, quia nihil ejus significatur, quod dicimus, sed verba omnia contrariae interpretationis sunt. Est ergo ejus generis ironia, quae ex *rei natura* intelligitur. Fab. VIII. 6. *Rave.* Pro *irridentes* Voss. B. *inridentes.* [Ax. *irridentes.* Thottianus *ridentes.*]

*Id se facturos*] Leid. *id facturos.* et *se* abesse potest. sic *ad te venire patiaris*, omisso *me*, c. Boecl. in Themist. 9. v. J. Fr. Gron.

navibus proficiscens vento aquilone, venisset Lemnum: hic enim ventus, a septentrionibus oriens, adver-

L. 2. Obs. cap. 7. Munk. ad Hygin. f. 23. et 67. Cortius ad Sallust. Cat. cap. 17. n. ult. et nuper Th. Wopkens L. 1. Lect. Tull. cap. 2. p. 9. Sic in Lysandro cap. 3. in MS. Leid. et Voss. A. *Sed sentiebat id sine ope deorum facere non posse*, omisso *se*. In Dione cap. 6. in MSS. Leid. et A. *Namque aperuisse videbatur omnia in sua potestate esse velle* in Vulg. Edd. *se omnia* etc. in Hamilcare cap. 1. in eod. MS. A. et *Ut quum Catulus negaret bellum compositurum* in Vulg. *u. q. C. n. se bellum comp.* in Attico cap. 9. ex eod. MS. et Cod. C. *et in eo laedendo aliquam consecuturos sperabant commoditatem.* (p.23.) In Conon. cap. ult. in Cod. B. *simulans ad regem eum mittere velle.*

*Vento aquil.*] Saepe ita loquitur Noster, ut genus cum specie conjungat. Ita paullo post (1, 2, 4.) dixit *Vento Borea* et (1, 3, 1.) *Istro flumine*; In Alcibiade (7, 8, 1,) *Aegos flumen*; et in Eumene (18, 4, 1.) *apud Nilum flumen.* Quae eo pertinent, ut perspicua fiat oratio, uti Lectori ne figatur aliqua crux, quae ipsum adfligat. *Buchn.* In praesenti loco id simul observandum, esse hic descripta *Pacti illius* cum Lemniis *verba*, in quo illi, ut tutius irriderent, curiosi fuerant, omniaque cavere volebant. Addunt ergo ad Aquilonem simul et Ventum, ne forte argutari Miltiades posset, et situm loci interpretari; volunt eum *navibus* proficisci, ne terra eat. Decepti in ultimo, quod *domo* eum, non *Athenis*, vocabant. Et sunt haec quoque talia in oratione minus necessaria, et quod tum vitiosum est, plerumque superflua; in pactis autem, foederibus, et similibus, cautelae. Itaque et Miltiades, dum ex pacto insulam postulat, integre pleraque repetit verba, *Illi enim*, inquit, *dixerant, cum, Vento Borea domo profectus, eo pervenisset, sese dedituros*; omittit de *navibus*, quod opere ac re ipsa praestabat: omittit ideo, ne anxius de jure suo videatur. Satis est sibi, de *vento Aquilone* repetisse, ut id simul de *domo*, tanquam liquidi juris, obtruderet. *Rave.* Ceterum rem totam paullo aliter narrat Herodotus extremo libro VI. cujus verba prolixe adduxit Lambinus ad h. l. Zenobius additum ait, si profectus Athenis, *eadem die* Lemnum perveniret. εἴτις αὐθημερὸν Ἀθήνηθεν Βορέᾳ χρησάμενος καταπλεύσειεν εἰς τὴν Λῆμνον. *Bos.* De hoc loquendi more vide Scaligerum ad Virgilii Catalecta init. Th. Munk. ad Hygin. fab. 19 et 140. et ad Anton. Liberal. cap. 25 et 35. J. Brouckh. ad Propert. L. 2. El. 4. vs. 4. et cl. Burm. ad Petron. cap. 43. et sic Herod. 1. cap. 72. πρὸς βορέην ἄνεμον. c. 110. πρὸς βορέω τε ἀνέμου et c. 174. πρὸς βορῆν ἄνεμον Theocr. Idyll. 10. vs. 46. ἐς βορέην ἄνεμον et sic passim. Plura dabit cl. Cortius ad Sallust. Jugurth. cap. 12. n. 5.

*Venisset*] Leid. *Venissent.*

*Hic enim ventus a sept. o.*] *Andr. Schottus* in Ultrajectina editione annotatum esse ait: suppositium hunc versum videri atque glossema esse. Nescio tamen, an non ita soleat Nepos explicare, etiam quae non erant difficilia suppletu intellectuque; ut mox 1, 2, 4. pactum illud repetit; *illi enim dixerant.* Certe in Ms. legitur sicut editum est. *Boecl.* Etiam Herodotus perinde subjicit, ἡ γὰρ Ἀττικὴ πρὸς νότου κέεται, πολλὸν τῆς Λήμνου. *Bos.*

*A septentrionibus*] Cod. P. Dan. et Leid. *ab septentr.*

6 sum tenet Athenis proficiscentibus. Miltiades, morandi tempus non habens, cursum direxit, quo tendebat, pervenitque Chersonesum.

*Adversum tenet* ] Translatio a militia, in qua directa acies contra alteram adversum tenet, h. e. opposita esse recte dicitur. Cicero Philipp. *tenere locum agminis*, et ipse Nepos (16, 4, 3.) *tenere alterum cornu. Adversum* ergo *tenere* est, ex adverso flare. Quare causa nulla erat, cur quidam, quod minus intelligerent, obelo confoderent, aut Lambinus contra omnes libros interpola- (p.24.) ret, *a.versum flat um emittit.* Nimis arctamus Linguae Latinae pomaeria, si inusitatum loquendi genus, quamvis probatum, statim exterminaverimus. *Gebh.* Hinc loca, ad quae iter facimus e regione posita, dicuntur *adversa.* v. cl. Burm. ad. Valer. Flacc. L. 1. vs. 493.

*Morandi tempus non hab.* ] Nam si consedisset ibi, dedisset spatium hostibus majores contrahendi vires, et opes suas in Chersoneso magis confirmandi. Quibus nondum satis validis supervenire, magnum ad victoriam momentum habere statuebat. *Buch.*

*Cursum direxit* ] Navigationem. τὸν πορόν. Apposite Graeci magistri. πόρος δὲ κυρίως ἐπὶ ὑγρῶν λέγεται. Caesar 3. Civil. 25. *Si vel ad littora Apollinarium cursum dirigerent.* Curt. Lib. 10. *Inde Numidiae solitudinibus peragratis cursum Gades dirigere*, Paterculus Lib. 1. cap. 4. *Hujus classis cursum esse directum alii columbae antecedentis volatu.* Justin. 12. 5. *Cursum in Africam dirigit.* Cicero de Natura. *Ab Etesiis ventis maritimi cursus celeres et certi diriguntur. Cursus* ergo maritima profectio. Curtius lib. 10. *Praetervehi Alpes Italiaeque oram, unde in Epi-um brevis cursus est*, forsan sic scripsit Catullus:

*Diva quibus, retinens in summis urbibus arces,*
*Ipsa levi fecit volitantem flumine cursum.*

Quamvis non diffitear istud *currum* esse lepida a Graecis translatione, qui navem ὄχημα, gubernatorem ἡνιόχον appellent, dictum: ut notat Muretus L. 1. Var. cap. 11. hinc *currere*, navigare. Flaccus Lib. 1. Argonaut. vs. 265.

*Placido si currere fluctu*
*Pelea vultis.*

vs. 307.

*Age rumpe moras, dumque aequore toto*
*Currimus.*

A mari ad terram transtulit Valerius Maximus Lib. 7. cap. 4, 5. *Quum alio cursum direxisset, subito ad Contrebiam reflexit.* Gebh. Poëtis nihil familiarius v. Weitz. ad Valer. Flacc. L. 1. Argon. vs. 271. Graecorum esse imitationem certum est, qui τρέχειν de ipsa navi saepius dixere. Vide praeter alios Schol. Triclin. ad Sophocl. Ajac. vs. 1102. et πείρειν transire pro *pernavigare* imprimis Homerus usurpavit, ut in Odyss. N. vs. 91 et 264. v. Schol. Apoll. Rhod. 2. Argonaut. vs. 326. unde et πόρος de ipso mari dicitur. v. praeter Scholia, quae hic innuit Gebhardus, Aristophan. in Pluto vs. 521. Ill. Spanhem. ad Callim. H. in Delum vs. 46. quare et ποντοπόρυς σχεδίας dixit Eurip. Hecub. vs. 112. et ποντοπόρυς ἀκάτυς, vs. 445. Plura adderem, quae a terra ad mare translata sunt, sed ἐπέχω. Simili, ut Noster, utitur phrasi Justinus L. 31. cap. 2. *Navem co·scendit, cursumque ad Antiochum* dirigit. *dirigere gressum* dixit Virg. 1. Aen. 405. et *cursum navis* dirigere 5. Aen. vs. 162. dirigere *Iter* Cic. 10. ad Fam. Ep. 11. *navem* Noster in (p.25) Chabr. c. 4. sic saepius apud alios.

## CAP. II.

Ibi brevi tempore barbarorum copiis disjectis, 1
tota regione, quam petierat, potitus, loca castel-
lis idonea communivit, multitudinem, quam secum duxe-
rat, in agris collocavit, crebrisque excursionibus locupleta-

*Barbarorum c.* ] *Barbarum c.* C. P. Dan. [Gu.] et Leid.

*Copiis disjectis* ] fusis ac dissipatis. Caesar Lib. 1. Comm. de Bello Gallico cap. 25. *Phalange disjecta, gladiis districtis in eos impetum fecerunt.* Cicero Attico. *Nos disjecta manu pares adversariis esse non possumus.* Gebhardus.

*Tota regione potitus* ] De verbo *potiri* vide Cl. Oudendorp. ad Frontin. L. 2. cap. 8. E. 6. n. 14.

*Loca castellis idonea* ] Castellorum varius usus ac finis: proprius tamen iste Miltiadi erat propositus, contra barbarorum incursiones esse provisum; habere receptaculum, quo commeatus, praeda, aliaque trahendo bello conferrentur; et ponere quasdam compedes ac fraenos, quibus δορύκτητοι continerentur in officio. Tale castellum innuit Diodorus lib. XIV. ubi Graeci reduces ex expeditione contra Artaxerxem se reficiebant. Αὐτοὶ δὲ λόφον, inquit, ὀχυρὰν καταλαβόμενοι, την χώραν ἐπόρθουν, καὶ τας ὠφελειας εις τοῦτον ἀθροίσαντες ἀφθόνως ἑαυτης ἀνελάμβανον. Cicero alludit: *cui templum illud fuit arx civium perditorum, receptaculum veterum Catilinae militum, castellum forensis latrocinii.* Tacit. III. An. cap. 74. *Medio cum delectis castella et munitiones idoneis locis imponens, dux ipse, arta et infensa hostibus cuncta fecerat.* Curt. lib. VII. cap. 10. *Haec* (sex oppida) *omnia sita sunt in editis collibus; tum velut fraeni domiturum gentium.* Gebhard.

*Communivit* ] Cod. P. Dan. et Leid. *communiit* item Vossian. A, C. [Cod. Axen. *communivit*, multo commodius, quam *communiit*. Mosche. Ita etiam Ed. Ultr. Cod. Gu. *communiit.*]

*Crebrisque excurs. locuplet.* ] Ἐκ προνομῶν. Valerius Lib. 2. cap. 3. 3. *Nam cum Equitatui Campanorum excursationibus Equites nostri, quia numero pauciores erant, resistere non possent.* Cicero de Provinciis: *Via illa excursionibus Barbarorum est infesta.* Pro lege Manilia: *cum una excursio Equitatus perbrevi tempore totius anni vectigal auferre possit.* Gebhardus. Scilicet ista coloniarum inter ceteras erat causa τοῖς μὲν Ἕλλησιν εὐπορώτερα γίνεσθαι τα περὶ τὸν βιον, *ut rerum copia Graeci hoc magis abundarent.* Isocrat. Panath. Unde etiam, qui ejusmodi excursionibus operam dabant, non λῃσθαι sed πορισαι dici volebant, ut est auctor Arist. de arte Rhet. 3, 2. *Rave.* [Cod. Thott. (p.26.) *crebris exc. locup.* sine *que.*]

*Locupletavit* ] Alcibiad. *Ita praeda onusti locupletato exercitu.* Ibid. *Gloriosius existimans Barbarorum praeda locupletari quam Grajorum.* Agesil. *Magna praeda militibus locupletatis.* Amilc. *Equis, armis, viris, pecunia totam locupletavit Africam.* *Locupl* [illegible] Graeci efferunt στρατιώτας ἐμπλῆσαι ὠφελέιας, vel πλῆρες ποιῆσαι τὸ στράτευμα παντόιας ὠφελειας. Cicero in Verrem; *Hac tanta praeda auctus, mancipiis, argento, veste locupletatus.* Gebhardus.

2 vit. Neque minus in ea re prudentia, quam felicitate, adjutus est. Nam quum virtute militum hostium devicisset exercitus, summa aequitate res constituit,
3 atque ipse ibidem manere decrevit. Erat enim inter eos dignitate regia, quamvis carebat nomine, neque id magis imperio, quam justitia, consecutus. Neque eo secius Atheniensibus, a quibus erat profectus, officia praestabat.

*Neque minus* ] Leid. *n. in ci.*

*Adjutus est* ] Cl. Wasse ad Sallust. Cat. cap. 9. dicit legi in Codice Trin. *usus est*, quam lectionem aliis exemplis adstruere conatur. Verum alteram tacite probare videtur Nob. N. Heinsius ad Vellej. Pater. L. 2. cap. 120. pag. 579. sic etiam Leid. et Voss. A. *adjunctus* B. sed in margine *adjutus*.

*Virtute milit.* ] fortitudine. Caesar Lib. 1. Comment. de Bel. Gall. cap. 2. *Perfacile esse, cum virtute omnibus praestarent, totius Galliae imperio potiri.* cap. 36. F. *Quid invicti Germani, exercitatissimi in armis, qui intra annos 14. tectum non subissent, virtute possent.* vide cap. 39. P. *Gebhardus.*

*Hostium dev. exerc.* ] Sic MS. Boecleri. *Bosius.* [ Cod. Gu. Ed. Ultr. *devicisset hostium.* ]

*Aequitate* ] Non concinunt, quae Herodotus de isto Miltiade lib. 6. narrat. Nam per vim invasit imperium, Stesagora mortuo, conjectis in vincula primoribus civitatum, qui domum suam ad lugendum Stesagoram convenerant. *Aequitas* est, cum nostro de jure remittimus aliquid, et nos cum aliis quasi aequamus. Paullo post *Justitiam* appellat. Quemadmodum et in Aristide vocabulo hoc usus est, ubi aequitatem et justitiam intemperantiae sive superbiae atque saevitiae opponit. *Buchnerus.* de voce *aequitatis* ad. de Indic. *Bosius.*

*Dignitate regia, quamvis car. nom.* ] More antiquo, et ipsorum, a quibus Miltiades originem traxit, Codridarum, qui Athenis *Διὰ βίυ ἄρχοντες καθίσαντο*, ut Eusebius eos in Chronicis (p. 27.) appellat. Dignitatem scil. regiam, non sua appellatione gerentes. Et sane omnium regum prima haec majestas erat. De Evandro Liv. 1, 7. *Evander tum auctoritate magis, quam imperio regebat loca.* De Germanorum regibus sic quidem Tacitus, *quod non jubendi, sed suadendi auctoritate praediti essent.* Et talia Catamantaledis, Casti, Dumnorigis Aedui, de quibus Caesar lib. 1. B. G. cap. 3. agit, existimanda regna sunt. Rave.

*Quamvis careb. nomine* ] *Quamvis* cum Indicativo passim construi docent Viri clarissimi Jac. Perizonius ad Sanctii Min. L. 3. cap. 14. n. 3. et P. Burmannus ad Ovidium Ep. 7. Heroid. vs. 29. Haec adnotavi, quia Cellarius ad h. l. ejus rei mentionem fecit.

*Imperio quam justit.* ] i. e. non vi, sed suorum voluntate, ut infra cap. 8, 3. loquitur. Vide ind. *Bosius.*

*Secius* ] Plautus. *Haec mihi non secius videntur esse, quam insomnia.* Caesar lib. 3. Civil. cap. 26. *Praetervectos Dyrrhachium magna vi venti nihilo secius sequebantur.* Admodum est usitata vocula Nepoti. loca brevitatis causa accumulare nolo. Auctor Rhetoricorum ad Herennium: *Impedimento est, quo secius lex feratur. Gebhardus.* Hunc loquendi modum illustravit cl. Dukerus ad Florum L. 3. cap. 17. §. 9. neque audiendi, qui hic *segnius* legunt, refragantibus Codd. MSS.

*A quib. erat profectus* ] Non exsuerat amorem et gratificandi Atheniensibus studium; vult enim Nepos, Miltiadem, quamvis patria abesset, ejus tamen semper memorem et studiosum fuisse. Idcirco male Savaro lectionem cum Auctoris mente pugnantem prae(p.28.)fert *aut quibuscum erat profectus.* Ac plane praeter mentem Cornelii Lambinus ex suo cerebro infercit: *a quibus profectus erat, quam iis, quibuscum erat profectus.* Nam etsi quidam libri agnoscant *cum quibus erat profectus*, ea tamen verba vitio imperitorum exscriptorum superioribus, ex lineis inferioribus, adhaeserunt. *Gebhardus.* MS. Cod. habet: *a quibus erat profectus, ac suis officia praestabat.* Quam scripturam fere confirmant Bavarae membranae, quibuscum contulit Jo. Raven *cap.* 1. *append. Miltiad.* §. 6. Ubi nostrum hunc codicem citat: pro cujus scriptura facit, quod Athenienses vocet, *qui miserant*, suos autem, *cum quibus erat profectus.* De quibus Nepos supra dicit: *cum multi ejus demigrationis peterent societatem.* Atque hos appellat *suos.* Ernstius. Sic diserte optimus liber P. Danielis et omnes Savaroni inspecti, uno Puteaneo excepto, neque alia Leidensis lectio fuit. Gifanius quoque in Indice Lucret. voce *Tractu* sic emendavit hunc locum, haud dubie sui codicis fide. Denique et Ernstianus Codex consentit, nisi quod addit: *ac suis*, quod glossema esse, non dubito. In vulgatis editt. legebatur: *quibuscum erat profectus*, cum quibus etiam Boecleri codex facit. Puteaneus una voce auctior: *aut quibuscum erat profectus*, quod adeo placuit Savaroni, ut in textum reciperet. Membranae Bavaricae, Schoppio Verisimil. 2, 10. laudatae: *ac quibuscum erat profectus.* Quibus omnibus lectionibus, ut etiam Gebhardus animadvertit, occasionem praebuit, quod mox in fine versiculi hujus subjicitur: *quam illorum, cum quibus erat profectus.* Id ab imperitis exscriptoribus huc quoque intrusum, cum postea quidam non congruere animadverterent sequentibus, ab aliis particula *ac*, ab aliis *aut*, adjecta est. Quarum tamen neutra quadrat. At nostra lectio planissima est. Vult enim Nepos dicere: Miltiadem, etsi regiam dignitatem a suis obtinuerat, non tamen idcirco minus, quam antea, officia praestitisse Atheniensibus, *a quibus* ad ducendam coloniam missus et in Chersonesum *profectus erat.* Atque *his rebus*, i. e. quia officia aeque ac antea praestabat Atheniensibus, *factum esse*, ut *non minus eorum voluntate, qui miserant*, h. e. Atheniensium *imperium obtineret*, tanquam nihil a pristina moderatione recedens, quam suorum, *cum quibus profectus erat.* Quod si tantum *Atheniensibus, quibuscum profectus erat, praestita* dicas *officia*, quomodo hinc sequetur, *iis rebus factum, ut non minus eorum, qui miserant, quam illorum, cum quibus erat profectus, voluntate imperium obtineret?* Nihil enim praecesserat de *mittentibus.* Praeterea non quadrat in Miltiadem, colonis, quibus regia dignitate praeerat, officia sic praestare, tanquam populo Atheniensi, a quo potestatem acceperat. Quare neque Bavaricorum ac Ernstiani codicis lectionibus locus relinqui potest. Nam utraeque pariter *Atheniensibus*, ac *suis*, et *quibuscum profectus erat*, officia praestitisse Miltiadem volunt. Sed vereor, ne nimius sim in re clara et manifesta. Et fortasse totum hoc, de quo disputatur, a glossa est. *Bosius.* [Cod. Gu. atque Ed. Ultr. veram lectionem, a Bosio egregie defensam, exhibent. ] MS. Leid. *quibuscum erat prof.* Voss. B. *aut quibuscum.*

*Officia praestabat* ] Intelliguntur *Urbana*, ut alibi auctor appellat. scil. quorum caussa Urbs (Athenae) adeunda esset. Tam *publica*, quam *privata. Publica*, si ad Comi-

[redacted]



Quibus rebus fiebat, ut non minus eorum voluntate perpetuo imperium obtineret, qui miserant, quam illorum, cum
4 quibus erat profectus. Chersoneso tali modo constituta, Lemnum revertitur, et ex pacto postulat, ut sibi urbem tradant. Illi enim dixerant, quum, vento borea domo profec-
5 tus, eo pervenisset, sese dedituros: se autem domum Chersonesi habere. Cares, qui tum Lemnum incolebant, etsi praeter opinionem res ceciderat, tamen non dicto, sed secunda fortuna adversariorum capti, resistere ausi non sunt, atque ex insula demigrarunt. Pari felicitate ceteras insulas, quae Cyclades nominantur, sub Atheniensium redegit potestatem.

tia ventitaret, si daret Choragium, si in concionem prodiret, et de Rep. consuleret in publicum. *Privata*, sive *familiaria*, quae et *mutua* et *communia* dicuntur, si arbiter captus, si adesset in amicorum periculis fortunarum ac praecipue capitis et famae, ad sponsalia, exequias, ut Tertullianus alicubi interpretatur. Eadem sane auctor noster in Attico observavit. v. 25, 4, 4. *Ravius.*

*Constituta*] Cod. P. Dan. [Gu.] et Leid. *constituto*. item Voss. A. C. Pro *borea* Voss. B. *borrea*.

*Ex pacto*] Nihil mutandum: nam quod ex vet. codice producit (p.29.) Schottus *ex constituto*, interpretamentum agnosco. Cicero Attico: *Pomponius enim ex pacto et convento (num eu lege exierat) jam a me discesserat*. Gebhardus.

*Urbem*] Urbes tum in Lemno praecipuae erant, Myrina et Ephestias, velut auctor Suidas est. Utram postulaverit, nescio. Video equidem totam fuisse petitam insulam, veteresque sessores demigrasse omnes. Interpretor igitur, *Urbis* appellatione *Insulam* venire, quia mari, tanquam moenibus clausa, *Urbis figuram* gerat. Quemadmodum enim et domos, minimas partes urbis, quae contiguae non sunt, *Insulas* nominare placuit; ita videtur, metaphorae quadam reciprocatione, totam insulam, Urbis appellatione indicari. Versatur utique animo mihi non absimilis ejus vocis usus, nisi quod in praesenti non succurrit. Sufficit indicasse, ut alii observent. *Rave.*

*Domum Chersonesi*] Consule Cel. Perizon. ad Sanctii Minerv. lib. 4. cap. 6. n. 3.

*Cares*] Imo Pelasgi, ut tradit Herodotus lib. VI. non longe ab extremo. *Lambin.* Adde Zenobium. Cent. 3. proverb. num. 85. *Bosius.* Pro *Cares* C. P. Dan. et Voss. B. *Chares*. [Cod. Gu. *Chares*. Ed. Ultr. *Cares*, et in margine: *Herodotus in Erato. Pelasgos vocat Lemni incolas.*]

*Praeter op. res ceciderat*] i. e. *evenerat*. Per metaphoram a talorum jactu desumptam. v. Manut. ad Cic. lib. 1. ad Fam. Ep. 7. p 43. et Brouckh. ad Tibull. lib. 1. El. 7. vs. 91.

*Non dicto*] Tum quia pactio seria non fuisset, tum, quod de Miltiadis domo illa, quam tum habebat, non quam armis postea quaesierat, spopondissent. *Rave.*

*Sub potestatem redegit*] Eodem modo paullo superius de Lemno loquebatur. Pausania: *Et Spartam et caeteram Graeciam sub tuam potestatem redacturum.* Neque dispari forma Timotheo. *Corcyram sub imperium Atheniensium redegit.* Florus lib. 1. cap. 9. F. *Proximis quisque correptis totam Italiam sub se redigeret.* Gebh. Leid. *redigit.* (p. 30)

## CAP. III.

Eisdem temporibus Persarum rex Darius, ex Asia 1
in Europam exercitu trajecto, Scythis bellum inferre
decrevit. Pontem fecit in Histro flumine, qua copias
traduceret. Ejus pontis, dum ipse abesset, custodes re-
liquit principes, quos secum ex Jonia et Aeolide duxerat,
quibus singulis ipsarum urbium perpetua dederat imperia.
Sic enim facillime putavit se Graeca lingua loquentes, 2

*Exercitu trajecto* ] Qui IↃCC millibus armatorum constabat. Herodot. 4. Justin. 2, 5. Oros. 2, 8. *Bosius.* Voss. C. *trajectam.*

*Scythis bell. inf.* ] Quod eorum regis Idanthyri (ita id nomen scribi volunt Salmas. Exercit. Plin. p. 846. et Is. Voss. not. ad Justin. 12, 5, 8. Clementi Alexandrino 5. stromat. p. m. 567. est *Ἰδανθύρας*) filiam non obtinuisset. Justin. et Oros. ll. cc. *Magna scil. necessitas* (addit Orosius) *pro unius libidine hominis* IↃCCX. *virorum periculo mortis exponi!* Herodotus tamen aliam belli caussam facit: scil. quod Scythae Medos bello lacessivissent. *Bosius.* De nomine Scytharum Regis etiam Wess. ad Herodot. Lib. IV. cap. 76. p. 316.

*Istro flumine, quo* ] Cod. P. Dan. [Gu.] *Hystro flumine, qua.* Voss. A. B. C. *Histro flumine, quo.* v. Not. Post.

*Qua copias* ] Bene. neque probo, quod malit Schottus *quo*, referatque ad pontem. *Gebhardus.* Sic etiam optimus cod. Dan. At MSS. Schotti et Boecleri, ac Longolii editio *quo*, ut ad pontem referatur. *Bosius.* [Ed. Ultr. *Istro fl. qua*, et ubique *Dareus.*]

*Ipsarum* ] Id est, urbium, in quibus ipsi principes erant nati. *Gebhardus.* Lamb. legit *ipsorum*, ut principes Joniae et Aeolidis, de quibus meminerat, respiciat. Sed nihil fortassis mutandum est. *Ipsarum*, i. e. Joniae atque Aeolidis regionum. *Buchner.*

*Perpetua imperia* ] Hinc Plut. in Apophth. istos vocat *Tyrannos.* Quanquam enim et ipsi cum civibus suis sub Persarum dominatione, atque ut Rex Scytharum appellabat, *ἀνδράποδα Χρηςὰ καὶ ἄδρασα*, sive ut apud Herodot. est, *φιλοδέσποτα*, mancipia scil. quaedam frugi essent; civium tamen suorum caussa, quibus et ipsi non volentibus dominarentur, merito quo- (p.31.) dam suo tyranni erant, eoque nomine §.5 .tantopere sibi metuunt. *Rave.*

*Sic enim putavit* etc. ] Sensus totius loci iste. Darius effectum pontem receptui suo servari volens, custodibus curam ejus tradidit Joniae et Aeolidis principibus. Horum fides pignorata erat datis imperiis, in amicitiam quippe assumtos, ut dominari magis quam servire sibi viderentur, urbium singularum (intellig. in Jon. et Aeol.) tyrannos fecit, *διὰ Δαρεῖον ἕκασος αὐτέων ἐτυράννευε πόλιος*, inquit Herodot. lib. 4. Hoc ejusmodi erat, ut sua quisque potestate contenti, de libertate popularium parum essent solliciti, adeoque Graecos Asiam incolentes, quos Persicus dominatus comprehenderat, ad res novas et libertatis resumendae

qui Aſiam incolerent, sub sua retenturum poteſtate, si amicis suis oppida tuenda tradidiſſet, quibus, se oppreſſo, nulla spes salutis relinqueretur. In hoc fuit
3 [tum] numero Miltiades, cui illa cuſtodia crederetur.

ſtudium minime erigerent, erigive paterentur. Singularis enim perpetuique imperii dulcedine illecti, ejus auctorem (Darium) haud dubie credebantur defenſuri: praesertim cum intellectu non eſſet difficile, Dario potentia demoto, urbes, quas obtinuiſſent ipſi, odio ſingularis imperii inſito, expulſis tyrannis (quibus duplici nomine contigerat invidiam mereri: et quod inſtrumenta Perſicae dominationis, et quod tali poteſtatis forma, i. e. inſolita ac tyrannica usi erant. vid. Nepot. 1, 8, 3.) priſtinam regiminis disciplinam resumturas eſſe. *βυλήσεσθαι γὰρ ἑκάστην τῶν πολίων δημοκρατέεσθαι μᾶλλον ἢ τυραννένεσθαι*; verba sunt Iſtiaei apud Herodot. confer ejusdem orationem apud Noſtrum 1, 3, 5. *Boecl.* [Cod. Axen. *ſic enim facillime putavit ſe*, ordine ſatis facili. *Moſche.* Ita etiam Cod. Thottianus, Guelph. Ed. Ultr.]

*Amicis ſuis* ] Erant Perſarum regibus praeter *Satrapas* et *cognitos* alii, quos *Amicorum* loco habebant. Diserte id quidem *Diodorus Sic.* lib. 17. ubi narrat, quomodo Regis caſtra direpta, quaeque spolia inde capta. *Ὁμοίως καὶ τῶν τοῦ βασιλέως φίλων, καὶ συγγενῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων οὐκ ὀλίγος διαρπάγη πλοῦτος.* Idem lib. 11. Artaxerxen regnum ordinantem pluribus Satraparum dediſſe ſucceſſores narrat: *τῶν δὲ ἑαυτοῦ φίλων ἐπιλέξασθαι τοὺς εὐθέτους, καὶ σατραπείας παραδεδωκέναι.* Sic de Amane legitur *Eſth.* 3. ...od Artaxerxes cum *ἐπρωτο...ει πάντων τῶν φίλων αὐτῷ.* Ap. *Curtium* 5, 9, 1. *Artabazus vetuſtiſſimus amicorum* Regis Darii vocatur: et percuſſoribus, Nabarzani et Beſſo, *idem amicitiae gradus* repromittitur, *ib. cap.* 10. 10. Quanta autem amicorum dignitas fuerit, interea ab Amane patet. Confer Eſth. cap. 4 et 5. vide de his Regum atque Principum amicis Salm. ad Spartiani Hadrianum cap. 18. Bernegg. ad Juſtin. 9, 8, 7. et 34, 3, 3. *Rave.*

*Se oppreſſo* ] h. e. si oppreſſus eſſet. Sic infra 25, 2, 5. *multiplicandis uſuris*, id eſt, si multiplicarentur. Infinita ejusmodi ap. auctores, cum conciſius et per participia loquuntur, occurrunt. Omnis enim Modi, omniumque Temporum diſſimulari verbum ſubſtantivum hic ſolet. *Rave.*

*In hoc fuit tum num.*] MS. (p.32.) Boecl. *In hoc tum num. fuit.* Concinnius aliquanto, quam vulgati *Boſius.* [Ax. *In hoc numero fuit Milt.* non male. *Heuſinger.* Cod. Thott. *In hoc fuit numero Milt.* Adverbium *tum*, quod in Boecl. codice aliam sedem habet, in Ax. et Thott. prorſus omittitur, ut suſpectum uncis incluſimus, etsi in Cod. Gu. et Ultr. ed. legitur.]

*Crederetur* ] MSS. Card. Mendozii, et Boecleri: *traderetur.* Quod interpretamentum eſſe, non dubito. *Boſius.* MS. Oxon. *traderetur.* Item Voſſian. A. B. C. Haec verba saepius confundi in Mſſ. docuit jam Celeb. Drakenborch. ad Silium Italicum lib. 16. vs. 371. [Cod. Gu. Ed. Ultr. *crederetur.*]

quum crebri adferrent nuntii, male rem gerere
n, premique ab Scythis, Miltiades hortatus est
custodes, ne a fortuna datam occasionem libe-
Graeciae dimitterent. Nam si cum his copiis, 4
secum transportaverat, interiisset Darius, non so-
uropam fore tutam, sed etiam eos, qui Asiam

*ent nuntii*] Cod. P. Dan. :. n.
*rem gerere Darium*] Sic :ocle de Xerxe. *Hic etsi s gesserat.* Pro cladem ac- . Hamilc. *Cum ante ejus n et mari et terra male res w.* Gebhardus. V. Justin. o. *Bosius.* De hac expe- Torr. ad Val. Maxim. cap. 4. n. 69.
*ique*] Caesar. lib. 3. Civ. 2. *si nemo premeret.* Fron- ). 2. cap. 43. *Minutius Imper. cum a Scordiscis Da- remeretur.* Est verbum Ve- m, unde Ovidius Phae-

*nus re libet, pressisque in c rvis,*
*ri celeres per juga summa*
;

*ti clamore premes ad retia um.* Gebhardus. De verbo rid. Cl. Burm. ad h. l. rs. 91.

*ythis*] Leid. et Voss. C. t. Nec non Cod. P. Dan. *is* probat Cellarius ad h. a Voss. A. Sic in Milt. Cod. Leid. et P. Dan. *ab ionibus.* in Iphicrat. cap. l. et A. *ab peritissimo Imp.* centies ut lib. 2. cap. 13. *anis. ab Janiculo.* Iterum in Dione cap. 1. in MS. . B. *alia ab natura habuit* Hygin. fab. 14. p. 47. *ob morsu in Africa obiit.* Sic *Jove, ab Jove* in veterri- mis codicibus reperiri docet Nob. Heinsius ad Ovidium lib. 1. Fast. vs. 236. et cl. Cortius monet apud Sallustium in melioribus Codicibus exstare pro *a profugis, ab profugis,* pro *a persequendo, ab persequendo.* ad Jugurth. cap. 76. n. 5. et in Aristide cap. 2. Cod. P. Dan. *ab Lacedaemoniis transferretur.* in Hamilc. cap. 2. in Cod. MS. A. *auxilia ab Romanis petiverint.* in Hannibale cap. 3. *ab Gallia.* [Cod. Axen. *a Scythis,* mollius sine dubio. *Mosche.* Ita etiam Cod. Gu. Ed. Ultr.]

*Hortatus est*] Herodotus hoc ipsos Scythas fecisse commemorat, idque approbasse Miltiadem atque suasisse. Vide ipsum lib. vi. *Buchn.* Cum Herodoto facit et Plutarchus in Apophtegm. p. m. 174. *Bosius.*

*Ne a fort. dat occas. lib. Graec. dim.*] P. Syrus. *Cavendi nulla dimittenda est occasio.* Caesar. lib. 5. de Bell. Gall. extr. *Ne quam occasionem rei bene gerendae dimitteret.* Nepos Alcibiad. *Tempus rei gerendae non dimisit.* Caesar. lib. 2. de Bell. Gall. cap. 21. *Ne in quaerendo suos pugnandi tempus dimitteret.* Id. lib. 6. cap. 36. *Seque ipsi adhortantur, ne tantam* (p. 33.) *fortunam ex manibus dimittant.* Ciceroni animadverti placere *amittere occasionem,* non *dimittere.* Gebhardus.

*Ne a fortuna*] Sic Cod. P. Dan. pro *cum iis* Voss. B. *cum his,*

*Transportaverat*] Cod. P. Dan. [Ult.] *transportarat.*

*Interiisset*] *Interisset,* Leid. et Voss. A. B. Sic et Cod. Schefferi. v. ejus Epist. ad N. Heins.

incolerent Graeci genere, liberos a Perſarum futuros dominatione et periculo. Id et facile effici poſſe. Ponte enim reſciſſo regem vel hoſtium ferro, vel inopia, paucis diebus interiturum. Ad hoc conſilium quum plerique accederent, Hiſtiaeus, Mileſius, ne res conficeretur, obſtitit, dicens: non idem ipſis, qui ſummas imperii tene-

ubi memoriae vitio, credo, *interiiſſent* ſcripſit. [Ult. *interiiſſet.*]

*Graeci genere*] Leid. *Graecos generis.*

*Id et facile eff. p.*] In aliis libris eſt: *Id facile effici poſſe.* Sed cum illo facit vetus meus Codex calamo ſcriptus, quem Aureliae emi, cum venderetur Bibliotheca Jo. Thiballieri. *Ernſt.* MSS. Gif. et Schotto inſpecti: *Et facile effici poſſe.* Alii: *Id facile eff. p.* Boſius. Res ipſa monet, ut τὸ *et* deleatur quamvis τὸ *et* agnoſcant Leid. et Voſſ. A. C. [Axen. *Et facile effici poſſe.* Id quamquam acrius defendere nolim, ſequitur tamen, legendum eſſe potius *id*, quam *id et* aut *idque.* Moſchc. Guelph. Ed. princeps, Argentor. Pariſ. a. 1520. Ald. Ultraj. *Id* et *f. eff. p.* quod non rejiciendum est. V. Wolfium, in Analectis litterariis II. pag. 301. ſeq. et Aug. Matthiae ibidem III. pag. 24. ſeq. quibus locis Clariſſimi Viri non ſatis certam eſſe docent eorum obſervationem, qui Tulliano aevo *et* pro *etiam* dictum eſſe negant.]

*Reſciſſo*] Alii libri *reciſo*, quod idem eſt. Caeſar lib. 7. cap. 58. *Refecto ponte, quem ſuperioribus diebus hoſtes reſciderant, exercitum traducit.* lib. 2. dixit *interſcindere pontem:* ſicut alii *interrumpere.* Juſtin. lib. 2. cap. 6. F. *Metuens, ne interrupto ponte Iſtri reditus ſibi intercluderetur.* Cic. Epiſt. *Pontesque, quos fecerunt, interrupti.* Juſtin. libro II. cap. 14. *Suadentibus deinde quibusdam, ut Pons Cydni fluminis ad iter hoſtium impediendum intercluderetur.* Cicero de Legibus: *Ut contra omnes hoſtium copias in ponte unus aſſiſteret, a tergoque pontem interſcindi juberet* ubi loquitur de Horatio Coclite. *Gebhardus.* Leid. *reciſo. Reſcindere*, et *recidere* ſaepius confunduntur in Mſſ. vide cl. Oudendorp. ad Frontin. lib. 4. Strateg. cap. 1. in fine, nec non V. V. D. D. Graev. et Duker. ad Florum l. 1. c. 10. n. 4. *Ponte reciſo tranſnatat Tiberim.* [Gu. Ultr. *reſciſſo.*]

*Hiſtiaeus*] *Hiſtiaeus* Cod. P. Dan. [Gu.] et Voſſ. A. *Heſtiaeus.* Vide Cl. Valcken. ad Herodot. Lib. IV. cap. 137. de Nepote Herodoti verba explicatius enarrante. n. 100. Nepos non peccaſſet, si ſcripſiſſet *quod in Darii regno r. n. d.* Sic in Somn. Scipionis Lib. 1. apud Macrob. c. 5. *tu eris unus, in quo nitatur civitatis ſalus.*

*Summas imperii*] *Τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν*, uſitatius eſt *Summa imperii*, *Summa belli* ἑνικῶς. Cicero enim, quum loquitur de potentia ac dignitate, dicit *ſummam rerum adminiſtrare. Summam* item *ordinis conſiliique concedere.* Nec non *ſummae reip. praeeſſe.* At quum de pecuniariae rei praecipua ratione, *Non refert*, inquit, *parva nomina in codicem, imo omnes ſummas* pro Quincto Roſcio; et in Verrem: *A populo factarum quaeſitarumque rerum ſummas imminuere.* Gebhardus. Voſſ. C. *Darii Regni.* (p. 34.)

tenerent, expedire, et multitudini: quod Darii regno ipsorum niteretur dominatio, quo exstincto ipsos potestate expulsos civibus suis poenas daturos. Itaque adeo se abhorrere a ceterorum consilio, ut nihil putet ipsis utilius, quam confirmari regnum Persarum. Hujus quum sententiam plu- 6
rimi essent secuti, Miltiades, non dubitans, tam multis consciis ad regis aures consilia sua perventura, Chersonesum reliquit, ac rursus Athenas demigravit. Cujus ratio etsi non valuit, tamen magnopere est laudanda: quum amicior omnium libertati, quam suae fuerit dominationi.

*Secuti*] Leid. *Consecuti*.

*Consciis*] Leid. *Consiliis*, item Voss. A.

*Cujus ratio etsi non val.*] Nullum pondus habuit, nihilque obtinuit. Cicero pro Cecina, *quod etiamsi verbo differre videatur, re tamen est unum, et in omnibus caussis idem valet.* Qui judicium Nepotis carpunt, antiquitatis suam ignorationem produnt. Nam isti prisci nihil sanctius ac religiosius libertate duxerunt, eique conservandae ac provehendae omnia cedere debere, persuasi fuerunt. Quare fidem, jusjurandum, omniaque reliqua officia, nisi Libertati expedirent, nullius ponderis esse existimarunt, eaque recte violari. Vide Caesar. de Bell. Gall. 5, 27, et 7, 37. ac 76. Isocrates Archidamo: ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ὐδὲν, ὅ, τι τῶν δεινῶν ὐχ ὑπομονητέον. *Gebhardus*. *Cujus ratio*, forte *ejus* conjicit cl. Oud. Voss. C. *hac rursus* n. d. [Axen. *demigr. Athenas.*]

*Tamen magnop. est laudanda*] Ms. cum nonnullis editis libris legit: *laudandus*. Ernst. Atque sic potius a Cornelio scriptum fuisse censebat Cl. Ravius, hoc sensu: *Etsi ratio illa et consilium prova non fuerint, nec pervicerint in isto concilio, ipsum tamen auctorem illius rationis magnopere esse laudandum, non absolute, quia perfidiam suaserit, sed comparatione facta cum Istiaeo, qui, quod privatim utile esset, in caussam adferebat.* Id enim velle, quae continent, verba: *cum amicior omnium libertati, quam suae fuerit dominationi*: quibus utriusque consilii ratio tangatur; et ex ista συγκρίσει judicium fiat de affectu consulentium. Si aliter legas, non posse Cornelium Nepotem absolvi sententiae, non Sophisticae modo, sed omnino infamis, quia perfidiae ornamentum quoddam sit: qualis profecto tanto viro tam aliena, quam in vulgus etiam improbatissima suo tempore fuit. Nam quid esse quod inter malos mores, et perfidiae exempla aeque relatum omnibus saeculis fuerit, quam quod *Adversis rebus rarior fides est*, Veget. 3, 9. et quod *amicitiarum jura successu a plerisque, non fide ponderantur.* Just. 22, 7, 3? Miltiadem vero et fidem Dario dedisse, et custodiam pontis in se recepisse. Eo majoris perfidiae reum, quia consilio suo tantum exercitum, ipsumque Regem, qua isti genti nulla major est jactura, prodiderit. Neque esse, quod quis existimet, *fidem extraneo tantum et privatim datam fuisse, illam autem et patriae et juris naturalis, nulla privata pactione aboleri.* Fidem enim privatim publiceque praestandam esse, tum praeci-

decem millia equitum dedit: caussam interserens, se hostem esse Atheniensibus, quod eorum auxilio Jones Sardes expugnassent, suaque praesidia interfecissent. Illi
2 praefecti regii classe ad Euboeam appulsa celeriter Eretriam ceperunt, omnesque ejus gentis cives abreptos

*ditum milia, decem equitum dedit.* Gu. receptam lectionem firmat.]

*Caussam interserens*] *Caussam interserere, interponere, dictitare,* Auctori nostro eadem sunt, quod *caussari*, h. e. caussas fingere, et praetexere, *προφασίζεσθαι*. Dicitur autem *ὁμονύμως Caussa*, quia nihil minus, quam Caussa, sed *Color* seu *Praetextus* quidam est. Ideoque Polybius lib. 3. quod ei velut *praetextui* opponit, id vocat *τὴν ἀληθῶς αἰτίαν*, *eam, quae vere caussa est.* Dicitur autem alias suo vocabulo *πρόφασις*, eique tum caussa est contraria. Justino 30, 1, 2. belli *honestus titulus* vocatur, Herodoto *πρόσχημα λόγων*, *color orationis*, Plutarcho in Themistocle et aliis, absolute *λόγος*, eique opponitur *ἔργον*; quomodo Latini quoque *Verbum* dicunt, a *facto* atque *opere* alienum. Polybius loco dicto praeclare docet, a se invicem discernere, magnaque in his prudentiae vis est, magna felicitatis. Quod praesentem vero spectat rem, Herodotus, Plato, Aristoteles 2. Anal. 2, 11, 4. Isocrates, Plutarchus, Justinus, in praetextu illo quodammodo, in vera caussa, prorsus consentiunt: hancque noster paullo ante praemisit. *Rave.*

*Quod eorum auxilio Jones Sardes expugnassent*] Inter frigidas BelliPer-(p.37.) sici caussas etiam haec numeratur, de qua Herodotus Lib. v. c. 101, 102, 103, 104, 105. Periz. ad Aelian. Lib. xii. V. H. cap. 53. num. 3. Fabric. ad Orosium Lib. ii. cap. 8. num. 13. et Notas ad Aristidem Orat. Tom. I. pag. 121. sive in notis pag. 548. Plut. in Aristid. p. 321. partim jam a Fabricio laudatus, rotundis verbis scribit *ἐπεὶ δὲ Δάτις ὑπὸ Δαρείου πεμφθεὶς λόγῳ μὲν ἐπιθεῖναι δίκην Ἀθηναίοις, ὅτι Σάρδεις ἐνέπρησαν, ἔργῳ δὲ καταστρέψασθαι τοὺς Ἕλληνας εἰς Μαραθῶνα παντὶ τῷ στόλῳ κατέσχε καὶ τὴν χώραν ἐπόρθει.* etc. [Cod. Axen. *Sardis.* Gu. *Sadis.* Ultr. *Sardeis.*]

*Praefecti regii*] Leid. Vossian. B. et Cod. P. Dan. *illi praefecti regii*, nec non Ed. Lut. denique etiam MSS. Oxon. Vossian. B. etiam exhibet pro *classe ad Euboeam appulsa, classe Euboeam appulsa.* Vide, quae notabimus ad Timoth. cap. 2. De varia constructione verbi appellere Periz. ad Sanct. Min. Lib. iv. cap. 4. num. 73.

*Celer. ceperunt*] Quia triduo, ut *Plato* in Menex. ac 3. de Legib. et *Aristid.* ii. Platon. pag. 279; ut *Herodotus* autem, septimo die debellata insula. *Rave.* Nepos non definit tempus, sed expressit illud *Σαγηνεύειν* de Eretriensibus a Graecis usurpatum. Aristides Orat. Tom. I. sive in Panathenaic. pag. 123. dicit *Ἐρετριέας ἐπιβάντες, ᾤχοντο φέροντες σαγήνην τινα μιμησάμενοι ναυτικήν.* Strabo Herodotum pro Platone citans, *τὴν πόλιν κατέσκαψαν σαγηνεύσαντες.* v. Wess. ad Herod. L. 6. c. 101. l. 62. sive potius cl. Valcken. ad L. iii. c. 149. l. 71. Sed celeritatem hanc Persae debebant proditioni. v. Herodotum Lib. vi. c. 101. ubi de proditoribus, de quibus etiam cl. Wess.

*Omnesque ejus gent. cives abreptos*] Omnes capti, quia junctis manibus ab extrema insulae ora milites complexi se invicem, ne

in Asiam ad regem miserunt. Inde ad Atticam accesserunt, ac suas copias in campum Marathona deduxerunt. Is abest ab oppido circiter millia passuum decem. Hoc 3

quisquam elaberetur, ἐσαγήνευσαν, *velut sagena concluserunt incolas*, ut ex *Herodoto* etiam *Strabo* memorat lib. 10. Quanta autem multitudo abducta hinc in servitutem fuerit, facile ex Strabonis eod. loco colligas, quem si tanti est, inspice edit. Casaub. pag. 448. *Kuve.*

*In Asiam ad regem miserunt*] Mortem enim Dati fuerat interminatus, nisi ad eum Eretrienses et Athenienses captivos perduceret. Auctor Plato in Menexeno. *Magius.*

*In campum Marathona*] de quo vide Scholia in Aristophanis Equites. In quo notabis, quod non Artaphernem, sed Artabazum expeditionis socium a Dario additum Dati commemoret. Pugnam autem Marathoniam quasi trecenti auctores litteris ad posteritatem transmittere conati sunt, teste Plutarcho. *Gebhardus.* Caussam ex Herodoto Lib. VI. cap. 102. jam docuit ad h. l. Lambinus. Ab heroë Marathone huic campo nomen datum creditur, v. Meurs. Ath. Att. L. 1. cap. 5. qui pluribus de hoc campo agit in Reliquis Atticis cap. 8. Aristides Rhetor oration. Tom. I. pag. 98. ita de hac re declamat: Ἡ τ' ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας πρώτη διαβᾶσα δύναμις διὰ τῶν νήσων προσέσχεν εἰς Μαραθῶνα, καλῶς ὑπὸ τῆς φύσεως ἀχθεῖσα τοῦ τόπου, πρὸς τὸ δοῦναι δίκην, ὧν ἐπεβούλευσε τοῖς Ἕλλησιν.

*Is abest ab*] MS. Boecl. *is est ab.* sic infra 12, 3, 4. *tantum se ab invidia futuros.* Bosius. Sic et Voss. (p. 38.) A. B. C. et in loco Chabriae Bosii lectionem confirmant Leid. et Voss. A. B. In Epaminonda cap. 1. *Scimus enim Musicen nostris moribus abesse a Principis persona*, In Agesilao cap. 5. *Tantum abfuit ab insolentia gloriae*, In Attico cap. 12. *Tantum abfuit a cupiditate pecuniae* nulla MSS. Codd. est differentia. Sed in cap. 20. Ms. Schotti, quod jam monuit Bosius, exhibet *cum ab urbe esset*, cum in Vulgg. legitur *ab urbe abesset.* Livius Lib. 3. cap. 3. dixit *haud multum a pavore captae urbis abesse.* Sed utrumque, credo, recte dicitur, quomodo et Veteres *longe esse* et *longe abesse* dixerunt, ut *esse longissime ab eloquentia* dixit Quinctilianus. Vide Clariss. Burmann. ad Quinctilian. Lib. 8. Institut. Orator. prooem. De alia phrasi *longe alicui esse* et *abesse* Duker. ad Florum Lib. 2 cap. 2. num. 8. Si tamen in Mss. extaret *is abest oppido*, non vererer in textum recipere, quia Auctor saepius praepositionem nomini detractam addit verbo, et ita locutus est Cicero Lib. 1. Acad. c. 1. *Paullumque cum ejus villa abessemus.* Verum antiquam lectionem retinere malo, quoties enim noster alibi etiam duplicaverit praepositiones, ignorat nemo, et loco suo latius ostendam. [ Etiam Gu. Ultr. *Is est ab oppido.* Sed et hoc loco et Chabr. 3, 4. rectius *abest* atque *abfuturos* legitur.]

*Millia passuum decem*] Icti nostri notant ad §. Datus. inst. de excus. tut. vel cur. miliare Italicum sive legale confici mille passibus, uti est in Gloss. ad C. *mille passus* 154. D. de Verb. sign. passus vero quinque pedibus: pes autem quindecim digitis. Gloss. ad lib. 3. D. dict. tit. et in c. sicut 6. causs. 17. q. 4. Quibus adde, quod viginti miliaria legalia faciant dictam legalem cit. Lib. 3. in prin. sed Leuca major est miliari legali. Isido-

Quibus rebus fiebat, ut non minus eorum voluntate perpetuo imperium obtineret, qui miserant, quam illorum, cum
4 quibus erat profectus. Chersoneso tali modo constituta, Lemnum revertitur, et ex pacto postulat, ut sibi urbem tradant. Illi enim dixerant, quum, vento borea domo profec-
5 tus, eo pervenisset, sese dedituros: se autem domum Chersonesi habere. Cares, qui tum Lemnum incolebant, etsi praeter opinionem res ceciderat, tamen non dicto, sed secunda fortuna adversariorum capti, resistere ausi non sunt, atque ex insula demigrarunt. Pari felicitate ceteras insulas, quae Cyclades nominantur, sub Atheniensium redegit potestatem.

tia ventitaret, si daret Choragium, si in concionem prodiret, et de Rep. consuleret in publicum. *Privata*, sive *familiaria*, quae et *mutua* et *communia* dicuntur, si arbiter captus, si adesset in amicorum periculis fortunarum ac praecipue capitis et famae, ad sponsalia, exequias, ut Tertullianus alicubi interpretatur. Eadem sane auctor noster in Attico observavit. v. 25, 4, 4. *Ravius.*

*Constituta*] Cod. P. Dan. [Gu.] et Leid. *constituto*. item Voss. A. C. Pro *borea* Voss. B. *borrea*.

*Ex pacto*] Nihil mutandum: nam quod ex vet. codice producit (p.29.) Scholtus *ex constituto*, interpretamentum agnosco. Cicero Attico: *Pomponius enim ex pacto et convento (nam ea lege exierat) jam a me discesserat.* Gebhardus.

*Urbem*] Urbes tum in Lemno praecipuae erant, Myrina et Ephestias, velut auctor Suidas est. Utram postulaverit, nescio. Video equidem totam fuisse petitam insulam, veteresque sessores demigrasse omnes. Interpretor igitur, *Urbis* appellatione *Insulam* venire, quia mari, tanquam moenibus clausa, *Urbis figuram* gerat. Quemadmodum enim et domos, minimas partes urbis, quae contiguae non sunt, *Insulas* nominare placuit; ita videtur, metaphorae quadam reciprocatione, totam insulam, Urbis appellatione indicari. Versatur utique animo mihi non absimilis ejus vocis usus, nisi quod in praesenti non succurrit. Sufficit indicasse, ut alii observent. *Rave.*

*Domum Chersonesi*] Consule Cel. Perizon. ad Sanctii Minerv. lib. 4. cap. 6. n. 3.

*Cares*] Imo Pelasgi, ut tradit Herodotus lib. VI. non longe ab extremo. *Lambin.* Adde Zenobium. Cent. 3. proverb. num. 85. *Bosius.* Pro *Cares* C. P. Dan. et Voss. B. *Chares*. [Cod. Gu. *Chares*. Ed. Ultr. *Cares*, et in margine: *Herodotus in Erato. Pelasgos vocat Lemni incolas.*]

*Praeter op. res ceciderat*] i. e. *evenerat*. Per metaphoram a talorum jactu desumptam. v. Manut. ad Cic. lib. 1. ad Fam. Ep. 7. p 43. et Brouckh. ad Tibull. lib. 1. El. 7. vs. 91.

*Non dicto*] Tum quia pactio seria non fuisset, tum, quod de Miltiadis domo illa, quam tum habebat, non quam armis postea quaesierat, spopondissent. *Rave.*

*Sub potestatem redegit*] Eodem modo paullo superius de Lemno loquebatur. Pausania: *Et Spartam et caeteram Graeciam sub tuam potestatem redacturum.* Neque dispari forma Timotheo. *Corcyram sub imperium Atheniensium redegit.* Florus lib. 1. cap. 9. F. *Proximis quisque correptis totam Italiam sub se redigeret.* Gebh. Leid. *redigit*. (p.30)

## CAP. III.

Eisdem temporibus Persarum rex Darius, ex Aſia 1
in Europam exercitu trajecto, Scythis bellum inferre
decrevit. Pontem fecit in Hiſtro flumine, qua copias
traduceret. Ejus pontis, dum ipse abeſſet, cuſtodes re-
liquit principes, quos secum ex Jonia et Aeolide duxerat,
quibus singulis ipsarum urbium perpetua dederat imperia.
Sic enim facillime putavit se Graeca lingua loquentes, 2

*Exercitu trajecto* ] Qui IↃCC millibus armatorum conſtabat. Herodot. 4. Juſtin. 2, 5. Oros. 2, 8. *Boſius*. Voſſ. C. *trajectam*.

*Scythis bell. inf.* ] Quod eorum regis Idanthyri (ita id nomen ſcribi volunt Salmaſ. Exercit. Plin. p. 846. et Is. Voſſ. not. ad Juſtin. 12, 5, 8. Clementi Alexandrino 5. ſtromat. p. m. 567. eſt Ἰδανθύρας) filiam non obtinuiſſet. Juſtin. et Oros. U. cc. *Magna ſcil. neceſſitas* (addit Oroſius) *pro unius libidine hominis* IↃCCX. *virorum periculo mortis exponi!* Herodotus tamen aliam belli cauſſam facit: ſcil. quod Scythae Medos bello laceſſiviſſent. *Boſius*. De nomine Scytharum Regis etiam Weſſ. ad Herodot. Lib. IV. cap. 76. p. 316.

*Iſtro flumine, quo* ] Cod. P. Dan. [Gu.] *Hyſtro flumine, qua*. Voſſ. A. B. C. *Hiſtro flumine, quo*. v. Not. Poſt.

*Qua copias* ] Bene. neque probo, quod malit Schottus *quo*, referatque ad pontem. *Gebhardus*. Sic etiam optimus cod. Dan. At MSS. Schotti et Boecleri, ac Longolii editio *quo*, ut ad pontem referatur. *Boſius*. [Ed. Ultr. *Iſtro fl. qua*, et ubique *Dareus*.]

*Ipſarum* ] Id eſt, urbium, in quibus ipſi principes erant nati. *Gebhardus*. Lamb. legit *ipſorum*, ut principes Joniae et Aeolidis, de quibus meminerat, reſpiciat. Sed nihil fortaſſis mutandum eſt. *Ipſarum*, i. e. Joniae atque Aeolidis regionum. *Buchner*.

*Perpetua imperia* ] Hinc Plut. in Apophth. iſtos vocat *Tyrannos*. Quanquam enim et ipſi cum civibus ſuis sub Perſarum dominatione, atque ut Rex Scytharum appellabat, ἀνδράποδα χρηςὰ καὶ ἄδραςα, ſive ut apud Herodot. eſt, φιλοδέσποτα, mancipia ſcil. quaedam frugi eſſent; civium tamen suorum cauſſa, quibus et ipſi non volentibus dominarentur, merito quo- (p.31.) dam ſuo tyranni erant, eoque nomine §.5 .tantopere ſibi metuunt. *Rave*.

*Sic enim putavit* etc. ] Senſus totius loci iſte. Darius effectum pontem receptui ſuo ſervari volens, cuſtodibus curam ejus tradidit Joniae et Aeolidis principibus. Horum fides pignorata erat datis imperiis, in amicitiam quippe aſſumtos, ut dominari magis quam servire ſibi viderentur, urbium ſingularum (intellig. in Jon. et Aeol.) tyrannos fecit, διὰ Δαρεῖον ἕκαςος αὐτέων ἐτυράννευε πόλιος, inquit Herodot. lib. 4. Hoc ejusmodi erat, ut sua quisque poteſtate contenti, de libertate popularium parum eſſent ſolliciti, adeoque Graecos Aſiam incolentes, quos Perſicus dominatus comprehenderat, ad res novas et libertatis reſumendae

[redacted]



qui Asiam incolerent, sub sua retenturum potestate, si amicis suis oppida tuenda tradidisset, quibus, se oppresso, nulla spes salutis relinqueretur. In hoc fuit
3 [tum] numero Miltiades, cui illa custodia crederetur.

studium minime erigerent, erigive paterentur. Singularis enim perpetuique imperii dulcedine illecti, ejus auctorem (Darium) haud dubie credebantur defensuri: praesertim cum intellectu non esset difficile, Dario potentia demoto, urbes, quas obtinuissent ipsi, odio singularis imperii insito, expulsis tyrannis (quibus duplici nomine contigerat invidiam mereri: et quod instrumenta Persicae dominationis, et quod tali potestatis forma, i. e. insolita ac tyrannica usi erant. vid. Nepot. 1, 8, 3.) pristinam regiminis disciplinam resumturas esse. *βυλήσεσθαι γὰρ ἑκάστην τῶν πολίων δημοκρατέεσθαι μᾶλλον ἢ τυραννέυεσθαι*; verba sunt Istiaci apud Herodot. confer ejusdem orationem apud Nostrum 1, 3, 5. *Boecl.* [Cod. Axen. *sic enim facillime putavit se*, ordine satis facili. *Mosche.* Ita etiam Cod. Thottianus, Guelph. Ed. Ultr.]

*Amicis suis*] Erant Persarum regibus praeter *Satrapas* et *cognatos* alii, quos *Amicorum* loco habebant. Diserte id quidem *Diodorus Sic.* lib. 17. ubi narrat, quomodo Regis castra direpta, quaeque spolia inde capta. *Ὁμοίως καὶ τῶν τοῦ βασιλέως φίλων, καὶ συγγενῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων οὐκ ὀλίγος διαρπάγη πλοῦτος.* Idem lib. 11. Artaxerxen regnum ordinantem pluribus Satraparum dedisse successores narrat: *τῶν δὲ ἑαυτοῦ φίλων ἐπιλέξασθαι τοὺς ἐυθέτους, καὶ σατραπείας παραδεδωκέναι.* Sic de Amane legitur *Esth.* 3. quod Artaxerxes cum *ἐπρωτοβάθρει πάντων τῶν φίλων αὐτῷ.* Ap. *Curtium* 5, 9, 1. *Artabazus vetustissimus amicorum* Regis Darii vocatur: et percussoribus, Nabarzani et Besso, *idem amicitiae gradus* repromittitur, *ib. cap.* 10. 10. Quanta autem amicorum dignitas fuerit, interea ab Amane patet. Confer Esth. cap. 4 et 5. vide de his Regum atque Principum amicis Salm. ad Spartiani Hadrianum cap. 18. Bernegg. ad Justin. 9, 8, 7. et 34, 3, 3. *Rave.*

*Se oppresso*] h. e. si oppressus esset. Sic infra 25, 2, 5. *mul iplicandis usuris*, id est, si multiplicarentur. Infinita ejusmodi ap. auctores, cum concisius et per participia loquuntur, occurrunt. Omnis enim Modi, omniumque Temporum dissimulari verbum substantivum hic solet. *Rave.*

*In hoc fuit tum num.*] MS. (p.32.) Boecl. *In hoc tum num. fuit.* Concinnius aliquanto, quam vulgati *Bosius.* [Ax. *In hoc numero fuit Milt.* non male. *Heusinger.* Cod. Thott. *In hoc fuit numero Milt.* Adverbium *tum*, quod in Boecl. codice aliam sedem habet, in Ax. et Thott. prorsus omittitur, ut suspectum uncis inclusimus, etsi in Cod. Gu. et Ultr. ed. legitur.]

*Crederetur*] MSS. Card. Mendozii, et Boecleri: *traderetur.* Quod interpretamentum esse, non dubito. *Bosius.* MS. Oxon. *traderetur.* Item Vossian. A. B. C. Haec verba saepius confundi in MSS. docuit jam Celeb. Drakenborch. ad Silium Italicum lib. 16. vs. 371. [Cod. Gu. Ed. Ultr. *crederetur.*]

quum crebri adferrent nuntii, male rem gerere
ı, premique ab Scythis, Miltiades hortatus est
custodes, ne a fortuna datam occasionem libe-
Graeciae dimitterent. Nam si cum his copiis, 4
ecum transportaverat, interisset Darius, non so-
uropam fore tutam, sed etiam eos, qui Asiam

*nt nuntii*] Cod. P. Dan.
. *n.*
*rem gerere Darium*] Sic
ocle de Xerxe. *Hic etsi*
*gesserat*. Pro cladem ac-
. Hamilc. *Cum ante ejus*
*s et mari et terra male res*
*r*. Gebhardus. V. Justin.
). *Bosius*. De hac expe-
Torr. ad Val. Maxim.
cap. 4. n. 69.
*que*] Caesar. lib. 3. Civ.
ı. *si nemo premeret*. Fron-
. 2. cap. 43. *Minutius*
*mper. cum a Scordiscis Da-*
*emeretur*. Est verbum Ve-
m, unde Ovidius Phae-

*sus 're libet, pressisque in*
*c rvis,*
*'i celeres per juga summa*

*ti clamore premes ad retia*
*m*. Gebhardus. De verbo
id. Cl. Burm. ad h. l.
s. 91.

*ythis*] Leid. et Voss. C.
. Nec non Cod. P. Dan.
*i* probat Cellarius ad h.
ı Voss. A. Sic in Milt.
Cod. Leid. et P. Dan. *ab*
*onibus*. in Iphicrat. cap.
. et A. *ab peritissimo Imp.*
centies ut lib. 2. cap. 13.
*nis*, *ab Janiculo*. Iterum
n Dione cap. 1. in MS.
. B. *alia ab natura habuit*
ygin. fab. 14. p. 47. *ob*
*morsu in Africa obiit*. Sic
*ove*, *ab Jove* in veterri-
mis codicibus reperiri docet Nob. Heinsius ad Ovidium lib. 1. Fast. vs. 236. et cl. Cortius monet apud Sallustium in melioribus Codicibus exstare pro *a profugis*, *ab profugis*, pro *a persequendo*, *ab persequendo*. ad Jugurth. cap. 76. n. 5. et in Aristide cap. 2. Cod. P. Dan. *ab Lacedemoniis transferretur*. in Hamilc. cap. 2. in Cod. MS. A. *auxilia ab Romanis petiverint*. in Hannibale cap. 3. *ab Gallia*. [Cod. Axen. *a Scythis*, mollius sine dubio. *Mosche*. Ita etiam Cod. Gu. Ed. Ultr.]

*Hortatus est*] Herodotus hoc ipsos Scythas fecisse commemorat, idque approbasse Miltiadem atque suasisse. Vide ipsum lib. VI. *Buchn*. Cum Herodoto facit et Plutarchus in Apophtegm. p. m. 174. *Bosius*.

*Ne a fort. dat occas. lib. Graec. dim.*] P. Syrus. *Cavendi nulla dimittenda est occasio*. Caesar. lib. 5. de Bell. Gall. extr. *Ne quam occasionem rei bene gerendae dimitteret*. Nepos Alcibiad. *Tempus rei gerendae non dimisit*. Caesar. lib. 2. de Bell. Gall. cap. 21. *Ne in quaerendo suos pugnandi tempus dimitteret*. Id. lib. 6. cap. 36. *Saepe ipsi adhortantur, ne tantam* (p. 33.) *fortunam ex manibus dimittant*. Ciceroni animadverti placere *amittere occasionem*, non *dimittere*. Gebhardus.

*Ne a fortuna*] Sic Cod. P. Dan. pro *cum iis* Voss. B. *cum his*.

*Transportaverat*] Cod. P. Dan. [Ult.] *transportarat*.

*Interiisset*] *Interisset*, Leid. et Voss. A. B. Sic et Cod. Schefferi. v. ejus Epist. ad N. Heins.

incolerent Graeci genere, liberos a Persarum futuros dominatione et periculo. Id et facile effici posse. Ponte enim rescisso regem vel hostium ferro, vel inopia, paucis diebus interiturum. Ad hoc consilium quum plerique accederent, Histiaeus, Milesius, ne res conficeretur, obstitit, dicens: non idem ipsis, qui summas imperii tene-

ubi memoriae vitio, credo, *interiissent* scripsit. [Ult. *interiisset.*]

*Graeci genere*] Leid. *Graecos generis.*

*Id et facile eff. p.*] In aliis libris est: *Id facile effici posse*. Sed cum illo facit vetus meus Codex calamo scriptus, quem Aureliae emi, cum venderetur Bibliotheca Jo. Thiballieri. *Ernst.* MSS. Gif. et Schotto inspecti: *Et facile effici posse.* Alii: *Id facile eff. p.* Bosius. Res ipsa monet, ut *τὸ et* deleatur quamvis *τὸ et* agnoscant Leid. et Voss. A. C. [Axen. *Et facile effici posse.* Id quamquam acrius defendere nolim, sequitur tamen, legendum esse potius *id*, quam *id et* aut *idque*. Mosche. Guelph. Ed. princeps, Argentor. Paris. a. 1520. Ald. Ultraj. *Id* et *f. eff. p.* quod non rejiciendum est. V. Wolfium, in Analectis litterariis II. pag. 301. seq. et Aug. Matthiae ibidem III. pag. 24. seq. quibus locis Clarissimi Viri non satis certam esse docent eorum observationem, qui Tulliano aevo *et* pro *etiam* dictum esse negant.]

*Rescisso*] Alii libri *reciso*, quod idem est. Caesar lib. 7. cap. 58. *Refecto ponte, quem superioribus diebus hostes resciderant, exercitum traducit.* lib. 2. dixit *interscindere pontem:* sicut alii *interrumpere.* Justin. lib. 2. cap. 6. F. *Metuens, ne interrupto ponte Istri reditus sibi intercluderetur.* Cic. Epist. *Pontesque, quos fecerunt, interrupti.* Justin. libro II. cap. 14. *Suadentibus deinde quibusdam, ut Pons Cydni fluminis ad iter hostium impediendum intercluderetur.* Cicero de Legibus: *Ut contra omnes hostium copias in ponte unus assisteret, a tergoque pontem interscindi juberet* ubi loquitur de Horatio Coclite. *Gebhardus.* Leid. *reciso. Rescindere*, et *recidere* saepius confunduntur in MSS. vide cl. Oudendorp. ad Frontin. lib. 4. Strateg. cap. 1. in fine, nec non V. V. D. D. Graev. et Duker. ad Florum l. 1. c. 10. n. 4. *Ponte reciso transnatat Tiberim.* [Gu. Ultr. *rescisso.*]

*Histiaeus*] *Histiaeus* Cod. R. Dan. [Gu.] et Voss. A. *Hestiaeus.* Vide Cl. Valcken. ad Herodot. Lib. IV. cap. 137. de Nepote Herodoti verba explicatius enarrante. n. 100. Nepos non peccasset, si scripsisset *quod in Darii regno i. n. d.* Sic in Somn. Scipionis Lib. 1. apud Macrob. c. 5. *tu eris unus, in quo nitatur civitatis salus.*

*Summas imperii*] *Τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν*, usitatius est *Summa imperii*, *Summa belli* ἑνικῶς. Cicero enim, quum loquitur de potentia ac dignitate, dicit *summam rerum administrare. Summam* item *ordinis consiliique concedere.* Nec non *summae reip. praeesse.* At quum de pecuniariae rei praecipua ratione, *Non refert*, inquit, *parva nomina in codicem, imo omnes summas* pro Quincto Roscio; et in Verrem: *A populo factarum quaesitarumque rerum summas imminuere.* Gebhardus. Voss. C. *Darii Regni.* (p. 34.)

rent, expedire, et multitudini: quod Darii regno ipso-
niteretur dominatio, quo exstincto ipsos potestate ex-
os civibus suis poenas daturos. Itaque adeo se abhor-
a ceterorum consilio, ut nihil putet ipsis utilius, quam
rmari regnum Persarum. Hujus quum sententiam plu- 6
essent secuti, Miltiades, non dubitans, tam multis con-
ad regis aures consilia sua perventura, Chersonesum
uit, ac rursus Athenas demigravit. Cujus ratio etsi non
t, tamen magnopere est laudanda: quum amicior om-
libertati, quam suae fuerit dominationi.

ti] Leid. *Consecuti.*
ciis] Leid. *Consiliis*, item
A.
*s ratio etsi non val.*] Nul-
ondus habuit, nihilque ob-
. Cicero pro Cecina, *quod
i verbo differre videatur, re
est unum, et in omnibus caus-
s valet.* Qui judicium Ne-
carpunt, antiquitatis suam
tionem produnt. Nam isti
nihil sanctius ac religio-
ibertate duxerunt, eique
rvandae ac provehendae
cedere debere, persuasi
at. Quare fidem, jusjuran-
omniaque reliqua officia,
ibertati expedirent, nul-
onderis esse existimarunt,
recte violari. Vide Cae-
le Bell. Gall. 5, 27, et 7,
76. Isocrates Archidamo:
τῆς ἐλευθερίας οὐδὲν, ὅ, τι
εινῶν οὐχ ὑπομονητέον. *Geb-*
. *Cujus ratio*, forte *ejus* con-
l. Oud. Voss. C. *hac rursus*
[Axen. *demigr. Athenas.*]
*men magnop. est laudanda*]
um nonnullis editis libris
*laudandus.* Ernst. Atque
otius a Cornelio scriptum
censebat Cl. Ravius, hoc
: *Etsi ratio illa et consilium
non fuerint, nec pervicerint
concilio, ipsum tamen aucto-
llius rationis magnopere esse
dum, non absolute, quia per-
suaserit, sed comparatione fa-*

*cta cum Istiaeo, qui, quod priva-
tim utile esset, in caussam adferebat.*
Id enim velle, quae continent,
verba: *cum amicior omnium li-
bertati, quam suae fuerit domina-
tioni*: quibus utriusque consilii
ratio tangatur; et ex ista σύγ-
κρίσει judicium fiat de affectu
consulentium. Si aliter legas,
non posse Cornelium Nepotem
absolvi sententiae, non Sophi-
sticae modo, sed omnino infa-
mis, quia perfidiae ornamen-
tum quoddam sit: qualis pro-
fecto tanto viro tam aliena, quam
in vulgus etiam improbatissima
suo tempore fuit. Nam quid
esse quod inter malos mores,
et perfidiae exempla aeque re-
latum omnibus saeculis fuerit,
quam quod *Adversis rebus rarior
fides est*, Veget. 3, 9. et quod
*amicitiarum jura successu a pleris-
que, non fide ponderantur.* Just.
22, 7, 3? Miltiadem vero et
fidem Dario dedisse, et custo-
diam pontis in se recepisse. Eo
majoris perfidiae reum, quia
consilio suo tantum exercitum,
ipsumque Regem, qua isti genti
nulla major est jactura, prodi-
derit. Neque esse, quod quis
existimet, *fidem extraneo tantum
et privatim datam fuisse, illam au-
tem et patriae et juris naturalis,
nulla privata pactione aboleri.* Fi-
dem enim privatim publiceque
praestandam esse, tum praeci-

## CAP. IV.

1 Darius autem, quum ex Europa in Asiam rediſſet hortantibus amicis, ut Graeciam redigeret in suam pote

pue, quando, ut privatim fidus sis, publice non obsit, nec a summo magiſtratu interdictum. Aut ergo licuiſſe Miltiadi amicitiam inire cum Dario, aut nefas fuiſſe. Si hoc, utique numquam ineundam, si illud, non rescindendam fuiſſe, nisi ex justa cauſſa. At vero cum falleret Miltiades, nondum Darius imminebat Athenienſibus, quae praecique illi patria erat. Illi enim in Asia Graeci quid ad Miltiadem aut Athenienses? quippe si male deserti fuere non ab Atheniensibus modo sed a tota Graecia, quid impellebat Miltiadem, privato consilio publicam Asianorum caussam agere tanto cum crimine? Usque adeone igitur in mentem venire potuit Cornelio Nepoti, tanto viro, consilium iſtud probare Miltiadis, ac magnopere laudandum censere, quod vel omnibus sectis, praecipuis sane, Peripateticorum Stoicorumque, valde improbaretur? Haec prolixe vir doctiſſimus, ut obtineat, Nepotem non *rationem* Miltiadis, sed ipsum *magnopere laudandum* censuiſſe. Cui tamen ne plane adsentiar, facit locus Nepotis alius 9, 5, 2. et quae adnotatione proxime praecedente [a Gebhardo] dicta sunt. *Boſius.*

(p.35) *Hortantibus amicis*] Belli Perſici origo externa ſive cauſſa dicitur fuiſſe Atoſſa uxor Darii expetens ancillas Lacaenas, Argivas, Atticas et Corinthias fama celebres; quam Democedes medicus Crotoniata, quia in patriam redire cupiebat, licet in summo honore apud ipsum Darium eſſet propter salutem et Dario et U xori ejus sua ope reſtitutam, a hoc bellum incitaverat. Vid Herodot. Lib. III. cap. 132, 133 134. cum cl. Weſſelingii nota Et, quod in Athenienses Dariu duces suos miserit, praeter ser vum, continuo ipsum monen tem, ut reminisceretur Athe nienſium, suasores atque impul sores fuere Piſiſtratidae. Vid Herodot. Lib. VI. cap. 94. e not. poſt. Et in primis Hippias ut jam e Thucydide monſtravi qui Persarum comes, et dux fuit Adde Clement. Al. Lib. I. Strom pag. 348. Hi fuere praecipue a mici, qui Darium, ut Graeciam in suam poteſtatem redigeret fuerunt hortati; sed occulta e vera fuit cauſſa perpetuum odi um jam ab Heroicis usque tem poribus inter Aſiaticos et Euro paeos, quod recte observavi celeb. Burmannus in Praefat. a Val. Flaccum. Vide Herodot. Lib. I. cap. 3, 4, 5. Sed sin gula hic suo ordine persequi nos non ſinunt notarum angu ſtiae. Poſterioribus notis de Le gatis haec adde. Cum Himerio tamen facit Suidas. Curtius Lib. III. cap. 10. §. 8. dicit *inlat Graeciae bella Darii prius*, *deind Xerxis insolentia*, *aquam ipſum ter ramque poſcentium.* Sed Curtiu non dicit, Xerxis legatos ab Athenienſibus aut Spartanis terram et aquam poposciſſe: sane Xerxis legati terram et aquam petierunt, sed ab aliis Graecis. Suidas confundit totam hiſtoriam memoratam ab Herodoto Lib. VII. cap. 133, 134. usque ad cap. 138. nam Bulis ille et Sperchis ſive Sperthies, ut apud Hero-

, classem quingentarum navium comparavit, eique
praefecit et Artaphernem, hisque ducenta peditum,

, (de qua scripturae va-
ibi cl. Weff.) Lacedae-
ad Xerxem Darii filium,
fuerunt missi, sed ob in-
Darii ejus patris legatis
popularibus factam. De-
cum Himerio, contra ma-
Herodoti l. l. cap. 133.
, facit Lyciscus Acarnan
'olybium Lib. IX. cap. 32.
:άρτιν ὑπολαμβάνετε τοὺς
ους προγόνους, "Ανδρες
ιμόνιοι, καθ' οὓς και-
Ξέρξης ἀπέστειλε πρεσ-
πρὸς ὑμᾶς ὕδωρ καὶ γῆν
ος, ἀπώσαντας ἐς τὸ
τὸν παραγεγονότα, καὶ
:βάλλοντας τῆς γῆς κε-
ἀπαγγεῖλαι τῷ Ξέρξῃ,
ταρὰ Λακεδαιμονίων ἔχει
ὰ τὴν ἐπαγγελίαν ὕδωρ
ν.

'em quingent. nav.] Plato
iex. trecentas fuisse ait;
otus (Lib. VI. cap. 95.)
iremes numerat, absque
s hippagogis, in quas e-
mposuerunt. *Bosius*. Post-
Dario nuntiata erat mors
um in barathrum projec-
ab Atheniensibus, haud
n Graeciam misit legatos,
Aristides Tom. I. pag.
cit: ἀντάγγελον ἤδη κα-
ε τὸν στόλον, προστήσας ἄρ-
: Περσῶν τοὺς ἀρί- (p.36.)
αὶ δίδωσι πλῆθος στρατιᾶς,
ιαλλάττον παρ' ἑκάστους τοὺς
υμένους τοσοῦτόν ἐστιν, ὡς
τὸν μέγιστον ὅρον στόλου ἐ-
ται δ' αὐτοῦ καὶ τὸ περὶ
γλωσσον ἔργον ἐν τοῖς
εῖσιν ὑπὸ βασιλέως ἐπὶ
ὕδατος αἴτησιν. Ἑρμη-
ὰρ ὄντα συλλαβὼν διὰ
ιατος, ἀπέκτεινεν, ὅτι φω-
λληνίδα βαρβάροις προστά-
ἐτόλμησε Χρῆσαι.

*m praefecit et Artaphernem*]
phanis Graecus explanator
pro Artapherne Artabazum habet, caeteri cum Probo consentiunt. Pausanias in Atticis solius Artaphernis meminit, Plato Dialogo de Legibus 3. et in Menexeno (sicut et Plut. in Parall.), Datim solum nominat, quasi non habuerit collegam. *Magius*. Herodotum sequitur Nepos e Lib. VI. cap. 94. Sed cum Platone et Plutarcho videtur consentire Aristides Rhetor Oration. Tom. I. pag. 404. τό τε δὲ ἅπάσας τὰς πόλεις συνδιέσωσαν τῇ Ἑλλάδι, ἰδίᾳ μὲν πρὸς Δᾶτιν, κοινῇ δὲ μεθ' ἡμῶν πρὸς Ξέρξην καὶ τοὺς ὑπάρχους ἀγωνισάμενοι.

*Datim praefecit.*] Cod. P. Dan. *Datim praeficit*. Ed. Lut. *Datim* in Marg. *Datim praeficit*.

*Artaphernem*] Leid. *Artaiternem*. Palmerius tentavit hujus ducis nomen ob Arundelianum marmor *Arientea* ex Seldeni scriptione ostentans, sed Humph. Prideaux inde conjecit *Artiphernea*, quam conjecturam probat cl. Weff. ad Herodoti locum Lib. VI. cap. 94. lin. 62.

*Ducenta peditum, decem millia equitum.*] Reposui lectionem, quam MSS. Dan. Boecler. et Bavarici duo exhibent. Sic enim ubique Noster, cum alterutro loco majorem numerum dissimulat. Vide 2, 5, 4. 10, 5, 3. 14, 8, 2. Integram phrasin habes 2, 2, 5. et 4, 1, 2. In re ipsa variant Auctores. Nam Pausanias et Valer. Max. 5, 3. trecenta, Lysias in Epitaphio quingenta millia numerant. *Bosius*.

*Peditum millia et decem equit.*] Leid. Vossian. B. et Cod. P. Dan. *Peditum, decem millia eq.* Consule J. Fr. Gronovium ad Livium lib. 36. cap. 14. Eumdemque cum Drakenburgio ad L. XXXI. c. 34. [Ultr. *Datin*, et pe-

decem millia equitum dedit: caussam interserens, se hoſtem eſſe Athenienſibus, quod eorum auxilio Jones Sardes expugnaſſent, suaque praesidia interfeciſſent. Illi
2 praefecti regii claſſe ad Euboeam appulsa celeriter Eretriam ceperunt, omnesque ejus gentis cives abreptos

*ditum milia, decem equitum dedit.* Gu. receptam lectionem firmat.]

*Cauſſam interſerens*] *Cauſſam interſerere, interponere, dictitare,* Auctori noſtro eadem ſunt, quod *cauſſari*, h. e. cauſſas fingere, et praetexere, *προφασίζεσθαι*. Dicitur autem *ὁμωνύμως Cauſſa*, quia nihil minus, quam Cauſſa, sed *Color* seu *Praetextus* quidam est. Ideoque Polybius lib. 3. quod ei velut *praetextui* opponit, id vocat *τὴν ἀληθῶς αἰτίαν, eam, quae vere cauſſa eſt.* Dicitur autem alias suo vocabulo *πρόφασις*, eique tum cauſſa est contraria. Juſtino 30, 1, 2. belli *honeſtus titulus* vocatur, Herodoto *πρόσχημα λόγων, color orationis*, Plutarcho in Themiſtocle et aliis, absolute *λόγος*, eique opponitur *ἔργον*; quomodo Latini quoque *Verbum* dicunt, a *facto* atque *opere* alienum. Polybius loco dicto praeclare docet, a se invicem discernere, magnaque in his prudentiae vis eſt, magna felicitatis. Quod praesentem vero spectat rem, Herodotus, Plato, Ariſtoteles 2. Anal. 2, 11, 4. Isocrates, Plutarchus, Juſtinus, in praetextu illo quodammodo, in vera cauſſa, prorſus consentiunt: hancque noſter paullo ante praemiſit. *Rave.*

*Quod eorum auxilio Jones Sardes expugnaſſent*] Inter frigidas BelliPer-(p.37.) sici cauſſas etiam haec numeratur, de qua Herodotus Lib. v. c. 101, 102, 103, 104, 105. Periz. ad Aelian. Lib. xii. V. H. cap. 53. num. 3. Fabric. ad Oroſium Lib. ii. cap. 8. num. 13. et Notas ad Ariſtidem Orat. Tom. I. pag. 121. sive in notis pag. 548. Plut. in Ariſtid. p. 321. partim jam a Fabricio laudatus, rotundis verbis scribit *ἐπεὶ δὲ Δάτις ὑπὸ Δαρείου πεμφθεὶς λόγῳ μὲν ἐπιθεῖναι δίκην Ἀθηναίοις, ὅτι Σάρδεις ἐνέπρησαν, ἔργῳ δὲ καταστρέψασθαι τοὺς Ἕλληνας εἰς Μαραθῶνα παντὶ τῷ στόλῳ κατέσχε καὶ τὴν χώραν ἐπόρθει.* etc. [Cod. Axen. *Sardis.* Gu. *Salis.* Ultr. *Sardeis.*]

*Praefecti regii*] Leid. Voſſian. B. et Cod. P. Dan. *illi praefecti regii*, nec non Ed. Lut. denique etiam Mſſ. Oxon. Voſſian. B. etiam exhibet pro *claſſe ad Euboeam appulſa, claſſe Euboeam appulſa.* Vide, quae notabimus ad Timoth. cap. 2. De varia conſtructione verbi appellere Periz. ad Sanct. Min. Lib. iv. cap. 4. num. 73.

*Celer. ceperunt*] Quia triduo, ut *Plato* in Menex. ac 3. de Legib. et *Ariſtid.* ii. Platon. pag. 279; ut *Herodotus* autem, septimo die debellata insula. *Rave.* Nepos non definit tempus, sed expreſſit illud *Σαγηνεύειν* de Eretrienſibus a Graecis usurpatum. Ariſtides Orat. Tom. I. ſive in Panathenaic. pag. 123. dicit *Ἐρετριέας ἐπιβάντες, ᾤχοντο φέροντες σαγήνην τινα μιμησάμενοι ναυτικήν.* Strabo Herodotum pro Platone citans, *τὴν πόλιν κατέσκαψαν σαγηνεύσαντες.* v. Weſſ. ad Herod. L. 6. c. 101. l. 62. ſive potius cl. Valcken. ad L. iii. c. 149. l. 71. Sed celeritatem hanc Persae debebant proditioni. v. Herodotum Lib. vi. c. 101. ubi de proditoribus, de quibus etiam cl. Weſſ.

*Omnesque ejus gent. cives abreptos*] Omnes capti, quia junctis manibus ab extrema insulae ora milites complexi se invicem, ne

in Asiam ad regem miserunt. Inde ad Atticam accesserunt, ac suas copias in campum Marathona deduxerunt. Is abest ab oppido circiter millia passuum decem. Hoc 3

quisquam elaberetur, ἐσαγήνευσαν, *velut sagena concluserunt incolas*, ut ex *Herodoto* etiam *Strabo* memorat lib. 10. Quanta autem multitudo abducta hinc in servitutem fuerit, facile ex Strabonis eod. loco colligas, quem si tanti est, inspice edit. Casaub. pag. 448. *Kave.*

*In Asiam ad regem miserunt*] Mortem enim Dati fuerat interminatus, nisi ad eum Eretrienses et Athenienses captivos perduceret. Auctor Plato in Menexeno. *Magius.*

*In campum Marathona*] de quo vide Scholia in Aristophanis Equites. In quo notabis, quod non Artaphernem, sed Artabazum expeditionis socium a Dario additum Dati commemoret. Pugnam autem Marathoniam quasi trecenti auctores litteris ad posteritatem transmittere conati sunt, teste Plutarcho. *Gebhardus.* Caussam ex Herodoto Lib. VI. cap. 102. jam docuit ad h. l. Lambinus. Ab heroë Marathone huic campo nomen datum creditur, v. Meurs. Ath. Att. L. 1. cap. 5. qui pluribus de hoc campo agit in Reliquis Atticis cap. 8. Aristides Rhetor oration. Tom. I. pag. 98. ita de hac re declamat: *Ἦν ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας πρώτη διαβᾶσα δύναμις διὰ τῶν νήσων προσέσχεν εἰς Μαραθῶνα, καλῶς ὑπὸ τῆς φύσεως ἀχθεῖσα τοῦ τόπου, πρὸς τὸ δοῦναι δίκην, ὧν ἐπεβούλευσε τοῖς Ἕλλησιν.*

*Is abest ab*] MS. Boecl. *is est ab.* sic infra 12, 3, 4. *tantum se ab invidia futuros.* Bosius. Sic et Voss. (p.38.) A. B. C. et in loco Chabriae Bosii lectionem confirmant Leid. et Voss. A. B. In Epaminonda cap. 1. *Scimus enim Musicen nostris moribus abesse a Principis persona*, In Agesilao cap. 5. *Tantum absuit ab insolentia gloriae*, In Attico cap. 12. *Tantum abfuit a cupiditate pecuniae* nulla MSS. Codd. est differentia. Sed in cap. 20. Ms. Schotti, quod jam monuit Bosius, exhibet *cum ab urbe esset*, cum in Vulgg. legitur *ab urbe abesset.* Livius Lib. 3. cap. 3. dixit *haud multum a pavore captae urbis abesse.* Sed utrumque, credo, recte dicitur, quomodo et Veteres *longe esse* et *longe abesse* dixerunt, ut *esse longissime ab eloquentia* dixit Quinctilianus. Vide Clariss. Burmann. ad Quinctilian. Lib. 8. Institut. Orator. prooem. De alia phrasi *longe alicui esse* et *abesse* Duker. ad Florum Lib. 2 cap. 2. num. 8. Si tamen in Mss. extaret *is abest oppido*, non vererer in textum recipere, quia Auctor saepius praepositionem nomini detractam addit verbo, et ita locutus est Cicero Lib. 1. Acad. c. 1. *Paulumque cum ejus villa abessemus.* Verum antiquam lectionem retinere malo, quoties enim noster alibi etiam duplicaverit praepositiones, ignorat nemo, et loco suo latius ostendam. [ Etiam Gu. Ultr. *Is est ab oppido.* Sed et hoc loco et Chabr. 3, 4. rectius *abest* atque *abfuturos* legitur.]

*Millia passuum decem*] Icti nostri notant ad §. Datus. inst. de excus. tut. vel cur. miliare Italicum sive legale confici mille passibus, uti est in Gloss. ad C. *mille passus* 154. D. de Verb. sign. passus vero quinque pedibus: pes autem quindecim digitis. Gloss. ad lib. 3. D. dict. tit. et in c. sicut 6. causs. 17. q. 4. Quibus adde, quod viginti miliaria legalia faciant dietam legalem cit. Lib. 3. in prin. sed Leuca major est miliari legali. Isido-

tumultu Athenienses tam propinquo tamque magno permoti, auxilium nusquam, nisi a Lacedaemoniis, petiverunt: Philippidemque cursorem ejus generis, qui

rus enim Lib. Orig. 15. cap. ult. et Jornand. hiſtor. Geticae cap. 36. scribunt, Leucam finiri mille et quingentis paſſibus. De Miliaribus autem ut recte conſtaret, columna, quae *miliarium* vocabatur, Romae ad aedem Saturni aurata poſita erat, a qua omnes viae Italicae inciperent. De qua vide Plin. Lib. 3. cap. 5. Sueton. Othone, et Tacit. Lib. 1. Hiſtor. cap. 27, 3. ubi Miliarium aureum appellatur. *Ernſtius.*

*Millia paſſuum decem*] Mss. P. Danielis et Boecleri pro *paſſuum* legunt *paſſus*. Quod etsi consuetudini veterum scriptorum repugnat, (nam, si Gronovio de Pecun. vet. 1, 7. credimus, vox *millia* semper cum genitivo jungitur,) non tamen silentio praetereundum duximus. *Boſius.* Mss. Leid. et Voss. A. C. [Gu.] etiam *paſſus*. sed consule Lector Cl. Graevium ad Ciceron. Lib. 10. ad Fam. Ep. 17. nec non J. Fr. Gronovium de Pec. Vet. Lib. 1. cap. 10.

*Tumultu*] Recte bellum *tam propinquum tamque magnum, tumultum* dixit, Romana voce de Graeca expeditione ob ſimilitudinem usus. *Tumultus* enim proprie vocabatur bellum a domeſticis aut vicinis quod imminebat, quod tum negotia ſive res tumerent. Vide Cicer. Philipp. 1, 8. Voſſ. Inſt. Orat. 4, 1, 4. et Lexicographos paſſim. Pertinet huc locus Frontini Stratag. 5. 2. *C. Caeſar ſeditione in* TUMULTU *civilium armorum, ac tum maxime* TUMENTIBUS *animis, legionem totam exauctoravit.* Boſius. Consule de hac voce Ampliſſ. Cuperum Lib. 2. Obs. cap. 4. Voſſ. C. *Tumulto.*

*Niſi a Laced.*] Plato Dialogo 3. de L. L. auctor eſt, miſiſſe quidem ad alios quoque Graecorum, qui opem ab ipſis peterent, sed a nemine, praterquam a Lacedaemoniis, impetraſſe, atque hos confecta pugna Marathonia demum veniſſe auxilio. *Bachm.* Vide de hac re Weſſ. ad Herodot. Lib. VI. c. 106. n. 38. cum Valckenario ad Lib. VII. cap. 206. num. 43. Quam turpiter sese etiam geſſerint (p. 39.) Graeci, Xerxe Graeciam invadente non audientes Athenienſium preces, refert Plut. Them. pag. 116.

*Philippidemque*] Sic Thurii, invadente Italiam Dionyſio, tabellarios ad foederatos miserunt auxilia arceſſitum. Diodor. Lib. 14. Videtur unaquaelibet Graeciae civitas tales cursores habuiſſe. De Lacedaemoniis idem lib. 15. quos Diodor. et Nepos *Hemerodromos* vocat, ii et δρομοκήρυκες appellantur. Polyaen. Lib. 5. in Eudocimo. *Curſor* Ciceroni eſt, qui cursu valet, de Divinatione: *Curſor ad Olympia proficiſci cogitans, viſus eſt in ſomnis curru quadrigarum vehi.* Gebhard. Ita hujus cursoris nomen et apud Pausaniam, Plinium, Solinum, Isidorum Pelus. Oecumenium, Suidam, aliosque scribitur. Herodotus φειδιππίδην vocat. Libri variant. In Longoliano fuit: *Phidippidemque*, et sic in Plinio reponi volebat Salmaſius. Vulgatae editiones et ante Magium excusae: *Philippumque.* At MSS. Dan. et alter ex Bavaricis: *Phidippumque*, quomodo et Giſanius e suo legit. Idque verum hujus cursoris nomen eſſe vix dubito. Cl. Ravius exiſtimabat, ab hoc Phi-

*ἡμεροδρόμοι* vocantur, Lacedaemonem miserunt, 4
ut nuntiaret, quam celeri opus esset auxilio.

dippo ceteros, qui ejusmodi cursores essent, ac (ut de hoc Herodotus ait) τῦτο ἐμελέτησαν, *Pheidippidas* dictos, quemadmodum ab Eumolpo, qui initiandi rationem invenit, omnes deinde sacerdotes mysteriorum dicti sunt *Eumolpidae*. Quam ejus conjecturam adjuvare videtur Pollux, cui in Onomastico 3, 30, 3. *Philippides* non personae, sed muneris seu officii nomen est. Nam inter cursoria vocabula, seu ad cursum pertinentia, refert: *Καὶ φιλιππίδης δὲ*, inquit, *ἡμεροδρόμος*. Pessime Interpres, *Philippides vero*. *Tota die currens*, *dixit*: ac si Philippidem Comicum ea voce usum fuisse, Pollux diceret. Debebat: *Et Philippides, idem quod hemerodromus*. Nam id velle Pollucem, manifestum est, Quod a. idem vir clariss. Philippum illum, *primum hemerodromum exstitisse*, *et hunc tumultum ejus muneris instituendi caussam Atheniensibus dedisse*, credit, id nescio, an Herodoti ac Nepotis nostri ῥήσεις admittant. Nam uterque, ut rem jam ante Athenis receptam et usitatam, *Hemerodromos* memorat. *Bosius*.

*Philippidemque*] Leid. *Philippumque*, sic et Mss. Oxon. [et Ultr. sed Gu. *Phydippumque*.] De vocis scriptura v. Wess. ad Herodot. L. VI. cap. 105. num. 13. Hic Phidippides Panis cultum Athenas induxit. v. Clement. Alex. protreptic. pag. 28. per fraudem, ut credit cl. Valckenarius ad Herodoti l. l. num. 18. a Miltiade excogitatam, qui plura ibi de Panis cultu, cui sacra facere bello Medico secundo Aristides quoque Oraculo Delphico jussus fuit. v. Plut. in Arist. pag. 325.

*Hemerodromi*] *Hemerodromoe* (sic enim optimi libri Gif. Dan. et alter e Bavaricis legunt, nec video, cur sperni debeat) dictum, ut *Demoe*, *Canephoroe*, *Clerumenoe*, *Adelphoe*, et similia, de quibus Gifan. Ind. Lucret. v. *Tractus*, et Vossius de Art. grammat. 4, 6. Bosius. [Cod. Axen. *Philippumque*, in quo neque huic codici neque aliis plus tribuendum censeo, quam alibi in nominibus propriis fieri licet. Cornelius enim, Herodotum in omni hac narratione sequens, omnium minime *Philippum* scripsisse videtur. Utrum *Philippidem* an *Phidippidem* autor scripserit, cum Herodoti libri fluctuent, dubitare aliquis possit. Mihi quidem *Phidippidem* cum ibi tum apud Cornelium praeferendum videtur. *Mosche*. Vocem *Hemerodromoe* graecis literis exprimendam esse, Idem verissime monet, idque jam in Ultr. edit. factum est. Gu. *hemerodromoe*.] Codicum fidem secutus *hemerodromoe* reposui. Sic Plinius Lib. VI. cap. 30. pag. 347. *ad Occidentem versus Nigroe* ubi v. Hard. et not. post. et hanc scripturam ab ipso auctore profectam credo.

*Hemerodromi*] Speculatores erant, et nuncii. Sane Philippiden istum Herod. κήρυκα vocat. Inde et δρομοκήρυκες appellati Aeschini, ut Harpocration observat, qui addit οἱ λεγόμενοι ἡμεροδρόμοι. Livius l. XXXI. cap. XXIV. *Respondisset*, *ni speculator* (*Hemerodromos Graeci vocunt*, *ingens die uno cursu emetientes spatium*) *contemplatus regium agmen e specula quadam*, *progressus nocte media*, *Athenas pervenisset*. Appulejus de Mundo (pag. 124.) *diurnos excursores* interpretatur. Graeca in libro de Mundo, qui Aristoteli tribuitur vulgo, ita habent: ἡμεροδρόμοι τε καὶ σκοποί, καὶ ἀγγελιοφόροι, καὶ φύ-

4 Domi autem creant decem praetores, qui exercitui praeeſſent, in eis Miltiadem, inter quos magna fuit

*λακες, φρικτωριῶντε ἐποπτῆρες.* Quae ita vertit Appulejus d. l. *Excurſores diurni, atque nocturni ex-* (p.40.) *ploratores, et nuncii ſpeculatorum incenſores aſſidui.* Quamvis autem haec diversa munia ſint, tamen in uno haud raro concurrunt. Livius sane in allegato supra loco *hemerodromum* ac *ſpeculatorem* sive *σκοπόν*, unum eundemque facit. Aeneas quoque Tacticus cum cap. VI. Poliorcetici de *ἡμεροσκόποις* agit, duplex iis officium aſſignat. Primo enim vult servare ipsos de specula, atque, si opus, signum edere rei visae, quodcunque eſſet tandem: deinde ut si quid accidiſſet, quod edito ſigno satis commode haud exprimi posset, ipsi accurrerent quantocyus, ut ea de re nunciarent. In primo ut recte versentur, *ἐμπείρυς πολέμυ*, *peritos belli* eſſe vult, ne decipiantur videndo: deinde *ποδώκεις*, *celeritate pedum pollentes*, ut si quid nunciandum, celeriter poſſint, quod plane eſt *ἡμεροδρόμυς* facere. *Buchn.* De cursoribus peditibus, equitibus, animantibus vide elegantem Lipsii epiſtolam, quae in centuria singulari ad Ital. et Hispan. est 69. ad Micaultium. Cucurrit autem hic Philippides biduo Athenis Lacedaemonem mille ducenta quadraginta ſtadia, secundum Solin. cap. 6. Suidas mille quingenta nominat: Plinius MCXL. Lipſius mille ducenta sexaginta praefert. sunt Rom. milliaria centum quinquaginta septem et semis: noſtrae Leucae circiter quadraginta. *Res non adeo magna*, si cum ceteris exemplis, quae collegit ille, conferatur. *Boecl.* Leid. *Hemerodromae*, item Vossian. A. Voſſ. C. *hemordrame vocatur*, paulo poſt huic Cod. *quam* abeſt ante *celeri*. Hos *δρομοκήρυκας* etiam dici docuit Meurſius Lib. III. L. Att. cap. 12. A Perſis dicti *Ἀσάνδαι*, vel *Ἀσκάνδαι*. Vir Doct. ad Juſtin. Libro X. capite 3. etiam *Ἄγγαροι*. v. Kuſt. ad Suidam in v. *Ἄγγαρος* et Briſſon. de R. P. L. 1. §. 238, 239.

*Domi autem creant decem praet. qui exercitui praeeſſ. in eis Miltiadem*] Notent rudiores omnem magiſtratum, cui exercitus pareret, *Praetorem* nuncupatum. Liber Andreae Schotti: *Domi autem creant decem praetores, in eis Miltiadem.* Gebhard. Illud, *qui exercitui praeeſſent*, videtur nonnemini alienum, et foris inculcatum, eo quod vox praetorum sola rem exprimat. Sed haec forte, praeter consuetudinem hujus scripturae, emendantur. Agnoscit verba MSC. noſter codex, [quemadmodum et reliqui. *Boſ.*] congruitque phrasis, *praetor exercitui praefuit.* 9, 1, 1. Boecler. Idem cod. Boecl. una cum Dan. Schotti et Leid. non male: *creant decem pr.* etc. *in eis Miltiadem.* Boſius. Leid. *Domi erant autem creant.* Mss. Oxon. et Voſſ. B. C. *creant* 10. *praetores*, ubi tamen in margine B. notatum est *al. creati*; et pro *Miltiades*, *Miltiadem*, ut et Voſſian. A. et B. et hic in marg. *al. l.* Milcyades. De decem his praetoribus hoc tempore creatis egregie Perizonius ad Aelianum Lib. V. V. H. cap. 13. num. 6. eadem fere proferens, quae scripsit ad Lib. III. c. 17. num. 17. De hac ducum contentione, sed noſtro Miltiadi Callimacho, Aphidnaeo, Polemarcho suffragante Herodotus Lib. VI. cap. 109. et Plutarchus Lib. 1. sympos. quaeſt. 10. pag. 628. singuli hi praetores habebant suam *πρυτανηΐην τῆς ἡμέρης* ut loquitur cap. 110. Hero-

contentio, utrum moenibus se defenderent, an obviam irent hostibus, acieque decernerent. Unus Miltiades maxime nitebatur, ut primo quoque tempore castra fierent: id si factum esset, et civibus animum accessurum, quum viderent, de eorum virtute non desperari, et hostes eadem re fore tardiores, si animadverterent, auderi adversus se tam exiguis copiis dimicare.

dotus l. l. quod ita latius explicat Plut. in Arist. pag. 321. *καὶ παρ' ἡμέραν ἑκάστου στρατηγοῦ τὸ κράτος ἔχοντος ὡς περιῆλθεν εἰς αὐτὸν ἡ ἀρχὴ, παρέδωκε Μιλτιάδῃ.* nempe Aristides, ubi plura. Sed quod Plut. uni adscribit Aristidi, id tribuit singulis ducibus Herodotus. [Cod. Axen. legit: *creati — Miltiades*, nequaquam: *creant* et *Miltiadem*. Gu. et Ultr. *creant* et *Miltiadem*.]

(p. 41.) *Defenderent*] Se abest a Mss. Leid. [Gu. Ultr. In hac edit. etiam *hostibus* abest.]

*Acieque decernerent*] Male alii *equis* vel *aequis*; neque opus correctione Savaronis *acieque decernerent*. quamvis in Eumene quoque dixerit, *quo integriore exercitu decerneret*. Vulgata lectio *contenderent* purissima est, Caesarique familiarissima, sic enim Lib. 1, de B. Gall. cap. 31. *semel atque iterum armis contendisse*. cap. 48. *ut si vellet praelio contendere, ei potestas non deesset*. Lib. 2. cap. 9. *Praelio equestri inter duas acies contendebatur*. Lib. 3. cap. 28. et Lib. 5. cap. 16. Curt. Lib. 4. cap. 1. *De regno aequo, si vellet, Marte contenderet*. Cicero Attico: *Aut si exercitum adducat, necesse est armis cum eo contendere*. de Finib. *Tauri pro vitulis contra leones summa vi impetuque contendunt*. Inde apparet et Cl. Schottum nobis perperam *acieque decertarent* obducere voluisse. *Gebhard.* Sic MSS. complures ac meliores plerique, [ut Leid. 1.] probatque *Savaro*, cum et infra noster in Eumene et Hannibale hoc verbo ita usus sit. Vulgatam tamen, quae etiam Mss. Magii et P. Danielis confirmatur, ut purissimam, Caesarique familiarissimam, *Gebhardus* tuetur, ostenditque, praeter Caesarem 1. Bell. Gall. 31. et 48. et Lib. 2, 9. Lib. 3, 28. Lib. 5, 16. hac voce et Ciceronem in epist. ad Attic. et de Finib. itemque Curtium 4, 1, 8. usos. *Schottus* e membranis suis: *decertarent*. Quod verbum et infra 23, 10, 4. in quibusdam edd. legitur. Nuperus editor Nepotis Rob. Keuchenius in quodam Vet. Lib. se reperisse ait *aciemque cernerent*, idque de Graeco expressum putat, dictumque ut *κρίνειν τὸν πόλεμον*, *cernere bellum* etc. de quo viderint, qui me doctiores sunt. Fortasse legendum *acieque cernerent*, quomodo Ennius, Virgilius, et Plautus hac voce usi sunt. *Bosius.* Leid. *decernerent*. Vossian. A. *decertarent*. Sed supra notatum erat *decernerent*, in Voss. B. *decernerent*. C. *decertarent*. *Contenderent* sine ulla haesitatione in textum reciperem; sed suadentibus tam a Bosio laudatis quam a me inspectis Codd. Mss. coactus fui a vulgata lectione recedere, et Bosianam sequi editionem. De verbo *cernere* et *decernere* agemus ad Hannib. cap. 10. [Gu. Ultr. *decernerent*.]

*Desperare*] Leid. *desperari*.

*Eadem re*] h. e. *ideo*, *eadem de caussa*. v. Gudium ad Phaed. L. 1. f. 11.

*Auderi*] Sic legit vetus Cod. MS. et Livius Lib. 39, 8. ait:

## CAP. V.

Hoc in tempore nulla civitas Atheniensibus
1 fuit praeter Plataeenses. Ea mille misit militum
que horum adventu decem millia armatorum co

*Multo dolo, pleraque per vim aude-* (p. 42.) *bantur.* Ernst. *Auderi*, Leid. Cod. et Voss. A. B. *dimicare* Voss. B. *dimicari.* Voss. A. C. ast C. P. Dan. *copiis dimicarent.* citat et *auderi* Cel. Periz. ad Sanctii Minerv. Lib. 4. cap. 6. §. 18. verum Cl. Schefferus docet, in Codice, quem Booclero utendum dedit, scriptum exstare *audere*, et ita legendum esse, in Epist. 7. ad N. Heinsium. omittitur *dimicare* in Ms. Oxon. si *auderi* retineatur, non necessarium esse opinor, ut addatur *dimicari.* Sed addamus eumdem Perizonium ad Sanctii Min. Lib. III. cap. 6. num. 5. ita rem expedientem: *si animadverterent*, *auderi adversus se tam exiguis copiis dimicare* h. e. dimicationem, pugnam. ubi plura de hoc loquendi genere. [Gu. Ultr. *audere* et *dimicari.*]

*Hoc in tempore*] V. Ind. vocibus *In* et *Tempus.* Bosius.

*Atheniensibus*] Leid. *Atheniensis.*

*Plataeenses*] Qu. Mss. et Edd. *Plataeensium.* Bosius. Leid. *Platentes.* Cod. Voss. A. B. *Platenses.* Paullo post pro *itaque horum* Mss. Oxon. *itaque hominum.* v. Not. Post. [Cod. Axen. *Plateenses*, quae lectio alteri multum praeferenda est. v. Datam. 4, 1. *Mosche.* Etiam Gu. et Ultr. *Plataeenses.*]

*Mille militum*] Herodotus 2000. numerat. *Bosius.* Vide de hac constructione Cell. viros J. Fr. Gronovium Lib. I. cap. 10. de Pec. Vet. et Jac. Perizonium ad Sanctii Minerv. Lib. 4. cap. 4. n. 78. Herodotus Lib. VI. narrat, Atheniensibus ad lis fanum instructis, Plat cum omni populo veniss lio. Appianus Al. de B. I pag. 580. dicit Ἀθηναίοις ραθῶνα μικρὰ πόλις ἡ Π ων ἔδραμε, τῦτό τε κινδ τασχεῖν. Hinc Plataeensiu gines in Poecile quoqu pictae. v. Meurs. L. 1. Att. cap. 5. et eorum ur ea ab Alexandro fuit re postquam Asia potitus er τὴν Χώραν. οἱ πατέρες ἐναγωνίσασθαι τοῖς Ἑ ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας παρ Plut. Al. pag. 685. inpr Aristid. pag. 325, 326. Pl des enim cursor ad Lace nios missus infectis rebu fuit coactus. Haec nota Herodoto Lib. VI. cap. 1 et Scholiaste Aristidis T p. 172. cl. Valcken. vide Herod. Laudatus Aristid tiadis laudes extollens di pag. 175. aliquot modo Pl ses accurrisse.

*Decem millia compl. sunt* tarchus quoque Atheni 9000. *in Parall.* numerat. que summam ut efficeret, Miltiades (certe omnium p ad pileum vocabat. *Pa Att.* Tanquam fieri post suevit in rerum angustiis Justinus 2, 9. et exscript Orosius, qui decem milli niensibus praeter auxiliar Pletaeenses attribuit. *Rave* Voss. semper exhibent *Praeter Plat.* etc. usque *manus* non repcriuntur in V

sunt: quae manus mirabili flagrabat pugnandi cupiditate. Quo factum est, ut plus, quam collegae, Miltiades 2
valuerit. Ejus auctoritate impulsi Athenienses copias ex urbe eduxerunt, locoque idoneo castra fecerunt. Deinde 3
poſtero die sub montis radicibus, acie e regione instructa, nova arte, vi summa praelium commiserunt.

(p. 43.) *Mirabili flagr. pugn. cupiditate*] De alacritate Athenienſium etiam Isocrates in Paneg. et Juſtinus 2, 9, 11. quorum ille *tanqu. alienis animabus, non ſuis, periclitaturos* procurriſſe eos; hic, *cum mille paſſus inter duas acies eſſent, citato curſu ante jactum ſagittarum ad hoſtem veniſſe* ait. *Boſius.*

*Valuerit*] Cod. Dan. *valeret*, et mox: *ejus ergo auctoritate*, quomodo et Giſanius legebat. Boſius. Cod. Leid. pro *valuerit* habet *valeret*; nec *enim* nec *ergo* leguntur in Leid. Hic cum Heuſingero ejeci τὸ enim. [Abest etiam a Gu. Sed Ultr. *Ejus ergo.*]

*Deinde poſtero*] Cod. P. Dan. *dein poſtero*. Voſſ. B. *Poſtera*. [Cod. Axen. *Deinde poſtera submotis*, non *dein*. Idem codex pauloante *extra urbem*, vix bene, attamen non omnino negligendum. *Moſche.*

*Acie e reg. inſtructa*] Quomodo inſtructa fuerit, narrat Herodot. Lib. 6. *Lambin.*

*Nova arte, vi summa*] Schedae Giſanii, *nona partis ſumma*. Savaronis et Schotti libri antiqui, *in parte montis ſumma*, quam scripturam et Schottus probat; quod ad montis pedem inſtrui acies potuit, pugna vero ad montis verticem committi, urgente, ut fit, hoſtili acie. Sed haec si examinanda forent, magnam ſingula Schotto difficultatem respondendi afferrent. Mihi persuadeo altius delitescere ulcus, quam ut ex ingenio sine Codd. Mss. ope tolli poſſit. Interim *nova arte* licet capere ſtrategema, quo contra immensam Barbarorum multitudinem acies inter arborum tractus, in montis radicibus inſtructa: *vim* vero *summam* alacritatem pugnandi incredibilem, et vincendi fiduciam, qui a suis caſtris octo fere ſtadia in barbaros procurrerent. Appoſite Vegetius Lib 1. cap. 1. *In omni praelio non tam multitudo et virtus indocta, quam ars et exercitium ſolent praeſtare victoriam.* Gebhard. Lambinus transponit hoc pacto: *Deinde poſtero die sub montis radicibus acie e regione inſtructa, hoc conſilio, ut et mont. teg. altitud. et arborum tractu (namque arbores multis locis erant rarae) equit. hoſt. imped. ne mult. clauderentur: nova arte, vi ſum. prael. commiſerunt.* Si vulgatus ordo servaretur, duriusculum fore exiſtimavit. Omnino autem Puteanum sequor, eundem sensum, ſine transpositione, agnoscentem. Quid enim durum illud? *Arbores erant hoc conſilio, ut leg.* Ad evitandam repetitionem, cum praeclare primo quidem generatim pugnae hujus adjumenta, *novam artem* (nov. consilium alibi vocat, ſingulare nimirum et e re nata celeriter repertum) *et vim summam* ac fortitudinem militum posuisset, deinde *artem* sive consilium (nomen iterare non erat neceſſe) in inſtruenda acie locoque legendo exponit: quemadmodum *virtutem* militum num. 5. itidem seorsum oſtendit. *Arbores erant hoc conſilio*: non sane erant hoc consilio; sed quia erant, consilio solerti aciei accommodabantur; ad ea scilicet, quae praecedunt, referenda eſt haec βραχυλογία.

Namque arbores multis locis erant stratae, hoc

Quod objectum est, *arborum rari-* (p. 44.) *tatem non impedire equitatatum, sed crebritatem silvae ac densitatem*; non concesserim omnino. Quis enim non videat, arbores licet raras et per seriem enatas sed multis locis tamen, Miltiadi subsidium, hosti impedimentum attulisse, cujus equites nec ubique, nec libero incursu, impetuque ac recursu, nec quanto cupiebant agmine, arborum interventu praeliari poterant. Ergo hic quidem nihil scrupuli. Sola restat, quae memoratur, Marathonii campi planities. Sed quid implicamus rem satis expeditam? An pugnant ista: campus ipse planus erat et equitatui aptus: et sub radicibus montis alliti, arbores multis locis tractim enatae visebantur. *Gebhardus* tamen *de arboribus prostratis* conjicit, ad impediendum equitatum hostium ( *ut ap. Frontin.* 2, 9.) igitur pro *rarae* legendum esset, *stratae*, quod si in codice ullo reperiretur, jam dubio res careret, optimeque consilii ratio explicaretur, nimirum ut a tergo montibus, latere concaedibus munitos Athenienses intelligeremus. *Boecl.* Atque sic etiam *Buchnerus* rescribendum censebat. Nam in Commentario ad h. l. Haec, *inquit*, absurdissima lectio est. Legendum vel *stratae* vel *satae*. Significat n. aut depactos passim truncos arborum, aut stratos fuisse, quibus accessus equitum impediretur. Longe inferiores numero erant Graeci; itaque, ne barbarorum multitudine clauderentur, partim a loci ingenio petebant praesidium, partim arte atque solertia efficiebant. Locus faciebat, ne ex altera parte, qua montes surgebant, invadi possent; ars vero, ne, qua patebat campus, incurrere equitatus posset, positis contra truncis arborum, qui

impedirent accedentes. Pe
hoc ad septimam depugnan
tionem Vegetii, de qua, u
teris etiam, Lib. III. ca
exponit. Haec *Buchnerus*.
ut ingenue fatear, nondu
quet. Ceterum artem, qu
tiades usus est adversus B
ros, paullo diversam facit
mens Alexandr. 1. strom. 
348. *Noctu*, inquit, *duxit*
*nienses*, *per loca invia iter f*
*et eos*, *qui ipsum observabant*,
*baros decipiens. Hippias enim*
*defecerat ab Atheniensibus*, *ba*
*in Atticam induxerat*, *et oppo*
*quae praeoccupaverat*, *loca se*
*propterea quod erat peritus re*
*Ac difficile quidem erat*, *later*
*piam. Unde merito Miltiade*
*locis inviis et nocte usus*, *ag*
*Persas*, *quibus praeerat Dati*
*certamine cum iis*, *quorum ips*
*erat*, *superior evasit.* vult 
cum in hac re Moysen imit
*Bosius.* Cod. Dan. *instruct*
*va partis summa prael.* *co*
Leid. *et non apertissima pr.*
Voss. C. *instructa in parte* 
*summa pr. com.* Pro *arbores*
Leid. *arbore*, pro *multis*, *m*
et pro *rarae*, *stratae*; sed
MSS. Oxon. et Voss. A. B.
*tae* placet Clerico Bibl. A
Mod. Tom. v. p. 1. Verb
*consilio* parenthesi esse excl
da et ad praecedens *praelium*
*miserunt* referenda, docet S
Epist. 5. ad Nic. Heinsium,
probatur in Ep. 6. ab Hei
[Vehementer miror, quo
viris quibusdam doctis p
potuerit, locum ita disting
ut verba, *namque arb. m. l.*
*tae*, in parenthesi posita 
antur. Ni omnia me fa
verba illa, *namque — clauder*
quod et alii viderunt, plu
exponunt, quaenam illa 
nova ars, qua aciem instr
Auctor dixerat. *Stratae* 
malo, quamquam *rarae* eti

silio, ut et montium tegerentur altitudine, et arborum tractu equitatus hostium impediretur, ne multitudine clauderentur. Datis, etsi non aequum locum vi- 4
debat suis, tamen fretus numero copiarum suarum confligere cupiebat: eoque magis, quod, priusquam Lacedaemonii subsidio venirent, dimicare utile arbi-

Aten. cod. legitur. *Moschr*. Gu. *nona partis summa*. Ult. *nona partis summa*. In iisdem *rarae* legitur, sed *stratae* cum Moschio aliisque praeferendum est.]

*Ut et Montium tegerentur altitudine*] Cod. P. Dan. *ut et montium altitudine tegerentur*. Voss. C. *regerentur*.

*Arborum tractu*] An arbores erant prostratae, ut ingentem Persarum equitatum impedirent? v. Frontinus Lib. 2. cap. 9. *planitiem, in qua dimicaturus erat, arboribus prostratis impedivit*. Licet etiam capere *arborum tractum* pro regionem arboribus consitam ac densam. *Gebhardus*.

*Datis etsi non locum aequum vid. suis*] Sic lego e MSS. Dan. et Boecl. In vulgatis est: *non locum aequum*. Bosius. Cod. Dan. et Leid. *Dathis*. [Ita etiam Gu. Idem cum Ultr. *non aequum locum*, ut in textu legitur.]

(p. 45.) *Magis, quod priusq.*] Leid. *Magis prius*.

*Priusquam Lacedaemonii s. v.*] Lacedaemonii enim quatridui religione tenebantur, quod intra id tempus plena nondum luna esset, ante quam nefas ipsis educere exercitum. *Herod*. vi. 105. *Strabo* ix. fol. 339. *Pausanias* in Attic. *Justin*. ii. 9. et ex eo *Orosius*. ii. 8. *Lucianus* Lycurgi istam legem commemorat de *Astrol*. *Hermogenes* ii. de Invent. c. 1. *Plato* tamen iii. de LL. ut et in Menex. ignorare se caussam simulat, ut apparet, frigidam ratus. *Isocrates* in Paneg. Lacedaemonios naso Attico quam altissime suspendit. Et minimum ipsi tanquam Lacedaemonios ex Orationis instituto opprimenti crederem, nisi et apud Plutarchum *Aristide* reperissem, objectam Lacedaemoniis ab Aristide *cunctationem atque oscitantiam, qui conculcandas denuo barbaris Athenas objicerent*. Et quidem proverbio eorum notata mora est, Suidas *Μετὰ τὴν ἐν μαραθῶνι μάχην, καὶ μετὰ τὸν πόλεμον, ἡ συμμαχία, ἐπὶ τῶν ἐπὶ ὑποθέσει καθυστερησάντων*. Neque dubium est, studio fecisse Lacedaemonios, qui aemulationem utriusque urbis cogitaverit. Quanquam *Aristides* ii. Platon. pag. 279. aliam adhuc caussam tangat. *Lacedaemonii*, inquit, *aut quia bello cum Messeniis impliciti, aut quia exspectabant plenilunium, auxilio venire non poterant*. Rave. Voss. C. *subsidio veniret*. Recte Ravenius h. l. mentionem injicit aemulationis utriusque urbis. Hinc postea Athenienses questi sunt, Lacedaemonios si dis placet, ea tempestate Hyacinthia agentes, neglexisse adventum Mardonii in Atticam. Vide Herodotum Lib. ix. cap. 6, 7. unde Diodorus Siculus Lib. xii. cap. 2. dicit, quod Athenienses *ἄνευ Λακεδαιμονίων καὶ Πελοποννησίων ἰδίᾳ μεγάλας δυνάμεις Περσικὰς καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν κατηγωνίσαντο, καὶ τὴν περιβόητον Περσῶν ἡγεμονίαν ἐπὶ τοσοῦτον ἐταπείνωσαν, ὥστε ἀναγκάσαι πάσας τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεις ἐλευθερῶσαι κατὰ συνθήκας*.

*Dimicare utile arbitrabatur*] Pro *arbitrabatur* Cod. Leid. *arbitrabantur*.

trabatur. Itaque in aciem peditum centum, equitum decem millia produxit, praeliumque commisit. In quo tanto plus virtute valuerunt Athenienses, ut decemplicem numerum hostium profligarint, adeoque perter-

*In aciem*] *In aciem* Cod. P. Dan. sed Voff. B. *acie.* et paullo post *praelium* abest a Ms. Oxon. Voff. C. pro *adeoque pert.* *adeo pert.*

*Tanto plus val. Ath.*] Tanta *virtute*, inquit Justinus, decertatum est, *ut hinc viros, inde pecudes, putares* (2, 9, 12.) quia *more animalium inulti cadebant*, ut Veget. 1, 21. loquitur, veterum more, Livii xxv. 16, 15. Curtii v. 3, 19. *Rave.*

*Decempl. numerum hostium*] Interemtorum numerum sex millia tantum et ducenta fuisse Herodot. vi. 117. scribit. Eorum scil. qui praelio occubuerant. Naufragio enim absumtos (quorum ingentem multitudinem fuisse etiam ex Diodoro xi. 12, et 13. colligitur) Justinus l. d. commemorat, ducenta millia summatim referens. Epigramma vero istud, quod Marathoniae pugnae in porticu Poecile inscrip- (p. 46.) tum fuit, multo liberalius putat.

Ἑλλήνων προμάχοντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι,
Ἔκτειναν Μήδων εἴκοσι μυριάδας.

Mendacio numerum attolli queritur *Longolius.* Ceterum oblitusne est ejus apud Ciceronem: *Isti imperite faciunt, qui non ut a Poëta, sed ut a teste veritatem exigunt?* I. de legib. Ideo ipse orator Isocrates non minus fere numerat. ὀλίγοι, inquit, πρὸς πολλὰς μυριάδας. In Paneg. Admiror autem maxime, quod *Longolio* in mentem non venerit Oratio *Aristidis περὶ παραφθέγμ.* Ubi et hic versus citatur, et defenditur, etiamsi Attica haec esse, et ideo *Sepphόττρα* nonnulli judicarint. Quamquam, ut nec hoc celetur, minus quidem putat Aristides, ap. quem epigramma tantum ἐννέα μυριάδας, non εἴκοσι numerat. *Rave.* Adde Petav. Ration. Temp. part. 1. lib. 3, 1. *Bosius.*

*Profligarent, adeoque etc.*] Non male Ms. Pet. Danielis: *profligarint, adeoque perterruerint, ut P. n. c. f. n. petierint.* Bosius. Sic quoque Cod. Leid. Voff. B. *profligaverint*, et pro *peterent*, *petierunt.* Voff. C. *petierint.* Heusingerus legit *profligarint*, et deinde *petierint* auctoritate codicum. At tamen Nepos in Aristide cap. 2. dixit *justitia factum est Aristidis, ut o. f. c. Gr. ad Ath. soc. se applicarent et h. d. deligerent sibi*, ubi nulla codicum est varietas. [Etsi Cod. Axen. non habet *perterruerint*, quod falso ipsi in Lipsiensi edit. tribuitur, sed *perterruerunt*, equidem lectionem illam Cod. Dan. unice veram puto. Est enim auctor in eo, ut dicat, quid summa illa Atheniensium virtus effecerit, qua tanto plus valuisse dicuntur, ut non solum hostes *profligaverint*, i. e. fugaverint, sed etiam adeo *perterruerint*, ut fugientes non *castra*, quod ipsis faciendum erat, sed *naves petierint.* Alias manca est periodus. Deest enim ad verbum *perterruerunt* nomen eorum, qui perterriti fuerint, cum ita *numerum hostium* repetere nullo modo liceat. Quod autem *profligarint* et *petierint* malim, movet me ratio, quam alibi auctor sequitur, cum, quid quantumve aliqua re effectum fuerit, notare vult. Loca simillima sunt Dio 4. extr. Epamin. 2, 2. *Mosche.* Cod. Dan. et Leid. 2. lectionem, quam praeclare tue-

ruerunt, ut Persae non caſtra, sed naves petierint. Qua pugna nihil adhuc est nobilius. Nulla

tur Moschius, etiam optima Ultr. editio confirmat. Interim vulgatum *perterruerunt*, quod etiam in Gu. legitur, mutare nolui. V. infra 12, 3, 3. et Bremium ad Cicer. de Fin. 1, 7. pag. 38. sq. qui saepiſſime a Veteribus orationis formam mutari docet. Pro *profligarent* et *peterent* Ax. quoque cum Gu. *profligarint* et *petierint*. V. Goerenz. ad Cic. de Fin. 2, 19. pag. 216.]

*Naves peterent*] Quibus aufugerent, neglectis caſtris, quorum tuendorum spes et ipsa ex animis exciderat. Pausanias auctor eſt, plures periiſſe Marathonio lacu, locorum imperitia. Herodotus tradit, Graecos barbaros fugientes persecutos fuiſſe ad mare usque, et injeciſſe ignem navib. quibus moliebantur fugam. *Buchner*. Ingentis terroris indicium et desperantium reb. suis, *cum acerrimus quisque caſtra, ut noviſſimam spem, retineat*, teſte Tac. 3. H. 84, 1. Caesar 3. de B. Civ. 9. *Magno numero interfecto reliquos atque ipſum Octavium in naves confugere coegerunt*. Juſtin. 2, 9, 13. *Victi Perſae in naves confugerunt, ex quibus multae suppreſſae, multae captae ſunt*. Gebhard. Ceterum Frontinus Strateg. 4, 7, 43. claſſem Persarum, accepta hac clade, *urbem petiiſſe* ait, sed a Miltiade *compulſos Athenienſes, ut feſtinarent ad opem urbi ferendam, moeniaque armatis impleta*, quo factum, ut *Perſae, rati, ingentem eſſe numerum Athenienſium, et alio milite ad Marathona pugnatum, alium pro muris ſuis opponi, circumactis exemplo navibus Aſiam repetierint*. Bosius. Ariſtides Rhetor in Panathenaico Orat. Tom. I. pag. 127. declamat: *γενομένου γὰρ τοῦ ἐν Μαραθῶνι τολμήματος, καὶ τῶν βαρβάρων ἐλαθέντων ἐκ τῆς Ἑλλάδος, ὥσπερ κονιορτοῦ, Δαρεῖος μὲν οὐκ εἶχεν ὅ, τι χρήσαιτο, ἀλλ' ὥσπερ ἐκ θεοῦ πληγεὶς, ὑπεκεκτώκει τῇ πόλει καὶ τοὺς αἰτίους τῆς διαβάσεως κατεμέμφετο, ὡς κακῶς προξενήσαντας αὐτῷ τοὺς Ἀθηναίους, καὶ τελευτᾷ δὴ, πρίν τι δεύτερον κακὸν αὐτὸν ἐξεργάσασθαι.* quae ultima Ariſtidis verba confirmata ab aliis antiquioribus scriptoribus. Vide in not. poſt. ad Themiſt. cap. 2. §. 4. Idem Ariſtides Tom. II. pag. 175. adnotat de Miltiade: *πρῶτος, καὶ μόνος τῶν Ἑλλήνων νικήσας ἓξ καὶ τετταράκοντα ἔθνη τὰ σύμπαντα.*

*Qua pugna nihil adhuc*] Vulgus doctorum dicit, *hactenus*. Ernſtius. Voſſ. B. *q. p. n. a. e. bis nobilius*. Voſſ. C. *volubilius*.

*Nihil adhuc est nobilius*] Causam gloriae hoc praelio comparatae subdit continuo. sic Pausania: *Hujus illuſtriſſimum eſt praelium apud Plataeas*. (p. 47.) Quare ridiculum eſt Schottum approbare: *Quoniam pugna nihil adhuc eſt volubilius*, et referre ad ancipitem Martis aleam. *Gebhardus*. Tur. ex ipsa, tum ex scriptorib. priorem cauſſam allegat Auctor, alteram addo ex *Plutarchi Ariſtide*, qui eam a trecentis Auctoribus descriptam adfirmat. *Rave*. Per eos, qui ei interfuerant, jurare mos fuit. Athenaeus lib. 9. *Savaro*. De tempore pugnae hujus non una Chronologorum, etiam recentiſſimorum, sententia eſt; neque mirum, cum neque veteres consentiant. Scaliger lib. v. de Emend. Temp. anno secundo Olymp. LXXII. contigiſſe vult, Meursius in Archont. 2, 4. primo, Sigonius in Comment. ad Sulpic. Sever. tertio, cujus sententiam tuetur et Petavius de Doctr. Temp. 10, 22. et in Rationar. Temp. part. 2. lib. 3, 12. Cui tamen repugnare videtur antiquiſſimum marmor Arundelia-

enim unquam tam exigua manus tantas opes prostravit.

CAP.

num, veteres Graecorum Epochas continens, a Seldeno editum. Vide hujus Canonem Chronicum, notis in Marmor illud subjectum pag. 104. Locum delineavit post alios Joan. Laurenbergius Gromaticae lib. 2, 2. *Bosius.* Tanta fuit haec victoria habita, ut ipse locus, nempe campus Marathon, virtutis quamdam notam obtinuerit. Vide Aristidem T. 1. pag. 125, 127. cum cl. Valckenario ad Herodot. IX. cap. 27. num. 82. *Τὸ adbuc* valet idem quod *usque ad hoc tempus*. v. Perizon. ad Sanctii Minerv. L. IV. 4. n. 30. quod addit Nepos, id quid detrahat de nobilitate pugnae Salaminiae, de qua in Themist. c. 5. scribit: *Haec altera victoria, quae cum Marathonio possit comparari tropaeo*, quamquam pugnae Marathoniae gloria solorum est Atheniensium, Salaminiae quoque aliorum Graecorum. v. Suidam in v. Ἀριστείδης, et Valckenarium l. l. praeterea Nepos *adhuc* adjicit, quia ante hanc pugnam nihil adeo memorabile a Graecis gestum est. Vide quae Ravius et ego notavimus ad c. 1. §. 1. Haec victoria quoque in caussa fuit, cur Athenienses Regem olim suum Theseum, licet vivum et mortuum indignius habitum, pro heroë colere coeperint: τῶν ἐν Μαραθῶνι πρὸς Μήδους μαχομένων ἔδοξαν οὐκ ὀλίγοι φάσμα Θησέως ἐν ὅπλοις καθορᾷν πρὸ αὐτῶν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους φερόμενον, ut refert Plutarchus in Theseo pag. 17. quod Atheniensium figmentum suo loco relinquo. Hic quoque a Nepote nulla fit mentio de tot caprarum sacrificio, quot Persae occiderentur, ante pugnam Marathoniam Agresti Dianae voto, de quo Interprr. ad Aelian. Lib. 11. V. H. cap. 25, n. 4, 5.

*Tantas opes*] *Δύναμιν πολεμικὴν*. Thrasybulo: *Thrasybuli auctae sunt opes.* Utitur et Conone et Dione. Flaccus 3. Argon. 494.

*—— repetit quo crimine Perses*
*Barbaricas jam movit opes, Hircanaque signa.*

Livius Andronicus equo Trojano: *Da mibi hasce opes, quas peto, quas precor, porrige, opitula.* Sall. l. 2. Hist. *Daedalum, ex Sicilia profectum, cum Minoi fugeret iram atque opes.* De magnitudine cladis Medicae inter alios Val. Max. lib. 5. cap. 3. *Bene egissent Athenienses cum Miltiade, si eum post trecenta millia Persarum Marathone devicta, in exilium protinus misissent.* Gebhard.

*Tantas opes prostravit*] Cimone: *Barbarorum uno concursu maximam vim prostravit.* Pelopida: *delecta manus prima phalangem prostravit.* Curt. l. 4. c. 119. *Ingenti caede prostratos hostes.* l. 9. pr. *Quidquid Indis virium fuisset, illa dimicatione prostratum.* Caesar l. 7. c. 78. *Nec* (p.48.) *stultitia ac temeritate vestra aut imbecillitate animi omnem Galliam prosternere.* Cicero pro Marcello: *Quae jacere sentis, belli ipsius impetu perculsa atque prostrata.* Val. l. 8. c. 3. *Universum conatus prosternere.* Gebhardus. Ms. legit *tantas copias.* Credam fuisse: *tantas opes copiasque.* Haec enim vocabula ap. Cicer. aliosque scriptores saepe conjunguntur. *Ernst.* Recte, *prostravit.* De acie enim et praelio loquitur. Majorem exercitum quidem Themistocles vicit, sed consilio magis, quam armis; fugatos potius, quam occisos. *Rave.* Quod in Cod. Ernst. legitur: *tantas copias*, haud dubie ab aliena manu est. *Bosius.* *Opes* in plur. num. passim notat auxilia et quidem militaria, deinde ipsos milites sive vim ac numerum militum. v. cl. Burm. ad Valer. Flacc. l. 3. Argon. vs. 713. et Cortium ad Sallust.

## CAP. VI.

Cujus victoriae non alienum videtur quale prae- 1
mium Miltiadi sit tributum, docere, quo facilius intelligi
possit, eamdem omnium civitatum esse naturam. Ut 2
enim populi nostri honores quondam fuerunt rari et
tenues, ob eamque caussam gloriosi, nunc autem

Catil. cap. 17. num. 1. De Persarum caesorum numero cl. Wess. ad Herodot. Lib. VI. c. 117. n. 6.

*Intelligi possit*] Ms. Boecl. addit *inde*. Bosius.

*Ut enim populi nostri*] Sic Mss. Gif. Boecl. Dan. nisi quod postremus habebat *populi R.*, consentiente Leidensi. Cui tamen lectioni ipse P. Daniel vulgatam praeferebat. *Bosius*. In nostro Leid. *ut enim populi nostri*. Sic Voss. B. ubi pro *int. possit eandem*, *intelligi possit inde eandem*. Et paullo ante in Cod. Voss. C. *Miltiade sit tr.* Τὸ *R.* in Cod. P. Danielis pro *Romani* est nihili; nam per *populi nostri honores* intelliguntur honores, quos populus Romanus bene meritis decernebat, nam teste Polybio L. VI. cap. 12. de Romanis τιμῆς γαρ ἐςι καὶ τιμωρίας ἐν τῇ πολιτείᾳ μόνος ὁ δῆμος κύριος. et deinde addente καὶ μὴν τὰς ἀρχὰς ὁ δῆμος δίδωσι τοῖς ἀξίοις. Hi erant stante Rep. rari, et tenues, et ideo gloriosi; sed mutatis temporibus effusi, et obsoleti esse coeperunt. [Gu. Ultr. *Ut enim pop. nostri.*]

*Ut populi nostri honores quondam fu-* (p. 49.) *er. rari et tenues*] *Rari* fuerunt, 1. quia non ambitioni et gratiae dabantur, sed virtuti, quae quo major, hoc infrequentior. 2. Quia singuli, non multi, non simul dabantur, h. e. non effusi erant, ut exemplo Caesaris postea ostendemus. *Tenues*; *dona enim amplissima Imperatorum et fortium civium tum erant*, ut Plinius scribit, *quantum quis uno die circumaravisset, et quartarii farris aut heminae, conferente populo.* Lib. VIII. 3. Sic Lib. XXXVI. 15. *Subit vero cogitatio, quota portio harum fuerint areae illae, quas invictis Imperatoribus decernebant publice ad exaedificandas domos: summusque illarum honos erat, adjici decreto, ut domus eorum fores extra aperirentur, et janua in publicum rejiceretur. Hoc erat clariss. insigne inter triumphales quoque domos.* Rave.

*Ob eamque caussam gloriosi*] Ideo et Augustus ad hunc antiquum morem revocavit et militum ducumque praemia, ut Suetonius c. 24. narrat. *Dona*, inquit *militaria* etc. Ad quae optime Casaubonus: *Quare omisit civicas? Hae si materiae aestimationem spectes, omnium vilissimae: fuerunt enim initio ilignae, postea ex esculo, tandem quernae: si honorem iis habitum, omnium gloriosissimae et superbissimae, praeter obsidionalem.* Quae ipsa quoque tantum graminea erat. *Liv.* VII. 37. Sic et ap. Graecos Olympionicarum praemium corona erat oleagina, *Diod. Sic.* Lib. IV. tanto tamen honore habita, ut omnia ipsi decora cesserint. Cicero gloriosis Romanorum triumphis, imo *ipsi antiquo consulatui* (qui omnia cum regibus habebat communia) comparat. Tusc. II. *Rave.*

effusi, atque obsoleti: sic olim apud Athenienses

*Effusi atque obsoleti*] Promiscue vulgati ac viles. Curt. Lib. 9. cap. 1. *Jam vilia et obsoleta esse spolia de Persis.* Cicero pro Quinctio. *Antiquam officii rationem dilexit, cujus splendor omnis in his moribus obsolevit.* Et pro Fontejo dixit *studia militaria apud juventutem obsoleta*, in desuetudinem quae jam abiissent. Tacit. Lib. 4. Ann. cap. 26. *Ne Blaesi avunculi ejus laus obsolesceret.* Quare secundum P. Syrum *Rarum esse oportet, quod diu carum velis.* Gebhardus. *Effusi* opponuntur *raris* et *tenuibus*; *obsoleti*, *gloriosis*. Quia enim et parerent ambitioni, et tanto numero, tantaque pompa darentur, dici rectius non poterant, quam *effundi*. Per *Honores* autem intelliguntur h. l. non tantum potestates, sive magistratus, aut tituli, praenomina, memoriae, pompae, sed et harum omnium rerum *apparatus*, qui ipse quoque honoris caussa, atque ut consueta ex eo insolescerent, privato publicoque consilio adjiciebatur. Etiamsi ergo triumphi Imperatoribus et olim acti, ejusmodi tamen in- (p. 50.) strumento apparatuque Pompejus, eoque magnificentius Caesar agebant, ut simul cum honorificis Patrum decretis nulli veterum conferri potuerint. Tulerant enim et Tribuni pl. legem, *ut Cn. Pompejus ludis Circensib. corona aurea et omni cultu triumphantium uteretur; scenicis autem praetexta coronaque laurea.* Vell. Paterc. 11, 40. De Caesare quidem M. Cicero de Provinc. Consul. *Cajo Caesari*, inquit, *supplicationem decrevistis, numero, ut nemini ullo ex bello, honore, ut omnino nemini.* Ubi videmus, quaedam in ipso honore fuisse, quae honoris essent, eumque vulgare decus transire facerent. Exemplum porro capiemus, sed unum duntaxat. A supplicationibus nimirum; quae Imperatoribus, ob rem feliciter gestam, tribui honoris caussa solebant. Earum prima, diei tantum *unius*, postea, dierum *quatuor* decreta. Idque insolens et nullo ante bello, primumque in Furio Camillo, quanto imperatore! factum *Livius* scribit. Post Quintio, dierum *quinque*, Cn. Pompejo, *duodecim* tributa fuit. Quas tamen Caesaris excesserunt. Prima enim xv, altera utraque dierum xx. erat. Sed nondum temperatum. Siquidem Augusto dierum data *quinquaginta*, ut Cicero Philipp. xiv. auctor est. Eousque decrevit honor iste, ut multitudine laboraverit sua. Hi tamen omnes armorum et militiae istud praemium habuerunt. Cicero in Urbe et togatus idem meruit, idque gloriatur, III. Catilinaria, sibi post Urbem conditam *primo* contigisse. Ex quo satis, credo, apparet, quomodo priorum temporum honor sensim eviluerit, dum novi aliquid semper quaesitum. Quid mirum ergo, si et omne hoc genus supplicationum, imo ipsorum quoque triumphorum, in ludicra magis obsoletaque defecit? Et, si tanto cumulo deinde opus fuit in honorando Caesare? Ecce. *Continuum consulatum, perpetuam Dictaturam Praefecturamque morum, Praenomen Imperatoris, cognomen Patris Patriae, jus perpetuo gestandae laureae, statuam inter Reges, suggestum in Orchestra, quin et ampliora humano fastigio, sedem auream in Curia et pro Tribunali, Thensam et Ferculum Circensi pompa, Templa, Aras, simulacra juxta Deos, Pulvinar, Flaminem, Lupercos, appellationem mensis a suo nomine etc.* Vide Sueton. Pro! quantum non modo nimiorum, sed Diis convenientium honorum. Tamen adhuc cum illorum decretis, vel ipsos universos Patres conscrip-

iſſe reperimus. Namque huic Miltiadi, qui Athe- 3
s totamque Graeciam liberarat, talis honos tribu-
s eſt, in porticu, quae Ποικίλη vocatur, quum

ı, publice sedentem pro aede
neris Genitricis adire Caesa-
a oportebat, ut ne in dela-
honoribus quidquam summi
noris praetermitteretur. At-
e hinc Auctorem noſtrum pro-
intelligas. Quia enim non da-
ntur amplius honores, sed ef-
debantur, admirationem sui
isque honor primo amittebat;
mero enim censeri incepit:
it, quia cultus addiceretur di-
us, quodnam potuit huma-
m tantum esse faſtigium, quod
ı illo non sorderet? quod-
n divinum, quod eand. for-
nam non subiret? cum parum
jens decus aut praemium ha-
retur, quod alius similiter
urpaſſet. *Rav.* *Obsoleti* etiam
d. P. Dan. *Absoleti* Voſſ. A.
*tenues* pro *tenues*.
*Qui Athenas liberarat.*] Sic Mss.
n. et Boecl. Vulgati: *libera-*
. Mox pro *qui* Boëcl. *quia*,
n. *quid*, quod ex altero cor-
ptum esse, manifeſtum est.
*Ins.* Leid. *Nam h. M; ea A-*
*nas totamque Graecia liberarat.*
ſ. B. etiam *liberarat.* [Gu. *quia*
*totam Gr. liberarat.* Ultr. *qui*
ı. *totamque Gr. liberarat*, ut Bo-
ı edidit.]
*Tal. honos tribut. eſt*] Alterum
ltiadis praemium tropaea sunt
. 51.) ex hoſtium manubiis,
ibus se a somno quotidie ex-
ari, Themiſtocles jactabat:
ector Tullius IV. Tuscul. et
it. *Schottus.* Non recte sentit
hottus de Miltiadis tropaeis,
nquam de altero praemio. vi-
Davis. ad Cic. L. L. cap. 19.
n per tropaea intelliguntur
victoriae a Miltiade repor-
ae, velut Plutarchus in The-
ı et Apophth. agit de uno Mil-
dis tropaeo, quod Themiſtoc-
ı e somno suscitabat, intel-
ligitur, una Marathonia victoria,
ut Plut. T. II. p. 92. de cap. ex
Amic. utilit. adnotat: Θεμιστοκλῆς ἔλεγεν ἐκ ἐᾷν αὐτὸν καθεύδειν τὴν ἐν Μαραθῶνι τῦ Μιλτιάδυ νίκην. vid. notas meas ad
Themiſt. c. 5. §. 3. ubi etiam
*tropaeum* simpliciter pro victoria
ponitur, nam de tropaeis Miltiadi erectis, nulla, quantum memini, apud scriptores fit mentio:
imo Plut. in Cim. p. 483. dicit,
poſtquam de honore Cimoni habito exposuerat, ὅτε γὰρ Θεμιστοκλῆς τοιύτυ τινὸς, ὅτε Μιλτιάδης ἔτυχεν. ἀλλὰ τύτῳ γε
θαλλῦ ςέφανον αἰτῦντι Σωχάρης ὁ Δεκελεὺς ἐκ μέσυ τῆς ἐκκλησίας ἀναςὰς, ἀντεῖπεν, ὗτε
ἐυγνώμονα μὲν, ἀρέσασαν δὲ
τῷ δήμῳ τότε φωνὴν ἀφεὶς. ὅταν γὰρ (ἔφη) μόνος ἀγωνισάμενος, ὦ Μιλτιάδη, νικήσῃς τοὺς
βαρβάρυς, τότε καὶ τιμᾶσθαι
μόνος ἀξίυ.
*Poecile*] Antea Πεισιανάκτειος
dicta. Videantur Jani Rutgersii
Variae Lectiones Lib. 5. c. 1.
ubi plura de Polygnoto Thasio
Aglaophontis et filio et discipulo
jucunda congeſſit. Diogenes Laert. Lib. 8. in Zenone Ἀνακάμπτων δὲ ἐν τῇ ποικίλῃ ςοᾷ, τῇ
καὶ Πεισιανακτείῳ καλυμένῃ,
ἀπὸ δὲ τῆς γραφῆς τῦ Πολυγνώτυ ποικίλῃ. Vide Cl. Viri
et de Antiquitate unice meriti
Athenarum Atticarum Lib. 1. c.
5. *Gebhardus.* Vide infra quae
dixi in vita Attici ad vocem *Phidiae.* De Miltiadis fortitudine
vide Philonis Judaei teſtimonium
*libro* περὶ τῦ πάντα σπυδαῖον εἶναι ἐλεύθερον. pag. 684. *Ernſt.*
Cod. P. Dan. ποικίλη. [Gu.
Ultr. *Poecile*. Sed recte Bremius
graecum nomen ex optimo Codice reſtituit.]

*Cum pugna depingeretur Mara-*

[redacted]



pugna depingeretur Marathonia, ut in decem praetorum numero prima ejus imago poneretur, isque hor-
4 taretur milites, praeliumque committeret. Idem ille populus, posteaquam majus imperium est nactus, et largitione magistratuum corruptus est, trecentas statuas Demetrio Phalereo decrevit.

*thonia*] Vide Clem. Alexandrin. Lib. 1. *Stromat.* pag. 348. *Ernst.* A Panaeno fratre Phidiae pictum id praelium, tradunt Pausanias Eliacis 1. et Plinius Hist. Nat. 35, 8. qui et, quos duces in eo pinxerit, narrat. Aelianus a Micone aut Polygnoto Thasio pictum vult. 7. Hist. Animal. 28. vid. Meurs. Athen. Attic. 1, 5. *Bosius.*

*Prima ejus imago poneretur*] *Ponere* proprie dicuntur artifices sive pictores: Propertius. L. 2. El. 12. vs. 53.

*Si quis vult famâ tabulas anteire vetustas,*
*Hic dominam exemplo* ponat *in arte meam.*

Adi clarissimum Burmannum ad Ovid 10. Metam. vs. 516. nec non *imago* proprie de *picturis* usurpatur. Ovid. 6. Metam. vs. 103.

*Maeonis elusam designat* imagine *tauri*
*Europen: verum taurum, freta vera putares.*

Florus Lib. 1. prooem. *faciam quod solent, qui terrarum situs pingunt, in brevi quasi tabella totam ejus* imaginem *amplectar.* hinc Noster in Ep. cap. 1. *Quum autem exprimere* imaginem *consuetudinis atque vitae velimus Epaminondae.* De voce *imago* consulendus est P. Manutius ad Ciceron. L. 6. ad Fam. Ep. 12. p. 136. de raro hoc tum temporis honore Plinius L. XXXIV. Sect. 9. qui hunc Nepotis locum illustrat. cur vero prima Miltiadis imago ponenda fuerit in decem praetorum numero, docet Plut. in Arist. p. 321. *Τῶν δὲ κατεσώτων τοῖς Ἀθηναίοις ἐπὶ τὸν πόλεμον στρατηγῶν μέγιστον μεν εἶχεν ἀξίωμα Μιλτιάδης, δόξῃ δὲ καὶ δυνά-* (p. 52.) *μει δεύτερος ἦν Ἀριστείδης.* vitiose in Voss. C. Pro *praeliumque praediumque*, ut et in cap. 7.

*Isque hortaretur milites etc.*] Aristides Platon. 2. *Μόνος ἐξ ἁπάντων προυκρίθη τὴν χεῖρα ἐκτετακὼς γραφῆναι, ὡς τότε εἶχε τοῖς στρατιώταις κελευόμενος.* *Rauus.* Vide et Plutarch. in Cimone, ac Aeschinem Orat. adv. Ctesiphontem: e qua totum hunc locum ab auctore nostro translatum esse, Longolius ac Lambinus existimant. *Bosius.* De verbo *hortari* Graev. ad Justin. 12, 4. Gloriae aliorum Atheniensium, qui quoque heroice sese in hac pugna gesserunt, obscuritatem attulit Miltiadis virtus cum consilio conjuncta, de quibus el. Valckenarius ad Herodot. Lib. VI. cap. 114.

*Trecentas statuas Demetrio Phal.*] Numero noster rotundo utitur. Strabo enim Lib. IX. plures quam trecentas refert. Vide et Plut. in *παραγγελμ. πολιτ.* Diog. Laertius V. 5. trecentas sexaginta. Vide et Plin. 34, 6. Utique totidem, quot dies annus tum habere credebatur. M. Varro.

*Hic Demetrius aeneas tot aptu' est,*
*Quot luces habet annus absolutus.*

Vide Ger. Jo. Voss. de Hist. Gr. 1, 12. Qui de Demetrio hoc plura voluerit, adeat Diog. Laert. l. d. Plut. in Demetrio, Nostrum in Phocione, Diod. Siculum circa ejus tempora, etc. *Rauv.* *Phalereo* Leid. et Cod. Voss. A.

## CAP. VII.

Post hoc praelium classem septuaginta navium A- 1
thenienses eidem Miltiadi dederunt, ut insulas, quae barbaros adjuverant, bello persequeretur. Quo imperio plerasque ad officium redire coegit, nonnullas vi expugnavit. Ex his Parum insulam, opibus elatam, quum 2

B. *Phalerio.* v. cl. Ruhnk. ad P. Rutilium Lupum L. II. Sect. 16. p. 128. De Demetrii statuis vide cl. Menag. ad d. L. Diog. Laertii Sect. 75. pro *decrevit* Voss. B. *decernit.*

*Post hoc praelium, etc.*] Herodotus Lib. VI. cap. 132. paullo aliter. narrat enim *Miltiadem ab Atheniensibus naves septuaginta, et exercitum, et pecunias petiisse, tacentem, adversus quos bellum gesturus esset: hoc tantum eis pollicitum, se eos locupletaturum, si se sequerentur, ei enim regioni se bellum illaturum, unde magnam vim auri facile essent laturi. etc.* Lambin. Videntur autem haec Petavio part. 1. Ration. temp. lib. 3, 2. proximo anno ab Marathonia victoria contigisse. *Bosius.* In Voss. B. pro *bello persequeretur, prosequeretur.* Solenni mutatione, sic in Lucano L. 1. vs. 201. Infra in Catone c. 3. vide Celeb. Burm. ad Phaedr. L. 3. fab. 20. vs. 3. et ad Ovid. l. 4. Metam. vs. 151. et *per* in aliis quoque compositis cum *pro* saepius confundi docebimus ad Hannib. cap. 5. *persequi* vero *bello* notior phrasis est, quam ut (p.53.) multis illustretur; idem esse ac *premere bello* et quidem ob illatam injuriam docuere summus Gronovius ad Livium Lib. 2. cap. 16. et Broukhus. ad Tibull. L. 1. El. 9. vs. 28.

*Plerasque ad offic. red. coegit.*] Schotti liber *plures.* Officium vero hic notat obedientiam, qua populus magistratui tenetur. Infra Cimone: *Insulas alienatas ad officium redire coegit.* Conone. *Etiam cum in officio non manebat.* Datame. *Ut sine armis propinquum ad officium reduceret.* Eumene, *se omnibus praefectis, qui in officio manebant, misisse literas.* Tacit. l. 1. Annal. c. 48. *Postquam majorem legionum partem in officio vident.* Caesar. l. 1. de Bel. Gal. *Cur hunc tam temere quisquam ab officio discessurum judicaret.* Gebhard. Voss. C. *plures.*

*Parum insulam*] Etiam hanc rem multo aliter narrat Herod. eod. lib. quod longum sit referre. Quare petat lector a fonte. Ephorus vero, cujus verba apud Stephanum reperi, hanc historiam narrans, propius ad Probum accedit, ita ut Probus ex eo sumsisse, quae hac de re scripsit, videatur. *Lambin.* Adde cl. Valcken. ad Herodotum L. VI. c. 133. n. 58. [Confer *Ephori Cumaei Fragmenta, collegit atque illustravit Meier Marx. Praefatus est Frid. Creuzer. Carolirubae.* 1815. 8. pag. 211. seq.]

*Opibus elatam*] Apposite Zenobius IV. 49. ὑπερηφάνους γὰρ εὐπραγοῦντας τοὺς κερκυραίους φησὶν Ἀριστοτέλης γενέσθαι. Valer. Max. VII. 1, 2. *Gyges regno Lydiae armis et divitiis abundantissimo inflatus.* Gebhard.

oratione reconciliare non posset, copias e navibus eduxit, urbem operibus clausit, omnique commeatu privavit: deinde vineis ac testudinibus constitutis, pro-
3 pius muros accessit. Quum jam in eo esset, ut oppido potiretur, procul in continenti lucus, qui ex insula conspiciebatur, nescio quo casu, nocturno tempore incensus est. Cujus flamma ut ab oppidanis et oppugnatoribus est visa, utrisque venit in opinionem,

*Copias e navibus eduxit*] Cod. Schefferi *Copias eduxit*, quare Schefferus vir ille praestantissimus illud *e navibus* glossema esse putat in Ep. 7. ad N. Heinsium: ejus sententiam confirmat Voss. B. in quo etiam haec verba omittuntur.

*Operibus clausit*] Ut non tam armata vi, quam inopia domaret. Vegetius Lib. III. cap. XXVI. *Aut inopia, aut supervenientibus, aut terrore melius est hostem domare, quam praelio.* Per *opera* autem munitiones intelligit, quae fossa, vallo et aggere constant. *Buchn.* Operib. oppugnantur munitiora, quam quae impetu seu corona capi subigique possunt. Tacit. 5. H. 13, 6. *Hanc adversus urbem gentemque Titus Caesar, quando impetum et subita bella locus abnueret, aggerib. vineisque certare statuit.* Liv. lib. 37. *Cum ad moenia castra posuisset, non corona, sed operib. oppugnare urbem est aggressus.* Vide Caesar. 2. de B. Gall. 12. Tac. 6. A. 41. Graeci vocant *τάφροις καὶ ςαυρώμασι περιβαλεῖν*, vel etiam *περιλαμβάνειν*. *Gebhard.* Adde Tennul. ad Frontin. L. 3. Strat. cap. 2. E. 1. et cl. Dukerum ad Florum L. 2. cap. 15. n. 11.

*Omnique commeatu*] Nempe mari prohibitos, atque interclusos: ut dicit Ephorus, *τῆς θαλάττης εἴργων.* *Lamb.* Pro *propius.* Leid. *proprius.* [Cod. Axen. *et testudinibus.* Pro *deinde* Gu. Ultr. *dein.*]

*Quum jam in eo esset*] Ita in Pausan. c. 5. *Quum jam in eo esset, ut comprehenderetur.* Livius lib. 2. cap. 17. *jam in eo esset, ut muros evaderet miles.* Sic Graeci *ἐν τύτοις* et *ἐνταῦθα εἶναι* dixerunt. Aelian. L. 4. V. H. cap. 8. de Amynta Macedone *ἐπεὶ δὲ ἐν τούτοις ἦν, quum vero in eo esset.* sc. *ut regionem relinqueret.* pro quo Sophocl. in Electr. vs. 21. dixit *ὡς ἐνταῦθ' ἐμὲν, ἵν' οὐκέτ' ὀκνεῖν καιρὸς, nam in eo sumus, ut non amplius segnitiei detur locus.*

*Flamma ut*] *ut* deest Leid.

*Venit in opin. signum a class. regiis datum*] Ex eorum genere, quae *muta* vocantur, ignis quoque signum quoddam est, nihilque expeditius ad significandum eminus. Veget. 3, 5. *per noctem flammis, per diem fumo significari* tradit *sociis, quod aliter nuntiari non potest.* Inter alia ergo fieri *igne* consuevit, ut obsessis spes accendatur depellendae obsidionis. Eoque indicio cum Cicero in castris teneretur, et speraret subsidio futurum Caesarem, *quamprimum fumi incendiorum procul videbantur, ista res omnem dubitationem adventus legionum expellebat.* Caes. Bell. Gall. v. 48. et VIII. 3. Caesar cum Bituriges nec opinantes opprimere vellet, *etiam illud vulgare incursionis signum, quod incendiis aedificiorum intelligi consuevit, interdicto sustulerat.* *Rave.* Ms. Oxon. *Signum adversariis datum.* Antiquum morem Graecis militibus olim usitatum illustra-

signum a classiariis regiis datum. Quo factum est, 4
ut et Parii a deditione deterrerentur, et Miltiades, timens, ne classis regia adventaret, incensis operibus, quae statuerat, cum totidem navibus, atque erat profectus, Athenas magna cum offensione civium suorum rediret. Accusatus ergo proditionis, quod, 5

runt Schol. Homeri Iliad. Σ. vs. 207. Tzetztes ad Lycophron. vs. 250. Meursius ad Eund. vs. 345. Servius et Cerda ad Virg. 2. Aen. vs. 256. et ad 6. Aen. vs. 519.

*Classiariis regiis*] Excerpta e libro P. Danielis: *cum classiariis regis*, ut infra Themistocle: *cum classiariis regis conflixit.* sunt autem *Classiarii* milites navales. Themistocl. *cujus fama perterriti classiarii cum manere non auderent.* Hannibale: *Die ipso, quo facturus erat navale praelium, classiarios convocat.* Hos Hirtius de Bell. Alexand. cap. xi. vocat *Epibatas.* Gebhardus. Ms. P. Danielis, *class. Regis*, ut infra 2, 3, 2. *Regis* autem intellige, Persarum. Nam Reges Persarum absolute *Reges* dicebantur. v. Ind. *Bosius.* *Classiariis regis* exhibet etiam Voss. B. [et Axen.]

*Deterrerentur*] Quia fortasse metuebant sibi a Persis, si se Atheniensibus dederent. *Lambin.* Pro *ut et Parii* Leid. *et Parum.* Voss. A. *ut Parii.* C. *et ut Parii.* [Leid. 1. Gu. Ax. Ult. *ut et.*]

*Milt. timens, ne classis reg. advent.*] Aliam caussam, cur Miltiades recesserit, tradit Herod. Eratone extrema. Vide Edw. Simsonis Chronic. Catholic. parte iv. p. 24. *Bosius.* Vide Interprr. ad Herodotum L. vi. c. 136. qui Lib. viii. cap. 112. postea Parios Θεμιστοκλῆα χρήμασι ἱλασαμένους expeditionem devitasse refert.

*Incensis operibus*] Vallum enim ex sudibus et turribus constabat. Ne quis cum *Magio* vineas, testudines et machinas bellicas in- (p. 55.) telligi putet. *Bosius.*

*Accusatus ergo*] In Cod. Dan. plenius legebatur: *Accusatus est ergo.* Bosius. Leid. *Accusatus ergo.* *τὸ est* cum Cod. Dan. non est rejiciendum. In primis accusatus est a Xanthippo, Ariphronis filio. v. Herodot. L. vi. cap. 136. [Gu. Ultr. *Acc. ergo est.* Cod. Dan. *Acc. est ergo*, quae ipsa varietas verbum a librariis intrusum esse demonstrat. V. infra ad 19, 1, 1. et adde not. ad 2, 4, 5.]

*Proditionis*] Trogus Pompejus aliter memoriae prodidit, quod ex *Justino* intelligas, qui Miltiadem ob *crimen peculatus* in carcerem conjectum narrat, 2, 15, 19. *Seneca* etiam Controv. Lib. ix. 1. ejusmodi problema proponit, *Miltiades peculatus damnatus, in carcere alligatus decessit.* Et sane non aberrant. Miltiades enim pecuniam publicam in usus suos cum perfidia vertebat. Id directe factum sit, an per obliquum, nihil refert, nisi quod crimen augeat. Damnatus utique hujus praecipue criminis est, dum, quantus in classem factus est sumtus, litem redimere debuit. Unde Herodotus vi. 136. scribit, mulctam ei irrogatam fuisse κατὰ τὴν ἀδικίαν, quod interpretor, *juxta damnum perfide datum.* *Ravc.* Hujus sententia et eo videtur confirmari, quod proditionis accusati statim ab accusatione in vincula conjiciebantur; convicti autem morte luebant, nec intra fines Atticae sepeliri poterant, ut docet Petitus Comment. ad Leg. Att. l. 7. tit. 4. p. 562. Quorum nihil Miltiadi factum est. Nam neque capitis damnatus, et postea demum,

quum Parum expugnare posset, a rege corruptus infectis rebus [a pugna] disceſſiſſet. Eo tempore aeger erat vulneribus, quae in oppugnando oppido acceperat. Itaque quoniam ipse pro se dicere non poſſet, verba fecit frater ejus Tisagoras. Caussa cognita

quam pecunia multatus erat, in vincula conjectus eſt. *Bos.* Suidas scribit, eum tyrannidis in Chersoneso usurpatae reum fuiſſe actum. Vid. infr. c. VIII. §. 3. *Ernſt.*

*A pugna*] Sic Longolius et Lambinus, sed ab optimis codd. Dan. Schotti, Leid. et Boecl. haec verba aberant. Quorum auctoritate nixus parenthesi inclusi, ut intelligeret lector, suspecta eſſe. Praeterea, ut recte Gebhardus, quibus blanditur iſta lectio, iis demonſtrare incumbebat, *pugna* significari quoque oppugnationem. *Boſius.* Pro *rebus* Cod. Leid. *omnibus*, sed *a pugna* non legitur. Abeſt et a Voſſ. B. vide not. poſt. licet *pugnare* pro oppugnare aliquando sumi concedamus, nullum tamen exemplum proferetur, quo demonſtrabitur, *pugnam* poni pro obpugnatione. [Ax. *inf. reb. a rege disceſſiſſet* (non: *disceſſit*). Quod repetitur *a rege*, id scribendi errore potius pro illo, *a pugna*, quod alii habent, poſitum, quam temere ex praecedentibus iteratum puto. *Moſche.* Et Gu. *a rege.* Ab ed. Ult. utrumque, et *a pugna*, et *a rege*, abeſt.]

*Vulnerib. quae in oppugn. opp. acc.*] Aliam morbi cauſſam refert Herod. L. 6. cap. 136. *Bos. Acceperat* Cod. P. Dan. [Gu. Ax. Ult.] Sed Leid. et Voſſ. C. *ceperat.* Ad Herodoti locum cl. Valckenarius opinatur, Nepotem secutum fuiſſe Ephorum. vide et Weſſ. ad cap. 133. lin. 60.

*Quoniam ipſe pro ſe dicere*] Id quod Auctor Dialogi *de Corrupt. El.* dixit, *ſua voce reſpondere*, cap. 36, 9. Juxta legem scil. cujus meminit *Plato* in Apologia Socratis, τῷ δὲ νόμῳ ἀπολογητέον. Et hoc quidem noſter *pro ſe dicere* interpretatur. *Scribere enim litigatoribus*, *ſed quae illi pro ſe ipſi dicerent*, *erat moris*, *juris autem*, *ut non liceret pro altero agere*, diserte Fabius teſtatur 2, 16. Eratque non tantum legis, sed et verbi iſta sententia. Ideoque cum Miltiades pro se verba facere non poſſet, facerent autem amici ejus (ut Herodotus refert) mutat (p.56.) verbum: *Μιλτιάδης δὲ αὐτὸς παρεὼν μὲν, ὐκ ἀπολογέετο, ὑπεραπολογέοντο δὲ οἱ φίλοι.* Hinc Lucianus in Anacharside, *τὐς συνηγόρυς*, *Advocatos*, describens, *τὐς ὑπὲρ ἄλλων ἐρῦντας* vocat; et hoc non tam *cauſſam dicere* (id enim facere dicuntur, qui pro se ipsi dicunt,) quam *patrocinari* est. Licebat autem utrique partium pro *litis* aut *perſonae* conditione Advocatos petere a judicibus, ut apud *Lucianum* est in bis Accusato. Hermogenes disertis verbis *ἀσθένειαν*, *infirmitatem* allegat, Method. Eloq. cap. 21. ubi de tempore et cauſſis agit, ex quibus dare orator debeat Advocatos. *Rave.*

*Pro eo*] Aberat Ms. Leidensi. *Bos.* [Male Heuſingerus *ipse*, quod a Ms. Voſſ. B. et Ax. abeſt, sed in ceteris libris omnibus, etiam in Gu. et Ultr. legitur, a grammatico adjectum putat. Sed in iisdem libris omnibusque ante Lambinum editis verba *pro eo* omittuntur, quae Heusingerus uncis inclusit, nos autem e textu removimus. Pro *quoniam ipse* in Ultr. legitur, *cum ipse.*]

*Tisagoras*] *Stesagoras* est figmentum Longolii: cum contra exſtet in omnibus libris *Dixagoras.* P. Danielis Excerpta *Sageras.* Vulgati *Diagoras* nulla ratione.

capitis absolutus, pecunia multatus est, eaque lis 6 quinquaginta talentis aestimata est, quantus in classem sumtus factus erat. Hanc pecuniam quod solvere

Verum Cl. Rutgersius e Libanio reducit *Tisagoras*. Idem accusat eı Herodoto erroris, quod multo antequam Miltiadi hoc accideret, jam obiisset ille. *Gebhard.* Mire variant libri. Vulgati *Diagoras*; Mss. Danielis et Schotti *Sagoras*; Longolii *Dixagoras*; Boecleri *Isagoras*. Herodotus Lib. vi. et Thomas Magister in voce τιϑη, *Stesagoram* vocant; quod nomen etiam heic reposuit Longolius, suffragante Lambino. Rectum est *Tisagoras*, quod e Libanio in Oratione Cimonis pro Miltiade Ampliss. Rutgersius reduxit, 1. Var. lect. 9. Et sic quoque Scholiastes Aristidis Cimonis Coalemi patrem, Miltiadis avum appellat, quem Herodotus pariter *Stesagoram* vocat, lib. eod. p. 392. Porro idem Rutgersius erroris accusat Nostrum, quod ex Herodoto confiet, Tisagoram multo ante, quam Miltiadi hoc acciderit, obiisse. sed vide Notas ad 1, 1, 1. *Cimonis filius*. Bosius. Leid. *Isagoras*. Voss. A. C. *Sagoras*. Voss. B. *quoniam pro se* et *Sagoras*. [ Gu. *Sagoras*. Ult. *Diagoras*. ]

*Capitis absolutus*] Amicis causam ejus agentibus, et beneficia, quibus patriam obstrinxerat sibi, commemorantibus. Herodot. 6. nam alias ordinaria proditionis poena, ut paullo ante diximus, mors erat. *Bosius.*

*Pecunia Multatus*] Cod. P. Dan. *mulctatus est*. Vossian. A. *multatus est* et pro *absolutus* Voss. C. *absoluta*.

*Eaque lis aestimata est*] Litem aestimare, teste Asconio Pediano, est pecuniam, de qua lis fuit, et propter quam reus condemnatus est, in summam redigere. Nepos Cimone, *Cum pater ejus litem aestimatam populo solvere non posset.* Timotheo. *Hoc judicio damnatur Timotheus*, *lisque ejus aestimatur centum talentis.* Vellej. Paterc. Lib. 2. c. 8. . *C. Cato consularis M. Catonis nepos*, *Africani sororis filius*, *repetundarum ex Macedonia damnatus est*, *cum lis quatuor millibus aestimaretur.* Caesar Lib. 5. Comm. cap. 2. *Arbitros inter civitates dat*, *qui litem aestiment poenamque constituant.* Ita creberrime loquitur Cicero. Valer. Max. Lib. 5. cap. III. 2. est *poenam finire*. De Furio Camillo. *At*, inquit, *aerario abesse tribunus pl. querebatur quindecim millia aeris*, *tanti namque poena finita est.* Gebhard.

*In classem*] Cod. Dan. *in classes*. Bosius. Etiam Leid. [ Ax. Gu. ] *in classes*, sed *in classem* est ad classem istam septuaginta navium apparandam. Lucanus L. 1. vs. 306. *In Classem cadit omne nemus.* Ubi vide Scholia, et Cl. Oudendorpii notas, qui et ad Frontinum Lib. 2. strateg. cap. 2. num. 5. pro *locum castris editum*, non male conjicit legendum (p. 57.) *locum in castra*, id est, ad castra facienda, *editum*. Eodem modo apud Florum Lib. 2. cap. 6. §. 23. *in sacramentum militiae liberata servitia* i. e. (Explicante ita Cl. Dukero,) sacramenti causa, ut sacramento adigi possent. Huc refer, quae notat Cortius ad Cic. IX. ad Fam. Ep. 20. n. 5. et ad Sallust. Cat. c. 12. n. 4. sic Graeci, et inter alios Theocritus Idyll. 5. vs. 98. *ἐς Χλαῖναν*, *ἀντὶ τοῦ ἐργάζεσθαι Χλαῖναν* teste antiquo Scholiaste; sed et consule de hoc loco not. post.

*Quod solvere in praesentia non poterat*] Sic praeter Mss. Savaroni et Schotto inspectos etiam Dan. et Boecl. hancque lectionem omnino veram et genuinam esse,

in praesentia non poterat, in vincula publica conjectus est, ibique diem obiit supremum.

contendebat Clar. Ravius. Nam si cum Longolio et Lambino, quos ea in re plerique omnes recentiores sequuti sunt, illud *in praesentia* omittas, verba Nepotis neque morem populi Atheniensium exprimere, et sensu falsa esse. Non enim, inquit, putes carcerem cum mulcta commutasse, ut, quia solvere Miltiades non posset, poenam civibus suis corpore et in vinculis dederit. Si quidem et post parentis cujuscunque, qui Aerarius factus erat, et hujus ipsius Miltiadis obitum, liberi adhuc eadem mulcta tenebantur, utut carceres parenti fuissent perpetui. Non enim, quod sciendum, *in poenam* dabantur, sed *in custodiam*, ut aperte in *Cimone* 1, 1. dicitur, atque ad solutionis maturandae necessitatem. *Plutarchus* quoque scribit *in Cimone*, Miltiadem *πρὸς τὴν ἔκτισιν εἰρχθέντα*, ut solveret, abreptum. Haec ille. Adde not. seq. *Bosius*. *In Praesentia* Libri Mss. Schotti et Leid. nec non Oxon. item Vossiani A. B. C. *τὰ in praesentia* in textum recepit Heusingerus. Ego nunquam credam, haec verba, licet sint latinissima, et Nepotis puritate digna, ipsi auctori suam debere originem, sed a describentibus inculcata, ut ipsa docet historia; nam Nepos Ephorum, ut opinantur Docti, secutus, simpliciter narrat, Miltiadem, proditionis accusatum, et hinc ultimo supplicio dignum, id quod ipsa res indicat, licet Nepos non addat, sed Tisagora, ut Nepos, vel amicis, ut Herodotus dicit, pro eo vulneribus aegro deprecatis, capitis absolutum, pecunia multatum, in carcerem fuisse conjectum, quia multam eam solvere non poterat. Quid opus est, ut addatur *in praesentia*. res ipsa loquitur; neque enim *in praesentia* neque postea solvere potuit, nec denique ejus filius Cimon, cui quoque in eodem carcere fuisset moriendum, nisi Elpinice, soror germana, et uxor, altero matrimonio cum pecunioso Callia inito, mariti secundi aere eum e custodia liberasset. In Them. cap. 8. pro *in praesentia Rex abesset* Leid. Cod. quo usus sum, *in praesentia rerum abesset*, et in Codice Leidensi 1. *in praesentia Rex esset*. Unde patet, ibi quoque librarios inter se discordare. in Alcib. cap. 10. *id quod in praesentia vestimentorum fuit* nulla codicum est varietas. in Hannib. cap. 6. Voss. B. monstrum aliquod attulit *praesensiarum*, et ibi Perizonium ostendi *in praesentiarum* defendisse. Si *in praesentiarum* in Nepotis loco hoc sit ferendum, potest etiam ferri in Them. cap. 8. ubi pro, secundum codicem Leidensem, *in praesentia rerum* facile legi posset *in praesentiarum Rex*. sed nihil definio, et rem suo loco relinquo; attamen si ex animi (p. 58.) sententia loquar, dubito, an singula ista Nepotis loca sint quidem sana; nam Curtius, perpetuus Nepotis imitator, ut ex multis locis apparet, numquam hac locutione usus est. Lib. VIII. cap. 2. §. 32. legitur *opperirique praesentiam ipsius*. Sed ibi quoque Codicum est varietas, et alii legunt *opperirique praesens ipsis intervenit;* ipsum locum inspice. in Libro VI, cap. 3. §. 8. *qui praesentes metuunt, in absentia hostes eruunt*, ubi Acidalius credit, Curtium scripsisse *absentes hostes eruunt*. ibi de loco, non de tempore agitur. Livio hanc locutionem in deliciis fuisse ostendit Drakenburgius ad Lib. VI. cap. 26. §. 8. sed hoc nihil ad Nepotem, cui *τὸ in praesentia* obtrusum a librariis opinor. Perizonius ad Sanctii Min. L. II. c. 3. n. 8. p. 172. *in*

*praesentia* dixisse quoque Terentium et Tacitum monstravit. [Gu. *in praesentia* habet, quod in Ultr. ed. male omittitur. ]

*In vincula publ. conj. est*] Primo de *jure vinciendi*, deinde de *Vinculis*. Quibus mulcta irrogata, ab eo die, quo debere inceperant, fiebant Aerarii, h. e. aerario obnoxii, ut est ap. *Demosth. in Leptin.* Ideoque tum in vinculis eos lex esse jubebat, quo usque solvissent. Sic convictis *malae parentum tractationis* irrogare mulctam lex jubet, et pergit: *si mulcta irrogata fuerit, quousque eam solverit, in vinculis esto*. Ead. formula habetur in lege Solonis, super iis, qui militiam detrectant, aut desertores sunt, uti est ap. *Aeschinem* Orat. contra Ctesiph. et ap. *Demosth.* Orat. advers. Timocr. Similis formula est in lege super iis, qui damnati sunt εἰσαγγελίας, et totidem verbis repetitur alia quoque lege, super Naucleris et Mercatoribus, Athenis alio, aut aliunde Athenas navigantibus, si injuste et non secundum tabulas contractus fecisse convicti essent. Idem *Demosthenes* adv. Timocr. et Zenoth. Et haec caussa erat, quae eos, qui solvere non possent, in perpetuis carceribus detinebat, Miltiademque nostrum in vinculis obire coëgit. Ne sic tamen expuncta erat mulcta, quippe et in liberos durabat; ut in Cimone apparuit, de quo vide nostrum. Quale exemplum et de Scydimo refert Suidas in Ἀριστογείτωνι. *Aristogiton*, inquit, *Scydimi filius; calumniator. Hujus pater, quod aerario pecuniam deberet, in carcere obiit. Postea vero et ipse Aristogiton, ut illius debiti haeres, eodem conjectus est*. Veniamus ad *Vincula*. Ea diserte noster nominat, et faciunt alii perinde. Val. Max. de Cimone: *Hanc hereditatem paternum maximi Ducis filius, et futurus ipse aetatis suae Dux, solam se sortitum, Catenas sc. et carcerem, gloriari potest*. Utique praeter *carcerem*, meminit simul *catenarum*. Nam et de Socrate in Phaedone refert *Plato*, *crus ipsi ex vinculo doluisse*. Erant ergo vincula, quib. pedes artabantur. Vocabant ea suo sibi proprio nomine, ποδοκάκκην. Interpres Aristophanis in Equit. *Vinculorum*, inquit, *genus est lignum, quod ποδοκάκκην vocant*; eodemque modo ap. Lysiam *Orat.* 1. ἀδν. *Theomnest.* explicatur, citaturque lex, quae jubebat, decem dies Aerarium habere πόδα ἐν τῇ ποδοκάκκῃ. Cum autem vinculum hac lege adhiberetur iis, qui et solvendo, et jam in eo toti erant, ut expedirent pecunias; quanto justius induebantur nostro Miltiadi, qui *in praesentia* solvere non poterat? Respondent ergo haec vincula Romanorum *Nervo*, ex quo qui propter aes nexi erant, *in nervo esse* dicuntur. *Nervum enim appellamus*, inquit Festus, *etiam ferreum vinculum, quo pedes vinciuntur*. Haec ferme omnia adversus *Longolii* et *Lambini* lectiones, inprimis pro intelligendo auctore, moribusque A- (p. 59.) theniensium, in pauca contuli, ex Cl. Viri *Sam. Petiti* Commentario ad leges Atticas Lib. IV. *Rave*. Herodotus Lib. VI. cap. 136. in fine tacet de carcere, et mortem ita describit: Μιλτιάδης μὲν μετὰ ταῦτα σφακελίσαντός τε τοῦ μηροῦ καὶ σαπέντος τελευτᾷ. Verbo Herodoti usus Aristides T. II. p. 244. ita memorat insurgens in Platonis Gorgiam p. 352. Μιλτιάδης δὲ ἔφθη τελευτήσας, οὐ τῶν δικαστῶν θάνατον καταγνόντων αὐτοῦ, οὐδ', ὡς σὺ φῄς (*Plato*) κἂν εἰς τὸ βάραθρον ἐμπεσών, εἰ μὴ διὰ τὸν Πρύτανιν, ἀλλὰ τοῦ τραύματος αὐτῷ σφακελίσαντος, καὶ τούτων πολλοί, μᾶλλον δ' ἅπαντες μάρτυρες.

*Conjectus est*] Non tantum *Miltiades*, sed etiam filius; ut uterque disceret, *eand. omnium civitatum esse naturam*. Vide inf. vitam Cimon. Dionis Chrysostomi *Orat. LXXIII. pag.* 634. et Val. Max. *Lib. V, cap. III.* Notan-

## CAP. VIII.

1 Hic etsi crimine Pario est accusatus, tamen alia fuit caussa damnationis. Namque Athenienses propter Pisistrati tyrannidem, quae paucis annis ante fuerat, omnium suorum civium potentiam extimescebant. Mil-

dum autem heic est, obsidionem sine caussa solvere, proditioni ab Atheniensibus fuisse datum. Quo nomine ac titulo Miltiadis hic error a Pet. Gregorio Tholosano inter proditionis crimina refertur. *Lib.* xxxv. *Syntagm. jur. universi: cap.* v. §. *penult.* Ernst. *Est* abest a Leid. idem pro *Pario*, *Pariio*. [ Gu. *vincla*, ut omnibus fere locis. ]

*Propter Pisistrati tyrannid.*] Quomodo eam et occuparit, et gesserit, vide ex *Solonis* epistola ad Epimenidem, quae est apud *Diog. Laert.* Lib. 1. in Solon. ut et ex *Herodot.* 1, 59. *Aristot.* v. Polit. 7. *Plutarch.* in Solon. *Diodor. Sicul.* XIII. 95. *Valer. Max.* 1, 3. et VIII, 9. *Aelian.* VIII, 19. *Justin.* II, 8. 6. Quomodo autem liberati Athenienses, apparet ex eod. *Herodoto* v. 63. *Pausania* in Laconicis. Ex recentioribus nemo quidem accuratior *Joh. Meursio*; qui integro libro [quem *Pisistratum* inscripsit, *Bos.*] complexus omnia est. Vocatur autem *Pisistrati tyrannis*, ejus quidem velut Auctoris, sed non minus filiorum, Hipparchi et Hippiae, quae universim τυραννὶς ἡ τῶν πεισιςρατιδῶν, *Pisistratidarum tyrannis*, auctorib. appellatur. *Rave.* [ Pro *Nam Athenienses* Cod. Axen. Gu. Ultr. *Namque Ath.* quod in aliis quoque libris obvium praeeunte Harlesio in textum recepimus. Paullo ante Ax. Thott. Gu. *tamen alia caussa fuit damnationis*, ordine, inquit Moschius, non negligendo. ]

*Quae paucis annis ante fuerat.*] Desiit enim, ut colligitur e Thucydide, anno vicesimo ante pugnam Marathoniam, cum Hippias, Pisistratidarum ultimus, urbe pelleretur, decretumque in eum omnesque Pisistratidas acerrimum fieret.' Vide Meurs. Fortun. Att. c. 10. et in Pisistrato c. 20. Petav. in Paralipom. ad Lib. 10. de Doctr. temp. p. 856. et part. 2. Rationar. temp. L. 3. c. 9. qui et prolixe disquirunt, quamdiu haec tyrannis duraverit. Marmor tamen Arundelianum, cujus supra ad 1, 5, 5. mentio facta, ejectionem Pisistratidarum XXI. annis pugna Marathonia antiquiorem facit. v. Selden. Canon. Chronic. p. 103. *Bosius.* De tempore, quo Pisistratus regnavit, Periz. ad Aelian. L. III. V. H. c. 21. n. 3.

*Omnium s. civium pot. extimesc.*] Videtur expressisse Thucydidem, qui de Alcibiade eadem refert, Lib. v. *Populus* (Atheniensis), *qui* (p. 60.) *fama acceperat, tyrannidem Pisistrati et filiorum extremis temporibus gravem exstitisse, semper in metu versabatur, et suspecta habebat omnia.* Rave. Similiter *Aristides* Orat. pro Quatuorviris: *Videntur mihi* (Athenienses), *cum calamitates eas, quas sub Pisistratidis perpessi erant, cogitarent, neminem praeferri ceteris voluisse, sed aequali omnes potestate esse.* Bosius. Pro *suorum civium* [ quod etiam in Ultraj. legitur, ] exstat in Cod. P. Dan. *civium suorum.* [ Ita et Axen. et Guelph. ]

tiades multum in imperiis magistratibusque versatus a non videbatur posse esse privatus, praesertim quum consuetudine ad Imperii cupiditatem trahi videretur.

*Imperiis magistratibusque* ] Gifanii codex, teste Schotto, *magnisque*, monetque exaudiendum *rebus*. Sed mihi videtur interpolatum esse ab eo, qui *magistratibus* offensus putarat sufficere *imperiis* vel loco τῦ *magistratibus* aliud requiri dictumve a scriptore. *Gebhard*. Gifanii, P. Danielis et Boecleri codices: *imperiis magnisque*. Id si non compendio, sed integre scriptum, *rebus* exaudiendum, ait Schottus. Sed de compendio securus esse poterat: quis enim unquam hanc vocem sic abbreviavit? Neque tamen ideo *rebus* subaudiendum est. Nec enim ita solet Nepos, nec fortasse priscorum alii. Et tamen vulgatam lectionem a mala manu esse vix dubito. Neque enim crediderim librarios in tot Codd. pro notissima ac plani apertique sensus voce aliam supposuisse. Praeterea Nepos, nisi me omnia fallunt, potius dixisset *imperiis ac magistratibus*. Cogitabam igitur *in imperiis magnis versatus*, sed unde copula irrepsisset, quae omnes Libros manu typisque descriptos, occupat? Tentabam etiam *multis in imperiis magnisque versatus*; quomodo 9, 3, 1. *multa magnaque merita*. et 18, 2, 4. *multas magnasque pollicitationes* conjunxit. Sed neque hoc placuit, cum recordarer illius, quod 2, 1, 3. legitur *multum in judiciis privatis versabatur*. Nil igitur aliud in praesentia occurrit, quam ut vel excidisse aliquid censeam, vel copulam h. l. ἐξηγητικὴν sive explanativam esse; idemque esse *in imperiis magnisque*, ac si dixisset: *in imperiis iisque magnis*. Etsi hoc duriusculum esse non diffiteor. *Bosius*. Leid. et Oxon. Mss. Voss. B. [Axen.] *multum imperiis magnisque*. et ita legit J. J. Struchtmeier Lib. 1. Obs. cap. 10. vel. Oudend. conjicit excidisse forte τὸ *judiciis*. [Gu. *in imperiis magnisque*. Sed Ed. princeps atque Ultraj. *multum in imperiis magistratibusque versatus*, ut de sanitate loci non dubitandum sit.]

*Cum consuetud. ad imperii cupid.*] Casaubonus laudat ad Suetonii Jul. Caes. cap. 30. *cum imperii consuetudine*, quod probare non possum. *Gebhard*. Casaubon. in Animadv. Sueton. (*ad Jul. c.* 30.) geminat vocem: *cum imperii consuetudine ad imperii cupiditatem trahi vider*. Fortasse autem consensus librorum facile tuetur vulgatam lect. Quoniam enim et antecedentia, et quae sequuntur, satis definiunt istam *consuetudinem*, nihil aut incommodi in stilo aut obscuri in sensu habet omissio vocis, quae obviam subintellectionem sive potius repetitionem ex proximo habet. *Boecl.* Optime *Paullus Diaconus* Histor. Miscell. 2, 14. *Placuit, ne imperium longius, quam annuum, haberent* (Consules), *ne per diuturnitatem potestatis insolentiores redderentur, sed civiles semper essent, qui se post annum scirent esse privatos.* Quo nihil ad praesentem locum opportunius mihi visum est. *Rave.* Adde *Liv.* 2, 2. et 4, 24. *Justin.* 31, 1, 8. et *Casaubonum* ad Sueton. l. c. *Bosius*. Legendus est Herodotus lib. IV. cap. 147. de Thera, tutore Proclis et Eurysthenis, filiorum Aristodemi, in spem regni Laconici succrescentium. Haud invenuste dixit Catulus apud Dionem Cassium lib. 36. cap. 14. Οὐ γάρ ἐστιν ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει, ψυχὴν μὴ ὅτι νέαν, ἀλλὰ καὶ πρεσβυτέραν, ἐν ἐξουσίαις ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐνδιατρίψασαν, τοῖς πατρίοις ἤθεσιν ἐθέλειν ἐμμένειν.

3 Nam Chersonesi omnes illos, quos habitarat, annos perpetuam obtinuerat dominationem, tyrannusque fuerat appellatus, sed justus. Non erat enim vi consecutus, sed suorum voluntate, eamque potestatem bonitate retinebat. Omnes autem et habentur et di-

(p. 61.) *Chersonesi* ] *Chersonesso* Leid. et Voss. A. C. [Axen. *habitaverat*. Gu. *omnis illos*. Ultr. *Chersonneso*.]

*Tyrannusque fu. appell. sed justus* ] Nempe, ut Aristoteles loquitur, (3. *pol.* 3.) *τύραννος κατὰ νόμον*, *tyrannus legitimus*. Ernstius. Quod Corn. Nepos de Miltiadis in Chersonesum imperio tyrannico, sed justo, habet, idem Strabo lib. 7. de Chersonesi rectoribus universe tradit: *Ἐκαλοῦντο δὲ τύραννοι, καίπερ οἱ πλείους ἐπιεικεῖς γεγονότες*; *Appellabantur tyranni, quamquam plerique juste imperabant*. Loccen. Herodotus Lib. vi. cap. 104. dicit ab inimicis tamen Athenis accusatum fuisse occupatae Chersonesi tyrannidis, sed hoc reatu liberatum, populi suffragiis ducem fuisse factum. Vocem *justus* eleganter illustravit Doctissimus Vir H. Snakenburg ad Curtium Lib. 4. cap. 10. in fine. Addidit hoc Nepos, utpote rarum quid in regibus et tyrannis, quia, ut Plut. in Aristide pag. 321. in fine notat *τὴν βασιλικωτάτην καὶ θειοτάτην προσηγορίαν ΤΟ' ΔΙ'ΚΑΙΟΝ τῶν βασιλέων, καὶ τυράννων οὐδεὶς ἐζήλωσεν*. ubi plura. In omnes tamen Reges non convenit asperius illud Catonis majoris dictum *τοῦτο τὸ ζῶον, ὁ βασιλεὺς, σαρκοφάγον ἐστίν*. v. Plut. Cat. Maj. pag. 340. In eadem tamen sententia fuerunt Graeci: Soficles Corinthius apud Herodot. L. v. cap. 92. adversus Lacedaemonios dicit *τυραννίδας ἐς τὰς πόλις κατάγειν παρασκευάζεσθε, τοῦ οὔτε ἀδικώτερον οὐδέν ἐστι κατ' ἀνθρώπους, οὔτε μιαιφονώτερον*. Polybius Lib. II. cap. 59. ait *αὐτὸ γὰρ τοὔνομα (τυράννου) περιέχει τὴν ἀσεβεστάτην ἔμφασιν, καὶ πάσας περιείληφε τὰς ἐν ἀνθρώποις ἀδικίας καὶ παρανομίας*. mille hujusmodi sententiae exempla proferri possent; sed *ἐπέχω*.

*Non enim vi* ] Duas caussas adducit, cur *justus tyrannus* appellatus Miltiades, quarum prima est, quod Chersonitarum voluntate summam rerum in se susceperit, altera, quod juste et moderate eo imperio usus. Atque de ista quidem bene sese habet res, at vero de prima aliud persuadere nobis possint, quae Herodotus l. 6. narrat, et nos supra attigimus. *Buchner*. v. ad 1, 2, 2. *Bosius*.

*Retinuerat* ] *retinebat* Leid. ut et Boecleri, item Voss. A. C. quae lectio se satis commendat. [Cod. Axen. *retinebat*, quod unice verum puto. Est enim altera ratio, cur Tyrannus appellatus fuerit justus, quarum prima est, quod eam non consecutus erat vi. Ita demum sibi respondent membra: est enim *consecutus erat* tempus imperfectum rei praeteritae, cui aptum est *retinebat*. Mosche. Ita etiam Gu. Ult. Titzius verba *sed justus. Non erat enim vi consecutus, sed suorum voluntate, eamque potestatem bonitate retinebat* uncis inclusit. *Nam justum*, inquit, *tyrannum quis unquam Romanorum ita expresse dixit? Deinde in his conclusis nil aliud conspicitur, quam inutilis repetitio eorum, quae Nepos superius jam cap. 2. multo luculentius dixerat*. Parum abest, quin assentiar.]

*Omnes autem et hab. etc.* ] Appa-

cuntur tyranni, qui potestate sunt perpetua in ea civitate, quae libertate usa est. Sed in Miltiade 4
erat cum summa humanitas, tum mira communitas,

raret, credo, quam sollicitus auctor fuerit, cum Miltiadem Tyrannum fuisse appellatum scripturus erat. Ut ita *Magius* frustra tantopere metuat huic definitioni, quam non Graecis modo, sed et Romanis non incognitam, ipso Ciceronis aevo a maximo viro erutam, accipere potius quam vellicare debuisset. Notus et versus Euripidis, vel Sophoclis, ut est ap. Agell. XIII. 17. *Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ.* Aristophanes in Nubib. Jovem vocat *Θεῶν τύραννον.* Sic Aeneam, quo neminem tamen alias aut pietate aut justitia priorem fuisse docet, *Virgilius* Tyrannum vocat VI. Aen. 266.

*Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.*

(p. 62.) Horatio 3. Od. 7. Lamus est *late Tyrannus.* v. Voss. Inst. Orat. 1, 4, 8. Sane et *τυραννίδος* vocem perinde in melius acceptam olim, docet Euripidis ille versus, quem Porphyrius in Isagoge cap. 2. 18. et Athenaeus 12, 7. citant *πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.* Ipse monet scholiastes Thucydidis, cum ait, Philosophos quidem distinguere inter *τυραννίδα καὶ βασιλείαν; οἱ δὲ ῥήτορες ἀδιαφόρως λέγουσι. Rhetores*, inquit, h. e. qui eloquentiae aut elegantiae caussa scribunt, ut Oratores, Poëtae, Historici, *indifferenter accipiunt.* Et hoc est, quod de voce tyranni animadverti debebat, praecipue in hoc nostro, qui in historia Graeca libenter sese ad Graecorum etiam verborum convertit imitationem, qua quidem neglecta observatione, a magnis quoque viris ipsi magna

facta injuria. *Rave.* Cod. P. Dan. *Et dicuntur tyranni, et habentur:* locum hunc egregie illustravit Vir Celeb. J. Perizonius ad Aelian. L. 2. V. H. cap. 20. Voss. C. *civitate libertate usa est* absque *quae.* [ Gu. Ultr. *et dicuntur et habentur tyranni.* ]

*Cum summa* ] Edidit Heusingerus *quum summa*, ut et in Them. cap. 2. *in quo quum divitiis om.* Sed in hujusmodi loquendi modis non dicitur *quum*, sed, *cum*, quod aliquando mutatur in *tum*, ita ut Nepos dicere potuisset *tum summa humanitas, tum mira comitas.* v. Oudendorp. ad Sueton. in J. Caesare cap. 75. Sed hic nihil mutandum. [ Cod. Dan. *tum s. hum*, ut et Gu. Ultr. ]

*Comitas* ] Suaves ludos faciunt, qui ex erratis amanuensium aliam moliuntur lectionem *communitas.* Vidit id Savaro, et, me suffragante, vulgatam recte tuetur. Est enim *comitas* humanitas morositati ac severitudini contraria. Attico. *Ejus comitas non sine severitate erat.* Tacit. 2. Annal. cap. 62. *Indoluere exterae nationes regesque, tanta illi comitas in socios, mansuetudo in hostes; visuque et auditu juxta venerabilis, cum magnitudinem et gravitatem summae fortunae retineret, invidiam et arrogantiam effugerat.* Lib. 6. Annal. cap. 50. *Idem animi rigor quaesita interdum comitate. Gebhard.* Ita praeter vulgatos omnes Mss. plerique. Gifanius tamen in Observ. L. L. p. 40. Schottus et P. Daniel. in not. ad h. l. e suis Codd. malunt *communitas*, quomodo legendum et Cl. Puteanus conjecerat. Confirmant autem hanc lectionem cum auctoritate Terentii, Suetonii, Servii, ac Caecilii, quibus *communis* idem est ac humanus, et qui aequaliter se om-

[redacted]



ut nemo tam humilis esset, cui non ad eum

nibus impertit; tum quorumdam Graecorum, a quibus *κοινὸς* eodem ſensu usurpatur. Ac Terentii quidem Heaut. 5, 1, 39. hoc eſt in quibusdam libris: *Quemquam animo tam* Communi *eſſe aut leni putas?* Suetonii vero Claud. cap. 21. in omnibus tam editis, quam manu exaratis: *Nec ullo, ſpectaculi genere communior aut remiſſior erat.* Servii autem ad Aeneid. 8, 275: Alii, communem, *humanum, beneficum, φιλάνθρωπον; unde et communes homines dicimus.* Caecilii denique Cratino, Prisciano extremo Lib. 6. laudatum, *modo ſit obſequens, hilaris, comis*, communis, *concordis, dum id, quod petit, potitur.* E Graecis praeter Phocylidem, Demoſthenem *περὶ ςεφάνȣ*, Isocratem in Euagora, et Xenophontem 1. Hiſt. Graec. laudant Etymologicon Magnum, cui *κοινὸς* est, *ὁ εὔκολος γινόμενος πᾶσι.* Savaro tamen ambigebat, num receptum ſit hoc nomen in ea significatione (p. 63.) apud Latinos Auctores. *Gebhardus* erratum amanuenſium putabat. Cl. Ravius, etsi fatetur, recte Giſanium et P. Danielem suas lectiones interpretari, *τὸ comitas* tamen omnino retinendum censet. Ex ipso quidem, inquit, quem adducunt, Servio patet, jam ante ab auctore noſtro dictum eſſe, quod *communitate* ſignificari iſti volunt: Eſt enim Servio *communis*, idem quod humanus et beneficus ad 8. Aeneid. Atqui de *humanitate* et *bonitate* jam dictum erat. Porro *communitas* iſta non facile aliud, quam *civilitatem*, principis scil. virtutem in libera Rep. et quam Cicero Fin. 3. 201. *communitatem* vocat *civilem*, scil. *τὴν ἐπιείκειαν* ſignificaret, quo pacto differt adhuc a *comitate*. Hanc enim Gloſsae exponunt *φιλοφροσύνην, εὐ-*

*προσηγορίαν*, tanquam mentum *communitatis civilis munitas* enim rebus magis e tamquam veriſſimis *aequ* characteribus et praecipi ipſius nota; *comitas* autem ac morum facilitate, in cum primis, quod extern tum aeſtimat, spectatur. *communitas* poteſt triſtior ac severa eſſe, ut et de *boni* dicabat D. Hieronymus i 5. Epiſt. ad Galat. *comita* jucunda semper et delec est; illa jus suum, haec prensat. Tandem apud I pem virum potiſſimum in aditu fandique copia spe atque tum bonis auctoribu sus solennis *comitatis* eſſe c vit. Haec pro vulg. lectio Doctiſſimus. Ut ingenue quod sentio, nondum addu sum, ut *τὸ communitas* e amanuenſium credam. milius enim eſt, eos aut rioris ſignificatus vocabulo le *communitas* eſt, more s tatius reposuiſſe; aut, c breviate scriptum eſſet *co* compendio hoc (quod Schotto videbatur) *τὸ* natum. Praeterea quod s tur, *ut nemo tam humilis e non ad eum aditus pateret*, n *comitatis* eſt quam *commu* Nam *comem* cum dicimus, lem quidem et humanum *λάνθρωπον*, et affabilem di non item eum, qui talem nibus et promiscue pra Poteſt enim *comis* eſſe etian tantum erga pares aut pauc manus eſt. *Communis* aute *κοινὸς* eum, saltem interdu signat, qui nemini pra aditum, sed aequalem se bus exhibet, et infimis e humillimis quodammodo facit. Quo sensu hac voce

tus pateret: magna auctoritas apud omnes civitates, nobile nomen, laus rei militaris maxima. Haec po-

ter Suetonium loco paullo ante laudato et alii scriptores melioris aevi usi sunt: etsi plerumque a librariis aut editoribus in alteram vulgatiorem corrupta est. sic Cic. Cat. maj. cap. 17. ait *Cyrum et ceteris in rebus* communem *erga Lysandrum et familiarem fuisse*. Ita Ms. veterrimus Nic. Heinsii. Vulgo est *comem erga Lys. et humanum*. Idem 4. ad Fam. Ep. 9. de Pompejo, amicorum consilia spernente. *An eum magis communem censemus in victoria futurum fuisse, quam incertis rebus fuisset?* Ubi pariter Guilielmius, et e nescio quo vet. Codice Ursinus, *comem* malebant. Sed recte negabat in not. ad eum loc. sive Gruterus, sive Gebhardus *margaritam* se glarea mutaturum. Ovidius quoque Tristium, 4, 4, 39. Caesaris *communitati* tribuit, quod vilium hominum laudes non spernat, sed Jovis exemplo, se quolibet ore celebrari sinat.

*Ipse pater patriae (quid enim communius illo?)*
*Sustinet in nostro carmine saepe legi.*

Ita hunc locum e Cod. Pirckhaimeri restituit olim Gronovius observat. 2, 12. itaque legi in tribus Mss. ait eruditissimus Ovidii sospitator Nic. Heinsius, cui tamen non placebat, quoniam de *communi bono* mox sequitur, quare (p. 64.) praeferebat *civilius*, quod Gronovio glossema videbatur. Sed quid prohibet Poëtam lusisse in voce *communis*, quae et publicum, et qui erga cunctos aeque comis est, designat, adeoque quarto versu ad primum allusisse? sed et apud Livium 4, 10. Quinctius Consul *concordiae pacisque domesticam curam, jura infimis summisque moderando, ita tenuit, ut eum et Patres severum consulem et Plebs satis* Communem (ita Ms. teste Gronovio l. c. vulgo est *comem*) *crediderint* Suetonius Vespasiano 22. *Super coenam et super aleas communissimus multa joco transigebat*, sic enim e Cod. Viterb. legendum docuit magnus Casaubonus; cum vulgo legatur *semper alias commissimus*. Et quid aliorum auctoritates conquirimus? Ipse Nepos infra 25, 3, 1. de Attico: *sic*, inquit, *se gerebat, ut communis infimis, par principibus videretur*. Imitatus hoc Petrus Chrysologus recentior ille quidem, sed tamen priscae elegantiae adfectator, sermone 136. *Habet hoc Adelphi plena pietate dignatio, ut dives pauperis intret hospitium, pauperis se ponat ad mensam, ut humilibus se faciat* communem, *quem divitiae, potestas, honor fecit et reddidit singularem*. Sidonius item Apollinaris ejusd. seculi scriptor et pariter veteris elegantiae studiosus, cum libro 7. Ep. 9. *Simplicium in sermone* communem (sic enim e MSS. edit Savaro) *in contubernio aequalem* et lib. 8. Epist. 13. *Novetium*, seu, ut Sirmondus, *Nonnechium*, *sine popularitate* communem dixit. Satis ut opinor, hinc apparet, Latinis scriptoribus (de quo ambigebat Savaro, Faernus plane negabat) *communem* dici, qui tanquam aliquis e vulgo se gerit, et se inferiores imo infimum quemque et humillimum comiter habet, compellat humaniter, in consilium adhibet, jocis recreat, ab iis celebrari laudarique se sinit, aeque illis ac dignioribus jura moderatur, hospitia eorum intrat, mensis adsidet, denique nemini eorum aditum ad se praecludit: adeoque et *communitatem*, aeque ac comitatem, verbis ac morum facilitate in vulgus spectari, aeque jucundam ac delectabilem esse, aeque molli aditu fandique copia

pulus respiciens maluit eum innoxium plecti, quam se diutius esse in timore.

censeri; aeque a bonis auctoribus, principibus viris tribui solere; denique non minus, quam *comitatem* ab *humanitate*, cujus illa veluti species est, distingui, eoque haud inepte a Nepote subjungi. Quare nil caussae video, cur ea vox hoc loco rejici debeat: praesertim cum in optimis aliquot codicibus reperiatur. *Bosius.* *Communitas* legit et Cl. Schefferus Epist. 7. ad Nic. Heinsium: saepius haec vox confunditur cum *comitas* ut et comis cum *communis.* v. Manut. ad Ciceron. l. 9. ad Fam. Ep. 24. et Cl. Graevium ad l. 4. Ep. 9. a Cl. Burmanno ad l. l. Ovidii citatum. Cod. P. Dan. et Leid. et Voss. B. *tum summa humanitas.* Voss. A. C. *communitas*, sed in margine eadem manu scriptum erat, *al. comitas.* et pro *apud omnes*, *apud omnis*; *erat* etiam non legitur in Voss. B. [Cod. Axen. *comitas.* Recentiorum quidam recepere *communitas.* Res revocanda ad accuratius Codicum examen. *Moschc.* Etiam Gu. *communitas*, quod cum Harlesio restitui. Pro *civitates* Gu. *civitatis*, et pro *mal. eum* Ultr. *m. illum.*]

*Laus rei milit. maxima*] De voce *laus* v. Cl. Burmann. ad Valer. Flacc. l. 6. vs. 546.

*Haec populus respiciens, maluit, etc.*] In Ms. Sluiskenii, teste Heuchenio, fuit *adspiciens.* Bosius.

MILTIADIS res habentur apud *Plutarch. in vita Cimonis*, *Herodot.* *praesertim* lib. 6. *Pausan. in Attic.* *Aelian.* 12, 35. *Platon. in Gorgia*, *Ciceron*, *passim*, *Val. Maxim.* 5, 3. *ext.* 3. *et* 8, 14. *ext.* 1. *Justin.* 2, 9. *et* 15. *Gell.* 17, 21. *et alios. Boecler.* Adde *Suidam* in verbo *Μιλτιάδης. Ernst.* Effigiem ejus habes ex Herma veteri inter Imagines Illustrium *F. Ursini* num. 92. Ejusdem Hermes (p. 65.) alius repertus olim Romae in monte Coelio, his versibus Graecis et Latinis inscriptus:

QUI. PERSAS. BELLO. VICIT.
MARATHONIS. IN. ARVIS.
CIVIBUS. INGRATIS. ET. PATRIA. INTERIIT.

*ΠΑΝΤΕC. ΜΙΛΤΙΑΔΗ. ΤΑΛΛΑΡΗΙΑ. ΕΡΓΑ. ΙCΑCΙΝ.*
*ΠΕΡCΑΙ. ΚΑΙ. ΜΑΡΑΘωΝ. CΗC. ΑΡΕΤΗC. ΤΕΜΕΝΟC.*

Exhibent *Gruterus* Inscription. p. DCCCCXXXVIII. 6. et *Jo. Faber* in Commentar. ad Imagines Ursini pag. 58. Spectatur et in numismate pereleganti (nescio quam vetusto) quod penes me est, effigies Miltiadis cum titulo: *ΜΙΛΤΙΑΔΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ.* In aversa parte imago libertatis sinistra manu pileum tenentis super puero lauream attollente, cum hac inscriptione: *ΕΛΛΗΝΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΕΙΑ.* *Bosius.*

# II. THEMISTOCLES.

## Cap. I.

**THEMISTOCLES NEOCLI F. ATHENIENSIS.** Hujus vitia ineuntis adolescentiae 1

(p.66.) *Themistocles Neocli etc.*] Titulus hujus vitae a Cornelio talis mihi videtur esse conceptus.

THEMISTOCLES NEOCLI FILIUS ATHENIENSIS.

*Hujus vitia ineuntis adolescentiae, etc.* Sic refingendum censeo Titulum vitae Alcibiadeae.

ALCIBIADES CLINIAE FILIUS ATHENIENSIS

*In hoc natura etc.* Idem tenendum in Timotheo, Chabria, Epaminonda, Eumene, Timoleonte, Annibale. *Gebhard.* Membranaceus meus Cod. legit *Neoclis filius.* De Themistocle vide Augustin. *Epist.* CCLXIV. c. et Suidam in Θεμιστοκλῆς. Quibus adde quos laudat scriptores D. Boeclerus *sub fin. Not. Ernstius.* Haec verba Gebhardus titulum vitae hujus constituere censebat, ipsam autem vitam ab illis demum verbis *Hujus vitia* etc. incipere. Idemque et in Alcibiade, Timotheo, Chabria, Epaminonda, Eumene, Timoleonte et Hannibale tenendum ait. Nihil tamen sine librorum auctoritate immutare voluimus. *Bosius.* [Gu. de *Themistocle.*]

*Neocli*] Solebant Latini non raro Graeca aut barbara ad Latinorum rationem inflectere et commutare. Sic hoc loco pro *Neoclem*, *Neoclum*, et inde *Neocli* noster fecit: quemadmodum et paullo post pro *Neocles*, in quibusdam libris *Neoclus*, auctore Schotto, invenitur. Sic *Cotum* et in secundo casu *Coti* noster dixit in Iphicrate sub finem, qui Cotys alias Graeca terminatione dicebatur: item *Nectanebum* Aegypti Regem, qui *Nectanebis* Plutarcho et aliis appellatur. Pari ratione id in Aristide ipso principio dictum videtur: *aequalis fere fuit Themistocli*: Ut *Themistocli* etiam sit casus patrius, ut hic *Neocli.* Possumus tamen ibi et Dandi seu tertium casum statuere. *Buchner.* Adde Vossium de Analogia 2, 9. Est autem haec lectio meliorum Codicum, ut Gif. Dan. Put. Savar. Schotti; nam in aliis est *Neoclis*, quomodo mox v. 2. *Neocles.* Bosius. Adi Victorium et Cortium ad Ciceron. 5. ad Fam. Ep. 12. pag. 258. et ad Sallust. Fragm. pag. 934. Munck. ad Hygin. fab. 103. et Periz. ad Aelian. Lib. III. V. H. cap. 30. num. 1. et quem non? Voss. A. B. C. *Neocli*, et mox *Neoclus*, sed supra notatum erat *Neocles.* [Axen. Gu. *Neocli*, sed Ultr. *Neoclis.*]

*Hujus vitia ineunt. adolesc.*] Enumerat ea Plutarchus et Aelianus 2, 12. ac Val. Maximus. 6. 12. *Schottus.*

magnis sunt emendata virtutibus: adeo ut anteferatı
2 huic nemo, pauci pares putentur. Sed ab initio e
ordiendum. Pater ejus Neocles generosus fuit.
uxorem Acharnanam civem duxit, ex qua natus e

*Magnis ſunt emend. virt.*] Aliorum exempla, qui vitia adoleſcentiae magnis virtutibus emen- (p.67.) darunt, habes apud Valer. Maxim. 6, 9. Macrob. Saturnal. 9. etc. Vid. et Cic. pro Caelio cap. 12. *Boſius*. Voſſ. A. *emundata*, ſupra notatum erat *emendata*.

*Ordiendum*] Leid. *Ordiendus*. Ita et Voſſian. A. C. [Gu.]

*Neocles*] Mſſ. Gif. Dan. Sch. *Neoclus*, quod etſi omnino rejicere non auſim: potuit tamen e praec. *Neocli*, errore librariorum naſci. *Boſius*. Leid. *Neocles*, quomodo et Graece dicitur ab Aeliano L. 2. V. H. cap. 12. Voſſ. C. [Gu.] *Neoclus*. Vide ad Epaminond. cap. 1. Interpretes.

*Generoſus fuit*] I. e. genere illuſtri et nobili: de quo tamen contrarium Plutarchus narrat in vita Themiſtoclis. *Buchner*.

*Is uxorem etc.*] Ergo materno genere νόϑος ſive ſpurius non legitimus ſive γνήσιος civis Athenienſis fuit, quod idem Plutarchus notat. γνήσιοι enim cives habebantur, qui utrumque Parentem habuiſſent indigenam, e. g. Athenienſem: νόϑοι, quorum aut pater aut mater peregrina, ut Ariſtoteles docet Lib. VI. Polit. cap. IV. Utrum autem Threſſa, quod alii volunt, an Carina fuerit mater Themiſtoclis, quod noſter tradit (eſt enim Halicarnaſſus Cariae caput) cum nemine pugnabimus. Tanti non eſt. *Buchner*.

*Halicarnaſſiam*] In Mſſ. eſt *Acharnanam*. Quam ſcripturam Schoppius Lib. 1. *Veriſimil.* cap. XX. ex Bavaro Cod. confirmat, et ex alio Dn. Boeclerus. *Ernſt.* Longolius primus *Carinam* repoſuit, poſt quem Magius *Halicarnaſſiam* amplexus eſt. Quia ver inter ipſos ſcriptores de matı non convenit, cur admiſſis coı jectationibus profligemus librı rum Mſſ. ſcripturam? *Gebhar* *Acharnanam* Mſſ. Boecler. Ernſ et teſte Schoppio Veriſim. 1, 2( duo Bavarici. Longolius, Mı gius, Savaro, Schottus, e sui laudant *Acarnanam* ſine adſpira tione. Id primus, ut opinoı Aldus in *Halicarnaſſiam* mutavit haud dubie, quod apud Plutaı chum legerat, *Neanthem* patriaı matri Themiſtoclis Halicarnaſ ſum Cariae attribuere. Eaqu Lectio et Magio probatur, qu putat, τὸ *Halicarnaſſiam* ex son ſimilitudine facile potuiſſe ab im peritis librariis in *Acarnana* verti. Secutus hos Lambinus et plerique editores reliqui. Lon golius, Phaniae apud Eund. Plu tarchum fidem ſecutus, *Carinam* legit, ſuffragante Schotto. Nobis in tanto librorum conſenſu religio eſt a priſca lectione diſcedere; praeſertim, cum inter ipſos ſcriptores de ea re non conveniat. Nam fuere etiam, qui matrem Themiſtoclis *Threſſam* dicerent. Neque minus in nomine diſcrepant. Nam qui *Threſſam* faciunt, *Abrotonum*, qui Carinam, *Euterpen* vocant. Vid. Plutarch. Themiſtoc. pr. et Athenaeus 13, 5. Ceterum *Acharnanam* malo, quam *Acarnanam*. Nam ab Acarnania, vicina Epiro provincia, gentile nomen faemininum non eſt *Acarnana* sed *Acarnanis*. Stephanus περὶ πόλεων in Ἀκαρνανία, τὸ ἐϑνικὸν ἀκαρνὰν, καὶ τὸ ϑηλυκὸν ἀκαρνανὶς etc. Praeterea quomodo *civem* dixiſſet, quae ex Acarnania orta? *Achar-*

Themiſtocles. Qui quum minus esset probatus

*nanam* v. dictam puto ab *Acharnae* (p.68.) *na*; ut *Spartana* a *Sparta* etc. Erat autem *Acharna* sive *Acharnae*, δῆμος Atticae frequentiſſimus, tribus Oenëidos, circiter 60 ſtadiis Athenis diſtans. vid. Thucyd. l. 2. Pausan. Atticis, Stephanus περὶ πόλεων; et e junioribus Meurſius lib. de populis Atticae pag. 18. Hujus incolae, pariter ac reliquorum demorum, cives Athenienſes, immo, ut Thuc. loquitur, *magna pars civitatis* erant. Itaque noſter mulierem inde ortam *civem* dixit, Atticam puta: credo ut Themiſtoclem γνήσιον Athenarum civem fuiſſe indicaret, non νόθον, ut Plutarchus voluit; γνήσιοι enim cives ii ſolummodo habebantur Athenis, qui utrumque parentem civem habuiſſent: qui vero matre peregrina nati erant, νόθοι habebantur, nec ullo cognationis jure gaudebant. De quo Ariſtot. 6. Politic. 4. et prolixe Samuel Petitus Comment. ad Leg. Atticas Lib. 2. c. 4. et Lib. 6. cap. 1. *Boſius*. Leid. *Ariananam*. Ms. Cantabr. et Voſſ. A. *Acarnanam*. M. Bernardian. ſive Oxon. et Voſſ. B. *Archanam*. Voſſ. C. *Acarnaniam*. De Themiſtoclis matre v. cel. Perizon. ad Aelian. Lib. 12. V. H. cap. 43. num. 15. Cauſſa, cur hanc lectionem, nempe *Halicarnaſſiam*, vel *Halicarnaſſeam civem* praetulerim, haec eſt, quia praeter alios eam probat Cl. Perizonius ad Aeliani locum. Heuſingerus legit *Acharnanam civem*. Verum haec lectio hic locum habere nequit; nam tum Themiſtoclis mater fuit Attica, non peregrina. Atqui revera peregrina fuit, non Attica; nam si non peregrina fuerit ejus mater, inter nothos numerari nequit; quum tamen propter matrem inter nothos recenſetur: et hoc ſcivit ipse Themiſtocles. Cur, narrante Plutarcho in ejus vita pag. 111, 112. Καὶ τῶν νόθων εἰς κυνόσαργες συντελούντων (τοῦτο δ' ἐστιν ἔξω πυλῶν γυμνάσιον Ἡρακλέους, ἐπεὶ κἀκεῖνος οὐκ ἦν γνήσιος ἐν θεοῖς, ἀλλ' ἐνείχετο νοθείᾳ διὰ τὴν μητέρα θνητὴν οὖσαν) ἔπειθέ τινας ὁ Θεμιστοκλῆς τῶν εὖ γεγονότων νεανίσκων καταβαίνοντας εἰς κυνόσαργες ἀλείφεσθαι μετ' αὐτοῦ, καὶ τούτου γενομένου δοκεῖ πανούργως τὸν τῶν νόθων καὶ γνησίων διορισμὸν ἀνελεῖν. Plutarchi locum illuſtravit Meurſius L. 11. Athen. Att. cap. 2. quem διορισμὸν iterum inſtauravit Pericles, sed poſtea idem ſubſtulit. v. Plut. in Pericle pag. 172. sed de eo hic agendi non eſt locus. Quid si Nepos ſcripſerit *Carinam*. vide Buchner. ad h. l. mulier e Caria oriunda a Graecis vocatur Κάειρα teſte Stephano, et Homero Il. Δ. 142. ubi brevia Scholia Κάειρα, Καρίνη. Suidas Καρίνη γυνή. Sed tum τὸ *civem* mihi ſuſpectum eſt, quod tamen recte additur, si *Halicarnaſſiam* legatur. Si vero ſtatuatur, Nepotem ſcripſiſſe *Acharnanam civem*, ut Themiſtoclem γνήσιον, non νόθον fuiſſe indicaret, multum detrahitur de Nepotis fide; nam Plutarchus, qui accuratiſſime Themiſtoclis vitam deſcripſit, matrem ejus peregrinam fuiſſe refert; ſcio, quidem illum addere ὥς λέγουσιν, tamquam de re incerta; attamen ſcriptores, quos citat, idem adfirmant; et ille, et Athenaeus, nullum hiſtoricum adferunt, qui contrarium monſtrat. Praeterea Nepos nullam de matribus illuſtrium, quos deſcribit, virorum facit mentionem, praeterquam h. l. et in Datame cap. 1. *Datames patre Camiſſare, natione Care, et matre Scythiſſa natus*, quia is quoque diversae gentis habuit parentes. praeterea τὸ Plutar-

parentibus, quod et liberius vivebat, et rem familiarem negligebat, a patre exheredatus est.

chi ὡς λέγουσιν de rei veritate nos dubitare non jubent. nam sic quoque de Themistoclis patre dubitari posset ex Herodoto Lib. VII. cap. 143. Ἦν δὲ τῶν τις Ἀθηναίων ἀνὴρ ἐς πρώτους νεωστὶ παριὼν τῷ οὔνομα μὲν ἦν Θεμιστοκλέης, παῖς δὲ Νεοκλέος ἘΚΑΛΕΕΤΟ. E quibus Herodoti verbis, et tota Plutarchi descriptione apparet, Themistoclem hominem fuisse obscurum, antequam ad primum Reip. capessendae gradum pervenit. (p. 69.) Plut. in Cat. Maj. pag. 353. negat, Themistoclem ἀπὸ γένους fuisse λαμπρὸν, hinc idem refert pag. 114. eum incurrisse in oculos et voculas Atheniensium, quod homo novus cum nobili Cimone Olympiae certasset conviviis, tabernaculis, reliquoque splendore et apparatu. Addit tamen Plutarchus pag. 112. certum esse, eum fuisse e genere Lycomedarum. Sive, ut Meursius Lib. II. Lect. Att. cap. 19. Lycomidarum. [Gu. *Acarnanam*, Ultr. *Acurnanem*. Cum Heusingero Bosii lectionem restitui.]

*Parentibus*] Schottus mallet *Parenti*, et mox deleri *a patre*, nam patrem, inquit, potissimum ostendit, ut exhaeredaverit abdicaveritque filium, quae res matrem ad laqueum adegit. Et verum est, Plutarchum, Aelianum, Valerium Max. aliosque solius patris mentionem facere. Neque tamen idcirco apud Nostrum quidquam mutandum. *Bosius*.

*Liberius vivebat*] Sequendus consensus librorum MSS. doctorumque virorum judicio stantium ejicientium τὸ *justo*. *Gebhard*. Dissolute nimis et licenter vixisse significat: neque finem aut modum posuisse illis rebus, quae esse affines alias adolescentiae solent. Modeste nempe et comiter de maximi viri luxuria loquitur; ne, si fecisset aliter, malignus atque acerbus videretur. Luxuriosum autem perquam h. e. voluptatibus, deliciis, scortationibus ac compotationibus deditum fuisse Themistoclem adolescentiae initio, Athenaeus, Aelianus, Val. Max. et alii testantur. *Buchn*. In quibusdam MSS. et edd. post *liberius* additur *justo*; sed aberat optimis libris Dan. [Gu. Ultr.] Gifan. Boecl. Leid. et Bavar. antiquiore. *Bosius*. Reperitur in Voss. A. C. sed in B. nec *justo* nec *liberius* exstant. Vide Cortium ad Sallust. B. Catil. cap. 51. num. 11. Heusingero non placet *justo*.

*Rem familiar. neglig.*] *Rem suam familiarem* Voss. C.

*Exheredatus est*] Magius putat, Auctorem h. l. Latini sermonis elegantiam non servasse: cum Valla doceat, pro *exheredatus* hoc sensu melius dici *abdicatus*. Sed haec risum movent ICtorum filiis. Nepos enim seu hoc vocabulo indicare voluit, Themistoclem non a familia patris fuisse alienatum: sed propter effusionem ab hereditate submotum. Neque tamen certum est, veteres inter abdicationem et exheredationem distinxisse. *Ernst*. *Abdicationis* verbo hac in re usi sunt Seneca controv. 1. 7. et Val. Max. 6, 9. ext. 2. qui et *matrem suspendio finire vitam propter filii turpitudinem coactam* ait. Apud Aelianum lib. 2. V. H. c. 12. est ἀποκηρυχθεὶς ἀπὸ τοῦ πατρὸς. Eademque voce et Suidas in ἄνετλεν et ἀποκήρυκτον usus. Plutarchus quoque ἀποκήρυξιν vocat. Ἀποκήρυξις autem idem est, quod *abdicatio*, ut patet e L. 6. C. de patr. potest. Inter caussas autem abdicationis fuisse vitam liberiorem et prodigalita-

Quae contumelia non fregit eum, ſed erexit. Nam, 3
quum judicasset, ſine ſumma induſtria non poſſe eam exſtingui, totum ſe dedidit reipublicae, diligentius amicis famaeque ſerviens. Multum in judiciis

tem, cognoſcimus e Seneca controv. 1, 8. et 9. Quintiliano Declam. 279. et 290. ac Luciano in Abdicato. De abdicatione Athenienſium plura Petitus 2, 4. pag. 157. et ſeqq. ubi inter alia ex Hermogene docet, abdicatos non fuiſſe bonorum paternorum participes. Atque hinc fortaſſe eſt, quod Nepos Themiſtoclem exheredatum ait. Add. notas Ernſtii. Ceterum iſtam Themiſtoclis abdicationem, matrisque ejus ſuſpendium Plutarchus p. 112. figmentum exiſtimat. *Boſ.* Non exheredatum fuiſſe Themiſtoclem patet ex Aeliano l. 10. V. H. c. 17. dicente eum habuiſſe tria talenta: v. ibi Cl. Perizon. Plutarchi loco contra Lambini ſententiam lucem dat Torr. ad Val. Max. L. VI. c. 9. n. 80.

*Quae contumelia*] Lambinus exi- (p. 70.) ſtimat, non eſſe dicendam contumeliam, cum Themiſtocles recte fuerit exheredatus. Quod verum eſſet, si contumelia hic fuiſſet dicta pro injuria. l. 1. *D. de injur.* Nepoti autem contumelia a contemtu dicitur. Quomodo Seneca loquitur in libello *de conſtantia ſapientis.* Recte etiam exheredatio haec, e persona Themiſtoclis contumelia appellari poteſt. Vide *tit. Inſtitut. De inofficioſ. teſtam.* et ad eum ICtos. *Ernſtius.* Magna enim contumelia erat, quod abdicatus paterna familia excidebat, publiceque per praeconem pronunciabatur, patrem negare hunc filium ſuum eſſe amplius. Vid. Petit. l. c. pag. 158. unde et apud Senecam controvers. 1, 8. Themiſtocles dicitur abdicationem virtute deleviſſe, tanquam inſignem maculam. Add. not. Ernſtii. *Boſius.*

Vide de voce *contumelia* clariſſ. Virum Ant. Schultingium in Exerc. ad Valer. Max. l. 7. c. 7. de Teſtam. Reſciſſ. pag. 899. In jure Romano exheredatio *injuria* etiam vocatur. V. Burman. ad Quintilian. declam. 261.

*Non fregit eum*] Similiter Curtius 7, 2, 38. de cohorte ſeorſim a ceteris ignominiae cauſſa tendere juſſa: *Incitabat virtutem ignominiae demendae cupido.* Ubi plura Freinshemius. *Boſius.* De verbo *frangere*, conſule Tennulium ad Frontinum lib. 2. cap. 9. E. 3. et Cl. Withofium in Specimine Guntheriano cap. 4. pag. 109.

*Se dedidit.*] Sic Mſſ. Giſan. Dan. Schott. venuſtius, quam vulg. *dedit.* De re vide Aelianum 2, 12. et Plutarch. in vita p. 112. *Boſius.* In Ed. Londinenſi etiam legitur *dedidit*; ſed Codices Voſſiani [Ultr.] *dedit* exhibent. Leid. [Gu.] *dedidit.* Ita *dederunt* et *dediderunt* in Mſſ. confunduntur in Lyſandro cap. 1. et cap. 10. hujus vitae: *Ille omne illud tempus literis ſermonique Perſarum dedit.* Leid. et Voſſ. A. C. *ſe dedidit.* Nec non in Datame cap. 4. num. 5. *Atque a conatu reſiſtendi deterritus ſeſe dedit.* Ubi Ms. Leid. Voſſ. B. Mſſ. Giſan. Sch. Dan. Boecler. *ſeſe dedidit* exhibent. In Alcibiade cap. 11. vulgo editur ſic *duritici ſe dedidiſſe.* Sed Leid. et Voſſ. A. B. conſtanter *duritiae ſe dediſſe.*

*Diligentius amicis*] Familiariter uſus fuit Mneſiphilo, Solonis aemulatore, ut Clemens Alexandrin. Lib. 1. Strom. pag. 302. et ante eum Plutarchus in Them. p. 112. narrant, qui Mneſiphilus Themiſtocli saepius fuit utilis. v.

privatis versabatur, saepe in concionem populi pro-
dibat, nulla res major sine eo gerebatur, celeriter-
4 que, quae opus erant, reperiebat. Neque minus in

Herodot. Lib. VIII. cap. 57, 58. et Plut. Tom. II. An seni sit ger. Resp. pag. 795. Hoc Themistocles consiliario suo usus fuit ad exemplum heroum, et aliorum virorum prudentium, de quibus Aelianus Lib. XII. V. H. cap. 25. Sic quoque Cn. Pompejus profecit per Theophanem Lesbium. v. G. J. Vossium L. 1. de Hist. Gr. cap. 23. M. T. Cicero per Mucium Scaevolam. v. Plut. in Graccho pag. 828. in Cic. pag. 861, 862.

*Versabatur*] Voss. A. *versebatur* sed a. m. sec. *versabatur*. Plebi acceptus fuit non solum ἑκάστου τῶν πολιτῶν τὔνομα λέγων ἀπὸ σόματος, verum etiam κριτὴν ἀσφαλῆ περὶ τὰ συμβόλαια παρέχων ἑαυτόν, ut refert Plut. in Them. pag. 114.

*Sine eo gerebatur*] Sic meliores libri quomodo Curtius, 7, 2, 33. de Parmenione: *Rex sine illo nihil magnae rei gesserat*. Reliqui *regebatur*. Bos. *Sine illo gerebatur*. Cod. P. Dan. sed Leid. *Sine eo*. *Gerebatur* legendum monet Scioppius l. 1. verisim. c. 10. vide Freinshemii notas ad l. l. Curtii. [Axen. etiam *sine illo*, nescio an commodius. *Moscbe*. Ita etiam Ultr.]

(p. 71.) *Celeriterque quae op. er. reper.*] Prudentiam in Themistocle commendat: quae quasi propria et praecipua ejus virtus fuit. Quare et Lucianus cum in Demosthenis encomio (pag. 909.) principem oratorem Pericli et Themistocli exaequaret, dicit Themistocli prudentia, Pericli vero magnitudine animi similem fuisse. *Buchner*. Leid. et Voss. B. *celeriter quae opus erant*. Voss. C. *celeriterque, quae opus erat*. [Cod. Axen. *celeriter, quae opus erant, reperiebat*, quam lectionem vehementer probo, modo interpungatur post *gerebatur*. Ita enim optime consulitur sententiarum concinnitati, quae in vulgata perit omnis. Cum enim auctor dixisset, quae jam fecerit Themistocles, addit, quibus virtutibus praesertim factum sit, ut nulla res major sine eo gereretur. *Celeriter, quae opus erant, reperiebat* etc. Vellem quidem conjunctio causalis adesset, *celeriter enim* etc. at abesse poterat. *Moscbe*. *Celerite* etiam Gu. Ultr. sed et in his e in aliis libris ob sequens *quae* copula *que* omissa est.]

*Reperiebat*] MSS. Dan. Leid. e Ed. Ultrajectina addunt: *facile* *adem oratione explicabat*: judici *Schotti* et *Gebbardi* recte. tale enim aliquid desiderari, cum et prudentiae juxta et eloquentiae laud viguerit Themistocles. Vide in fra 3, 1, 2. et Cicer. in Brut cap. 7. *Bosius*.

*Neque minus, etc.*] Puto haec tr jecta esse, et ita constituend *celeriterque quae opus erant reperieba quod et de instantibus (ut ait Thuc dides) verissime judicabat, et de fu callid. conjiciebat. Neque minus reb. gerendis promtus quam excog tandis erat.* Primo commendat pru dentiam, quae est facultas anim celeriter reperiendi, quae rem sint. Quod fit, cum et veri sime judicamus de praesentibu et de futuris callide conjicimu Nam si in his errare continga verum consilium afferre n possumus. Etsi vero magnum o nino et praeclarum habendu prudentem esse et recte posse co sulere rebus; tamen ad perfecti nem civilis sive politici viri n cesse etiam est, ut solertia promtitudo rerum agendar accedat: quo etiam possis, qu consulueris. Quod in consul

rebus gerendis promtus, quam excogitandis, erat: quod et de instantibus (ut ait Thucydides) verissime judicabat, et de futuris callidissime conjiciebat. Quo factum est, ut brevi tempore illustraretur.

ribus respiciendum Mucianus apud Tacitum monet Lib. II. Histor. cap. LXXVI. Quocirca subjungit: *Neque minus in rebus gerendis promtus* etc. Ut omnes numeros viri politici absolvisse Themistoclem ostenderet. Ad res gerendas inepti sunt, qui pavidioris naturae; item qui morosiores paullo sunt, et facile offenduntur, aut taedium capiunt, si quid nodi intercidat. Quos tamen magno saepe ingenio esse, magna prudentia, et praestantissima consilia invenire posse, nemo negaverit. Haec autem nostra super istoc loco conjectura videtur ab ipso Thucydide confirmari quoque, unde haec desumta sunt. Nam ejusdem ordinem videtur servare. *Buchner.* Buchnerus h. l. verborum fecit transpositionem, probatam a Graevio ad Cic. Lib. I. de Offic. cap. 5. pag. 23. et ad Lib. II. c. 9. pag. 218. aliam vero prodidit Heusingerus ex Excerptis P. Danielis Editionis Ultrajectinae, et Ms. Codice Leidensi, ut jam Bosius adnotavit: *celeriterque, quae opus erant, reperiebat, facile eadem oratione explicabat* (*neque minus in rebus gerendis promtus, quam excogitandis erat*) *quod et de instantibus, ut ait Thucydides, verissime judicabat, et de futuris callidissime conjiciebat.* Sed *facile eadem oratione explicabat* Nepotis verba esse haud credo, licet Schotti, Gebhardi, et nunc Heusingeri suffragiis honorata. Graevius licet adsentiatur Buchnero, ita legit: *Celeriter, quae opus erant, reperiebat,* Et si ita legendum, tum concinne addi possunt, *facileque eadem oratione explicabat.* Sed, si meam sententiam interponere liceat, a librariis adsuta credo: dum Thucydidis verba a Nepote in linguam Latinam conversa haec non indicant. Nam αὐτοσχεδιάζειν κράτιστος τὰ δέοντα ἐγένετο simpliciter et bene vertit Nepos per *celeriter, quae opus erant, reperiebat*; ut etiam (p. 72.) vidit Schwebel ad Onosandrum pag. 8. lin. 27. Hic non est quaestio, utrum Themistocles fuerit eloquens, quippe qui inter primos numeretur oratores, sed qui cum laude dicere contenti, nihil umquam literis mandatum ad posteritatem transmiserunt, ut ex antiquo scriptore Argumenti in Aristidis Panathenaicum profert Fabricius Bibl. Gr. Tom. II. Lib. IV. cap. 30. §. 1. Sed an verba Thucydidis a Nepote versa haec significent.

*De instantibus*] Thucydides τῶν τε παραχρῆμα pro quibus Hudzon in V. L. τῶν μὲν παρόντων. quae verba Nepos vertit per *de instantibus.* Sed *instantibus* notat *praesentibus* ut jam vidit Munckerus ad Hygin. Lib. II. A. P. cap. 40. aliter Graeci dicunt τὰ ἐνεστῶτα. ut Aelianus Lib. VIII. V. H. cap. 5.

*Ut ait Thucydides*] Scriptum hoc Thucydides reliquit Lib. I. Herodotus (quod et Longolius annotat) Lib. VIII. Graecorum omnium prudentissimum fuisse Themistoclem literis prodidit. Aristides quoque Rhetor hunc, quod in praevidendis futuris prudens et industrius esset, laudavit. Prudentem itidem vocat Cicero in Bruto. *Magius.* Thucydidis locum profert Cicero quoque 10. ad Attic. ep. 8. *Bosius.* locus Thucydidis est Lib. I. cap. 138. L. 79. Eodem modo Justinus L. I. c. 9. *Ostanem* vocat *virum nobilem et in conjecturis sagacissimum.*

## CAP. II.

1 Primus autem gradus fuit capessendae reipublicae bello Corcyraeo, ad quod gerendum praetor a populo factus, non solum praesenti bello sed etiam reliquo tem-
2 pore ferociorem reddidit civitatem. Nam quum pecunia publica, quae ex metallis redibat, largitione magiſtratuum quotannis interiret, ille persuasit populo, ut ea pecu-

*Gradus fuit capeſſ.*] Voſſ. B. *Gradus capeſſ.*

*Bello Corcyraeo*]. Lambinus reposuit *Aegineticum*. Contra quod Andr. Schottus suggeſſit locum ex Plutarcho in Them. ubi belli inter Corcyraeos et Corinthios scil. mentio extat diserta, quanquam παρέργως. Memorat enim Plutarchus: Themiſtoclem invidia populari exsulem, Corcyram demigraſſe (Nep. 2, 8, 3.) fiducia veteris beneficii. γενόμενος γὰρ αὐτῶν κριτὴς πρὸς Κορινθίους ἐχόντων διαφορὰν ἔλυσε τὴν ἔχθραν etc. Sed nondum tollitur difficultas. Nepos ait, *Praetorem factum* bello Corcyraeo: Plutarchus *arbitrum controverſiae* inter Corcyr. et Corinthios sponte captum: *ille*, Corcyraeos fregiſſe; *hic* secundum eos contra Corinthios pronuntiaſſe refert. *Boecler*. adde not. ad 2, 2, 3. *Boſius*.

*Ferociorem*] Voſſ. B. *feraciorem*.

(p. 73.) *Quum pecunia publica*] Leid. *quum ex pecunia publica*.

*Quae ex metallis redibat*] Hoc eſt, ex argenti fodinis, quae erant in Laurio monte, ac initio privatae aliquot civium familiarumque, deinde publicae totius Urbis fuere. Meminere earum praeter Plutarchum in Themiſtocle Thucydides 2. et 6. Herodotus 7. Pausanias in Atticis, Strabo 3. et 9. Vitruvius 7, 7. Hesychius, Suidas, Scholiaſtes Ariſtophanis Equitibus, alii. Videndus eruditiſſ. Meurſius Fortunae Atticae cap. 7. pag. 55, 56. Centum talentorum fuiſſe hunc reditum, ait Polyaenus Lib. 1. in Themiſtocle comm. 5. *Boſius*.

*Interiret*] Sic §. 2. *Inſtit. De uſufructu*, de pecunia dicitur, quod ipso usu extinguatur. Theophilo ἀποσβέννυται. *Ernſt*. Dividebatur autem haec pecunia, si Herodotum audimus, viritim denis in ſingulos puberes drachmis. *Boſius*. Elegantiam locutionis illuſtrat Cl. Burmann. ad Petron. Satyric. cap. 15. pag. 54. haud diſſimili metaphora *opes ſeneſcere* dixit Noſter in Alcib. cap. 5. ubi Gebhardum consule.

*Ille perſuaſit populo etc.*] Quo artificio, refert Polyaenus l. c. cujus verba antehac mutila et corrupta, e conjectura reſtituit Casaub. in Notis. *Boſius*.

*Ut ea pecunia claſſis centum nav. aedific.*] Idem Dio Prusaeus Orat. 25. *de illo*, nempe Themiſtocle, *audiviſti*, *quod Athenienſes navali praelio certare coegerit*, *cum antea fuiſſent pedites*. Ernſtius. Nupero Corneliani Indicis ſive locupletatori sive censori videtur legendum *ex ea pecunia*. Nec enim, inquit, vocula *ex* abeſſe poteſt, ut nos dicimus, von dem Gelde iſt ein Schiff gebaut, ita Latini *ex ea pecunia navis aedificata eſt*. Nimirum utrobique praepoſitio-

nia classis centum navium aedificaretur. Qua celeriter 3
effecta, primum Corcyraeos fregit, deinde maritimos praedones consectando mare tutum reddidit. In quo cum divitiis ornavit, tum etiam peritissimos belli nava-

nem oportet eſſe additam. Firmat deinde, quod dixerat, Nepotis locis aliis, ut 5, 2, 5. 4, 1, 3. et 13, 4, 1. In quibus non *manubiis*; sed *ex manubiis arx ornata*, *ex praeda tripos auri poſitus*, *ex re familiari muri refecti* dicuntur. Quid igitur faciet Plauto? apud quem pater Charini Mercat. 1, 1, 7. ait

*Aurum ſe vendidiſſe, atque ea pecunia*
*Navem, metretas quae trecentas tolleret,*
*Paraſſe.*

Praeterea qui factum, ut τὸ ex e libris omnibus exciderit? quod enim in una Boecl. editione id sine provocabulo legitur, haud dubie typothetae error eſt. *Boſius. Ut ea pecunia* exhibent Leid. et tres Voſſiani. [Gu. Ult.]

*Centum navium*] Sic et Plutarchus pag. 113. Polyaenus, alii. Herodotus Lib. 7. ducentas numerat. *Boſius.*

*Quae cel. eff.*] Sic etiam Ms. *Boecleri*. Q. edd. *qua*, ut ſequentia ad Themiſtoclem referantur. *Boſius*. Leid. [Gu.] *quae celer. eff.* Voſſ. A. B. C. *qua*. [Ut Axen. et Ultr.]

*Primum Corcyraeos fregit*] Plutarchus *in vita Themiſt.* p. 113. E. Ariſtides *in ejusd. encomio* T. II. p. 187. et Herod. *lib.* 7. non Corcyraeum bellum, sed Aeginense, huic conſilio cauſſam praeſtitiſſe memorant. Thucyd. quoque *in prooemio* ait, Athenienſibus cum Aeginetis bellum gerentibus eodemque tempore barbarorum adventum expectantibus, Themiſtoclem Athenienſibus ſuaſiſſe, ut naves, quibus poſtea cum illis conflixerunt, aedificarent. (p. 74.) Aeginetae olim navali potentia (ut Plutarch. teſtatur) mare tenuerunt, erantque Athenis infeſti, nimisque propter propinquitatem Piraeeo imminebant, unde Aeginam Piraeei lippitudinem dixit Pericles. *Plut. in apophth. et in ejus vita.* Quamobrem Athenienses sciverunt, ut iis pollices praeciderentur: auctor Cicero 3. de offic. *Magius*. Adversus Aeginetas triremibus illis uſos Athenienſes etiam Polyaenus ait l. c. Noſter itaque alios auctores ſecutus videtur. *Boſius*. Leid. *Primos Corcyraeos freg.* Voſſ. C. *Corcyraeus*. v. Weſſ. ad Herodoti locum c. 145. n. 45.

*Marit. praed. consectando etc.*] Purioris aevi scriptores *Praedonem* tam in mari, quam in terra latrocinantem vocant. Cicero in Verrem: *Feciſtis, uti praedones ſolent, qui quum communes ſint hoſtes omnium, tamen aliquot ſibi inſtituunt amicos, quibus non modo parcant, verum etiam praeda quos augeant.* Conjungit idem Praedonem et Piratam. Ibidem: *Haec civitati iſti praedoni ac piratae Siciliensi Phaſelis fuit.* Et auctor ad Herennium: *Urbes piratis praedonibusque patefactae.* Sed noſter diſtinguit epitheto *maritimi*; ut Val. Max. 6, 9, 15. de C. Julio Caesare. *Gebh.* v. Broukh. ad Tibull. L. 2. El. 6. vs. 21. qui et vocem *tutum* illuſtravit ad Propert. L. 3. El. 9. vs. 72. cui adde cl. Dukerum ad Florum L. 4. cap. 2. n. 23.

*Cum div. orn. tum per.*] Leid. [Axen. Gu. Ultr.] *tum divitiis orn. tum etiam perit.* Ab heroicis usque temporibus rei nauticae

4 lis fecit Athenienses. Id quantae saluti fuerit universae Graeciae, bello cognitum est Persico, quum Xerxes et mari et terra bellum universae inferret Europae cum tantis copiis, quantas neque antea,

fuere Athenienses impertitissimi. Vide Philochorum apud Plut. in Theseo p. 7.

*Quantae Saluti*] Leid. *Quanti Saluti.*

*Persico. Nam quum*] Leid. *Persico. quum.* Vossian. C. *nam cum et Xerxes.* Hinc Thucydides ait Lib. 1. cap. 18. Athenienses bello Persico secundo coepisse fieri nautas. Confer cap. 49. Aristotel. Lib. v. de Rep. cap. 4. p. 391. et Plut. in Them. p. 113. E. ita ut Atheniensibus maris principatus convenientior, quam Lacedaemoniis fuerit visus. v. Cragium Lib. iv. de Rep. Lac. cap. 3. p. 385, 386. Nam per *Persicum bellum* intelligit Nepos bellum Persicum secundum. [Gu. Ult. *Nam cum Xerxes.*]

*Bellum inferret Europae*] Praecipue suasu Mardonii (etsi dissuaderet Artabanus patruus) et precibus Pisistratidarum ac Aleuadarum, Thessaliae regum, adductus. Vid. Herodot. Lib. 7. Diodor. Sic. 11. pr. Consumpserat autem in apparatu belli hujus juxta Herodotum 7, 21. et Diodor. Sic. l. l. triennium integrum; juxta Justin. 2, 20, 12. et Orosium 2, 9. quinquennium. Julianus Orat. 1. pag. 77. non minus quam decem annorum spatium insumsisse scribit, Judicio Usserii Tom. 1. Annal. Sacr. p. 173. imprudentissime. add. Is. Vossium ad Justinum 2, 10, 12. sed videtur, ut etiam Petavio in notis ad eum locum observatum, una computasse annos, quos Darius, Xerxis pater, apparatui belli hujus insumserat, id quod Libanius quoque fecit in βασιλικῷ. De tempore hujus in Europam διαβάσεως non convenit inter scriptores. Maxima pars veterum anno 1. Olympiadis 75, Archonte Athenis Calliade, contigisse scribunt. Vid. Meursius (p. 75.) de Archont. Athen. 2, 9. alii aliter; sed ostendit Petavius de Doctr. temp. 13, 23. eam accidisse Olymp. 74. anno quarto exeunte h. e. periodi Julianae 4234. urbis Romae 274. appetente vere. Quod etiam Scaliger 5. de Emend. Temp. pag. 408. pro certissimo habuerat: congruitque et marmor Arundelianum. E recentioribus idem placet Langio de annis Christi 1, 15. et Usserio l. c. p. 174. qui accurate tempore expeditionis hujus digessit. *Bosius.* Consule etiam ill. Spanhem. ad Julian. Imp. Orat. 1. p. 278. et 279.

*Cum tantis copiis eam invasit, quantas etc.*] Mss. Danielis et Schotti: *cum tantis cop. quantas neque ante neque p. omisso illo: eam invasit.* At Cl. Boecleri codex: *cum tant. copiis venit. qu. etc.* Quae diversitas facit, ut utrumque verbum una cum pronomine ab aliena manu esse suspicer. Fortasse igitur totus locus, ejecta unica vocula, sic constitui distinguique debet: *bello cogn. est Persico, cum Xerx. et m. et t. b. inf. un. Europae, cum tantis copiis, quantas neque antea neque p. b. qu.* quod si particulam retinere malis sic leges ac distingues. *Nam cum X. et m. et t. bell. Univ. Inf. Europae cum tantis copiis, qu. neque ante neque postea habuit quisquam (hujus enim cl. m. et d. n. l. f. q. d. m. o. sequebantur t. a. e. f. m. p. e. q. m. fuerunt) hujus (vel ejus) de adventu.* Certe, unde ista diversitas provenire potuerit, non video, nisi utrumque

neque postea habuit quisquam. Hujus enim classis mille et ducentarum navium longarum fuit, quam duo

verbum aliunde insertum dicamus. Boecl. tamen codicis lectionem firmare videtur illud Curtii 4, 1, 11. *Xerxes ad oppugnandos nos cum immanibus barbarorum copiis venit*. Bosius. nec *eam* nec *invasit* exstant in Leid. et Voss. C. Ms. Oxon. *cum tantis copiis venit*. pro *Neque postea* Voss. C. *nec postea*, Bosii sententiam secutus sum, sed et caussale ejeci utpote supervacaneum. Si juvenis hanc rem exaggeratam legere cupiat, adeat Aristidem in Panathen. Oration. T. I. pag. 127. et *seqq. ante*. [Gu. *cum tantis copiis, quantas neque ante nec postea*. Ultr. *c. t. copiis eam invasit*, *q.* In eadem ut in Gu. Axen. omnibusque ante Lambinum editis *ante* legitur, quod tamen minus placet.]

*Mille et duc. nav. long.*] Sic quoque Aeschylus illis temporibus proximus, Persis, nisi quod septem addit: itemque Isocrates in Panathen. et Paneg. Julianus orat. 1. pag. 77. Lysias in Epitaphio, Orosius 2, 9. et ex emendatione Doct. Virorum Modii, Bongarsii ac Berneggeri; Justinus 2, 10, 20. nec longe abeunt Diodorus Sic. Lib. 11. qui plus quam MCC. et Herodotus Lib. 7. qui MCCVII. numerant. Sed addunt operarias MMM. et hippagogas IↃCCCCLI. Cicero in Ver. numero rotundo usus mille, Plato de Leg. et Ctesias Persicis plus, quam mille fuisse scribunt. Quaenam gentes, et quot earum singulae instruxerint, narrant Herodotus et Diodorus Siculus ll. citt. Classis universa ex Asia adducta juxta eund. Herodotum 7, 184. constitit hominibus circiter 517610. quibus in Thracia et objacentibus insulis, cum CXX. navibus, XXIV. millia accessisse dicuntur v. Usser l. c. pag. 176. *Longas* autem *naves* dixit noster quascumque militares, quas Graeci μακρὰς vocabant: et Livius quoque 25, 27. Caesar B. Gall. 5, 25. ac Scaurus in libello de Orthographia, simpliciter opponunt *onerariis*. Videndus Cl. Schefferus Lib. 2. de Militia Navali veter. cap. 2. et Lib. 4. cap. 1. *Bosius*. Nepos rotundo numero utitur, uti Plutarchus adversus Stoicos p. 1078. τὰς Ξέρξου χιλίας, καὶ διακοσίας, καὶ τὰς Ἑλληνικὰς ὁμοῦ τριακοσίας τριήρεις ἐν τῷ ὅπλει ναυμαχούσας, quamvis idem hic Plutarchus in Themistoclis vita jam ex Aeschylo (p. 76.) demonstraverit classem Xerxis fuisse mille ducentarum et septem navium, et ita optimi ac certissimi saepius Historici rotundo uti solent numero; unde non est, quod Stanlei ad Aechylum in Persas vs. 341. Isocratem, et Nepotem minus curiose agere dicat, quod non nisi mille et ducentas numerent. Accusatur Plutarchus, quod sola in Herodotum malevolentia ad eumdem numerum definiendum Tragici, quam Historici testimonio uti maluit, a cl. Valckenario ad Herodotum L. VII. c. 89. Casaubonus tamen ad Strabonem L. 1. p. 47. de Aeschylo haec adnotat: *lege Aeschyli Persas, multa quidem ibi ficta, nego tamen historiam Salaminiae Naumachiae, quae est pars maxima belli Persici, ab ullo historico, aut fidelius aut accuratius esse descriptam. vel in numero navium quanta poetae ἀκρίβεια? itaque ait ibi καὶ γάρ οἶδα, ut significaret, nihil se hic fingere aut temere affirmare*, ipse Herodotus sine dubio hunc debet Aeschylo navium numerum tam accuratum, cujus tragoedias Herodotum pervolvisse patet e Libro 11. cap.

millia onerariarum sequebantur, terrestres autem exercitus septingentorum millium peditum, equitum qua-
6 dringentorum millium fuerunt. Cujus de adventu quum fama in Graeciam esset perlata, et maxime Athenienses peti dicerentur propter pugnam Maratho-

156. et hinc videtur Plutarchus Tragici testimonium praetulisse.

*Onerariarum*] Leid. *onerarium*. Voss. C. *orariarum*.

*Terrestres autem exercitus*] In numero terrestrium copiarum mire variant auctores, Herodotus L. 7. cap. 184. 185. 186. Ctesias in Persicis cap. 23. Diod. Siculus 11, 5. Isocrates Panathenaico, Plinius 33, 10. Plut. parall. Aelianus 13, 3. Justinus 2, 10, 18. Orosius 2, 10. Theodoretus Orat. 10. adv. Graecos etc. Vide Petav. Rat. Temp. part. 1. Lib. 3, 5. Usserium l. c. p. 175. et seqq. et Simsonium Chronic. ad A. M. 3525. Qui conjiciebat apud nostrum legendum esse *equitum quadraginta millium*, non male. Nam et Herodotus, cum l. 7, 60. peditum numerum plus quam duplo majorem Nostro, CLXX. myriades scilicet, sive 1,700000 faciat, equitum tamen cap. 87. non amplius quam VIII. myriades, sive 80000 numerat. Ceterum vox *millium* utrobique aberat a Codice P. Danielis. Ms. Boecleri peditum numerum decem millibus auget, hoc modo: *terrestris a. e. septingentorum decem millia.* Mox idem codex habet: *quadringenta millia.* Tantum autem copiarum numerum fuisse, ait Mela 2, 2. ut *Xerxes, quia numero non poterat, spatio eas metiretur.* Id quomodo factum, docent Herodotus 7, 60. et Plinius 4, 11. Gentes varias, quibus constitit hic exercitus, variaque ipsorum arma et vestitum ducesque praecipuos prolixe describit Herodotus. *Bosius.* De numero vide et Hard. ad Plinium L. XXXIII. cap. 10. sect. 47. n. 15. ubi Plinius agit de Pythio Lydo, quem male Bithynum vocat, qui totum hunc Xerxis exercitum epulo excepit, ut jam narraverat Herodotus L. VII. c, 27. vide et ad eum Interprr. idem narratur de Democriti patre a V. Maximo Lib. VIII. cap. 7. Ext. 4. sed vide ibi Torrenium, et Acta Lips. M. Aprilis 1727. p. 161. a Diodoro Siculo L. XI. cap. 57. adscribitur hoc Lysitheidi v. ibi cl. Wess. Aelianus L. XIII. V. H. cap. 3. simpliciter dicit de Xerxe: *Ἀθροίσας ἑβδομήκοντα μυριάδας ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας.*

*Millium*] Utrobique abest a Leid. Voss. A. *decem peditum equitum* dccc, *fuerunt*. Voss. C. *Exercitus* D. *peditum, equitum Quadringentorum fuerunt*. [Cod. Axen, *Terrestris autem exercitus septingenta decem milia peditum, equitum quadraginta milia fuerunt*. Gu. dcc *peditum equitum* cccc *fuerunt*.]

*Cujus de adventu etc.*] Fama perlata in Graeciam per Demaratum Lacedaemoniorum Regem apud Persas exsulantem. Historiam late describit Herodotus Lib. VII. c. 239. quem secuti Justinus Lib. II. c. 10. Justinum Orosius Lib. II. cap. 9. Herodotum Polyaenus II, 20. adde (p. 77.) Herodoti et Justini interpretes.

*Peti*] Venusta translatio a gladiatoribus, qui in quam partem ferri mucronem dirigunt, eam petere Latinis dicuntur. Cicero de Orat. *Gladiatores et vitando caute, et petendo vehementer,*

niam, miserunt Delphos consultum, quidnam facerent

*omnia faciunt utiliter ad pugnam, et ad adspectum jucunde.* Pro Muraena: *Etenim sciebam, Catilinam non latus aut ventrem, sed caput et collum solere petere.* Appositus est locus apud Curt. Lib. 10. c. 25. *cur Persas vicerimus? ut stirpi eorum serviamus? Quod justi illi reges Darius et Xerxes tot millium agminibus tantisque classibus nequicquam petiverunt.* Claudian. de Bello Getico vs. 99.

*Nec tanti nomen stirpemque abolere Getarum,*
*Ut propius peterere, fuit.*

*Gebhard.* Hoc praetexebatur. Revera enim cuncta Graecia tanquam Persis infestissima petebatur. Herodotus Lib. VII. cap. 138, 139. ἡ στρατηλασίη ἡ βασιλέος οὔνομα μὲν εἶχε ὡς ἐπ' Ἀθήνας ἐλαύνει, κατίετο δὲ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. adde Diodor. pr. 11. Caussae belli juxta Ctesiam, quod Chalcedonenses pontem a Dario structum solvere conati essent, et aram a Dario in honorem Jovis Diabaterii erectam diruissent, quodque Datin Athenienses interfecissent, neque cadaver eius dare voluissent. *Bosius.* De hoc praetextu Xerxis certiorem etiam faciebant Gelonem Legati Graecorum. v. Herodot. l. l. cap. 157. ad quem tum temporis praeter caeteros Graecos potentem in Sicilia legati Graecorum missi auxilium ab eo petierunt, quod iis se laturum pollicebatur, si eum facerent summum Graecorum Ducem, Lacedaemoniis parere nolentem. quae narrat Herodotus L. l. a cap. 145. ad cap. 168. de quo Gelone v. Periz. ad Aelian. L. VI. V. H. c. 11. n. 2, 3. sed hi sese ad Gelonis voluntatem conformare noluerunt. v. not. post. et ideo Aristides T. II. p. 181. dixit Γέλων μὲν καὶ οὐ-μενος οὐχ ὑπήκουεν, nempe conditione a Graecis non accepta. De Corcyraeis et aliis, ad quos Graeci legatos miserant, idem cap. 168. et Aristides l. l.

*Miserunt Delphos consultum*] Etiam hic locus monstrat, *consulere* idem esse, quod *deliberare*: atque sic supra *Miltiade*, 1, 2. recte omitti: *qui consulerent Apollinem.* Ne autem Cornelius opus haberet verbum *consulere* heic repetere, dicit, *Deliberantib. Pythia respondit.* Ernst. Modum consulendi Oraculi in gratiam adolescentum e Scholiis in Aristophanis Plutum enotabo: Οἱ μαντευόμενοι, *inquit auctor ille*, ἐγγράφῳ ἀνακαινώσει πρὸς τὸν θεὸν τὰς πεύσεις ἐποιοῦντο, γράφοντες ἐν πυκτίῳ τὸ κατὰ προαίρεσιν αὐτοῖς κείμενοι στεφάνῳ τε ἀμφιστάντες ἀβρῷ τῇ μαντιπόλῳ ἐχειροτόνουν. Οἱ δὲ ἐντυχῶν σύμφωνον την ἀπόκρισιν τοῖς προτεινομένοις ἐποιεῖτο. *Gebhard.* Pro *quidnam facerent* Voss. C. *quaedam fac.* Verbum *mittere* absolute positum proprie de legatis ac oratoribus sumi docent Cl. V. V. Scheff. et P. Burm. ad Phaedr. L. 1. f. 2. v. 21. Sic Graecis πέμπειν absolute pro legatos mittere. Herodot. L. 1. c. 167. οἱ δὲ Ἀγυλλαῖοι ἐς Δελφοὺς ἔπεμπον. L. 3. c. 68. πέμπων δὴ ὤν ὁ Ὀτάνης παρ' αὐτήν. Thucyd. L. 1. c. 57. L. 75. ἔς τε τὴν Λακεδαίμονα πέμπων. Aelian. L. 3. V. H. c. 43. Συβαρῖται δὲ ἔπεμπον εἰς Δελφούς. v. Cl. Lamb. Bos. de Ellips. L. Gr. pag. 7.

*Quidnam facerent de rebus*] Sic constanter libri. Male autem Lambinus et Schottus praepositionem deleri volunt, nam utrumque recte dicitur, *quid hoc faciam?* et *quid de hoc faciam?* illud quidem ἐλλειπτικῶς, hoc plene. Vid. Voss. de constructione cap. 48. et Schopp.

( p. 78. )

[redacted]



de rebus suis. Deliberantibus Pythia respondit, ut moe-
7 nibus ligneis se munirent. Id responsum quo valeret, quum intelligeret nemo, Themistocles persuasit, consilium

suspect. Lection. 2, 13. *Bosius.* Schottus pro *facerent de rebus* legit *facerent rebus.* Et sic in Agesilao cap. 4. *Quaereretur que ab eo, quid bis fieri vellet.* V. Clariss. Burmann. ad Phaedrum. L. 3. fab. 20. vs. 8. et tam de rebus quam de personis plerumque ita loquuntur, ut ex allatis locis patet. Athenienses certe haec fama maxime perturbavit, Persas procul abesse opinatos, nec certum eorum adventum timentes, ut refert Plut. Them. p. 113. D. unde p. 114. narrat: *τῦ Μήδυ καταβαίνοντος ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τῶν Ἀθηναίων βυλευομένων περὶ ϛρατηγῦ τὺς μὲν ἄλλυς ἑκόντας ἐκϛῆναι τῆς ϛρατηγίας, ἐκπεπληγμένυς τὸν κίνδυνον*, praeter nostrum Themistoclem, et Epicydem demagogum, disertum quidem, sed animo inbellem, et venalem. v. ibid.

*Pythia*] Vid. sup. ad 1, 1, 2. Nomen ei Aristonice fuit, teste Herodoto. *Bosius.*

*Ut moenib. lign. se munirent*] Max. Tyrius Dissert. 111. *Deus oraculum dat illis, urbem ligneo ut muro cingerent. Videri sibi Themistocles ait ligneo muro triremes designari.* Ernst. Oraculum integrum una cum explicatione habes ap. Herodot. 7. pag. 271. et Nicephoram Gregoram Scholiis in Synesium de Insomniis p. 368. seq. ac ex parte apud Suidam in *ἀνεῖλεν.* Cujus hi duo versus huc maxime pertinent:

*Τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρυόπα Ζεύς,*
*Μῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, τό σε τέκνα τ᾽ ὀνήσει.*

*Juppiter e ligno muris Tritonida donat,*
*Qui soli invicti tibi sint natisque saluti.*

Bosius. Confer Justin. Lib. 2. c. 12. Tzetzen ad Lycophron. vs. 1419. et Scholiast. Aristophan. Equit. vs. 882. et 1037. hinc Aelianus L. 12. V. H. cap. 43. dicit solum Themistoclem deorum voces in Oraculorum responsis intellexisse: ubi vide quos laudat Cel. Periz. ad n. 10; et Interpretes ad Suidae locum. *Ut Moen.* ita 3. Voss.

*Cum intelligeret nemo*] Aliter Herodotus; qui ait, quosdam Atheniensium dixisse Deum significare naves, easque, caeteris omissis, aedificari jussisse, eorumque interpretationem postea a Themistocle fuisse confirmatam. *Bosius.*

*Themistocles persuasit*] Vide praeter auctores modo adlegatos, Aristot 1. Rhet 15. Pausan. Atticis. Plutarch. in vita. Polyaen. 1. Stratagem. Frontin. 1, 3, 6. Justin. 2, 12. et Max. Tyrium Dissertat. 3. Ceterum non solum eventu felix hoc consilium fuit, sed etiam prudens et ratione nixum. Nam, ut ait Frontinus, *Themistocles neque praelio pedestri, neque finium tutelae, neque obsidioni credebat sufficere Athenienses.* Bosius. cl. Valcken. ad Herodotum Lib. III. c. 57. lin. 47. conjicit, Themistoclem oraculi Siphniis olim editi, quo jubebantur, *φράσσασθαι ξύλινόν τε λόχον, κήρυκά τ᾽ ἐρυθρόν*, recordatum, hoc Pythiae responsum feliciter fuisse interpretatum. Quidquid sit, saepius videmus aenigmata, a multis non

lium esse Apollinis, ut in naves se suaque conferrent: eum enim a Deo significari murum ligneum. Tali

intellecta, ab uno feliciter fuiſſe explicita. Unum inſtar omnium exemplorum sit aenigma Croesi (p. 79.) πίτυος τρόπον ἐκτρίψειν, ab uno modo Lampsacenorum e natu majoribus recte perceptum, apud Herodotum Lib. VI. c. 37. verum Herodoti h. l. a Boſio, et a Perizonio ad Aelianum L. XII. V. H. cap. 43. n. 14. citati relationem confirmat Ariſtides T. II. p. 186. et 187. unde Aelianus, dicens de Themiſtocle μόνος συνιεὶς τὰς τῶν θεῶν ἐν τοῖς χρησμοῖς φωνὰς, oſtendit, sese non secutum eſſe Herodotum, uti nec Noſtrum, qui praemisit *quum intelligeret nemo*, ita ut Aelianus et Nepos eumdem scriptorem fuiſſe imitati videantur; nam Herodotus et Ariſtides non dicunt, hoc responsum a nemine fuiſſe intellectum, quum addunt, a quibusdam Athenienſium quoque per *ligneum murum* naves fuiſſe intellectas. pro *conferrent* Voſſ. c. *conferret*.

*A Deo*] Recte haec e Mss. Bavaricis, in quibus erat *ad eo*, inseruit Schoppius Verisim. 1, 20. habuitque et Schotti codex. Sic enim et reliqui scriptores. Herodotus τὰς νέας σημαίνειν τὸν θεόν. Et mox ἐς τοὺς πολεμίους τῷ θεῷ εἰρῆσθαι τὸ χρηστήριον. Juſtinus: *Hujus sententiae etiam Deum auctorem esse*. Max. Tyrius, ὁ δὲ θεὸς αὐτοῖς χρᾷ. Polyaen. L. I. cap. 30. Ἀθηναίοις ὁ θεὸς ἔχρασε. Et mox: τοῦ θεοῦ γὰρ χρήσαντος. *Bosius*. Saepe veteres reverentiae cauſſa deorum dearumque propria nomina silentio involvere fuere soliti: sic in Pausania cap. ult. *Dei Delphici responso erutus*, imitatus Thucydidem Lib. I. cap. 134. ὁ δὲ θεὸς ὁ ἐν Δελφοῖς. Schol. v. explicat per ὁ Ἀπόλλων. pro quo cap. 135. legitur simpliciter de eodem Apolline τοῦ θεοῦ ἄγος κρίναντος. Antonin. Liberal. c. 1. Metam. χρωμένῳ Ο ΘΕΟΣ ἀνεῖπεν. Vid. Schol. Thucyd. L. 2. cap. 15. L. 94. ἀπροσδιορίστως γάρ αὐτὴν φασιν οἱ Ἀθηναῖοι καὶ τὸν Ἀπόλλωνα ὁμοίως, v. et ad cap. 13. L. 41. ubi ἡ θεὸς pro Pallade ponitur: hinc jurantes per Cererem et Proserpinam dicebant νὴ τὼ θεώ. v. ill. Spanhem. ad Callim. H. Cerer. p. 655. et Doctiſſ. d'Arnaud. cap. 22. de Diis Paredris. Aelianus hoc oraculi responsum respiciens dicit de Themiſtocle Lib. 12. V. H. cap. 43. μόνος συνιεὶς τὰς τῶν θεῶν ἐν τοῖς χρησμοῖς φωνὰς, ubi τῶν θεῶν de solo Apolline Delphico, quomodo a Poëtis dii pro sola Venere v. Paſſerat. ad Propert. L. 1. El. 1. vs. 8. nec credo Aelianum per τῶν θεῶν Jovem et Apollinem simul intellexiſſe, quia Apollo oracula ex Jove scilicet dicitur cognoscere, ut docent praeter Schol. Soph. in Oed. Col. v. 786. etiam cl. Potterus ad Lycophron. vs. 6. et cel. Broukh. ad Tibull. L. 3. El. 4. vs. 47. verum tum etiam *Pallas* addi poſſet, quae inter Delphici oraculi praesides fuit habita. v. ill. Spanhem. ad Callim. H. Pall. vs. 121. p. 620. item alii dii; sed priorem sententiam amplector. Pro *significari* Leid. *signifruct*. [Cod. Axen. *et enim a Deo*, non *eum etenim*. Mosche. Paris. editio a. 1514. *eum enim significare murum ligneum*, ut subintelligatur ex antecedentibus *Apollinem*. Eleganter enim ante infinitivum accusativus omittitur, idque Nepoti frequens. Verba *a deo* in ceteris etiam Vulgatis desunt, atque ita quidem merito. *Heusingerus in*

8 consilio probato addunt ad superiores totidem naves triremes, suaque omnia, quae moveri poterant, partim Salamina, partim Troezena asportant; arcem sa-

*Addendis ad h. l.* Gu. Ultr. Boſii lectionem ſirmant.]

*Totidem naves triremes.*] centum sc. Tot enim jam habebant. sup. 2, 2, 2. *Bosius.* Voſſ. A. *Trientes* sed in Marg. *triremes.*

*Omnia quae moveri pot.*] Infra 10, 4, 2. Graeci exponunt δυνατὰ τῶν Χρημάτων. Rectius τὰ ἔπιπλα. Tacit. Ann. 16, 11, 3. *Si qua asportari possent, sibi quemque deducere.* 5. Hiſtor. 19, 2. *Raptis quae ferri poterant, caeteris injecto igni in insulam concessit.* Ammian. 38, 1. vocat *mobilem censum.* Juſtinus 38, 3, 5. *Homines vero et quaecunque auferri possent, Tigrani cederent.* τοῖς ἐπίπλοις opponuntur τὰ ἔγγεια. Et Pausanias dicit ἔπιπλα eſſe κτήματα τὰ μὴ ἔγγαια, ἀλλὰ τὴν κατ' οἶκον κτῆσιν τὴν δυναμένην πλεῦ- (p. 80.) σαι. Quae Euſtathius profert, ita ut et aliam suam opinionem addat, καὶ μὴν ἄλλως ἔπιπλα καθ' ἑτέρους, ἐκ τῆς ἐπιπολῆς τὰ οἱονεὶ τὰ ἐπιπολάζοντα ἐν τῷ προφαίνεσθαι. *Gebhard.*

*Partim Salaminem, partim Troezenem*] Ed. Ultrajectina: *p. Salamina, partim Troezena.* Quod nescio cur Schottus auferendi casu dictum putet: cum sit accuſandi, Graeco more inflexo. Sic infra 2, 9, 3. *praelio apud Salamina facto.* Ovid. Epiſt. Her. 5. 107.

*Hic tecum Troezena colam* — Et Frontinus hac ipsa in re: *auctor fuit eis liberos et conjuges Troezena et in alias urbes emittendi:* Herodotus et *Aeginam* addit. Mox MS. Dan. habebat *deportant;* Schotti *absportant.* Boſius. *Partim* ante *Troez.* non legitur in Leid. de Accusativo iſto Graeco v. cl. Perizon. ad Val. Max. L. 8. c. 14. Ext. 11. adde cl. Oudendorp. ad Frontin. L 1. Strateg. cap. 3. §. 6. In Voſſ. C. tamen *Salaminam partim Troezenam absportant.* Voſſ. B. *Salamina.* in Voſſ. A. *Salaminam, Troezenam,* sed supra notatum erat *Salaminem, Troezenem.* si cui melius *Salamina* et *Troezena* videatur, per me licet, uti locutus eſt cap. 4. sed et ibi variant Codices, et vide ibi Boſium. Quam benigne a Troezeniis excepti sint Atheniensium parentes et uxores, multis refert Plut. Them. pag. 116, 117. Nepos sua brevitate hiſtoriae haud satis lucis adfert. vide ad Dion. cap. 4. §. 2. [Gu. *Salamina,* sed *Troezenam.* Ultr. *deportant.*]

*Arcem sacerdotibus paucisque*] Sacerdotibus quidem, quod sacra non viderentur praetermittenda; senioribus vero, ſive quod nollent mutare sententiam de arce lignis vallisque muniendа; quod etiam Pausanias in Atticis, et Herodotus 8, 41. videntur innuere: seu quoniam in patria occumbere maluerunt, ut Romani ap. Livium 5, 41. Herodotus et pauperes relictos fuiſſe scribit. Recte autem Nepos ait, *paucos majores natu* remansiſſe, nam reliqui senes in insulas deportati. Teſtis Ariſtides in Oratione ὑπὲρ τῶν τεττάρων. *Bosius.* Quidam ex amicis meis olim legebat pro *ac sacra proc. ad sacra procuranda.* haud absurde. Quaelibet urbs ſtatuta sacra habebat, quae si non observarentur, ingens populo periculum inminere ſtatuebant, ut de bello Gallico patet ex Floro L. 1. cap. 13. Voſſ. C. *paucique.* Lambino quoque non displicuit *ad sacra procuranda,*

cerdotibus paucisque majoribus natu ac sacra procuranda tradunt, reliquum oppidum relinquunt.

nihil tamen mutare auso. Si codices suaderent, lectionem in textum reciperem. Arcem enim sacerdotibus, paucisque majoribus natu Athenienses tradidisse dicuntur ad sacra procuranda, inter quae etiam potuit esse sacer ignis, qui adservabatur in templo Minervae Poliadis, in ea urbis parte exſtructo, in qua arx erat. vide Strabon. L. IX. pag. 606. qui numquam dicitur fuiſſe exſtinctus, nisi negligentia crudelissimi tyranni Ariſtionis tempore belli Mithridatici. v. Plut. in Numa p. 66. ergo non tempore belli Medici; nam Plut. clare diſtinguit, dicens, Delphis ignem sacrum a Medis incenso templo fuiſſe exſtinctum, sed Athenis demum tempore Ariſtionis. De hoc igne sacro, et Ariſtione tyranno, v. Dionis Fragm. Peiresc. e libris 34. priorib. p. 50, 51. §. 174. et ibi Vales. et Fabric. Huic igni praefectae erant viduae vetulae, ut Plut. l. l. quae inter paucas natu majores potuerint fuiſſe. Graecis vero familiare fuit uxores, liberos, et senes ad cuſtodiam urbis relinquere, v. Diod. Sic. L. XV. cap. 65. De hoc igne nihil invenias apud Herodotum, qui Lib. VIII. agit tantum de olea in Erechthei templo. Vide c. 55. (p. 81.) ubi Cl. Weſſ. Omnia templa Deorum a Persis incendio tum fuiſſe deleta narrat etiam Diodorus Sic. Lib. XI. cap. 14. Keuchenius per sacra intelligit plurimorum deorum simulacra, et alia idola, quae ibi adservabantur; in qua sententia est Heusingerus, qui damnat lectionem *ad sacra*. Mihi tamen, ut dixi, non videtur absurda.

*Reliquum opp. rel.*] Cicero (e Demoſthene, ut interpretes P. Manutius et alii jam observarunt) Lib. III. de Offic. cap. 11. narrat, Cyrsilum quemdam suasiſſe, ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent, sed eum ab Atheniensibus fuiſſe lapidibus obrutum. Hanc hiſtoriam tangit etiam Suidas in v. *Ξέρξης*. et cl. Valcken. ad Herodot. Lib. IX. cap. 5. n. 54. Pompejus hunc Atheniensium discesſum egregie laudat apud Appianum Al. L. II. de B. Civ. p. 753. *Ἀθηναῖοι τὴν πόλιν ἐξέλιπον, ὦ ἄνδρες, ὑπὲρ ἐλευθερίας τοῖς ἐπιοῦσι πολεμοῦντες, οὐ τὰ οἰκήματα πόλιν, ἀλλὰ τοὺς ἄνδρας εἶναι νομίζοντες, καὶ τόδε πράξαντες, ὀξέως αὐτὴν ἀνέλαβόν τε, καὶ εὐκλεεστέραν ἀπέφηναν.* Isocrates antea id quoque Atheniensibus laudi eſſe duxit in Archidamo pag. 231. *συνειδότες Ἀθηναίοις ἐκλιποῦσι τὴν χώραν ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐλευθερίας.* Quantum vero negotii hoc consilium Themiſtocli praebuerit, multis narrat Plut. in Themiſt. pag. 116. Adde Lambinum et Bosium ad c. 3. in fine,

## CAP. III.

1 Hujus consilium plerisque civitatibus displicebat, et in terra dimicari magis placebat. Itaque missi sunt delecti cum Leonida, Lacedaemoniorum rege, qui Thermopylas occuparent, longiusque barbaros progredi non paterentur. Hi vim hostium non sustinuerunt,

*In terra dimic.*] Ms. Boecl. *terra dimic.* quomodo locutus alibi 2, 2, 4. 5, 2, 3. 21, 1, 3. Bosius. *Dimicari* Voss. A. B. C. sed B. [Ult.] *et terra dimicari.*

*Itaque missi sunt delecti etc.*] Vide Justin. 2, 11. et ibi laudatos a Berneggero. In numero tam delectorum et occisorum, quam Persarum, cum quibus pugnarunt, mire discrepant Scriptores, de quo Usser. Tom. 1. Annal. p. 177. et seq. et Sims. Chronic. Cathol. part. 4. 27, 28. Encomium caesorum a Simonide scriptum exstat apud Diodor. Sic. 11. Distichon columnae, quo loco sepulti sunt, inscriptum apud Strab. Lib. 9. Pugnam prolixe describunt Herodotus 7. sub finem, et Diodorus 11. *Bosius.* Voss. B. *cum Leonida duce Lac.* Ax. etiam teste Heusingero, *cum Leonida duce Lac.* quae lectio non est spernenda, nam vox *duce* non negat Leonidam fuisse regem Lacedaemoniorum, ut inmerito credit Heusingerus; sed adfirmat, Leonidam Lacedaemoniorum regem fuisse ducem horum delectorum. et ita distingui potest: *cum Leonida duce, Lacedaemoniorum rege*, et hanc lectionem defendit ipse Herodotus Lib. VII. cap. 238. *Ξέρξης διεξήϊε διὰ τῶν νεκρῶν καὶ Λεωνίδεω, ἀκηκοὼς, ὅτι ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΕ ἦν, ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ, ἐκέλευσε ἀποταμόντας τὴν κεφαλὴν ἀνασταυρῶσαι.* [Axen. *cum Leonida duce, Lacedaemoniorum rege.* Minime itaque hic Codex Leonidam *regem* appellare dubitat, quod ex iis, quae in edit. Lipsiensi, commemorata codicis lectione, adduntur, aliquis suspicari poterat. *Mosche.*] Hoc Mardonio et Xerxi adtribuit Lampon Pythei, Aegineta apud Eumdem Lib. IX. cap. 78.

(p. 82.) *Missi sunt delecti cum Leonida.*] Juxta Herodotum L. VII. c. 205. ipse Leonidas sponte sua profectus, hos sibi elegisse videtur. *ὁς τότε ἤϊε ἐς Θερμοπύλας ἐπιλεξάμενος ἄνδρας τε τὺς κατεστεῶτας τριηκοσίυς*, unde Lyciscus Acarnan apud Polybium Lib. IX. cap. 32. dicit ad Lacedaemonios *τίνος πάλιν ἐθελοντὴν, καὶ προδήλως ἐξορμᾷν ἀποθανυμένυς τοὺς περὶ Λεωνίδην* etc. unde vates dixere apud Plut. in Pelop. p. 289. *Λεωνίδαν τῷ Χρησμῷ τρόπόντινα προθυσάμενον ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος.* cujus vero ordinis fuerint hi trecenti, conjicit Cragius de Rep. Lac. L. II. cap. 14.

*Hi vim host. non sustinuerunt.*] Strabo Lib. IX. p. 656. dicit: *Περὶ δὲ τὰ στενὰ ταῦτα [illegible] περὶ Λεωνίδαν μετὰ ὀλίγων τῶν ὁμόρων τοῖς τόποις ἀντέσχον πρὸς τὰς τοσαύτας τῶν Περσῶν δυνάμεις, μέχρι περιελθόντες δι' ἀτραπῶν τὰ ὄρη, κατέκοψαν αὐτὺς οἱ βάρβαροι.*

eoque loco omnes interierunt. At classis communis 2 Graeciae trecentarum navium, in qua ducentae erant Atheniensium, primum apud Artemisium, inter Euboeam continentemque terram, cum classiariis regis conflixit. Angustias enim Themistocles quaerebat, ne multitudine circumiretur. Hic etsi pari praelio discesserant, tamen 3 eodem loco non sunt ausi manere: quod erat periculum, ne, si pars navium adversariorum Euboeam superasset,

*Omnes interierunt.*] Horum interitum et ducis graphice describit Herodotus Lib. VII. cap. 224. qui locus examinatur a Longino de sublimit. cap. 38. Aristides in Panathenaic. Orat. T. I. pag. 132. extenuat hanc Laconum virtutem in Atheniensium, quibus favere videtur, laudem. adde pag. 139, 162. et T. II. p. 190.

*Classis communis Graeciae trec. nav.*] Plurimas naves, post Athenienses tamen, communi Graecorum classi hoc tempore exhibuere Aeginenses teste Pausania. v. Periz. ad Aeliani Lib. III. V. H. cap. 10. n. 1. et 5. ubi docemur, Aeginenses optime in pugna Salaminia rem gessisse.

*Ducentae erant Atheniens.*] Herodotus princ. Lib. 8. solum Atticas et Plataeensium CXXVII. memorat; in universum vero CCLXXI. Diodorus Siculus Atheniensium CXL. universim CCLXXX. Isocrates in Areopagitico Atheniensium tantummodo LX. fuisse scribit. *Bosius.* Pro *trecentarum* Leid. *trecentum*. cum Stanleo ad Aeschyli Persas vs. 338. confer Wess. ad Diod. Sicul. L. XI. c. 12. n. 74. Plut. in Them. p. 117. ducentas fuisse adfirmat.

*Primum ap. Artemisium*] Desunt haec in quibusdam libris. *Ernst.* Vide Herod. 8, 8. Diodor. 11. Plutarch. Themist. p. 115. Sexto Thargelionis (secundi Atheniensium mensis vernalis) die pugnam hanc commissam ait Aelianus 2, 25. sed ex Herodoto apparet, media aestate, sub initium Olympiadis LXXV. contigisse. *Bosius.* Cod. P. Dan. *Arthemisium* Leid. *Artemisium.*

*Cum classiariis regis*] Quorum classis dissipata tum, et paullo ante tridui tempestate minimum CCCC. ut Herodotus 7. seu, ut Diodorus 11. CCC. triremes amiserat. *Bosius.*

(p. 83.) *Circumiretur*] Leid. et Cod. P. Dan. item Voss. B. *Circuiretur.* v. cl. Oudendorp. ad Frontin. L. 2. Strat. cap. 3. n. 13. et Miscell. Obs. pro Nov. et Decemb. 1732. p. 340. [Gu. Ult. *circumiretur.*]

*Pari praelio*] Aequo Marte dicunt et aequis manibus. Tacit. 1. Annal. c. 63. *Inde hostibus terror, militi fiducia, et manibus* aequis *abscessum.* Sallust. Catil. cap. 39. n. 4. *Quod si primo praelio Catilina superior, aut* aequa *manu discessisset.* Curt. l. 6. c. 2. *Duarum nobilissimarum bello gentium exercitus* pari Marte *pugnabant.* Graeci vocant ἑτεραλκέως ἀγωνίζεσθαι. *Gebh.* Sic et Herodotus, ac Diodorus. At Isocrates Panegyrico, Aelianus 2, 25. et Vetus Epigramma Plutarcho laudatum, Victoriam Graecis tribuunt. *Bosius.* De phrasi *pari praelio discedere* consule cl. Burmann. ad Petron. Satyric. cap. 34. abest *pari* a Voss. C.

[redacted]



4 ancipiti premerentur periculo. Quo factum est, ut ab Artemisio discederent, et exadversum Athenas apud Salamina classem suam constituerent.

*Ancipiti premerentur periculo*] Hoſte et a fronte et a tergo inſtante atque urgente. Eodem plano modo Q. Curt. VII. cap. 46. *Bactriani defecerant, Scythae etiam lacessebant. Ancipiti periculo implicitus, deos quoque incusans querebatur se jacere segnem.* Graeci vocant *μάχην ἀμφισβήτητον.* Curt. III. c. 26. *Ubi circuiri, ubi ancipiti acie opprimi possent.* Caesar Lib. VII. Comm. c. 76. *Nec erat omnium quisquam, qui adspectum modo tantae multitudinis sustineri posse arbitraretur, praesertim ancipiti praelio; cum ex oppido eruptione pugnaretur, et foris tantae copiae equitatus peditatusque cernerentur.* Lib. III. Civil. c. 72. *Non illi ancipitem terrorem intra extraque munitiones cogitabant.* Curt. V. cap. 24. *Undique ergo Macedonum armis fulgentibus ancipiti malo oppressi.* Varro: *Caesar reversionem fecit, ne post occipitium in Hispania exercitus qui erant, relinqueret: quo se conjiceret Pompejus, ut ancipiti urgeretur bello.* Gebhard. [Ult. *superassent.*]

*Artemisio*] Leid. *Artemensio*, Voſſ. B. *Arthemesio.* C. *Artemesia.* Haec lectio nihili eſt. v. Herodotum Lib. VII. cap. 176, 177. Plut. in Them. p. 115. 116, Ariſtidem Rhetorem Oration. T. I. p. 370. et T. II. p. 187. *καὶ πρῶτον μὲν* (Themiſtocles) *ἐπ' Ἀρτεμίσιον πλεύσας δυοῖν ναυμαχίαιν δύο ἔστησι τρόπαια*, de pugna vero Boſius jam egit.

*Adversum Athen.*] Aſſentior, Savaroni aliisque rescribentibus auctoritate veterum Codd. *et exadversum.* Thrasybulo: *Cum quidem exadversus Thrasybulum fortissime pugnaret.* Utitur quoque Cicero de Divinatione. *Gebhardus. Exadversum* diſerte meliores libri, puta Gif. Dan. Put. Sav. Boecl. [Gu.] probante Gifanio Obs. l. l. p. 86. et in Append. pag. 285. Placuit et Savaroni ac Gebhardo; quare non dubitavi in textum recipere. Usi, praeter noſtrum, optimi scriptores eodem significatu. Plautus Bacchid. 4, 7, 37. *Video* exadversum *Pistoclerum et Bacchidem.* Terent. Adelph. 4, 2, 45. *Est pistrilla, et* exadversum *fabrica.* Ubi tamen omnes Boeclero inſpecti: *exadverso.* Phormione 1, 2, 38. Exadversum *ei loco Tonstrina erat.* mox v. 47. *Ea sita erat* exadversum. Adde Gellium 7, 7. ubi de accentu vocis disputat. Praesenti loco maxime congruit illud Apuleji in Floridis: *Samos Icario in mari insula est,* exadversum *Miletos.* Cicero dixit *exadversus.* De Divinatione 1, 45. *Ara* exadversus *eum locum consecrata est.* Quomodo Noſter 8, 2, 7. exadversus *Thrasybulum fortissime pugnaret.* sic enim ibi libri meliores. Alterutrum reſtituendum videtur Plinio infra in fragmentis 7, 8. ubi vulgo exadverſo *Padi fauces.* Solebant Veteres praepoſitiones hoc modo geminare. De quo plura Voſſ. 4. de Anal. 23, *Bosius.* Voſſ. A. *exadversum.* B. *exadversum.* supra notatum erat *et adversum.* Adde Gron. ad Gellium 11, 22. [Ult. *et adversum.*]

(p. 84.)

*Apud Salamina class. s. const.*] Idque non ſine conſilio et magno labore Themiſtoclis, cum Graeci in ſuas quisque ſedes reverti vellent, multique adeo se domum recepiſſent. Herod. Uran. et Diodor. Sic. Lib.

## CAP. IV.

At Xerxes, Thermopylis expugnatis, protinus accessit astu, idque nullis defendentibus, interfectis sacerdotibus[1], quos in arce invenerat, incendio de- 1

11. *Lamb.* Adde Plutarch. Themist. p. 117. et seqq. *Bosius.*

*Salamina*] Gifanius Append. Obs. L. L. l. c. e vet. libr. legit *Salaminam*, quod aeque probum. *Salamis* enim et *Salamina* dicebatur. Immo Salmasii judicio hoc magis Latinum est. *Bosius.* Vide ad c. 9. hujus vitae. Voss. A. *Salaminam*, supra *Salaminem* notatum erat. Voss. B. [Gu.] *Salaminam*, item C.

*Thermopylis expugnatis*] Livius recte refert L. xxxvi. c. 15. *ideo* Pylae, *et ab aliis, quia calidae aquae in ipsis faucibus sunt,* Thermopylae *locus appellatur, nobilis Lacedaemoniorum adversus Persas morte magis memorabili, quam pugna.* Quem Livii locum et alia de Pylis hisce observata videbis a Perizonio ad Aelian. L. iii. V. H. cap. 25. n. 3.

*Astu*] Ut Romani *Urbem κατ' ἐξοχὴν* suam Romam, ita Graeci inque iis praecipue Attici Athenas vocabant *Astu.* Cicero de Legibus. *In Astu quod appellatur, omnes se conferre jussit.* Alcib. *Postquam astu venit,* Etiam *Urbem κατ' ἐξοχήν.* Phocione. *Cum Demade de Urbe tradenda Antipatro consenserat.* Vitiose exscriptores exhibuerunt *arcem.* Longolii Editio *astum*, et ita Attius Oenomao. *Ut omnes qui arcem astumque accolunt.* v. Stephanus de Alexandria. *Gebhard.* Athenas, quas *κατ' ἐξοχὴν* ita vocabant Graeci; item *urbem, oppidum.* v. Ind. male Codex Longolii, *arcem.* Bosius. *Astu.* Leid. et Oxon. Voss. A. [Gu. Ult.] *astum.* Voss. C. *astuum.* Pro *idque nullis, id nullis.* et pro *invenerat, invenerant* Leid. Proprie hoc loco notat eam urbis partem, in qua arx est, et ita definit ἄστυ Strabo Lib. ix. p. 606. τὸ δὲ ἄστυ αὐτὸ πέτρα ἐστὶν ἐν πεδίῳ περιοικουμένη κύκλῳ, ἐπὶ δὲ τῇ πέτρᾳ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν, ὅ τε ἀρχαῖος νέως, ὁ τῆς Πολιάδος, ἐν ᾧ ὁ ἄσβεστος λύχνος. Astu nomen suum debet Theseo, ut Meursius in (p. 85.) Theseo e Plutarcho docet cap. 17. p. 66. Si Gellii, et Ctesiae a Bosio jam citatorum verba, negantium arcem incendio fuisse deletam, ulla fide digna sint, sacer ille ignis, de quo ad cap. 3. egi, potuit quoque tum temporis mansisse illaesus. Sed standum ab Herodoto, Diodoro Siculo et aliis gravioribus testibus.

*In arce*] Eam quomodo occuparit, refert Herodotus. 8, 53. *Bosius.*

*Incendio delevit*] Iphicrate. *Non prius Thebani Sparta abscessissent, quam captam incendio delessent.* Curt. 3. c. 38. *Dis dedita templa ruinis et ignibus esse deleta.* Flor. 2. c. 6. *Quae quantaque utriusque castra facibus illatis una nocte delevit!* Cicero. *Tu cruore et flamma omnia delere vis.* Gebhardus. An et arcem? Negant Gellius N. A. 6, 17. et Ctesias in Persicis apud Photium, quem quod Usserius T. 1. Annal. p. 178.

[redacted]



2 levit. Cujus fama perterriti classiarii quum manere non auderent, et plurimi hortarentur, ut domos suas quisque discederent moenibusque se defenderent, Themiſtocles unus reſtitit, et universos pares esse

id affirmare ait, haud dubie *ἁμάρτημα μνημονικὸν* eſt. Sed Herodotus L. c. *πᾶσαν τὴν ἀκρόπολιν* exuſtam ait. *Bosius.*

*Cujus fama*] Membranae meae habent: *Cujus flamma.* Claſſiarios nim. incendii flamma fuiſſe perterritos. Ita etiam fuiſſe in Savaronis Codice ipſe teſtatur. *Ernstius.* MSS. Gif. Dan. Put. Savar. Ernſt. [Gu.] et unus Bavaricorum: *cujus flamma*, quod praeter Savaronem, Schoppio quoque Veriſim. 1. 20. ac Gebhardo probatur. Cujus judicio, nil in ea absurditatis eſt. Salamis enim, inquit, tam longe non diſtat Athenis, ut flamma incensae urbis cerni non potuerit. Addit, manifeſte hanc lectionem ſtabilire cum locum Noſtri 1, 7, 4. tum illud Claudiani 2. in Eutrop. 471:

*—— longe spectari puppibus urbes*
*Accensas, lucere fretum.*

Pro vulgata tamen praeter Codices plurimos, in quibus *fama* legitur, illud facit, quod etiam alii scriptores non flamma, sed nuntio incendii hujus Graecos apud Salamina territos, scribunt. Herodotus 8. *Οἱ ἐν Σαλαμῖνι Ἕλληνες, ὡς σφι ἐξηγγέλθη ὡς ἔσχε τὰ περὶ τὴν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν*, (incensam fuiſſe sc. ut paullo ante narraverat) *ἐς τοσοῦτον θόρυβον ἀπίκοντο, ὡς ἔνιοι τῶν στρατηγῶν οὐδὲ κυρωθῆναι ἔμενον τὸ προκείμενον πρῆγμα, ἀλλ' ἔς τε τὰς νῆας ἐσέπιπτον, καὶ ἱστία ἀείροντο ὡς ἀποθευσόμενοι.* Diodorus 11. *οἱ περὶ τὴν Σαλαμῖνα διατρίβοντες Ἀθηναῖοι, τὸ τέμενος τῆς Ἀθηνᾶς* (quod in arce ſitum, et a Perſis pariter combuſtum erat, Vid. Meurs. Cecropia cap. 14. et seqq.) *ἀκούοντες κατεσκάφθαι, δεινῶς ἠθύμουν. Τὴν Ἀττικὴν* tamen *πυρπολουμένην* vidiſſe eos ait, quod facile fieri potuit. Eam enim inſula exadverſo Eleuſinis attingebat, anguſtoque ab ea freto dirimebatur. V. Strabo 9. et Plut. Them. p. 118. Athenis a. longius diſtabat, quam ut flamma incendii ejus conſpici poſſet. *Bosius.* Voſſ. B. C. [Ult.] *fama.*

*Ut domos suas discederent*] Ita Mſſ. Dan. et Boecleri: alii interponunt *quisque.* Bos. Leid. *ut d. suasque disc.* Voſſ. A. B. [Ax.] *ut domos suas discederent*, et ita C. [Gu. Ult.] [Longol. editio habet: *ut d. s.* quisque *discederent*, atque ita, notante Fischero, etiam librarius Leidenſis 2. scribere voluiſſe videtur. Hanc lectionem unice probat Jac. Gronovius, ab eodem Fischero citatus, ad Macrob. Somn. 1, 1. pag. 3. nosque eam, ut contextui aptiſſimam, recipere non dubitavimus.]

(p. 86.) *Universos esse pares ajeb.*] Sciopp. III. Verisimil. c. ult. ex vetere libro legit: *Universos pares esse posse ajebat. Ernst.* Mss. Gif. Dan. Put. Savar. [Gu.] et unus Schoppio Veriſimil. 3, 20. laudatus: *universos pares esse posse ajebat*, quomodo loquuti cum alii, ut Caesar B. G. I. 40. Cicero in ep. ad Att. et Or. pro L. Manil. Juſtinus 7, 6, 4. tum ipse Nepos 7, 6, 2. Sed is altera quoque ratione usus eſt 18, 8, 4. et 23. 10, 4. *Bosius.* Locum Nepos in mente habuit Ciceronis ad Atticum: *Nos disjecta manu pares*

posse ajebat, dispersos testabatur perituros, idque Eurybiadi, regi Lacedaemoniorum, qui tum summae imperii praeerat, fore affirmabat. Quem quum minus, 3
quam vellet, moveret, noctu de servis suis quem habuit fidelissimum, ad regem misit, ut ei nuntiaret suis verbis: adversarios ejus in fuga esse, qui 4

*adversariis esse non possumus.* Gebhardus. Leid. et Voss. A. B. *pares esse.* [Item Axen. et Ult. sed praefero praestantissimorum codd. scripturam: *pares esse posse.* Facile *posse* post verbum *esse* excidere potuit, idque etiam infra 7, 4, 6. factum est.]

*Pares esse*] Posse resistere atque bellum summovere barbari. Infra Alcibiade; *Neque terra neque mari hostes pares esse potuerant.* Eumene: *Hoc Antigonus cum comperisset, intelligeretque, se parem non esse paratis adversariis.* Annib. *Dolo erat pugnandum, cum par non esset armis.* Caesar 1. de B. Gall. c. 40. *Helvetii tamen pares esse nostro exercitui non potuerunt.* Cicero pro Lege Manilia: *Hi nullo in loco pares jam praedonibus esse poterant.* Justin. Lib. 7. cap. 6. *Quoniam omnibus par esse non poterat, dispensanda ratus alia bella. Par* ergo *ἰσοπαλής. Gebhard.*

*Eurybiadi*] Ad quem Oratio Themistoclis exstat apud Herodot. 8. Adde Plut. p. 117. Regio genere fuisse negat Herodotus alib. eod. libro. (nempe c. 42.) *Bosius.* Idem ex eodem Herodoto observavit Periz. ad Aelian. Lib. XIII. V. H. cap. 40. n. 4. sed vide not. post. in quibus dele *strenuus*, *sed.* Quem *μαλακὸν περὶ τὸν κίνδυνον* fuisse dicit Plut. in Them. p. 117. ut Magius mox adnotat. Plura de Eurybiade et Themistocle Aristides Tom. II. pag. 189, 190. Nam e virtutis praemio ei a Lacedaemoniis decreto Eurybiadis animus spectari non potest. Voss. A. C. *Eurhiadi.*

*Qui tum summae imperii praeerat*] Atheniensium et Themistoclis concessu, ut narrat Herodotus Lib. 8. pr. *Lambin.* Plutarchus l. l. id dignitati Spartae tribuit. *Bosius.* Recte Bosius hoc observavit e Plutarcho, nam Herodotus L. VIII. cap. 2. *Τὸν δὲ, τὸν τὸ μέγιστον κάρτος ἔχοντα, παρείχοντο Σπαρτιῆται Εὐρυβιάδεα, τὸν Εὐρυκλείδεω, οἱ γὰρ σύμμαχοι οὐκ ἔφασαν, ἢν μὴ ὁ Λάκων ἡγεμονεύῃ, Ἀθηναίοισι ἕψεσθαι ἡγεομένοισι, ἀλλὰ λύσειν τὸ μέλλον ἔσεσθαι στράτευμα.* Vide Cragium L. IV. de Rep. Lac. cap. 3. p. 383, 384. et Not. ad Aristidem Panathenaic. Oration. T. I. p. 550.

*Quem cum minus, quam vellet, moveret*] Caussam adfert Herod. L. 8. pr. Plutarchus ait, Eurybiadem timidum ignavumque in adeundis periculis fuisse, eamque ob rem intra Isthmum cum copiis se recipere decrevisse. *Magius.* Adde Aelian. 13, 40. et Polyaen. 1. in Them. comm. 2. Diodorus ait, Eurybiadem, adsumto Themistocle, hortatum quidem multitudinem, et ad ingruens periculum animasse: sed impetum eorum cohibere non potuisse. *Bosius.* Aristides unus Aegina summo cum vitae periculo profectus, in caussa fuit, cur Eurybiadis Salamina deserere cupientis consilium detectum sit Themistocli. v. Plut. Arist. p. 323.

*Noctu servum*] Qui erat Eunuchus, et *τοῖν παίδοιν παιδαγωγός*, nomine Sycinnus. Polyaen. Lib. 1. in Themist. Comm. 2. *Gebhard.*. Sic et Justinus 2,

si discessissent, majore cum labore et longinquiore tempore bellum confecturum, quum singulos consectari cogeretur; quos si statim aggrederetur, brevi universos oppressurum. Hoc eo valebat, ut ingratiis

(p. 87.) 12, 19. Herodotus *οἰκέτην* Themistoclis, et liberorum ejus Paedagogum (quod etiam Plutarchus p. 118. et Polyaenus l. c. faciunt) vocat. Nomen ei Sycinnus. Plut. addit, genere Persam et captivum fuisse. Meminit ejus et Clemens Alex. Paedag. Lib. 1. et ait, eum genus saltationis invenisse, quod *σικιννίζειν* dicebatur. Strategema hoc, praeter jam dictos, referunt etiam Frontinus 2, 2, 14. et Diodor. Sic. 11. *Bosius*. Pro *fidelissimum*, *fidissimum* Voss. A. C. [Axen.] In genere apud barbaros honorati erant Eunuchi fidei caussa. v. Herodot. L. VIII. cap. 105. cum Valckenario, et Stanleo ad Aeschyli Persas vs. 985. Vide et L. III. cap. 4. Verba Nepotis: *de servis suis quem habuit fidelissimum* exprimunt verba Herodoti, licet alia de re, ita locuti Lib. V. c. 35. *τῶν δούλων τὸν πιστότατον*.

*Majore cum labore etc.*] Haec pene eadem Frontin. 2, 2, 13. *difficilioremque rem Xerxi futuram, si singulas civitates obsidione aggrederetur.* Eadem de caussa laetatur Alexander, Darium universas regni vires discrimini offerre. *Magno se aestu liberatum ait, quod liceat cum omnibus Darii copiis confligere; veritum se longam belli moram, si Persae exercitum divisissent*, apud Justin. 11, 13, 3. Addit praeterea aliam circumstantiam Front. quae ad victoriam non minimum contulit momentum, omissam Nepoti: *Qua ratione*, inquit, *effecit, ut exercitus barbarorum primum inquietaretur, dum tota nocte in statione custodia est: deinde ut sui mane integris viribus cum dictis barbaris vigilia marcentibus confligerent.* Gebhardus.

*Longinquiore tempore*] *Longinquus* idem hic valet quod *longus*, *diuturnus*. v. Passerat. et Brouckhus. ad Propert. l. 1. El. 6. vs. 27.

*Confecturum*] est, ad finem perducturum. *Committere bellum* est incipere, *profligare bellum* prope ad exitum adducere, *conficere* vero ad exitum perducere. V. Stewechium ad Vegetium de Re militari lib. 2. c. 7. p. 136. Cl. Duker. ad Florum l. 2. cap. 15. n. 2. et Cort. ad Sallust. Jugurth. c. 37. n. 3. Cicero L. 10. ad Fam. Ep. 19. *Qui enim Antonium oppresserit, is hoc bellum teterrimum periculosissimumque* confecerit. et in genere *conficere* pro transigere, negotium absolvere, usurpari docet P. Manutius ad Cic. l. 7. ad Fam. Ep. 2. pag. 304. et ita Latine *confectae* pro peractis. v. Cl. Oudendorp. ad Lucan. l. 1. vs. 550.

*Consectari*] Similiter Justinus: *majore labore ei singulas consectandas.* Ms. Boecleri tamen [et Ax.] *insectari*. Bosius.

*Ut ingratiis*] Membranae *ingratis*, quod perinde mihi est. Polyaenus l. 1. *Οἱ δὲ Ἕλληνες ἄκοντες ἐνίκησαν.* Front. *Idque persuadere civibus non posset, sollertia effecit, ut a barbaris ad utilitates compellerentur.* Hac voce non abhorret Cicero in Verrem: *Reticebunt, quae poterunt, libenter, dicent, quae necesse erit, ingratiis.* Gebh. (p. 88.) Ita expressis litteris legitur in Ms. nostro. Et uti Nepos cum Plauto et Terentio *ingratiis*, ita Cicero lib. 1. de Legib. dixit *invitiis*. Qui etiam *in-*

pugnandum omnes cogerentur. Hac re audita us, nihil doli subesse credens, postridie alie-) sibi loco, contra opportunissimo hostibus, ngusto mari conflixit, ut ejus multitudo navium

dixit. *Ernst.* Sic quo-nftianus. At Gif. Dan. av. Bavarici: *ingratis*, ebhardo perinde erat; o Verifim. 1, 20. rectius idebatur, etsi illud La-ffe non negat. Placebat ili parerg. 1, 25. Pareo Crit. ac Gifanio Ind. Lu-.i sic et apud Terent. ac ı e vett. l. legi vult. Sed oribus libris conftanter *s* legitur. Idque et metri oftulat. Usi autem hac rentius quidem Eun. 2, eaut. 3, 1, 37. Phorm. 5, autus autem Amphitr. 1, Curcul. 1, 1, 6. Cafin. 2, 5, lar. 2, 3, 82. Mil. Glor. 2, lenaecbm. 5, 8, 5. Merc. qui et *gratiis* dixit ea-ione Afin. 1, 3, 38. et 42. 3, 4, 38. Ac, ne quis Co-intum, metri cauffa, sic putet, Cicero quoque nctio c. 14. ac Gellius N. ı. usi. Pricaeus et apud m Metam. 1. extr. repo-autem nomen, non ad-ı, ut Voffius de arte Gram. 47. duobus Plauti locis quibus addi poteft Gel-ubi eft *ingratiis nostris*. Pro *ingratiis* Leid. *in*-et fic Voff. A. B. C. [Gu. iit etiam in codice cl. ·i. v. Ejus Epift. 7. ad N. n. Apud Terent. Eun. 2, Mss. pro *ingratiis*, etiam *s* legitur: unde liquet, ores hanc vocem non ſe. Vide Donati notas. *ugnandum cogerentur* effe locutionem oftendit ndorp ad Frontinum L. g. cap. 7. num. 147. *rus*] Ita per excellen-tus Xerxes. v. Reim. ad

Dion. Caffium Tom. I. p. 82. quia erat Persa. Vox *Barbarus* in contemptum adhibebatur a veteribus. Aegyptii omnes vocabant Barbaros, qui Aegyptiorum lingua non utebantur. vide Herod. L. II. c. 158. Sed haec fatis nota sunt. in primis τὰ βαρβαρικά, et τὰ Ἑλληνικά in Graecis fcriptoribus sunt oppofita. v. Valcken. ad Eundem L. III. c. 115. Lacedaemonii Persas, Graecorum hoftes, Ξένους appellavere. v. Plut. in Arift. p. 325. et Weff. ad Herodot. L. IX. c. 11. n. 66.

*Alieniss. sibi loco etc.*] Iniquiffimo. fupra Miltiade. Caefar 1. de B. Gall. cap. 15. *Qui cupidius novissimum agmen insecuti alieno loco cum equitatu Helvetiorum praelium committunt.* Gebh. Pro *opportunissimo* Voff. A. *oportunissimo.*

*Angusto mari*] In freto nempe inter Salaminem infulam, et Heracleum five Fanum Herculis, in Attica fitum, fupra quod Xerxes, claffem et aciem fpeculans, in edito confederat. Diodor. Sic. 11. et Plutarch. Them. pag. 118. Quod tamen de initio tantum pugnae capi debet; nam maxima pars pugnae in aperto aequore, ut idem Diodorus narrat, commiffa. Plutarchus pag. 119. addit, Themiftoclem non folum loci, fed etiam temporis commoditatem captaffe, quo ventus e mari increbrescens fluctus per fretum impelleret, magno barbaricarum navium, tanquam altiorum et graviorum, incommodo. *Bosius.* De tempore pugnae poft Stanleum a me in poft. edit. citatum confulendus Dukerus ad Thucydidem L. 1. c. 18, lin. 62. Hoc tempore dicitur fuiffe cometes Ceratias. v. Plin.

explicari non potuerit. Victus ergo est magis consilio Themistoclis, quam armis Graeciae.

Lib. II. N. H. cap. 25. pag. 88. ipso hujus pugnae die dicitur quoque natus esse Euripides. v. Plut. L. VIII. quaest. I. p. 717. (p. 89.) Quantum damni Xerxis classi dederit Scyllis Sicyonaeus, v. Hard. ad Plinium Lib. XXXV. §. 32. n. 66. pag. 706. Sed confer de eo Herodotum Lib. VIII. cap. 8. et ad eum Interpretes. Magnae Graeciae incolae suum auxilium Atheniensibus negaverunt praeter Phayllum, athletam Crotoniatam, qui cum navi suis sumptibus instructa Salamina navigavit. Interprr. ad Herodotum L. VIII. cap. 47. post fata propterea ab Alexandro cultus. Dicitur Xerxes aciem spectasse in monte Aegaleo. v. Meursii reliqua Attica cap. I. pag. 5. cum Wesselingio et Valckenario ad Herodotum L. VIII. cap. 90. n. 39. et 40. quomodo vero Themistocles suos cives ad depugnandum incenderit, unde gallorum gallinaceorum certamen Athenis initium traxerit, v. Interprr. ad Aelian. L. II. V. H. c. 28. Refert quoque Phanias Lesbius, a Themistocle tres adolescentes captivos, Sandauces, Regis sororis, et Auctarti filios, Euphrantide vate sic jubente, ante pugnam navalem ad Salamina Baccho Omestae fuisse immolatos. v. Plut. in Pelop. 289. in Them. p. 118. 119. et in Aristide pag. 323, 324. Pro *navium* Ult. *manuum*. v. ad Timoth. 3, 4.]

*Consilio Themistoclis*] Front. *Solertia*. Polyaen. τῇ σοφίᾳ τȣ̃ ϛρατηγȣ̃. Plerique tantam victoriam prudentiae Themistoclis adjudicant: sed non vetus Scriptor apud interpretem Aristophanis, qui Victoriae primas tribuit Deabus: φησὶ (praecessit Herodotus) γὰρ ἐν τῇ παρὰ Σαλαμῖνα ναυμαχίᾳ, πολὺ λειπομένȣ τȣ̃ Ἑλληνικȣ̃ πλήθȣς τῶν νεῶν περιοίκων, συμμαχῆσαι Ἀθηναίοις τὰς θεὰς, μέγιϛον τῆς σ ναυμαχίας ἐπιδειξαμένας καὶ ἐναργέϛατον τεκμήριον. μελλόντων γὰρ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν Βαρβάρων εἰς χεῖρας ἥξειν, πρῶτον μὲν πλεῖϛον ὅσον κονιορτὸν, αἰρόμενον ἀπὸ Ἐλευσῖνος ἐπὶ τὴν συμβολὴν, παντὶ τῷ ϛρατῷ δῆλον γενέσθαι. Εἶτα τȣ̃τον εἰς ȣ̓ρανὸν ἀνιέντα καὶ νέφον γινόμενον, διὰ μέσȣ τȣ̃ ϛρατοπέδȣ χωρȣ̃ντα, τὸν Ἴακχον βοᾶν, etc. *Gebhard.* MSS. Dan. Boecl. [et Gu.] *Victus ergo est magis etiam cons. Them.* [Gu. *Themistocli*]. Bosius. Aristides H. in Regem pag. 65. ᾔδει γὰρ, οἶμαι, καὶ τὸν τὰς πολλὰς μυριάδας ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἀγαγόντα (Xerxem) καὶ ὃν ὅντε γῆ, ȣ̓́τε θάλασσα ἐχώρει ἱκανῶς, ἑνὸς ἀνδρὸς (Themistoclis) γνώμης ἡττηθέντα. de qua victoria idem latissime in Panathenaic. pag. 141, 142, 143. Omittuntur a Nepote, quae de Mardonio et Alexandro, Amyntae filio, Macedonum Rege ad Athenienses misso, referuntur ab Herodoto Lib. VIII. cap. 136. usque ad finem libri, et Aristide l. l. p. 144. et seqq. Sed Plut. in Arist. pag. 324, 325. rem alio modo narrat. [Cod. Axen. *Victus est ergo magis etiam*. Ed. Arg. Ultr. Long. Basil. Bos. 2. Harles. *Victus est ergo magis consilio Them.* Reliquae *Victus ergo est m. c. Them.* quod nos in textum restituimus. Ubique enim Cornelius Nepos particulam *ergo* secundo ab initio periodi loco collocare solet. Haec observatio Moschii conjecturae adversatur, qui infra 7, 10, 2. *Societatem huic ergo renuntiat* legendum esse suspicatur. *Societatem ergo huic* scripsisset Cornelius, non: *Societatem huic ergo*. Alcib. 6, 5. *Restituta ergo huic sunt publice bona.* Dio. 2, 2. *Dedit ergo huic veniam.*]

## CAP. V.

Hic etsi male rem gesserat, tamen tantas ha- 1
it reliquias copiarum, ut etiam cum his oppri-
e posset hostes. Iterum ab eodem gradu depul-
est. Nam Themistocles verens, ne bellare per-
raret, certiorem eum fecit, id agi, ut pons,

ic] Q. Edd. addunt *barba-* Sed aberat ea vox ab opt. Gif. Dan. Sch. aliisque, re- a, ut opinor, ex initio ver- i praecedentis. mox Boecl. *as habuit rel.* Et paullo exc. Dan. *ut etiam tum his oppr. p. h.* videtur fuisse, *tiam cum his tum* (i. e. eo o.) tempore, *op. p. h.* Sta- Ed. Ultraj. *Iterum ab eo-* . Longolii: *Interim tamen od.* Sed Gebhardo placebat atum. Idque et Cod. Dan. ue confirmant. *Bosius.* Leid. 1. et Voss. A. B. *Hic etsi.* lo ante *ergo est magis e-* Voss. C. et pro *male rem erat, male gesserat.* [Ult. *male g.* et *etiam tum his.* u. quoque *tum* legitur.]

*terim ab eodem gradu de- us est*] Alii, *iterum:* alii, *im tamen.* Placet vulga- Eleganter autem nimium tum dictum est *de gradu de-*, pro, occasione rei geren- dejici. Germani: Aus dem heil getrieben werden. *Gebh.* Ind. v. *gradus.* Bosius. Pro *im* Leid. *iterum.* Sic et ij. Edit. *tamen* abest a Leid. P. Dan. et Voss. A. B. de fi adi Broukh. ad Propert. El. 13. vs. 8. et Interpre- d Petron. cap. 80. [Lectio *m ab eodem gradu depul- st*, quam Axen. quoque ha- unice vera videtur. Cum *eodem* cum *gradu* nullo o jungi possit, quam parum moda sit lectio *Interim*, om- nibus facile patebit. Quid enim est: *Interim* Xerxes *ab eodem* (Themistocle) *gradu depulsus est?* Contra vis non parva ac- cedere videtur sententiae, quan- do Xerxes, cui tantae supere- rant copiae, *iterum* ab eodem Themistocle gradu depulsus dici- tur. Gradu autem, gladiatorum modo, depellitur is, cui ab ad- versario omnis aut alteri nocen- di aut se ipsum defendendi op- portunitas eripitur, quique sic vincitur. Simul autem apparet, quam parum apte Xerxes *interim ab eodem gradu* depulsus effe- ratur. *Mosche.* Paullo ante in Ax. cod. *ut etiam*, non *uti* le- gitur. Gu. *Interim ab eodem*, sed melior altera lectio. v. Iphi- crat. 2, 3.]

*Certiorem eum fecit*] Per eun- dem Sicinnum, quo antea fuerat usus. Ita Herodot. 8, 110. et Ju- stinus 2, 13, 7. Diodorus quo- que Siculus l. XI. 17. filiorum suorum paedagogum ablegasse ait; sed Plutarchus (in Arist. p. 324.) scribit, missum Arnacen quendam, e regiis eunuchis in- ter captivos inventum; Polyae- nus unum ex eunuchis suis Arsa- cen. Rem ipsam narrat etiam Frontinus 2, 6, 8. inter stratege- mata de emittendo hoste, ne clausus praelium ex desperatio- ne redintegret. *Bosius.* Ad Dio- dor. v. Wess. num. 37. et eum- dem cum cl. Valckenario ad He- rodoti locum n. 73. et ad cap. 75. num. 8.

*Id agi, ut pons etc.*] Et revera

explicari non potuerit. Victus ergo est magis consilio Themistoclis, quam armis Graeciae.

Lib. II. N. H. cap. 25. pag. 88. ipso hujus pugnae die dicitur quoque natus esse Euripides. v. Plut. L. VIII. quaest. 1. p. 717. (p. 89.) Quantum damni Xerxis classi dederit Scyllis Sicyonaeus, v. Hard. ad Plinium Lib. XXXV. §. 32. n. 66. pag. 706. Sed confer de eo Herodotum Lib. VIII. cap. 8. et ad eum Interpretes. Magnae Graeciae incolae suum auxilium Atheniensibus negaverunt praeter Phayllum, athletam Crotoniatam, qui cum navi suis sumptibus instructa Salamina navigavit. Interprr. ad Herodotum L. VIII. cap. 47. post fata propterea ab Alexandro cultus. Dicitur Xerxes aciem spectasse in monte Aegaleo. v. Meursii reliqua Attica cap. 1. pag. 5. cum Wesselingio et Valckenario ad Herodotum L. VIII. cap. 90. n. 39. et 40. quomodo vero Themistocles suos cives ad depugnandum incenderit, unde gallorum gallinaceorum certamen Athenis initium traxerit, v. Interprr. ad Aelian. L. II. V. H. c. 28. Refert quoque Phanias Lesbius, a Themistocle tres adolescentes captivos, Sandauces, Regis sororis, et Auctarti filios, Euphrantide vate sic jubente, ante pugnam navalem ad Salamina Baccho Omestae fuisse immolatos. v. Plut. in Pelop. 289. in Them. p. 118. 119. et in Aristide pag. 323, 324. Pro *navium* Ult. *manuum*. v. ad Timoth. 3, 4.]

*Consilio Themistoclis*] Front. *Solertia*. Polyaen. *τῇ σοφίᾳ τȣ̃ ϛρατηγȣ̃*. Plerique tantam victoriam prudentiae Themistoclis adjudicant: sed non vetus Scriptor apud interpretem Aristophanis, qui Victoriae primas tribuit Deabus: *φησὶ* (praecessit Herodotus) *γὰρ ἐν τῇ παρὰ Σαλαμῖνα ναυμαχίᾳ, πολὺ λειπομένȣ τȣ̃ Ἑλληνικȣ̃ πλήθȣς τῶν νεῶν περιοίκων, συμμαχῆσαι Ἀθηναίοις τὰς θεὰς, μέγιϛον τῆς συμμαχίας ἐπιδειξαμένας καὶ ἐναργέϛατον τεκμήριον. μελλόντων γὰρ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν Βαρβάρων εἰς χεῖρας ἥξειν, πρῶτον μὲν πλεῖϛον ὅσον κονιορτὸν, αἰρόμενον ἀπὸ Ἐλευσῖνος ἐπὶ τὴν συμβολὴν, παντὶ τῷ ϛρατῷ δῆλον γενέσθαι. Ἔιτα τȣ̃τον εἰς ȣ̓ρανὸν ἀνιέντα καὶ ψόφον γινόμενον, διὰ μέσȣ τȣ̃ ϛρατοπέδȣ χωρȣ̃ντα, τὸν Ἴακχον βοῶν*, etc. *Gebhard*. MSS. Dan. Boecl. [et Gu.] *Victus ergo est magis etiam cons. Them.* [Gu. *Themistocli*]. Bosius. Aristides H. in Regem pag. 65. *ᾔδει γὰρ, οἶμαι, καὶ τὸν τὰς πολλὰς μυριάδας ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἀγαγόντα* (Xerxem) *καὶ ὃν ὄντε γῆ, ὅτε θάλασσα ἐχώρει ἱκανῶς, ἑνὸς ἀνδρὸς* (Themistoclis) *γνώμης ἡττηθέντα*. de qua victoria idem latissime in Panathenaic. pag. 141, 142, 143. Omittuntur a Nepote, quae de Mardonio et Alexandro, Amyntae filio, Macedonum Rege ad Athenienses misso, referuntur ab Herodoto Lib. VIII. cap. 136. usque ad finem libri, et Aristide l. l. p. 144. et seqq. Sed Plut. in Arist. pag. 324, 325. rem alio modo narrat. [Cod. Axen. *Victus est ergo magis etiam*. Ed. Arg. Ultr. Long. Basil. Bos. 2. Harles. *Victus est ergo magis consilio Them.* Reliquae *Victus ergo est m. c. Them.* quod nos in textum restituimus. Ubique enim Cornelius Nepos particulam *ergo* secundo ab initio periodi loco collocare solet. Haec observatio Moschii conjecturae adversatur, qui infra 7, 10, 2. *Societatem huic ergo renuntiat* legendum esse suspicatur. *Societatem ergo huic* scripsisset Cornelius, non: *Societatem huic ergo*. Alcib. 6, 5. *Restituta ergo huic sunt publice bona*. Dio. 2, 2. *Dedit ergo huic veniam*.]

## CAP. V.

**Hic etsi male rem gesserat, tamen tantas habebat reliquias copiarum, ut etiam cum his opprimere posset hostes. Iterum ab eodem gradu depulsus est. Nam Themistocles verens, ne bellare perseveraret, certiorem eum fecit, id agi, ut pons,** 1

*Hic*] Q. Edd. addunt *barbarus*. Sed aberat ea vox ab opt. MSS. Gif. Dan. Sch. aliisque, repetita, ut opinor, ex initio versiculi praeccedentis. mox Boecl. *tantas habuit rel.* Et paullo post exc. Dan. *ut etiam tum his tum oppr. p. h.* videtur fuiffe, *ut etiam cum his tum* (i. e. eo (p. 90.) tempore, *op. p. h.* Statim Ed. Ultraj. *Iterum ab eodem.* Longolii: *Interim tamen ab eod.* Sed Gebhardo placebat vulgatum. Idque et Cod. Dan. aliique confirmant. *Bosius.* Leid. Oxon. et Voff. A. B. *Hic etsi.* Paullo ante *ergo est magis etiam* Voff. C. et pro *male rem gesserat*, *male gesserat.* [Ult. *rem male g.* et *etiam tum his.* In Gu. quoque *tum* legitur.]

*Interim ab eodem gradu depulsus est*] Alii, *iterum:* alii, *interim tamen.* Placet vulgatum. Eleganter autem nimium quantum dictum eft *de gradu depelli*, pro, occafione rei gerendae dejici. Germani: Aus dem Vortheil getrieben werden. *Gebh.* Adde Ind. v. *gradus.* Bofius. Pro *interim* Leid. *iterum.* Sic et Ultraj. Edit. *tamen* abeft a Leid. Cod. P. Dan. et Voff. A. B. de phrafi adi Broukh. ad Propert. L. 1. El. 13. vs. 8. et Interpretes ad Petron. cap. 80. [Lectio *Iterum ab eodem gradu depulsus est*, quam Axen. quoque habet, unice vera videtur. Cum enim *eodem* cum *gradu* nullo modo jungi poffit, quam parum commoda fit lectio *Interim*, omnibus facile patebit. Quid enim eft: *Interim* Xerxes *ab eodem* (Themiftocle) *gradu depulsus est?* Contra vis non parva accedere videtur fententiae, quando Xerxes, cui tantae fupererant copiae, *iterum* ab eodem Themiftocle gradu depulfus dicitur. Gradu autem, gladiatorum modo, depellitur is, cui ab adverfario omnis aut alteri nocendi aut se ipfum defendendi opportunitas eripitur, quique fic vincitur. Simul autem apparet, quam parum apte Xerxes *interim ab eodem gradu* depulfus efferatur. *Mosche.* Paullo ante in Ax. cod. *ut etiam*, non *uti* legitur. Gu. *Interim ab eodem*, sed melior altera lectio. v. Iphicrat. 2, 3.]

*Certiorem eum fecit*] Per eundem Sicinnum, quo antea fuerat ufus. Ita Herodot. 8, 110. et Juftinus 2, 13, 7. Diodorus quoque Siculus l. xi. 17. filiorum suorum paedagogum ablegaffe ait; sed Plutarchus (in Arift. p. 324.) scribit, miffum Arnacen quendam, e regiis eunuchis inter captivos inventum; Polyaenus unum ex eunuchis fuis Arfacen. Rem ipfam narrat etiam Frontinus 2, 6, 8. inter ftrategemata de emittendo hofte, ne claufus praelium ex defperatione redintegret. *Bosius.* Ad Diodor. v. Weff. num. 37. et eumdem cum cl. Valckenario ad Herodoti locum n. 73. et ad cap. 75. num. 8.

*Id agi, ut pons etc.*] Et revera

quem ille in Hellesponto fecerat, dissolveretur, ac reditu in Asiam excluderetur; idque ei persuasit.
2 Itaque qua sex mensibus iter fecerat, eadem minus diebus triginta in Asiam reversus est, seque a Themistocle non superatum sed conservatum judicavit.
3 Sic unius viri prudentia Graecia liberata est, Europaeque succubuit Asia. Haec altera victoria, quae cum Marathonio possit comparari tropaeo. Nam pari modo apud Salamina

agebatur, suadente etiam in speciem Themistocle, et renitente sive Eurybiade, sive Aristide: si vera sunt, quae referunt Herodotus, Plutarchus, Polyaenus, et Justinus. Sed Themistocles explorato Graecorum animo, valide dissuasit profectionem: *animo*, si Herodoto credimus, *sibi apud Persam subsidium comparandi*, ut, si quid apud Athenienses accideret adversi sibi, haberet, quo se converteret. Cui congruunt, quae Nepos ipse infra 9, 3. scribit. *Bosius*. Leid. habet *dissolveret*.

*In Hellesponto*] Plinius L. iv. N. H. Sect. xxiv. pag. 214, 215. *Vastum mare praejacens Asiae; et ab Europa porrecto Chersonesi litore expulsum angusto meatu irrumpit in terras, septem stadiorum, ut dictum est, intervallo Europam auferens Asiae. Primas angustias Hellespontum vocant. Hac Xerxes, Persarum rex, constrato in navibus ponte, duxit exercitum.*

*Minus diebus triginta*] Herodotus 8, 1, 15. ampliato dierum numero ait, cum intra 45. dies ad trajectum pervenisse, nullam partem copiarum ducentem. *Bos.*

*Conservatum*] Sic Mss. omnes, in aliis edit. typothetarum (p. 91.) vitio, male *conversatum*. V. Aristidem Tom. II. pag. 195, 196, 197. Hinc Val. Maxim. L. 1. cap. 6. pag. 71. *Nam* (Xerxes) *qui mare classibus, terram pedestri operuit exercitu, ut fugax animal, pavido regressu regnum suum repetere est coactus.* Justinus Lib. ii. cap. 13. dicit: *piscatoria scapha trepidus trajecit.* Sed vide cl. Valcken. ad Herodotum Lib. viii. cap. 118. num. 5. ubi Herodotus et cap. 119. varias de Xerxis fuga narrationes profert. Reversus in patriam a quo postea fuerit interfectus, vide Interprr. ad Aelian. Lib. xiii. V. H. c. 3.

*Unius viri prudentia*] Vide infra ad 15, 10, 4. *Bosius.*

*Europaeque succubuit Asia.*] Persae tamen demum fuere subacti ab Alexandro; ut ex historiis constat. Vide et Polybium Lib. ix. cap. 22, 23, 28. Itaque haec verba nihil aliud notant, quam Asiam i. e. Asiaticos, sive Persas (v. Herodot. Lib. 1. cap. 4. unde et *Asiae mores* pro Persarum moribus posuit Val. Maximus Lib. ii. c. 6. Ex. 1.) fuisse devictos ab Europaeis i. e. Graecis, sed hoc tempore Graeci hac victoria servitutem, sibi a Persis inpendentem, a cervicibus suis excusserant, quum postea Persarum domitori, et suo, si Dis placet, conservatori servire fuerunt coacti.

*Salaminem*] Leid. [Gu.] *Salaminam* Voss. A. supra notatum erat *Salaminem*. B. C. *Salaminam*. Leid. *Quae Marathonio*, pro *quae cum Marathonio*. Pro *tropaeo*, quod praecessit, Voss. A. B. C. [Gu.] *Tropheo*. semper vero *tropaeo* scri-

parvo numero navium maxima post hominum memoriam classis est devicta.

bendum ignorat nemo ex Schol. Ariſtophan. in Pluto. vs. 453. Adde Epiſt. ad Palmerium in Apolog. pro Lucano. pag. 956. et ut hic *tropaeum Marathonium* de inſigni iſta victoria, sic Ariſtoph. in Equit. vs. 1331. dixit *τὸ ἐν μαραϑῶνι τροπαῖον*, ubi vide Scholia. Adde Sil. Italic. Lib. 14. vs. 282.

*Et Salaminiacis quantam Eoisque tropaeis.*

*Parvo numero navium*] Triremium scilicet CCCLXXX. inter quas Athenienſium CLXXX. juxta Herod. 8, 42. et seqq. Aeſchylus tamen CCC. tantum numerat, Cteſias IↃCC. Vid. Uſſer. Annal. T. I. pag. 178. et seqq. *Bosius*. Cur Plataeenſes pugnae Salaminiae non adfuerint, refert idem Herodotus Lib. VIII. cap. 44. Cur in inſula Pſyttalia tropaeum fuerit erectum, docet Plut. in Ariſtid. pag. 323, 324.

*Maxima classis*] Quippe quae plus quam mille naves habuit, quarum Diodorus ſupra CC. periiſſe ait, praeter una cum viris captas. Cteſias IↃ. amiſſas ſcribit. Vid. Uſſer. l. c. Contigit autem pugna haec, ut inter omnes conſtat, Olympiadis LXXV. anno I. archonte Calliade. Sed de anni tempore non eadem omnium ſententia eſt; ſunt enim, qui fine anni pugnatum volunt, alii Pyanepſione, ſive Octobri; sed ineunte hoc anno, circa diem XX. Boedromionis, h. e. sub autumnum, ſive fine aeſtatis anni Period. Jul. 4234. id contigiſſe ſolide demonſtrant Petavius de doctr. temp. 10, 24. Rationar. Temp. 2, 3, 11. et in not. ad Themiſtii Orat. 11. pag. 639. ac Uſſer. l. c. pag. 174. Quorum rationibus exacte congruit Marmor Arundelianum. *Bosius*. Cl. Weſſeling. ad Simſonii Chronic. pag. 721. viceſimo Octobris Juliani ex Herodoto et Plutarcho docet Athenienses a Perſis hanc victoriam reportaſſe: Hiſtoriam (p. 92.) late deſcribit Scholiaſtes Ariſtophanis Equit. vs. 782.

*Post. hom. memoriam*] Quantum unquam in hominum memoriam pervenit. Sic loquitur et Ariſtide, nec non Cicero in Verrem. *Quod nemo unquam post hominum memoriam fecit*. Gebhard. V. Ind. *post*. Boſius. In Regibus cap. 1. *maximis post hominum memoriam exercitibus*. adi cl. Cortium ad Sall. H. fragm. pag. 938. Thucydides Lib. II. c. 8. dicit eodem fere modo, sed de alia re, quae tamen ad Graecos pertinebat, *ἀφ᾽ ȣ̃ Ἕλληνες μέμνηνται*. Polybius Lib. II. c. 23. *παρασκευὴν, ἡλίκην ȣ̓δεὶς πω μνημονεύει*. intelligitur vero memoria hominum hoc loco, qui tempore hiſtorico floruerunt, qui de rebus geſtis, non fictis scripserunt, unde *τῆς ἀνϑρωπηΐης λεγομένης γενεῆς πρῶτος* eſt primus, qui tempore hiſtorico vixit. v. Weſſ. ad Herodot. L. III. cap. 122. lin. 82. Simonides apud Plut. Them. pag. 119. in f. hanc pugnam navalem vocat *τὴν καλὴν καὶ περιβόητον νίκην, ἧς ὄυϑ᾽ Ἕλλησιν, ὄυτε βαρβάροις ἐνάλιον ἔργον ἔιργασαι λαμπρότερον*.

## CAP. VI.

1 Magnus hoc bello Themistocles fuit, nec minor in pace. Quum enim Phalerico portu, neque magno neque bono, Athenienses uterentur, hujus consilio triplex Piraeei

*Nec minor*] Voss. A. B. [Gu.] *neque minor*. [Ult. *fuit* omittit, et statim habet: *neque minor pace.*]

*Phalereo portu.*] Exc. Dan. *Phalarico*. An legendum *Phalerico?* Nam Graecis φαληρικὸς dictus. Diodorus Sicul. 11. Ἐπινείῳ χρωμένων τῶν Ἀθηναίων τῷ προσαγορευομένῳ φαληρικῷ. Epitome Stephani de Urbibus in φάληρον. τὰ τοπικὰ, φαληρόθεν, φαληρόνδη, φαληροῖ, καὶ φαληρικόν. Librariis *Phalaris* tyrannus notior Phalero, demo Atticae. Inde occasio corruptelae. Neque tamen plane rejiciendum τὸ *Phalereo*. Nam ipse δῆμος, ubi hic portus fuit, (de quo vid. Meurs. de pop. Attic. pag. 136.) non tantum φάληρον et φάληρα, sed etiam *Phalereus* dictus. Stephanus loco paullo ante laudato: λέγεται δὲ καὶ ὁ δῆμος καὶ δημότης φαληρεύς. *Bosius*. Codex Oxon. *Phalerico portu*. Vossius A. B. *phalarico*. [Axen. *Phalerio*, Gu. *Phalarico*, sed Ult. *Phalerico*.] C. *Phalerico*, quod praefero invito Bosio; quia praeter Codi- (p. 93.) ces Mss. etiam Plinius Lib. 11. cap. 103. dicit: *Et quae in Aesculapii fonte Athenis immersa sunt, in Phalerico redduntur.* Quamquam plane *phalereo* nondum rejicio; nam non tantum δῆμος Atticae dicitur φαληρὸν, ut apud Herodotum L. ix. cap. 32. et φαληρά; sed et ipse portus *Phalera* vocatur a Plinio Lib. iv. cap. 7. Sect. 11. unde *Phalereus* descendit: imo Scholiastes Aristophanis in Equit. vs. 642. explicans ἀφύας φαληρικὰς per τὰς μεγάλας addit φαληρεὺς δὲ λιμὴν τῆς Ἀττικῆς; quod si verum sit, locus hic ita distingui posset: *quum enim Phalereo, portu neque magno neque bono, Athenienses uterentur.* Id est haberent.

*Triplex piraeei portus etc.*] Hos tres portus vocat Thucyd. αὐτοφυεῖς. Constituti tamen hic a Themistocle dicuntur, quod naturam admonentem promta arte secutus, eos emunivit. Quod autem Nepos *dignitate civitatem aequiparasse, utilitate superasse*, ait, ejus rei sumenda est ex *magnificentia* operis ratio. Tanta enim latitudo muri erat, ut duo plaustra lapides comportantia e regione praeterirent: neque caemento intus lutoque expletus, sed constructis coagmentatisque saxis firmatus, ferro plumboque foris continebatur. Nam altitudo absoluta non est, fato quodam operosioris structurae: quam plerumque destituunt sumtus, operae, tempus etc. *Utilitas* porro ex ipsa urbis conditione aestimari debet. Quippe mari potissimum hostica vis timebatur; ita ut portu occupato parum aut nihil esset in oppido praesidii. Huc consilium spectabat Themistoclis, quo jubebat Athenienses, si terra premerentur, relictis domibus huc

Piraeei portus constitutus est, isque moenibus circumdatus, ut ipsam urbem dignitate aequipararet, utili-

confugere, facilius omnia propulsaturos etc. vid. Thucyd. l. 1. *Boeclerus*. Omnes ferme arbitrantur, Piraeeum ideo triplicem dictum, quod tres portus comprehenderet, nimirum ipsum Piraeeum, Phalerum et Munychiam. Verum qua ratione Phalerus et Munychia *Piraeei portus* dici mereantur, equidem non video, et prorsus omni id ratione caret. Nam quamvis uno murorum claustro septi essent, diversi tamen erant portus, maximoque a se invicem distabant spatio. Sed diserte docet Pausanias, jam ante, quam Themistocles Phalerum et Munychiam Piraeeo junxisset, tres habuisse portus. verba ejus sunt: *Θεμιστοκλῆς δὲ ὡς ἦρξε (τοῖς τε γὰρ πλέουσι ἐπιτηδειότερος ὁ πειραιεὺς ἐφαίνετό οἱ προκεῖσθαι, καὶ λιμένας τρεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἔχειν τοῦ φαληροῦ) τοῦτο σφίσιν ἐπίνειον εἶναι κατεσκευάσατο*. Nullus itaque dubito, quin ideo triplex dictus sit Piraeeus, quod tres diversae stationes in eo essent. Et sane ex his tribus stationibus unam *Piraeei* nomine fuisse insignitam, facile mihi persuadeo. Alteram dictam fuisse *Κανθάρων*, videtur innuere Hesychius: *Κανθάρων. λιμὴν οὕτω καλεῖται ἐν Πειραιεῖ*. Tertia appellata est *Ζεὰ*. Hesychius: *Ζεὰ ἡ Ἑκάτη παρὰ Ἀθηναίοις, καὶ εἷς τῶν ἐν Πειραιεῖ λιμένων ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῆς Ζεᾶς. ἔχει δὲ ὁ Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς κλειστούς*. Haec Doctiss. Vir, Is. Vossius in not. ad Scylacis Peripl. pag. 8. Ac secundae quidem stationis etiam Aristophanes *Pace* meminit: sed *Κανθάρου λιμένα* vocat vs. 44.

> *Ἐν Πειραεῖ δήπου 'στι Κανθάρου λιμήν.*

Ubi Scholiastes: *ὁ Πειραιεὺς λιμένας ἔχει τρεῖς, πάντας κλειστούς*. (an ex Hesychio legendum *κλειστοὺς*, i. e. catenis clausos, ut exponit Meursius de populis Att. pag. 95. seu, ut Vossius l. c. septo Munychiae contentos?) *εἷς μὲν ὁ Κανθάρου λιμὴν, οὕτω καλούμενος ἀπό τινος ἥρωος, Κανθάρου*. Primam Meursius l. c. *Ἀφροδίσιον* dictam vult. Sequitur enim apud Scholiasten: *εἶτα τὸ* (p. 94.) *Ἀφροδίσιον*. Sed haec fortasse non stationem alteram, sed alium Canthari locum signant: nam et mox additur: *εἶτα κύκλῳ τοῦ λιμένος στοαὶ ἑ*. Ceterum portum hunc praeter Thucydidem et Pausaniam pulchre describit Strabo l. 9. E Junioribus vid. Meurs. l. c. *Bosius*. Voss. A. [Gu.] *Pirei*. Adde Meurs. Lib. 1. Lect. A. cap. 19. De vocis scriptura saepius in Codd. Mss. corrupta Oud. ad Frontin. Lib. 1. Strateg. x. cap. xi. num. 60.

*Isque moen.*] Cl. Schefferus Epist. 7. ad N. Heinsium legit *iisque*, ad *moenibus* referendum dicens. [Cod. Boecl. teste Scheffero Observat. misc. Belg. T. ix. *Isque moenibus*, littera *i* majuscula, pro *iisque*. Hoc recipiendum esse, facile mihi persuadet. *Heusinger*. Ult. *constitutus est. Isque moenibus circundatus.*]

*Aequipararet*] Exaequaret. Alcibiade: *ut nemo eum labore corporisque viribus posset aequiparare*. Pacuvius:

> *Nam si qui, quae eventura sunt,*
> *Praevideant, aequiparent Jovi.*

Sueton. Aug. cap. 94. et in Nerone cap. 53. *Gebhardus*.

[redacted]



tate ſuperaret. Idem muros Athenienſium reſtituit praecipuo periculo ſuo. Namque Lacedaemonii cauſſam idoneam nacti propter barbarorum excurſiones, qua negarent, oportere extra Peloponneſum ullam urbem

*Idem muros Athenienſium reſtit. praecip. peric. suo*] Dignum hoc factum calliditate Themiſtoclea, quod ubique praedicant Graeci, et nullus ferme exſtat ſcriptor, qui non minimum alludat. *Gebhardus.* E multis vide Thucyd. 1. Diodor. Sicul. 11. Demoſth. Or. ad Lept. Plutarchum in vita, Polyaen. 1. Pauſan. initio lib. 1. Juſtin. 2, 15. Frontin. 1, 1, 10. *Bosius.*

*Idemque*] Ms. Boecl. *Idem*, sine copula. *Bosius.* Ita etiam Leid. et Voſſ. A. B. C. [Quis quaeso *Idemque* legere suſtineat, cum codices, praeter Axen. et Boeclerianum, Leid. 2. et Voſſiani 1. 2. 3. qui quidem generis inter se diverſiſſimi sunt, legant *Idem*? Moſche. Et Gu. Ult. *Idem*, ac ſtatim cum Ed. Arg. et Baſil. *praecipuo suo periculo.*]

*Lacedaemonii caussam idoneam nacti*] De hoc praetextu nihil alibi memini legere. Alii omnes invidiam Lacedaemoniorum obtendunt. Polyaen. 1, 1. Ἀϑηναῖοι τὰ τεῖχη τῦ ἄϛεος ἤγειραν, Λάκωνες ἐφϑόνυν. Juſtin. 2, 15, 2. *Cum moenia majora complexi fuissent, suspecti esse Lacedaemoniis coepere, recte reputantibus, quibus ruina urbis tantum incrementi dedisset, quantum sit datura munita civitas.* Gebhardus.

*Qua negarent*] Alii addunt *re*: *qua re negarent*, quod tamen abeſt a Mſſ. melioribus, ut Giſ. Leid. Boecl. [Gu. Ax. Ult.] editisque omnibus, ut annotat Schottus. Mox pro *haberi* MS. Boecl. *habere*. Bos. [*Re* addidit Lamb.]

*Urb. haberi*] Leid. *urbem muros habere*. Voſſ. A. *urbem habere*, item B. C. *qua negarent* probant *Gebhardus* et Sciopp. L. 1. Verisim c. 20. Voſſ. A. B. *Peloponnessum*, ut *Chersonessum*. [*Habere* etiam Ax. [Gu. Ult.] Verbum *haberi* non modo interpretationem facilem vix admittit, sed adeo nonnullae rationes graviſſimae ei adverſantur. Quis enim credat, *urbem* per se eſſe *locum muris circumdatum*? Nonne Athenae hoc nomine dignae fuere, quamvis caruiſſent muris? Spartam nemo umquam *urbem* dicere dubitavit, quamvis (Ageſil. 6, 1. 2. Pauſan. 5, 1.) *sine muris esset oppidum*. Neque ſententiarum ratio recte conſtare videtur: *nolebant haberi urbem*, i. e. locum muris circumdatum, *ne essent loca munita*. Praeterea cum in omni hoc loco Cornelius, quod in Pauſaniae et Themiſtoclis vita solet, Thucydidem accuratiſſime ſequatur, quid ille nobis legendum suadeat, vident omnes. Ille enim haec habet 1, 90: αὐτοὶ ἥδιον ἂν ὁρῶντες μή ποτε ἐκείνυς μήτε ἄλλον μηδένα τεῖχος ἔχοντα, h. e. *optimum rati, neque illos, neque ullam civitatem habere urbem muris circumdatam*; mox addit: ἠξίυν τε αὐτὺς μὴ τειχίζειν, *muros construere*. Deinde *aedificantes* vix habet, cui apte possit jungi, nisi *muros* aut scribendo aut cogitando addas. Neque denique satis bene dictum puto: *non oportere haberi urbem*. Quis umquam dixit: *urbs habetur*, *man hat eine Stadt, es ist eine Stadt vorhanden?* Merito itaque *habere*, quod codices et praeſtantiſſimae editt. exhibent, in textum recipitur. *Mosche*. Ed. Ald. Lamb. *haberi*. Reliquae antiquiores, *habere*.]

habere, ne essent loca munita, quae hostes possi-
derent, Athenienses aedificantes prohibere sunt co-
nati. Hoc longe alio spectabat, atque videri vole- 3
bant. Athenienses enim duabus victoriis, Marathonia
et Salaminia, tantam gloriam apud omnes gentes
erant consecuti, ut intelligerent Lacedaemonii, de
Principatu sibi cum his certamen fore. Quare eos 4
quam infirmissimos esse volebant. Postquam autem
audierunt, muros instrui, legatos Athenas miserunt,

*Ne essent loca munita*] Justin. 2, 15, 3. *Mittunt legatos, qui monerent, ne munimenta hostib. et receptacula futuri belli exstruant.* Bosius.

*Quae hostes*] Leid. *quam hostes.*

*Athenienses prohibere sunt conati*] Ut mox sequitur, per legatos. Diodor. L. xi. *Οἱ πρέσβεις προσιόντες τοῖς οἰκοδομοῦσι προσέταττον ἀφίστασθαι τῶν ἔργων τὴν ταχίστην.* Hanc narrationem quoque habet Auctor Scholiorum in Aristophanis Equites vs. 811. *Gebhard.*(p.95.)

*Hoc longe alio spectabat*] Annotat Schottus e libro sibi consulto: *Hoc longe animo spectabant.* Refingi posset, *Aliud longe animo spectabant.* Etsi verbis, inquit, aliud ferebant, animo tamen ad longe aliam rem collimabant. *Gebhard.* De sensu non abnuo, sed mutatione opus non esse, facile judicabit dictioni Nepotis adsuetus. *Bosius.* Leid. *aliter spectabant.* Oxon. *hoc longe aliter animo exspectabant.* Voss. A, C. *longe animo spectabant.* Sed B. *hoc longe spectabant.* [Cod. Axen. *Hoc longe aliter animo spectabant* (non: *spectabat*). In quibus primum quidem *spectabant,* quod plurimi Codd. agnoscunt, prorsus non negligendum est, deinde *hoc* sine dubio ortum est ex *hec* i. e. *haec;* in *animo* denique vestigium deprehendere mihi videor vocis *alio,* cujus interpretationem, *aliter,* nunc simul cum ejus depravatione, *animo,* habemus. Veram itaque hujus loci lectionem arbitror esse hanc: *Haec longe alio spectabant, atque videri volebant.* Mosche. Gu. *Hoc longe animo spectabat.* In Ult. vulgata lectio exstat, quam mutare cum Moschio nolim.]

*Marathonia et Salaminia*] Mentionem utriusque Victoriae facit A. Gellius Lib. 17. Noct. Att. cap. 21. pag. 473. Illa orta est ante Christum natum 490. *Ernstius.*

*Lacedaemonii*] Aberat a Ms. *Boecleri,* et potest abesse. *Bos.*

*De principatu sibi*] Leid. pro *sibi, sui.* Quia Lacedaemonii murorum obpugnandorum inperiti, et a Lycurgo *πυργομαχεῖν* prohibiti erant. v. Herodot. L. ix. cap. 70. et Wess. ad n. 88.

*Quam infirmissimos*] Sic e membr. Bavaris Schoppius emendavit Verisim. 1, 20. A vulgatis particula *quam* abest, sicut et a Ms. Boecleri. *Bos.* [*Quam* habent omnes edd. ut et Gu. Ult. nec primum a Scioppio additum est. Abest a Long. et Mag. edit.]

*Muros instrui*] Ita praeter editos Ms. Boecler. [Gu. Ult.] et membranae Bavarae, Scioppio teste l. c. Firmatque *Gebhardus* illo Curtii 5, 1, 25. *murus instructus Laterculo coctili.*

qui id fieri vetarent. His praesentibus desierunt, ac se de ea re legatos ad eos missuros dixerunt. Hanc

Ibid. comm. 33. ubi de hortis pensilibus Babylone: *Saxeae pilae, quae totum onus sustinent, instructae sunt: super pilas lapide quadrato solum stratum est.* Sic recte editiones Belgicae, et plerique Mss. *Instructae*, i. e. exaedificatae, constructae. Non videntur cepisse vim hujus verbi, qui *saxo* reposuerunt; quod etiam in codd. Palatinorum uno fuit. Tacitus 2. H. 22, 3. *Legionarius subruit muros, instruit aggerem, molitur portas.* Alibi dixit *aggerem struere*, 3. H. 20, 6, 2. A. 18, 2. etc. Caesar, *exstruere aggerem.* 2. B. G. 29. Solinus cap. 1. *Posuisse sedes, instruxisse moenia et oppidum ab ea Rhomen vocasse.* Sic enim e Ms. legendum. *Bosius.* Engelstad. *strui.* v. Sciopp. 1. Veris. cap. 20. haec Cl. Oud. ad Marg. in Cod. Voss. C. *instrui.*

*His praesent. desierunt*] Consilio Themistoclis; nam nisi intermisissent munitionem, a Lacedaemoniis ope reliquorum Peloponnesiorum poterant impediri vi armata. Diodor. lib. XI. *Gebhard.* Thucydides Lib. I. paullo aliter: non enim *praesentibus* Lacedaemoniorum legatis Athenienses opus intermisisse; sed Themistoclis jussu (qui ad eos certum hominem occulte miserat) dissimulanter et obscure legatos detinuisse; neque dimisisse, priusquam legati, quos ipsi misissent, Athenas reversi essent. Apud Plutarchum in Themistocle neque de legatis retentis, neque de opere intermisso ullum verbum. *Lambinus.* Thucydidis (p. 96.) narrationi congruunt Justinus et Frontinus: loca paullo ante laudavimus. *Bosius.* Adde Cl. Oudendorp. ad Frontin. l. 1. Strat. cap. 1. n. 57. Theopompus apud Plutarchum in Themist. pag. 121. narrat, Themistoclem auro (Graece Χρήμασι) corrupisse Ephoros, ne adversarentur, et ita opus inpedirent. Scimus, honoratum fuisse maxime post hanc victoriam Themistoclem a Lacedaemoniis, imo ei obtigisse honorem, qui nemini peregrinorum umquam ab iis est tributus. v. Valcken. ad Herodot. Lib. VIII. cap. 124. n. 81. Sed, an Ephori, viri, ut describuntur, gravissimi, ab hoc honoratissimo viro pecunia sese corrumpi siverint, vehementer dubito, et quidem contra suam patriam, potuit tamen esse verum. Omnes maledici non sunt mendaces. vide, quae de Theopompo dicemus ad Alcibiad. cap. XI. clament alii, hoc esse contra unanimem Historicorum consensum, contra Lycurgi leges, et ea, quae postea de Lysandro et Ephoris notata sunt a Cragio de Rep. Lac. Lib. II. c. 4. Si vero Χρήμασι πείσας intelligeret Theopompus, Themistoclem Ephororum, licet tum temporis ab auri et argenti, a Lycurgo e Rep. exsulare jussi, abhorrentium usu, animum e suo animo spectantem auro eos corrumpere fuisse conatum, pedibus irem in Theopompi sententiam, nam Themistocles avaritiae absolvi nequit. Unde quidam eum vocarunt ἔντονον χρηματιστήν v. Plut. in Them. pag. 114. et Aristides apud Plut. pag. 320. Themistoclem vocat σοφὸν ἄνδρα, τῆς δὲ χειρὸς οὐ κρατοῦντα, ubi plura de ejus avaritia, et pag. 333. respondet Themistocli καλὸν δὲ καὶ στρατηγικὸν ἀληθῶς, ἡ περὶ τὰς χεῖρας ἐγκράτεια. v. Cl. Valcken. ad Herodotum Lib. VIII. cap. 4.

legationem suscepit Themistocles, et solus primo profectus est, reliqui legati ut tum exirent, quum satis altitudo muri exstructa videretur, praecepit: interim omnes, servi atque liberi, opus facerent,

n. 45. et e capite 5. apparet, Themistoclem Eurybiadem, Lacedaemonium licet, jam argento corrumpere scivisse; sed an Ephororum, exemplum in argentum domi possidentes statuere solitorum (v. Crag. Lib. III. de Rep. Lac. c. I.) abstinentiam expugnare valuerit, licet voluerit, in medio relinquo. Scio quidem, quid Aristoteles Lib. II. Politic. cap. 9. pag. 330. de Ephoris referat *γίνονται δ' ἐκ τῦ δήμου πάντες, ὥςε πολλάκις ἐμπίπτουσιν ἄνθρωποι σφόδρα πένητες ἐις τὸ ἀρχεῖον, οἳ διὰ τὴν ἀπορίαν ὤνιοι ἦσαν.* Sed hic praestantissimus scriptor hanc Ephororum institutionem non tam salutarem fuisse opinatur, quam plures alii judicarunt. De Lacedaemoniorum mulieribus, et Lycurgi instituto Plutarchum alia sentire, ac Aristotelem in vita Lycurgi p. 47. jam ad praefat. ostendi. Non tamen celabo, quid nonnulli, in quibus Theophrastus Philosophus, scripserint, de Pericle (teste Plutarcho p. 164.) *ὅτι καθ' ἕκαςον ἐνιαυτὸν ἐις τὴν Σπάρτην ἐφοίτα δέκα τάλαντα παρά τῦ Περικλέυς, οἷς ΤΟΥΣ ΕΝ ΤΕΛΕΙ ΠΑΝΤΑΣ θεραπεύων παρῃτεῖτο τὸν πόλεμον, ὀυ τὴν ἐιρήνην ὠνύμενος, ἀλλὰ τὸν χρόνον, ἐν ᾧ παρασκευασάμενος καθ' ἡσυχίαν ἔμελλε πολεμήσειν βέλτιον.* Scio quidem haec post Themistoclis aetatem accidisse; sed haec eodem redeunt. Imo Lacedaemonios hisce temporibus corrumpi potuisse auro Persico patet e Plut. in Arist. pag. 324. Caeterum, ut ad Themistoclem redeam, quantopere sese ditavit, postquam ad Remp. accessit; nam antea tria talenta non possedit, quum postea quidem centum, ut Theopompus (quocum facit Critias apud Aelianum Lib. X. V. H. cap. 17.) vel ut Theophrastus, octoginta possedit talenta. v. Plut. Them. pag. 124. D. qui in Cat. Maj. pag. 353. dicit, Themistoclem, neque a genere clarum, neque a divitiis, possedisse, ut ajunt, quinque, vel tria talenta, antequam ad Reip. clavum sederet. Adde Cl. Valcken. ad Herod. l. l. cap. 112. n. 6. Hinc magna ex parte apparet, unde tantam pecuniae vim sibi corraserit. Hinc jam quoque crimini proditionis, quo eum postea inimici accusa-(p. 97.) runt, facile fides habita fuit, licet ficto; nam Timocreon, Rhodius poëta, qui ante Themistoclis calculo Athenis fuerat ejectus, hunc proditionis temere accusavit, et petulantissimis carminibus proscidit. v. Plut. in Themist. pag. 122. et Perizon. ad Aelian. Lib. I. V. H. cap. 27. num. 3.

*Praecepit*] Monuit, suasit, suggessit. Diodorus *παρήγγειλεν.* Caesar Lib. 3. de B. Civil. cap. 62. Curt. Lib. 9. cap. 11. *Gebh.* V. Ind. *Bosius.* [Longol. et Ult. habent: *praecepit, ut interim,* sed *ut*] abest a Vet. P. Dan. Voss. A. B. vide ad Milt. cap. 1. n. 4. [Falluntur Heusingerus et Fischerus, qui *ut* ante *tum exirent* in libris modo nominatis abesse dicunt.]

*Omnes servi atque liberi opus facerent*] Diodorus Sic. dixit *πανδημεὶ τειχίζειν τὴν πόλιν.* *Bosius.* Thucydides Lib. 1. cap. 90. ante Diodorum jam dixerat, *τειχίζειν δὲ πάντας πανδημεὶ τὺς ἐν τῇ πόλει, καὶ ἀυτὺς καὶ*

neque ulli loco parcerent, sive sacer, sive profanus, sive privatus esset, sive publicus, et undique,

*γυναῖκας καὶ παῖδας.* unde idem cap. 93. dicit, *καὶ δήλη ἡ οἰκοδομία ἔτι καὶ νῦν ἐστιν, ὅτι κατὰ σπουδὴν ἐγένετο. οἱ γὰρ θεμέλιοι παντοίων λίθων ὑπόκεινται, καὶ οὐ ξυνειργασμένων ἔστιν ᾗ, ἀλλ' ὡς ἕκαστοί ποτε προσέφερον. πολλαί τε στῆλαι ἀπὸ σημάτων, καὶ λίθοι εἰργασμένοι ἐγκατελέγησαν.* Quod pertinet ad locutionem, et morem Graecorum, necessitate urgente, muros exstruentium. Idem L. v. cap. 82. de muris ab Argivis exstructis *καὶ οἱ μὲν Ἀργεῖοι ΠΑΝΔΗΜΕΙ, ΚΑΙ ΑΥΤΟΙ, ΚΑΙ ΓΥΝΑΙΚΕΣ, ΚΑΙ ΟΙΚΕΤΑΙ ἐτείχιζον.* Athenae autem solae in tota Attica muro fuere munitae. Vide Valcken. ad Herodot. Lib. v. cap. 34. lin. 5. De Athenarum muris Meursius, et alii jam egerunt. *Opus* et *Opera* passim dicuntur de muris, moenibus, templis, aliisque aedificiis, quae exstruuntur sive exstructa sunt. Virgil. 2. Georg. vs. 155.

> *Adde tot egregias urbes, operumque laborem.*

Ubi Servium vide. et 3. Aen. vs. 20.

> — *Divisque ferebam*
> *Auspicibus coeptorum operum.*

Justinus Lib. 2. cap. 15. *Nuntiatur Spartanis opus Athenis maturari.* et l. 36. c. 4. *Matri deinde sepulcrum facere instituit, cui operi intentus.* Livius Lib. 1. cap. 53. *Nam quum velut posito bello fundamentis templi jaciendis, aliisque urbanis operibus intentum se esse simularet.* Sic alii passim, ut Graeci *ἔργον.* Thucyd. quem hic Noster imitatur, Lib. 1. cap. 90. L. 28. *ὅθεν τις ὠφέλεια ἔσται ἐς τὸ ἔργον*, quod Schol. ibi explicat per *εἰς τὴν κτίσιν.* Inde Pallas Minerva, quae habebatur dea sive praeses artium opificumque, ac inprimis architecturae, dicta fuit a Graecis *ἡ θεὸς ΕΡΓΑΝΗ.* v. Heraclid. Pontic. in Allegor. Homer. pag. 444. Scheffer. ad Aelian. Lib. 1. V. H. cap. 2. Cl. Graevius in Lect. Hesiod. cap. 11. pag. m. 54. et Davis. ad J. Caesar. de Bell. Gall. Lib. 6. cap. 17. quo tamen titulo etiam per excellentiam insignitur, quia censetur Lanificii inventrix, ut ostendit Cl. Scheffer. l. d. cui adde Ill. Spanhem. ad Callim. H. Pall. vs. 5.

*Sive sacer esset, sive profanus, sive privatus*] *Τὸ sive profanus* ejiciendum, a nimis liberali manu Longolii invectum, monuit Schoppius 1. Veris. c. 20. Savaro, Schottus, et necdum obtemperatum. [Haec verba non primus induxit Longolius, sed in pluribus Codd. et jam in Ed. principe, Arg. utraque Paris. et Ald. expressa sunt.] Auctor Scholiorum in Aristophan. Equites, (vs. 811. ubi totam habes historiam) (p. 98.) *μὴ φειδόμενοι μήτε ἰδίου, μήτε δημοσίου τινὸς οἰκοδομήματος.* In eo discrepans, quod tantum profanos, qua privatos, qua publicos, non vero sacros locos complecti jussi fuerint Athenienses muris suis: Nepos autem affirmet non parcitum fuisse sacris quoque, quum tamen fuerit praeceptum vetus *μὴ κινεῖν, μήτε βωμοὺς, μήτε τάφους, μήτε ἡρῷα*, non esse movenda seu violanda neque altaria, neque sepulcra aut heroum sacella. Vide Zenob. 1, 54. *Gebhard.* A. Ms. Cod. abest *sive profanus*; et, puto, recte: quamvis locus profanus sacro opponi soleat; sicut *privatus* in sequentibus publico. Alias, locus profanus et privatus non differunt.

**quod idoneum ad muniendum putarent, congererent. Quo factum est, ut Atheniensium muri ex sacellis sepulcrisque constarent.**

Privatus enim profanus eſt, et contra profanus dicitur privatus. Hinc Trebatius apud Macrobium, *profanum* proprie id eſſe ait, quod ex religioso, vel sacro in usum hominum, proprietatemve conversum eſt. Lib. III. cap. III. *Saturn.* Nec Veteres aliam rerum diviſionem agnoscebant, nisi ut facerent res *sacras*, *privatas*, et *publicas*. Quo pertinere videntur Ausonii versus Eidyll. xv.

> *Jus triplex, tabulae quod ter sanxere quaternae:*
> *Sacrum, Privatum, et populi commune quod usquam est.*

ICtorum alia eſt diſtinctio in tit. De rer. divis. *Ernstius.* Adde Schopp. Veriſim. I, 20. et notam Ernſtii, quorum Sententiam firmant Mss. Gif. Put. Sch. Bavarici, Leid. et Ernſtianus, a quibus omnibus τὸ *sive profanus* abfuiſſe dicitur. Boecleri tamen habet hoc modo: *sive sacer, sive profanus, sive privatus esset, sive pub.* Videtur et Cod. Danielis habuiſſe: nam excerpta ejus nullam heic varietatem adnotant, cum tamen haec verba in Longolii editione reperiantur. Praeterea quomodo ex eo, quod jus tantummodo triplex apud Romanos fuit, ſequitur, apud Graecos nulla fuiſſe loca privata? sic enim rationem colligant neceſſe eſt, qui Ausonianum verſiculum urgent. Jam, cur res quaedam profanae erunt; (quid enim aliud sunt, quas jureconsulti *humani juris* vocant) loca non erunt? Neque verum eſt, locum *profanum* et *privatum* non differre; nam si maxime admittam, privatum omnem profanum eſſe, non tamen omnis profanus privatus eſt. Differunt enim, ut genus et species. Haec cum ita ſint, nolui verba haec plane ejicere, sed satis habui, si uncis includerem; ut suspecta et in quibusd. Mſſ. et edd. haud reperta. Non repugnabo interim, siquis ejicienda putet. *Bosius.* Voſſ. A. C. *sive sacer, sive privatus esset.* B. *sive sacer, sive profanus, sive privatus esset.* [Secundum codices, Axenianum etiam, legendum: *sive sacer, sive profanus, sive privatus esset, sive publicus.* Quod ubi fit, quam apte cadat orationis numerus, facile patet omnibus. *Mosche.* Recte Interpretes laudant Cicer. in Verrem 2, 4, 54: *Itaque* [Marcellus] *aedificiis omnibus, publicis, privatis, sacris, profanis, sic pepercit.* Gu. Ult. *sive sacer sive privatus esset.*]

*Ad muniendum*] Ad murum ſtruendum, πρὸς τὸν τειχισμόν. Sic Plautus forma Proverbii dixit, *suo cibo moenia munire.* Curt. Lib. 4. cap. 25. *Munientibus coria velaque jussit obtendi. Munire* ergo περιτειχίζειν. *Gebhard.* [Quaedam edd. *sed undique*, non male. Et mox: *cogerent*; sed *congererent*, quod etiam in Cod. Gif. [Gu.] et Ed. Ultraj. fuit, aptius. v. Ind. *Bosius.* Leid. et Voſſ. A. B. *et undique.* [Ita et Gu. Ult.]

*Congererent*] Aptum rei verbum; nam, quod vulgatum eſt olim *cogerent*, spurium eſt. Virg.

> — *Aeriae quem congessere Columbae.*

Ad ſtruendum nidum. Hinc *congeries* eſt ſtrues et saxorum congeſtus. Curtius 8, 2, 24. *Caedi tamen arbores et saxa congeri jussit.* Flaccus l. 3. Argonaut. vs. 97.

*Fert sonitus immota phalanx, irasque retentat;*
*Congeries dum prima fluat.*
Gebhardus.

(p.99) *Coegerent* Leid. quod est nihili. *cogerent* q. Edd. sed *congererent* legendum, hinc enim verbum hoc pro aedificare, construere, usurpatur. Virg. 3. Georg. vs. 156.

*Tot congesta manu praeruptis oppida saxis.*

Servius *congesta manu, aedificata, constructa.*

*Ex sacellis sepulcrisque constarent*] Id est, e rebus sacris et religiosis. Vide §. 8 et 9. Instit. De rer. divis. et ibidem Interpretes. *Ernstius.*

## CAP. VII.

1 Themistocles autem, ut Lacedaemonem venit, adire ad magistratus noluit, et dedit operam,

*Adire ad magistr.*] Sic Mss. Gif. [Gu.] Dan. et Schotti: probante *Gebh.* Et est ad istum modum et alibi loquutus Noster, itemque Terentius, Caesar, alii. Thucydides, quem expressisse videtur: ἐς τὴν Λακεδαίμονα ἐλθὼν οὐ προσῄει πρὸς τὰς ἀρχάς. Aberat tamen particula etiam a MSS. Leidensi et Boecleri, [et ed. Ultr.] *Bosius.* Sic in Hannibale cap. 2. in Mss. Codd. A. et B. *adiit ad regem.* Cicero 3. ad Fam. Epist. 10. *Ad me adire quosdam memini.* Praepositionum duplicatione gaudet inprimis noster Nepos, ut a Cl. Cortio ad Sallust. Catil. cap. 41. num. 5. et ab interpretibus ad h. l. et ad Hannib. c. l. satis superque probatum est; qua ratione procul omni dubio Vir Cl. P. Burmannus permotus legit ad Pelopid. cap. 3. pro *in pulvinum subjiciens, sub pulvinum subjiciens,* ut ibi ostendemus. Sic Ovid. 3. Metam. vs. 597.

*— Diae telluris ad oras*
*Applicor.*

Pompon. Mela Lib. 1. cap. 7. *hinc ad Syrtim adjacent.* Cicero oratione 5. in Verrem apud A. Gellium Lib. 1. cap. 6. *adeunt ad ea loca, quae nunquam antea adierant.* Conf. Broukh. ad Tibull. Lib. 1. El. 5. vs. 40.

*Sertaque de sanctis deripuisse focis.*

Et quae notabimus ad Alcibiad. cap. 1. Caes. Augustum praepositiones verbis junctas geminare fuisse solitum ex Suetonio in ejus vita cap. 86. docet cl. Burm. ad Phaedr. Lib. 1. fab. 8. Hunc loquendi modum certe a Graecis mutuati sunt Latini. Herodotus Lib. 2. cap. 65. ἐν τῇ γὰρ ἀνθρωπηΐῃ φύσει οὐκ ἐνῆν ἄρα τὸ μέλλον γίνεσθαι ἀποτρέπειν. ἘΜμένειν ἘΝ τῇ Ἀττικῇ dixit Thucyd. Lib. 3. cap. 23. Aristoph. Pluto vs. 430. Ζητοῦντες ἘΚ πάσης μεχώρας ἘΚβαλεῖν, et vs. 791. Ἐμοῦ γὰρ ἘΙΣιόντος ἘΙΣ τὴν οἰκίαν, et sic saepius apud optimos scriptores. Adeat etiam lector Doctiss. Raphelium ad Acta Apostol. cap. 19. comm. 30. Nihilominus tamen *adire magi-*

ut quam longissime tempus duceret, caussam interponens, se collegas exspectare, quum Lacedaemonii quererentur, opus nihilominus fieri, eumque in ea re conari fallere. Interim reliqui legati sunt conse- 2
cuti. A quibus quum audisset, non multum superesse

*stratus*, ut in Voss. B. etiam probum esse ostendemus ad Timoth. c. 2. et variat Cod. Leid. qui nunc addit, nunc demit praepositiones. Sic in Pausan. cap. 2. pro *ex publicis vinculis effugisse* in illo legitur Codice, *publicis vinculis effugisse*. Contra (p. 100.) in Hannibale c. 6. in Vulgatis Edd. legitur, *qui simul cum eo acie excesserant*. Leid. et Voss. A. B. proferunt, *q. s. c. eo ex acie excesserant*. et sic saepius.

*Ut quam longissime tempus duceret*] Justin. 2, 15, 6. *diem de die proferendo spatium consummando operi quaerebat*. Membranae Schotto excussae vocibus traductis: *Ut quam longissime tempus interponens diceret caussam, se collegas exspectare*, quod ille non aspernari videtur; perperam: nam cui utraque locutio *tempus ducere*, dein *interponere caussam* insolens acciderat, ambas flagitiose transpositis verbis e suo captu interpolavit. Caesar Lib. 1. c. 16. de Bell. Gall. *Diem ex die ducere Aedui, conferri, comportari, adesse dicere. Ubi se diutius duci intellexit*, ἐν τϰ́τῳ τριβὴν τινα Χρόνϰ ἐμποιῶν. *Gebhard*. Pro *duceret* quaedam edd. *duceretur*. Bosius. *duceret* Leid. et Voss. B. sed Voss. C. *tempus: interponens caussam diceret*. [Axen. Gu. Ult. *duceret*, et haec in margine: *Al. duceretur*.]

*Causs. interpon.*] Vide not. ad 1, 4, 1. *Bosius*.

*Se collegas exspectare*] Abronychum scil. Lysiclis filium, et Aristidem Lysimachi, ut inquit *Thucydides*. Magius. Auctor saepius laudatus in hac narratione elegantem habet rationem politicam: τὸ μὲν πρῶτον εἰς τὴν παρϰσίαν ὑπερετίθετο τῶν πρεσβέων. μὴ γὰρ ἀσφαλὲς ὑπάρχειν αὐτῷ κοινὰς ἐντολὰς λαβόντι μόνον ἀποπληρῶσαι τὴν πρέσβειαν. καὶ ἔσχαλλεν, ὅτι μήπω παρεγένοντο. Justinus: *nunc tarditatem collegarum accusans, sine quibus agi jure nihil possit*. Gebh. De interpunctione horum verborum consule cl. Scheff. Epist. 7. ad N. Heins. [In Sylloge Epistolarum Burm. tom. v. pag. 10. Schefferi interpunctionem, Heinsio quoque probatam in Epist. 8. pag. 11. in textu reposuimus. Antea sic interpungebatur: *se collegas exspectare. Quum L. q. o. n. f. e. in ea re conari fallere, interim reliqui legati sunt consecuti.*]

*Ea re*] Mss. Dan. Boecler. et q. edd. *in ea re*. Bosius. Leid. etiam *in ea re*, et Voss. A. B. C. Sic in Agesilao cap. 3. *In quo quum eum opinio fefellisset*. vid. not. post. et pro *Lacedaemonii* Voss. C. *Lacedaemoni*. [*In ea re* etiam Ax. Gu. Ed. Arg. Ult. Long.]

*Reliq. leg. sunt*] Leid. *reliq. sunt*. Voss. A. *consecuti*, non *consequuti*.

*Superesse*] Schotti liber *superare* h. l. reliquum esse, restare. Auctor Graecus: ἤδη δὲ τϰ̃ τεῖχυς ἱκανῶς προκεχωρηκότως. Diodor. οἱ μὲν Ἀθηναῖοι τὸ τεῖχος ἔφθασαν, ἐφ' ἱκανὸν κατεσκευακότες. Cicero quoque ita loquitur Paradoxis: *uter igitur est ditior, cui deest, an cui su-*

[redacted]



munitionis, ad Ephoros Lacedaemoniorum accessit, penes quos summum imperium erat, atque apud eos contendit, falſa his eſſe delata: quare aequum eſſe, illos viros bonos nobilesque mittere, quibus fides

perat? De Oratore: *In divisione generum et deesse aliquam* (p.101.) *partem*, *et* ſuperare *mendosum est;* et alibi, quae tamen loca non ſuppetunt memoriae. *Gebhardus.* Liber *Schotto* inſpectus: *superare.* Quod etiam *Gebhardo* probatur. Sed quae ab utroque adducta sunt Virgilii ac Ciceronis loca, non quadrant. Nam ibi *superare*, vel abundare eſt, vel ſuperſtitem eſſe. At sic plane Livius: *Multa die superante accessit.* Et Ovidius:

*Pars superat coepti, pars est exhausta laboris.*

Idem alibi:

*— nec tempora vitae*
*Longa meae superant.*

Adisis eruditiſſ. Bangii obſervation. philologic. Lib. 2. pag. 789. *Bosius.* Voſſ. A. *superare.* *Superare* poni ab ipſo Cicerone pro reſtare et perficiendae rei deeſſe, docet Gronov. ad A. Gell. Lib. 1. N. A. cap. 22. cui adde Cortium ad Salluſt. B. Jugurth. cap. 70. num. 2. sed hic *superesse* retine. vide not. poſt.

*Summum imperium*] Cod. P. Dan. *imperium summum erat.* Voſſ. B. *imperium summum est.* In marg. *erat.* Voſſ. C. *summum erat imperium.* [Cod. Axenian. *summum imperium est*, non: *imperium summum est.* Gu. Ultr. *summum erat imperium.* Ceteri edd. vulgatam tuentur.]

*Illos viros bonos nobilesque mittere, quibus etc.*] Auctor apud Ariſtophan. Explanatorem: 'Αλλ' ἐπιλεξάμενος αὐτῶν ἄνδρας τοὺς ἐννοίᾳ καὶ πίσει διαφέροντας, ἐπόπτας ἐκπέμψαι. Poly. vocat κατασκόπους. Front. *et rogavit, ut mitterent aliquos, quibus crederent de munitione Athenarum.* Gebhard.

*Quibus fides haberetur*] Sic *Lambinus* edidit, et in Ms. suo *P. Daniel* reperit. [Ita etiam Gu. Ult.] Ceteri editi juxta et manu exarati codd. *q. f. adhiberetur*, quam phraſin ut parum Latinam poſt Lambinum rejicit G. Scioppius in paradoxis litterariis Epiſt. 5. pag. 43. Nic. tamen Heinſius apud Ovidium 15. Metam. 361. hanc trium Codd. Mss. lectionem probat:

*Si qua fides rebus tamen est adhibenda probatis.*

Ubi vulgo legitur *addenda*, eamque firmat illo Ausonii Ep. 12.

*Si qua fides falsis nunquam est adhibenda poëtis.*

Idem Scioppius totum hoc ex gloſſa vel interpretatione ad oram libri poſita in contextum orationis irrepſiſſe, eoque expungendum censet. *Est enim*, inquit, *palam otiosum. Si enim Lacedaemonii ex civibus suis viros bonos nobilesque Athenas mitterent, qui rem explorarent, fieri aliter non poterat, quin maximam eis rerum omnium fidem haberent.* Sed pro recepta lectione praeter consensum librorum omnium, cum illud facit, quod Nepos, ſicut et Julius Caeſar ac ejus aetatis alii, ea addunt aliquando, quae tautologiae ſpeciem habent, at-

haberetur, qui rem explorarent; interea se obsidem retinerent. Gestus est ei mos, tresque legati, functi 3
summis honoribus, Athenas missi sunt. Cum his

que omitti potuisse videntur, tum quod alii scriptores dicunt petiisse Themistoclem, ne Lacedaemonii falso rumori fidem haberent, sed mitterent, quibus referentibus credi posset. Diodor. Lib. 11. παρεκάλεσε τὺς ἄρχοντας μὴ πιϛεύειν κεναῖς φήμαις. Auctor incertus apud Scholiasten Aristoph. in Equit. p. 338. ἐπεῖθεν αὐτὺς μὴ ταχέως πιϛεύειν τοῖς βϋλομένοις εἰς ἔχθραν καταϛῆσαι τὴν πόλιν, ἀλλ' ἐπι-(p. 102.) λεξαμένυς αὐτῶν ἄνδρας τὺς εὐνοίᾳ καὶ πίϛει διαφέροντας, ἐπόπτας ἐκπέμψαι. Frontinus, 1, 1, 10. *contendit, falsum ad eos rumorem perlatum; et rogavit, ut mitterent aliquos ex principibus, quibus crederent de munitione Athenarum.* Qui locus, nostro huic plane geminus, mire receptam lectionem confirmat. Bosius. Pro *haberetur*, Leid. [Ax.] et Voss. A. B. C. *adhiberetur.* Quod non probat cl. Oud. et recte, nam *fidem adhibere* notat fideliter in re versari, sed *habere fidem* notat credere. v. cl. Burm. ad l. l. Ovidii, et Vavassor de Vi et Usu Quorund. Verbor. pag. 2. Pro *explorarent* Leid. *Expiorarent.*

*Interea se obsidem retinerent*] Membranae Schotto inspectae longius abeunt: *interea sibi detrahere reticerent*, quod ille exponit, desinerent male de se loqui, remque sermonibus traducere, ac factum damnare. Sed nunquam mihi persuaserit, ita coacte et implicite loqui Cornelium nostrum: dein vertitur historia in aliam circumstantiam, quae nunquam intervenit. Affligit ejus conjecturam Graecus ille Scriptor crebrius modo laudatus: μέχρι δὲ τῆς ἐκείνων παρϛσίας ὅμηρον αὐτὸν κατεπαγγέλλετο. Diodor. Lib. xi. καὶ τύτων ἐγγυητὴν ἑαυτὸν παρεδίδϛ. Gebhardus. Etiam Polyaenus: ἀρίϛυς ἐκπέμψατε κατασκόπυς, ἐμὲ κατέχοντες. *Bosius.* Voss. C. *interea sibi detrahere retinerent.*

*Tresque legati functi summis honoribus*] Numerus non exprimitur alibi. Diodorus: εἰς δὲ τὰς Ἀθήνας ἀπέϛειλαν τὺς ἐπιφρονεϛάτυς κατασκεψαμένυς, καὶ περὶ ὧν ἦν χρεία πολυπραγμονῆσαι. Auctor Graecus ἄδηλος: πεισθέντων ὖν Λακεδαιμονίων, καὶ τὺς μάλιϛα διαφέροντας εὐνοίᾳ καὶ πίϛει τῶν πολιτῶν. Quae omnia vulgatam tutantur lectionem. Nihilominus Codice suo fretus Clar. Schottus *facti*, hoc est, illo interprete, creati: dein: *summis honoribus*, id est summa auctoritate. Ignoscat mihi cultissimi et mitissimi viri genius; nunquam sum tam credulus futurus petulantiae imperitissimorum exscriptorum, ut planissime dicta obscurissimis vixque coelo latino perferendis postponam. *Gebh.* Voss. B. *gestus ei mos.*

*Cum his colleg. suos Them. jussit profic.*] Variat heic Diodorus, qui vult cum Themistocle et caeteros legatos ipsum consecutos Lacedaemone a Spartanis retentos, Lib. xi. Et quoque Graecus Magister: λάθρα τοῖς Ἀθηναίοις προσέταξε, μὴ πρότερον τὺς Λακεδαιμονίων ἄνδρας ὀπίσω πάλιν ἐλθεῖν ἐᾶσαι, πρὶν αὐτόν τε καὶ τοὺς συμπρέσβεις ἀπολύσωσιν. A partibus vero Nepotis stat Frontinus. *Gebh.* Voss. A. *Themist. si jussit.*

collegas suos Themistocles jussit proficisci, eisque praedixit, ut ne prius Lacedaemoniorum legatos
4 dimitterent, quam ipse esset remissus. Hos postquam Athenas pervenisse ratus est, ad magistratum senatumque Lacedaemoniorum adiit, et apud eos liberrime professus est: Athenienses suo consilio, quod

*Eisque praedixit*] Frontinus: *suis clam scripsit.* Justinus 2, 15, 8. *per servum magistratibus scribit.* Gebh. Ergo *praedicere*, monere, interdicere, vetare, et ut cap. 6, 5. loquebatur, *praecipere* est. Sic Tacitus 13. A. 36, 1. *ne pugnam priores auderent, praedixit.* Idem 16. A. 33, 2. *praedicto, ne in Rep. haberetur.* Vellejus 2. 82, 2. *praedixitque, ne destinatum iter peterent.* Livius 23, 19. *praedictum erat Dictatoris, ne quid absente eo rei gereret.* Bos. Pro *eisque* Boecleri Codex et Voss. A. B. [Gu. Ult.] *hisque.* Pro *ne prius* Voss. C. *quamprius.*

*Dimitterent*] Sic Leid. ac ita legendum recte censet cl. Oud. ad Frontin. Lib. 1. Strateg. c. 1. num. 62. Voss. B. *remitterent*; sed supra notatum erat *dimitterent.* [Axen. etiam *remitterent.*]

(p. 103.) *Est, ad mag.*] Justinus: *Adiit deinde concionem Lacedaemoniorum.* Bos. Leid. *Est, ad mag.* Clariss. Oudendorpius pro *magistratum* legit *magistratus*, ut supra h. c. et Ter. Phorm. 2, 3, 56. Adde meas notas ad Pelopid. c. 2. num. 2. de Senatu Laconico ante alios jam egit Cragius de Rep. Lac. cap. 3. Lib. II. unicum hoc addatur, Nepotem praeposuisse *τὸ magistratum* i. e. Ephoros *τῷ senatum*, licet lis sit inter antiquos, utrum Ephori a Lycurgo, an a Theopompo sint instituti, de senatoribus nulla fuerit discordia, et senatorum magistratus per totam vitam perpetuus, Ephororum vero annuus. Verum *Ephori* ab antiquis semper praeponuntur senatoribus, ut ab Herodoto Lib. 1. cap. 65. in f. *τοὺς ἐφόρους καὶ γέροντας ἔστησε Λυκοῦργος.* Plut. in Ages. pag. 597. *τοιοῦτο ἐκ τῶν ἐφόρων ἦν τότε καὶ τῶν γερόντων τὸ μέγιστον ἐν τῇ πολιτείᾳ κράτος.* Nepos, Herodoti sententiam forsan secutus, ita scripserit, vel propter auctam Ephororum potentiam, de qua egit in Pausania cap. 3. et Cragius jam in Indice citatus. Praeterea Ephori per excellentiam *magistratus* a Graecis vocantur, uti a Xenophonte in Oratione de Agesilao Rege pag. 520. *ἐπειδὴ ἦλθεν αὐτῷ ἈΠΌ ΤΩ͂Ν ΟἸΚΟΙ ΤΕΛΩ͂Ν βοηθεῖν τῇ πατρίδι*, et mox addit, *ἐπείθετο τῇ πόλει.* et Ephororum jussa ab eodem Xenophonte Lib. IV. H. Gr. pag. 400. vocantur *τὰ ὑπὸ ΤΗ͂Σ ΠΌΛΕΩΣ παραγγελλόμενα.* Plut. in Ages. pag. 605. eos vocat *ἄρχοντας.* et ita Nepos in Ages. cap. 4. §. 1. eos vocat *magistratus*, unde hoc loco cum cl. Oudendorpio nunc lego *magistratus*, accedente etiam Heusingero. [Sed in omnibus libris, Gu. etiam et Ultr. *magistratum* legitur.]

*Professus*] Restituit e Ms. suo hanc vocem Savaro, habuitque et P. Dan. Codex. [Axen. Gu. Ult.] Usus ea et infra est 23, 11, 1. Thucydides dixit *φανερῶς εἶπεν*: quod noster expressit. Est enim *professus* idem ac palam fassus. v. Ind. MSS. Puteani, Gifanii, Boecleri, ac plerique

communi jure gentium facere possent, Deos publicos suosque patrios ac penates, quo facilius ab hoste possent defendere, muris sepsisse, neque in eo, quod inutile esset Graeciae, fecisse. Nam illorum 5
urbem ut propugnaculum oppositum esse barbaris, apud quam jam bis classes regias fecisse naufragium.
Lacedaemonios autem male et injuste facere, qui id 6
potius intuerentur, quod ipsorum dominationi, quam quod universae Graeciae utile esset. Quare si suos legatos recipere vellent, quos Athenas miserant, se

editi: *prosecutus*, Longolii: *prolocutus*. Sed utrumque glossema puto. *Bosius*. Pro *apud eos lib.* Leid. *et quos apud lib. Professus* etiam legit cl. Oudend. ad Front. Lib. 1. Strateg. cap. 1. num. 61. Voss. B. *prosecutus*.

*Deos publ. suosque patrios penates*] Leid. [Axen. Gu.] et Voss. B. C. *Deosque publ.* Pro *sepsisse* Voss. B. *sepisse*.

*Neque eo quod inutile esset Gr. fec.*] Sic diserte Mss. Bavarici, Boecleri, alii, nec video, cur necesse sit, cum Puteano et Lambino *neque eos* reponere. Dan. [Gu.] et Leid. *neque in eo*. De re ipsa vide Thuc. Lib. 1. pag. 61. *Bosius*. Ultraj. Ed. *neque in eo quod*. Scioпp. 1. Verisim. cap. 20. legit *neque eo, quod*, sic et Schotti Codex et Voss. C. Facile admitti potest *in eo*.

*Illor. urbem ut propugnaculum*] Προπολεμιστήριον. Ita vocat Diodor. Lib. 14. *Rhegium*. Cicero pro Fontejo. *Est in Provincia Gallia Narbo Martius specula populi Romani ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum et objectum*. Gebhard. Pro *oppositam* Leid. et Voss. C. *oppositum*. Sic et. Cod. (p. 104.) P. Dan. Sed *oppositam* legendum docet cl. Munck. ad Hygin. fab. 4. ut Voss. B. Licet non sim morosus, nondum a me impetrare potui, ut rescriberem *oppositum*, et, quia confirmatur lectio *oppositam* a Cod. Voss. B. Axen. et Ed. Longoliana, et, quia statim sequitur *apud quam*, licet non sim ignarus, pronomina relativa saepius sequi genus remotioris substantivi, rem, de qua agitur, exprimentis. [Ult. *oppositam*, sed Gu. *oppositum*, quod post Heusingerum recte revocavit Bremius, laudans Conradum Heusingerum in Praefat. ad Cic. Offic. pag. xxxxvi.]

*Classem regiam*] Mss. Leid. et Boecl. *classes regias*. q. Edd. *classis regia fecisset naufrag*. Bos. *Fecisse* etiam Leid. meus: sic et legit cl. Munck. ad Hygin. fab. 4. Voss. A. B. [Gu. Ult.] *classes regias fecisse*. *Fecisse* abest a Voss. C. [Ult. *apud hanc* pro *quam*.]

*Fecisse naufragium*] Fuisse depressam aut disjectam. Ita Graeci quoque loquuntur. Plutarchus: Αἱ ἐπιφανεῖς τύχαι, καθάπερ οἱ σφοδροὶ τῶν ἀνέμων μεγάλα ποιοῦσι ναυάγια. *Gebhardus*. De hoc loquendi modo cl. Duk. ad Flor. 1, 13, 19.

*Male et injuste facere*] Sallust. Jug. 22. *Populum Rom. neque recte, neque pro bono facturum, si ab jure gentium sese prohibuerit*. Gebh.

*Si suos leg. recip. vellent*] Sic

remitterent, aliter illos numquam in patriam recepturi.

Galli retinent legatos spe recuperandorum obsidum apud Caesar. L. 3. Comm. cap. 8. *Gebh.* (p.166) *Aliter illos*] Sic Ms. Dan. [Gu. Ult.] Sed Cod. Boecl. et vulgatae Edd. *alias.* Mox τὸ *essent* glossema videbatur cl. Gronovio not. ad Liv. 34, 29. *Bosius. Essent* addunt Leid. et Voss. A. B. C. facio tamen cum Gronovio. pro *aliter* Voss. B. *alias.* [Cod. Axen. [Gu. Ult.] *essent recepturi,* quam lectionem in tot codicum aliorum testimoniis, quibus opponitur nullus, valde atque unice probandam puto. *Mosche.* Probat etiam Heusingerus, laudatis iis, quae ad Datam. 11, 1. adnotavit. Nos cum Bremio Harlesioque Gronovii sententiam praeferendam esse duximus.]

## CAP. VIII.

1 Tamen non effugit civium suorum invidiam. Namque ob eumdem timorem, quo damnatus erat Miltiades, testarum suffragiis e civitate ejectus,

*Non effugit civium suor. invidiam*] Vide ex epistolis, quae sub Themistoclis nomine circumferuntur, 1. ad Aeschylum, 2. ad Alcetam, 14. ad Pausaniam, et 9. ad Habronychum. *Bosius.* Leid. *civicorum.* q. Edd. *Hic tamen* etc.

*Testarum suffragiis*] Ostracismum intelligit, qui quomodo fieret, ab aliis dudum adnotatum est. Recte autem Plutarchus in Themistocle (Pag. 123. B.) observat *non poenam fuisse decennale illud exilium, sed mitigationem allevationemque invidiae, ut dignitatem eorum et auctoritatem deprimerent, qui uni omnium excellerent maxime et antistarent.* Neque enim aut excidebant bonis suis, aut incurrebant infamiam: in eo omnis coërcitio constabat, ut abessent ab urbe ad definitum tempus, ne potentia et gratia, qua pollerent, ad invadendam tyrannidem invitarentur, et populus libertate privaretur. Quod in Pisistrato evenisse noverant. Nam post exactum ejus filium Hippiam, qui in Marathonia pugna ceciderat contra patriam militans, institutus Ostracismus est, et lata lex, ut nemo unus excellat, aut si extiterit aliquis, alio loco et apud alios fit. Similia his Plutarchus scribit Aristide pag. 322. C. D. E. ubi etiam docet, quomodo ipsa illa res institueretur. *Buchn.* Adde not. ad 5, 3, 1. In Mss. Savar. Sch. Leid. et quib. edd. veter. erat *testularum*: qua voce in eadem re usus est infra 3, 1, 2. *Bosius.* Schotti Codex et Voss. B. C. [Gu. Ult.] *testularum.* Ad hanc historiam alludit Aristoph. Equit. vs. 816. ubi V. Schol. et

Argos habitatum concessit. Hic quum propter multas 2
ejus virtutes magna cum dignitate viveret, Lacedaemonii legatos Athenas miserunt, qui eum absentem accusarent, quod societatem cum rege Persarum ad Graeciam opprimendam fecisset. Hoc crimine absens 3

ad Thucyd. L. I. cap. 135. Lib. 99. De origine Oſtracismi adde Scheffer. et Perizon. ad Aelian. Lib. XIII. V. H. cap. 24. n. 8. et Weſſ. ad Diod. Sicul. L. XI. cap. 55. num. 60. De exsilio, in quod Athenienses Themiſtoclem miserunt, nequeuntes praesentem occidere, agit Ariſtides Rhetor. in Or. Leuctr. quarta pag. 465. a quo vocatur: *ὁ τῶν καλλίϛον ἔργων σύμβȣλος καὶ ϛρατηγὸς γενόμενος.*

*Argos*] Ubi commorabantur, qui teſtarum suffragiis e civitate ejecti erant. *Lambinus.*

*Propter multas*] Leid. *per multas.* [*Ejus*, pro quo *suas* dicendum erat, Bremius delevit, diſſentiente Tzschuckio, qui similia exempla passim obvia esse animadvertit. V. infra ad Attic. 4, 4.]

(p. 106.) *Lacedaemonii legat. Athenas mis. etc.*] Diodorus Sic. tamen Lib. XI. a crimine absolutum refert, et poſtea ob suspicionem excellentiae patria pulsum. Thucydides vero L. I. cap. 135. jam ante patria a civibus ejectum, ad Lacedaemoniorum accusationem, ulteriore persecutione ab Atheniensibus exagitatum fuisse author eſt. Et hoc convenit ipſus Themiſtoclis narrationi Epiſt. IX. et XIII. *Loccen.* Cauſſam, cur Lacedaemonii accusarent Themiſtoclem, Diodorus hanc fuiſſe ait, quod ipsi ob Pausaniae proditionem male audirent, Atheniensium v. exiſtimatio inclaresceret, propterea quod nullus dum ipsorum civis proditionis convictus esset. Itaque eos parem nomini Atheniensi ignominiae notam inurere properaſſe. *Bosius.* Hinc Ariſtides Tom. II. pag. 243. *Θεμιϛοκλέα δὲ ἐκωλȣ́θησαν, ἐμοὶ δοκεῖν, (καταγαγεῖν) ὑπὸ Λακεδαιμονίων.* ubi plura, qui Themiſtoclem etiam apud Admetum fuerunt persecuti, ut refert Diodorus Siculus Lib. XI. cap. 56. qui tacet de Atheniensibus, licet Nepos §. 5. hujus capitis eos addat; aſt ibi in Codd. Voſſ. B. et Axen. scriptum est *Atheniensibus et Lacedaemoniis*; hinc mihi incidit suspicio, forsan legendum *Atheniensibus a Lacedaemoniis*, et tum *Atheniensibus* notaret *in gratiam Atheniensium*, sed hanc conjecturam nemini obtrudo. Athenienses et Lacedaemonii simul quidem fuere eum persecuti, uti Plut. Them. pag. 123. memorat, sed is agit de utrorumque persecutione, antequam ad Admetum adiret. Qui proditionis crimen primus Themiſtocli intentavit, fuit Leobotes Alcmaeonis filius Agraulensis, subscribentibus accusationi Lacedaemoniis, teſte Plutarcho.

*Persarum*] Alii libri *Perse:* quos Lambinus excuſſit, *Persiae* vel *Persidis.* Gebhard. *Perse* Leid. et Codex P. Dan. item Voſſ. A. C. [Gu.]

*Fecisset*] Longol. *iniisset*, repugnantibus libris. *Facere societatem* etiam infra noſter dixit 9, 2, 2. ſicut et Cic. pro Quinctio 8. *facere amicitiam* 7, 6, 4. et 14, 10, 2. *Foedus amicitiamque facere* Juſtin. 12, 2, 12. *Bos.* Cod. P. Dan. *fecisset.*

*Hoc crim. abs. prod. est damnatus*] Meminit iniqui hujus judicii quoque Dio Chrysoſto-

[redacted]



proditionis est damnatus. Id ut audivit, quod non satis tutum se Argis videbat, Gorcyram demigravit. Ibi quum ejus principes civitatis animadvertisset timere, ne propter se bellum his Lacedaemonii et Athenienses indicerent, ad Admetum, Molossorum regem

mus Orat. LXXIII. *Θεμιϛοκλέα*, inquit *ἐκπεσεῖν ὥσπερ προδιδόντα, ὃς παραλαβὼν αὐτὺς. Ernstius.* Nempe proditionis cum Pausania initae accusabatur, quoniam familiarius eo utebatur, ac quotidie literas et nuncios ad eum missitabat. Thucyd. 1. Diod. Sic. 11. Plut. in vita. pag. 123. Qui tamen omnes ab hoc crimine eum absolvunt. Adde Plut. lib. de utilit. ex inim. capienda, itemque Themistoclis Ep. 14. *Bosius.* Leid. *damnatus est.* vide Wess. ad Diodori locum cap. 54. num. 45. et Loccen. h. l. ad §. 2. [Etiam Gu. Ult. *damnatus est.*]

*Corcyram*] Devinxerat enim sibi Corcyraeos beneficio, ut Thuc. Lib. 1. cap. (136.) et Plut. in vita testantur. Unde se ab his defensum iri, sperare poterat. *Magius.* v. sup. not. ad 2, 2, 1. Totam narrationem de Corcyraeis habes Epist. 12. et 19. earum, quae Themistocli (p. 107.) tribuuntur. *Bosius.*

*Ibi cum ejus principes civitatis animadv.*] Urbem esse insulae cognominem Corcyram, novimus: ejus dubii eximendi gratia addit Cornelius a civitatis principibus, metu belli Lacedaemonii, Themistoclem facessere inde jussum. Quare non temere eum Schotto *τὸ civitatis* exturbarim. *Gebhardus. Principes civ. anim.* Leid. *princeps anim. Civitatis* abest etiam a Schotti codice Mend. pro *indicerent* Voss. A. *inciderent.* in Marg. *alii indicerent.* [In Ax. Codice [ut in Gu.] non legitur *civitatis.* Nonne et ejus textu ejiciendum erit? Verba enim *ejus civitatis* ab auctore profecta non videntur. Hinc codicum mira in his verbis fluctuatio. Cui praeterea verborum ordo, *quum ejus principes civitatis,* placere poterit? *Mosche.* At placuit Nepoti. Ita enim 5, 3, 4. *quum* ejus *majorem partem* insulae *devicisset.* confer 2, 4, 5. 14, 8, 3. 18, 3, 5. 19, 1, 1. Vulgata itaque, quam etiam in Ult. edit. reperio, non sollicitanda est.]

*Ad Admet. Mol. R. cons.*] Sic fere Thucyd. 1. Diodor. 11. Plut. in vita, et ipse Epist. 19. et 20. prolixe. Sed de hospitio quod noster narrat, in eo neminem adsentientem habet. Nam Thucydides et plerique historicorum, etiam Cicero in Bruto, inimicum ei fuisse Admetum ajunt. Caussam habes apud Plut. l. c. et Scholiastem Thucydidis p. m. 90. Ipse Epist. 20. *ὁ Ἄδμητος ἐμὲ μὲν ἐγνώρισεν, καὶ εὖ οἶδ' ὅτι ἐμίσησεν.* Thucyd. *ἀναγκάζεται παρὰ Ἄδμητον ὄντα αὐτῷ ὐ φίλον καταλῦσαι.* Ubi Longolius negandi particulam non agnovisse Nepotem censet. Sed ego potius cum Magio dixerim, alios auctores sequutum esse. *Bosius. Ad Adm. Molossorum* Leid. et Voss. A. C. sed B. *Molossorum Admetum Molossum.* Admetum Molossorum regem Themistocli fuisse inimicum tum Schol. Thucydidis Lib. 1. cap. 136. hic a Bosio citatus, tum Aristides Tom. III. pag. 385. a cl. Dukero ad Thucyd. I. c.

em, cum quo ei hospitium erat, confugit. Huc um venisset, et in praesentia rex abesset, quo 4 ore religione se receptum tueretur, filiam ejus vulam arripuit, et cum ea se in sacrarium, quod

uctus abunde docent, nec Plutarchus a Lambino jam partes vocatus.

*ospitium fuerat* ] Ms. Dan. t. Vel Nepos alium scriptorem secutus est, vel a librariis e verba sunt adsuta. In hiia Themistoclis mentio quin fit de ejus hospite Nicogene is in Aeolico oppidulo habante a Plut. Them. pag. 124. dorus vero Siculus Lib. xi. . 56. agit de hospite Themilis Lysitheide in Asia habitanled de Admeto hospite altum d caeteros est silentium, ut Bosius monuit. [ Axen. e- *fuerat*, sed *erat* malim, d unice narrationi aptum. *sche*. Atque ita Cod. Guelph. raestantissima Ultr. editio, ut extum recipere non dubitaim. Paullo ante Gu. *ad Moe-* *Molossum regem*. Etiam *Molossum*. ]

*ex abesset* ] Sic quoque Thudes 1. et ipse Themist. Epist. Diodorus tamen vult adfuet comiter eum excepisse. terum in Ms. Leid. fuit *rex t*: cui, ut opinor, occasio praebuit non intellectum *n praesentia*. Librarius ede loco accepit, cum derit de tempore. *Bosius*. Leid. *m abesset* pro *rex abesset*.

*filiam ejus parv.* ] Imo fi-, si Thucydidi (L. 1. c. 136.) Plutarcho credimus. Quare bin. existimabat, vel lapsum Nepotem, vel alios sequu-, vel erratum esse librario. Et ante Lambin. Longo 108.) lius non dubitabat a ro scriptum fuisse *filium nulum*. Epistola 19. Themiis etiam nomen filii addit: ἡμεῖς δὲ ἐφέστιοι ἐκαθεζόμεθα, οὕτω γὰρ ἐκέλευεν ἡ Κρατεσίπολις. Ἀρίββας δὲ ὁ μικρὸς ὑποχείριος ἦν ἐμοὶ καὶ ξίφος ἐν θατέρᾳ. Quae si ab ipsius manu sunt, res confecta est. Sed notum est Graeculorum studium in Epistolis hoc genus fingendis. *Bosius*. In post. edit. typothetarum vitio *abripuit* legitur. Diodorus Siculus Lib. xi. c. 56. simpliciter narrat καταφυγὼν δὲ πρὸς τὴν ἑστίαν, ἱκέτης ἐγένετο. Sed paullo post dicit: ὁ βασιλεὺς (Ἄδμητος) φοβηθεὶς μὲν τὰς ἀπειλὰς, ἐλεῶν δὲ τὸν ἱκέτην. Nempe quia apud Molossos cum regio juvene ἐπὶ τὴν ἑστίαν καθίσαι erat sanctissimum et irrefragabile supplicii genus, ut e Plutarcho jam adnotavit H. Junius Lib. ii. Animadv. c. 11. Thucydides loco citato appellat etiam, τοῦτο μέγιστον ἱκέτευμα. Unde licet Diodorus Siculus nullam de filio, aut filia faciat mentionem, tamen ex ultimis Diodori Siculi verbis supplicium hoc fuisse maximum patet, quia tantopere ejus vices dolebat, licet Admetus inimicus fuisset Themistocli, et filium, non filiam arripuisse Themistoclem, Thucydidem et Plutarchum secutus pro certo statuo; quamquam Themistoclis epistolam cum Bosio, et Wess. ad Diod. Sicul. etiam pro spuria habeam.

*In sacrarium, quod summa colebatur cerimonia* ] Morem hunc omnium Graecorum fuisse apparet, ut e loco, veluti asylo, extrahere nefas ducerent; ut nec ab ara, nec a principis statua rapere licebat. Pleni jureconsultorum libri; vide proverb. *E Vesta*, et e Thucydide *Tur-*

summa colebatur caerimonia, conjecit. Inde non priu egressus est, quam rex eum data dextra in fidei 5 reciperet, quam praestitit. Nam quum ab Athen ensibus et Lacedaemoniis exposceretur publice, sup plicem non prodidit, monuitque, ut consuleret sibi difficile enim esse, in tam propinquo loco tuto eu versari. Itaque Pydnam eum deduci jussit, et quo

*nebum Adversar.* 21, 18. et hac de re differentem *Jacob. Raevardum Varior.* 1, 7. Schottus. Voss. A. *cerimonia* pro *ceremonia.* Varie haec vox scribitur. Dukerus in Floro edidit Lib. 1. cap. 2. *Caeremonias*, ubi varias Codicum scripturas adnotat, de quibus inter veteres quoque non constat, ut jam dudum docuere Marcus Donatus ad Livium Lib. XXI. cap. 62. G. J. Vossius in Etym. Ling. Lat. et Gronovius ad A. Gellium L. IV. N. A. c. 9. qui dicit, Scaligerum derivasse a *Cerus*, quod antiquis notat *sanctum.*

*Inde non prius egressus est,*] Ms. Boecl. *Inde vero prius egressus non est.* Elegantius, ut opinor. *Bos.* Sic et Voss. B. [et Axen. quae lectio elegantior multo est, quaeque in textum recipiatur, dignissima. *Mosche.*]

*Data dextra*] Nullum de data dextra apud historicos, qui exstant, verbum. Probabiliter a. hoc a Nepote, sive ab aliis aumtum, sive de suo additum, positum est. Nam qui sancte aliquid promittebant, et fidem dabant, dextram dabant apud veteres. Sic apud *Xenoph. Ἑλληνικ. δ.* non longe a principio: *ἐκ τούτων δεξιὰς δόντες, καὶ λαβόντες, ἐπὶ τούτοις ἀπέπεμπεν τὸν κότυν.* Sic *M. Tullius* Philipp. 11. *Dextrae, fidei testes, perfidia sunt et scelere violatae.* Idem 7. ad Att. 9. *contra Caesarem, ubi sunt densae illae dextrae? Hesychius: δεξιαί, αἱ γινόμεναι κατὰ συνθήκας ἐπι*... *φαὶ τῶν δεξιῶν χειρῶν εἰς σύμ βολον τοῦ βέβαια ἔσεσθαι κ*... *εἶναι τὰ συντιθέμενα.* etc. *Lam binus.* add. *Marcell. Dona Dilucidat. ad Capitolini Max minos* pag. 644. *et seq.* Bosiu

*In fidem reciperet, qua praestitit*] Ciceroniana locuti ut 13. ad Fam. Epist. 19. *Ut L sonem in fidem necessitudinen que tuam recipias.* Et *recipe* etiam pro in societatem accipe poni docet Servius ad Virgiliu Lib. 3. Aen. vs. 666. Voss. ( *quam rex quem d. d. i. f. r.*

(p. 109.) *Ab Athen. et Lace exposceretur*] *Exposcere* e *ἐξαιτεῖν ἐπὶ τιμωρίᾳ.* infra Ha nib. *Hos Annibal sui expo cendi gratia missos ratus.* Cae Lib. 3. Civil. 110. *Hi regu amicos ad mortem deposcei* Hirtius Lib. 8. cap. 38. *Pri cipem sc. i et concitatorem G. ad supplicium deposcit.* Ge hard. Longa oratione, ut Thucydides: cujus summam u cum responso Admeti habes pist. modo laudata, pag. 38, 3 Edit. Graeco Latinae. add. Di dorus 11. pag. Gr. 270. *Bosiu Ab* abest a Voss. B. [Cod. Axe *Nam cum Lacedaemoniis et thenienssibus.*]

*Supplicem non prodidit*] T *τῆς ἱκεσίας νόμον τιμῶν*, ut l quitur Polyaen. Lib. 8. *Geb*

*Pydnam*] Leid. et cod. Dan. *Phydnam.* Voss. A. ( [Gu.] *Phidnam.*

*Hac re audita*] Absunt ha

satis esset praesidii dedit. Hic in navem omnibus 6
ignotus nautis ascendit. Quae quum tempestate ma-

a quibusdam edd. [et Gu. Ult.] *Bosius.* Etiam a Leid. absunt, atque abeſſe facile poſſunt, et e textu ejici. Voſſ. C. *Hic re audita.* [Haec verba a Lambino satis imprudenter inculcata sunt, in omnibus Codd. atque ante Editis omiſſa. Fallitur itaque Staverius, qui in Voſſ. C. ea reperiri scribit.]

*Praesidii*] *Ἐφόδια καὶ παραπομπήν.* Epaminonda. *Praesidium dedit, ut eo tuto perveniret.* Gebhardus. *Χρυσȣ πλῆθος ἐδωρήσατο ἀυτῷ* Admetus, ut Diod. Sic. Lib. XI. cap. 56.

*Omnibus ignotus nautis escendit*] *Τὸ nautis* inserui e Mſſ. [Gu.] Dan. Leid. Boecl. et ed. Ultraj. quod in reliquis Codd. a praecedenti voce facile ob soni similitudinem absorberi potuit. Thucydides: *ἦν γὰρ ἀγνὼς τοῖς ἐν τῇ νηΐ.* Themiſtocles ipse ep. 19: *τοῖς μὲν ἐν τῇ νηΐ ἀγνὼς ἅπασιν εἶναι ἐδόκȣν.* Plutarchus: *ȣ̓δένος εἰδότος ὅστις εἴη τῶν πλεόντων.* Schottus tamen gloſſema censebat. Tum non dubitavi verbum *escendit* auctoritate Ms. Cod. P. Danielis hic reponere, cum idem aliis scriptoribus pridem e Mſſ. reſtituerint, variisque veterum auctorum teſtimoniis firmaverint, Gruterus, Gronovius, alii. V. Ind. *Bosius.* Pro *ferretur* in Leid. *fertur*, et paullo poſt pro *neque quemq. eque quemq.* Ms. Cod. *A. nautis escendit.* Voſſ. B. [et Axen.] *ignotus nautis adscendit.* C. *ignotus exscendit.* *Escendere* et *ascendere* confusa saepius eſſe docet nos cl. Cort. ad Salluſt. Cat. Cap. 55. num. 3. qui et *escendere navim* ex corrupto hoc noſtri Auctoris loco defendit ad Jugurth. c. 25. n. 5. Proprium tamen in hac re eſſe verbum *ascendere* recte docet nos P. Burm. ad Phaedr. Lib. 4. fab. 21. vs. 9. et ſic in Alcibiad. cap. 4. *et in triremem ascendit*, sive ut Cod. Leid. *et triremem ascendit*, ubi nullus Codex profert *escendit.* Aſt in Epam. cap. 4. pro in *navem ascenderet* Cod. Danielis habet *escenderet*; ceteris habentibus *adscenderet. Conscendit navim* dixit noſter in Hannib. cap. 7. ubi in Cod. Ms. A. *navem ascendit* legitur. Cellarius et Boſius hic in textum receperunt *escendit*, quos nondum sequar. Cur *nautis* hic locum habere debeat, cauſſam video nullam; ipse Thucydides a Boſio laudatus ſtat pro mea sententia, qui Lib. 1. cap. 137. dicit, Themiſtoclem inveniſſe navem *ὁλκάδα* ſive onerariam, in qua praeter nautas ſine dubio etiam alii fuerint vectores: deinde addit idem *ἦν γὰρ ἀγνὼς τοῖς ἐν τῇ νηΐ, erat enim ignotus iis, qui erant in navi.* Interpres vertit *iis, qui in navi vehebantur.* Nepos poſtea addit de navis domino, *neque quemquam ex ea exire passus est*, quae verba non sunt intelligenda de nautis. Plut. Them p. (p. 110.) 124. e laudato Thucydide rem ita narrat *ȣ̓δενὸς εἰδότος, ὅστις εἴη τῶν πλεόντων*, et poſtea addit, quod Themiſtocles *ἀναδείξειεν εἰς Νάξον ἑαυτὸν τῷτε ναυκλήρῳ καὶ τῷ κυβερνήτῃ.* De verbo *adscendere* consule meas notas poſt. quibus adde cl. Ruhnkenii observationem ad P. Rutilium Lupum Lib. 1. Sect. 13. pag. 48. prudenter dicentis: *verbum* ESCENDERE, *quod qui hodie Critices tirocinia ponunt, nimis cupide scriptoribus obtrudere solent.* Diod. Siculus Lib. XI. cap. 56. qui de hac navi tacet, narrat, Themiſtoclem Moloſſo-

xima Naxum ferretur, ubi tum Atheniensium erat exercitus, sensit Themistocles, si eo pervenisset, sibi esse pereundum. Hac necessitate coactus domino navis, qui sit, aperit, multa pollicens, si se con-
7 servasset. At ille, clarissimi viri captus misericordia, diem noctemque procul ab insula in salo navem tenuit in ancoris, neque quemquam ex ea exire passus est. Inde Ephesum pervenit, ibique Themistoclem exponit, cui ille pro meritis gratiam postea retulit.

rum terra egressum duos juvenes mercaturam exercentes, et hinc viarum peritos nactum, cum illis sese in fugam dedisse, et ita in Asiam tandem evasisse, et ibi fuisse deversatum apud hospitem ditissimum, (de cujus nomine inter Plutarchum et Diodorum non convenit, ut jam notavit Wess. ad illum locum) eumque hospitem Themistocli cum Rege colloquendi fecisse copiam. Thucydides l. l. nullam de duobus juvenibus facit mentionem, sed dicit μετὰ τῶν κατὰ Περσῶν τινὸς πορευθεὶς ἄνω. [Gu. *excscendit.* Ult. *conscendit*, sed *adscendit* etiam Moschio optimum videtur.]

*Atheniensium erat exercitus.*] Naxum oppugnans, ut ajunt Thucydides 1. Plutarchus, Polyaenus. 1. *Bosius.*

*Qui sit*] Sic MSS. Danielis et Boecl. Recte. *qui* pro *quis*, ut saepe apud Plaut. Terent. Cic. Reliqui *quis sit.* [ut Ult. sed Gu. *qui.*] Rem fere eodem modo narrant Thucyd. et Polyaen. 1. adduntque, Themistoclem minatum, nisi ab ipso servaretur, se dicturum Atheniensib. illum pecunia se corrumpi passum. Quod etiam ipse ep. 19. refert: sed cetera paullo aliter narrat. *Bosius.* Minatum fuisse Themistoclem post laudatos a Bosio auctores et Plut. in Them. pag. 124. etiam refert Appianus Al. Lib. IV. Bell. Civ. pag. 990. *Qui sit* etiam Voss. B. C. vide Cort. ad Sallust. Cat. XLIV. 5. et Bun. ad Lact. Lib. 1. de Fals. Rel. cap. XI. pag. 69. etiam *siqui* pro *siquis* saepissime inveniri apud Optimos, ostendit cl. Ruhnken. ad Julium Rufinianum pag. 201. confer eumdem Bunemannum ad Lactantium p. 76.

*Inde Ephesum*] Diodorus multo aliter lib. 2 *Lambinus.*

*Exponit*] Ἐκβιβάζει. Curtius, Caesar aliique, quam creberrime. ille lib. 3. Civil. c. 31. f. *Neque affectum valetudine filium exponere in terram patitur.* Ita Graeci quoque ἐκθεῖναι usurpant. Plutarch. Dione κομίζοντας αὐτὸν ἐκθεῖναι εἰς Ἰταλίαν. Curt. Lib. 9. cap. 47. *Qui expositi erant undique ad naves trepidi et improviso malo attoniti recurrunt.* Hirtius de B. Africano cap. 10. *Aquandi caussa remiges in terram exposuisset.* Gebhard.

*Gratiam post. retulit*] Nempe ingenti pecunia eum donavit, ut Thucyd. et Plutarch. referunt. *Bosius. Postea Gr. r.* Voss. B. [Gu. Ult. In Gu. etiam *Themistoclen* legitur, ut cap. 9, 1.]

## CAP. IX.

Scio, plerosque ita scripsisse, Themistoclem Xerxe regnante in Asiam transisse. Sed ego potissimum Thucydidi credo, quod aetate proximus erat, qui

[p. 111.) *Plerosque*] Ephorum scilicet, Dinonem, Clitarchum, Heraclidem, aliosque complures Plutarcho laudatos. Cum quibus et Diodor. Siculus 11. ac Epist. 19. Themistoclis faciunt. *Bosius.*

*Themistoclem Xerxe regnante in Asiam transisse*] Membranaceum meum codicem melius legere arbitror: *Themistoclem ad Xerxem regnantem in Asiam transiisse:* (quomodo et Schoppius Verisim. 1, 20. e lib. vet. emendavit) ita enim et apud Diodorum Siculum. Sic paullo post dicit Cornelius noster: *ad Artaxerxem eum venisse.* Verum Xerxis et Artaxerxis nominum apud Persas permutatio Chronologiam Persarum non parum turbat. Dissensum veterum historicorum super hac re Plutarchus quoque indicat *Themistocle* pag. 125. quem Acatius ad Thucydid. conciliare studet. Ait enim ad Artaxerxem venisse, qui cum patre um, post cladem in Graecia acceptam, Rempub. gesserit. *Ernstius.* Consule cl. Dukerum ad Thucyd. Lib. 1. cap. 137. lin. 9. Ms. Oxon. *Themistocl. ad Xerxem regnantem in Asiam misisse.*

*Quod aetate proximus erat de his*] Ex Ms. Cod. lege, *quod aetate proximus ab his erat.* Ernstius. Cod. P. Daniel: *aet. prox. de his qui.* Schoppius *prox. ab his qui.* Schottus vero addit de Ms. suo *proximus erat iis.* Verum vulgata est mihi verissima scriptura, cum infinitis locis provocabulum omittat Nepos, ut Lambinus diligenter monuit. *Gebhardus.* Sic e Ms. Dan. legendum puto. Vulgo est *proximus, qui ill. t. h. r.* dura admodum ellipsi. *Schoppius verisim.* 1, 20. e Bavarico: *qui aetate proximus ab his qui etc.* Ernstius e suo: *quod aetate proximus ab his erat, qui etc.* Schottus denique e Mendoziano: *proximus erat iis, qui etc.* Quae lectiones omnes contextui repugnant. Neque enim ideo Thucydidi potissimum credere se ait Nepos, quod proximus aetate fuerit historicorum illis, qui res illorum temporum composuerant, sed quod ipse vetustissimus inter eos, et temporibus illis proximus. Nam Ephorus, Dinon, Clitarchus, Heraclides, Diodorus, ceterique, qui Themistoclem Xerxe regnante in Asiam transiisse scripsere, omnes aetate multo posteriores fuere. Thucydides a. Olymp. LXXVI. anno secundo, hoc est quadriennio ante exilium Themistoclis natus fuit. Vid. *Voss. de Histor. Graec.* 1, 1. *et* 4. *De his* igitur est: inter hos, ex his, ut supra cap. 4, 3: *de servis suis, quem habet fidelissimum.* Cujus significatus ignoratione factum puto, ut tam varie locus hic a librariis interpolaretur. *Bosius. Proximus erat iis* Voss. A. *proximus et is qui* C. Heusingerus in textum jam recepit *proximus de iis.* Contra Latinitatem non insurgo, neque ad-

[redacted]



illorum temporum historiam reliquerunt, et ejusdem

versor interpretationi Bosianae, licet mihi durior videatur. Sed ego, si, quod sentio, dicam, *de his, qui illorum temporum historiam reliquerunt*, a Nepote profecta non credo, nam, si per *illorum temporum* intelligit illa tempora, quibus bella Persica a Graecis fuere gesta, (p. 112.) scriptores exstitere, qui Themistocli aetate fuere propiores, uti Herodotus, et ipso Herodoto prior Charon Lampsacenus, de quo videndus Vossius de Hist. Gr. Lib. IV. cap. 3. p. 442. et post eum Perizonius ad Aelian. 1. V. H. cap. 15. qui Charon fuit ejusdem sententiae, in qua Thucydides; ita enim Plut. Themist. pag. 125. ut jam Bosius vidit: *Θουκυδίδης μὲν οὖν καὶ Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς ἱστοροῦσι, τεθνηκότος Ξέρξου, πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τῷ Θεμιστοκλεῖ γενέσθαι τὴν ἔντευξιν.* Sed, si per illa tempora praecipue intelligenda sunt, quibus Themistocles ad Regem Persarum transiit, certe Themistocli aetate fuit propior omnibus scriptoribus, qui aliam foverunt sententiam, quibus a Plutarcho enumeratis Bosius addidit Diodor. Siculum. Herodotus nullam de hoc Themistoclis transitu fecit mentionem, aut de ejus fato, unde Gebhardo non erat, quod notaret ad cap. 10. §. 4. *Et si Thucydides, Herodotus, aliique nihil de sanguine taurino prodiderint;* dum Herodotus de Themistoclis morte non scripserit. Itaque videtur mihi Nepos etiam simpliciter dixisse, *quod aetate proximus, et ejusdem civitatis fuit*, uti in Alcib. c. XI. *Thucydides, qui ejusdem aetatis fuit*, nempe, cujus erat Alcibiades. Praecipue Cicero in Bruto cap. XI. meam fere sententiam firmare videtur de Themistoclis morte agens: *quem* (Themistoclem) *Thucydides, qui et Atheniensis erat, et summo loco natus, summusque vir, et paullo aetate posterior, tantum mortuum scripsit*, quem Ciceronis locum sine dubio ante oculos habuerit Nepos, quum haec de Themistoclis transitu literis mandaret, et Thucydidis sententiam de ejusdem morte cap. 10. amplecteretur. Alios etiam ante Thucydidem illorum temporum historiam reliquisse patet ex ipsius Thucydidis verbis Lib. 1. cap. 97. *ἔγραψα δὲ αὐτὰ* (nempe de imperio a Lacedaemoniis ad Athenienses translato) *καὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποιησάμην διὰ τόδε, ὅτι τοῖς πρὸ ἐμοῦ ἅπασιν ἐκλιπὲς τοῦτο ἦν τὸ χωρίον, καὶ ἢ τὰ πρὸ τῶν Μηδικῶν Ἑλληνικὰ ξυνετίθεσαν, ἢ αὐτὰ τὰ Μηδικά. Τούτων δὲ, ὅσπερ καὶ ἥψατο ἐν τῇ Ἀττικῇ ξυγγραφῇ Ἑλλανικὸς, βραχέως τε, καὶ τοῖς χρόνοις οὐκ ἀκριβῶς ἐπεμνήσθη, ἅμα δὲ καὶ τῆς ἀρχῆς ἀπόδειξιν ἔχει τῆς τῶν Ἀθηναίων, ἐν οἵῳ τρόπῳ κατέστη.* De Hellanici aetate, qui duodecim annis ante Herodotum natus fuisse dicitur, eadem fere Hudson. ad locum Thucydidis, quae profert Vossius Lib. 1. de H. Gr. cap. 1. Alios a Vossio notatos omitto. In textum tamen recepi *de iis*, licet mihi suspectum, et nullum exemplum proferatur scriptorum, qui ita locuti fuerunt. Non est quaestio, utrum *de* pro *ex* poni soleat, id quod frequentissime fit, sed an *proximus de his* umquam repertum sit; *proximus ab his* satis latine dicitur, quomodo hic legit Ernst. v. Torr. ad Val. Maximum Lib. III. c. 2. num. 16. *his* pro *iis* facile retineri potest. v. cl. Ruhnken. ad Rutilium 1, 16. pag. 56. Mox pro *et ejusdem* Leid. *ut ejusdem*. [Leid. 1. *quod aet. proximus*

civitatis fuit. Is autem ait, ad Artaxerxem eum venisse, atque his verbis epistolam misisse. *Themistocles veni ad te, qui plurima mala omnium Grajorum in domum tuam intuli, quum mihi necesse fuit, adversus patrem tuum bellare, patriamque meam de-* 2

*erat de his.* Codex Gu. *qui aetate proximus de his, qui.* Sed Ult. optime: *quod aetate proximus erat, qui,* quam unice veram lectionem Bremio praeeunte revocavimus. Ante *qui* supplendum *eorum*, i. e. *ex iis*, quae Ellipsis Cornelio familiaris est, v. Indicem v. *Ellipsis pronominis*, sed hic non animadversa a librariis, qui vario modo locum interpolaverunt.]

*Is autem ait, ad Artaxerxem eum venisse*] Suidas ait: *φεύγει πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα. Ernstius.* Id quod etiam scripserat *Charon Lampsacenus*, teste *Plutarcho:* scriptor Thucydide, ipsoque etiam Herodoto, ut volunt, antiquior. Ceterum cum utraque sententia magni nominis scriptoribus nitatur; idcirco *Petavius*, ut componeret hunc dissensum, duplex regni Artaxerxis exordium constituit; vultque decem annos cum patre regnasse. vide eum lib. 10. *de doctr. temp.* cap. 25. *et in Ration. temp. part.* 2. *l.* 3, 10. Wilh. Langius, fere iisdem rationibus inductus, eum anno paterni imperii tertiodecimo regem designatum existimat, L. 2. *de annis* (p. 113.) *Christi* c. 15. Sed multis utraque eorum sententia difficultatibus premitur: ut alibi fortasse docebimus. *Usserius* pag. 187. mortem Xerxis in annum P. I. 4240; Themistoclis transitum in proxime sequentem conjicit. Quod si recte se habet, ita conciliaveris hunc dissensum, ut transierit quidem ad Xerxem, (quem nondum cognorat obiisse:) sed a filio demum ejus Artaxerxe receptus fuerit. *Bosius.* Bosianae sententiae haud favet Diodorus Siculus Lib. xi. cap. 56. nam ille hospes Lysitheides eum de Xerxis obitu quidem fecisset certiorem, et indicasset, Artaxerxem jam regnare, vel tota haec Diodori narratio habenda est pro fabula. v. Wess. ad n. 37. qui sua debet Dukero ad Thucydid. L. 1. c. 137. n. 49. qui multo latius hanc rem illustrat. adde not. post. *Xerxis* et *Artaxerxis* nomen posterioribus etiam temporibus ab Historicis confundi ostendit Reimarus ad Dionem Cassium Lib. LXXX. c. 3. L. 61.

*His verbis epistolam misisse*] Haec coram respondisse Regi ipsum increpanti, ait Epist. 19. pag. 41. id quod etiam Plutarchus tradit. Diodorus quoque nullam epistolae mentionem facit, sed introductum ad regem ait illum edocuisse, nil injusti se fecisse. *Bosius.* [ Gu. *Artaxerxen.*]

*Cum mihi* ] Ms. Dan. [Ult.] *quamdiu.* Quomodo Thucydides: *ὅσον χρόνον τὸν σὸν πατέρα ἐπιόντα ἐμοὶ ἀνάγκη ἠμυνόμην.* Cod. Boecleri: *quod mihi.* [ Ita et Ax.] An legendum *quoad mihi nec. fuit*? vel *τὸ quod* pro *quoad* accipiendum? *Bosius.*

*Patrem tuum bellare*] Leid. *patrem bellare.* Pro *adversus* Cod. P. Dan. *adversum.* Pro *omnium Grajorum* Voss. A. C. [Gu.] *hominum Grajorum*; et

3 *fendere. Idem multo plura bona feci, postqu tuto ipse, et ille in periculo esse coepit. Nam in Asiam reverti vellet, praelio apud Salamina*

pro *cum* semper in hoc Codice *quum* reperitur. Nec absurda lectio est *hominum Grajorum*, quum veteres dixere *homines Germani*, *homines Latini* etc. Vide J. Fr. Gronovium Lib. 2. Observ. cap. 13. et Th. Wopkens Lib. 2. Lect. Tullian. c. 17. pag. 227. cl. Wess. ad Herodot. Lib. v. cap. 31. num. 57. explicat *in domum tuam*, per in regnum, regiamque tuam familiam, et dicit, locutionem esse, quae ex Orientis more profluxit. cl. Dukerus ad Thucydidem Lib. 1. cap. 137. lin. 51. Casaubonum Exercitat. XIII. ad Baronium c. XII. secutus, jam ante eum docuit, *οἶκον* pro regno vel regia hic et apud alios dici, beneque ibi observat *ἐς τὸν ὑμέτερον οἶκον*, a Nepote verti *in domum tuam*. [Gu. Ed. Ult. omnesque ante Bos. *adversus*, quod jam Harlesius restituit.]

*Bona feci*] Ms. Bavarus vetustior: *orsus fui*, Schoppio referente Verisim. 1, 20. sed Graeca Thucydidis non congruunt. *Bosius*. [Heusingero assentior, qui ex Cod. Axen. lectione: *multo plura orsus feci*, Cornelium scripsisse putat: *multo plura rursus bona feci*. Mosche.]

*Postquam in tuto ipse*] Cl. Freinshem. legendum conjecit; *post. in t. ipsa*, scil. patria. Sic et aptius cohaereret oratio. Nisi tamen Nepoti Thucydidaea illa exprimere constitutum, Ἐπειδὰν ἐν ἀσφαλεῖ μὲν ἐμοί, ἐκείνῳ δὲ ἐν ἐπικινδύνῳ πάλιν ἡ ἀποκομιδὴ ἐγίγνετο. Ad prioris conjecturae mentem oppido Plutarchus: ὅτε τῆς Ἑλλάδος ἐν ἀσφαλεῖ γενομένης, παρέσχε τὰ οἴκοι σωζόμενα χαρίσασθαι τι καὶ ὑμῖν. *Boecl*. [Long. et Mag. *ipse*

*ego*, sed] abest *ego* etiam Dan. et Leid.

*Cum in Asiam reverti* Schottus in scripto Codi perit, *nollet*, idque con (p. 114.) autumat iis, qu xit Noster 2, 5, 1. *Ti Themist. ne perseverare xes bellare*. Plutarchus tulit haec ad propositum Persicae post missum a stocle nuntium, non ad um perseverandi, quod habuerit Xerxes, hoc cum jam reditum *Persa raret*, Themistoclem effec tutus ei receptus esset ab tatione Graecorum: πολ ὀφείλουσιν ἐμοὶ κακὰ Π πλείω δὲ ἀγαθὰ κωλύσα διώξιν. Quae verba Th clis vulgatam lectionem t tur, si nuntium Xerxi ante voluntatem reverten set hic memoratum. B Xerxem ante acceptum mistocle nuntium cogita verti, clare docet Hero Nam posquam narrasset lium Artemisiae reditum s tis, subjicit ἥσθη τε δὴ τ βουλῇ Ξέρξης, λέγουσα γα τύγχανε τάπερ αὐτὸς ἐνό γὰρ εἰ πάντες καὶ πᾶσαι βούλευον αὐτῷ μένειν, ἔμ δοκέειν ἐμοί, οὕτω καταρρω Quae satis meo quidem j receptam lectionem tu *Bosius*. *Vellet* etiam L Voss. A. B. et pro *Sal* Leid. et Voss. A. B. C. [ Gu.] *Salaminam*. paull *circumiretur* et in Cod. P et Voss. A. C. *confugi* Quam lectionem in textun pi, quia ante dixerat *ve te*, et permotus a cod hisce, et ab Axen. Heusi

*litteris eum certiorem feci, id agi, ut pons, quem in Hellesponto fecerat, dissolveretur, atque ab hostibus circumiretur, quo nuntio ille periculo est liberatus. Nunc* 4
*autem confugi ad te, exagitatus a cuncta Graecia, tuam petens amicitiam: quam si ero adeptus, non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimicum ille expertus est. Ea autem rogo, ut de his rebus, quas tecum colloqui volo, annum mihi temporis des, eoque transacto ad te venire patiaris.*

legendum conjecit *nunc ad te confugi.* [Axen. *Nunc autem confugi ad te*, non: *Nunc confugi ad te.* Ita etiam Cod. Dan. Voss. 1. 3. Gu. Ed. Ult. Bene.]

*Litteris e. c. feci*] Vide cl. Valken. ad Herodotum Lib. VIII. cap. 110. num. 73.

*Exagitatus a cuncta Graecia*] Translatio a Venatoribus, qui exactam cubilibus suis feram nullibi patiuntur consistere, donec in potestatem veniat. Ovidius (L. 3. Art. Am. 662.) *Et lepus hic aliis exagitatus erit.* Gebhard. Ad L. d. Ovidii consule Cl. Burmanni notas.

*Non minus bonum amicum etc.*] Non video, quid sibi velit dubitatio Lambini quaerentis, *quid intersit inter fortem et bonum?* aut cur *acrem inimicum* (quod substituendum putabat) commodius legi possit. Sensus satis planus; pater tuus virtutem meam et industriam in hostem expertus est: tu experiere fidem et operam amici. *Bonus amicus*, non latissimo illo significatu boni, qui ad omnes virtutes pertinet, sed respectu fidei et utilitatis, ad quam praesertim Themist. apud Thucyd. et Plutarch. provocat, accipiendus est: sicut fortis inimicus efficaciam in nocendo et strenuitatem notat. Denique: *Βαρὺς πολέμιος, καὶ χρηστὸς φίλος.* *Boecl.* Adde *Gebhardo* laudatos Tacit. 1. H. 71, 2, 3. Senec. de Ira 2, 34. *Bosius.*

*Ea autem*] Leid. *id autem.*

*Ut de his r.*] Leid. *ut his r.*

*De quibus tecum loqui volo*] Schotti liber et MSS. Bavari Schoppio 1. Veris. cap. 20. laudati: *quas tecum colloqui volo.* Bosius. Vossian. A. [Gu. Ultr.] (p. 115.) *quas tecum colloqui*, item B. C. *Loqui* sive *colloqui res* pro *de rebus* satis defendi potest. Adi cl. Cort. ad Sallust. Cat. cap. 5. num. 9. et Graecorum est imitatio. sic *ἐυλέγειν τύχην* pro *περὶ τύχης.* Eur. Alcest. vs. 1070. in Suppl. vs. 612. *Δικαίως δαίμονας σύγ' ἐννέπεις.* adi Schol. Aristoph. Acharnan. vs. 203. et Doctiss. Elsner. ad Eu. Lucae cap. 20. Comm. 37. [Praeclare Bremius *quas*, omnium Codd. atque edd. lectionem, temere a Lambino mutatam, restituit. Vide infra ad Fragm. 5, 1.]

*Annum mihi temporis des*] Probat prae caeteris hanc lectionem Savaro. At Schoppius e Schedis Gifanii *annum mihi tempus des.* A Savarone non ausim dissentire. *Gebh.* Sic e suo codice emendavit Savaro, suffragante Gebhardo. Dan. et Bavarici: *annuum mihi tempus*

## CAP. X.

1 Hujus rex animi magnitudinem admirans, cu que talem virum sibi conciliari, veniam dedit. omne illud tempus litteris sermonique Persarum

*des.* Gif. *annū mihi tempus des.* Put. *annum mihi temporis spatium.* Mox Boecl. *ad te venire patiaris*, omisso pronomine *me.* Bosius. Leid. *annuum mihi tempus.* Pronomen *me* omittunt etiam Voss. B. C. et abesse potest. Praeterea non dubito, quin in Voss. B. scriptum sit *annum temporis*, alioquin notassem. Propter ingravescentem aetatem ab integro Codd. in Bibliotheca publica asservatos consulere non libuit, alioquin certiora Heusingero reponerem. Sed spero, posthac alios, quibus eosdem inspiciendi dabitur copia, me satis esse defensuros. [In Ax. *annuum mihi temporis des* ita exstat, ut extremam *temporis* partem aliquis, quem librarium ipsum fuisse suspicor, rasura delere tentarit. Equidem h. l. *annuum tempus* Cornelium scripsisse censeo. *Mòsche.* Gu. Ult. *annuum mihi tempus des*, sed hic etiam Bremium sequimur, qui vulgatam lectionem, a Cod. Savar. Edit. principe, Argentor. utraque Paris. Ald. et Longol. confirmatam, non mutandam esse existimat. Caesar. Bell. Civ. 1, 3. Sex dies *ad eam rem conficiendam* spatii *postulant.* In fine hujus Capitis Gu. etiam et Ult. edit. *me* excludunt, quod a Lambino additum est.]

*Admirans*] Boecler. [Ultraj.] *admiratus*, Bosius. Voss. B. *admiratus*, sed supra notatum erat *admirans.*

*Cupiensque t.*] Leid. *cu*
et sequens *sibi* abest a L
re vide cl. Wasse ad T
Lib. 1. cap. 138. L. 65.

*Conciliari*] Inter suos
*Gebhardus.*

*Veniam dedit*] Sic lc
Pausania, Dione, atque
ne. Caes. L. 7. Comm. c
*Datur petentibus venia.*
Lib. 11. cap. 15. *Pro se*
*magis quam gravem sep*
*veniam orare.* Cicero
*Impetravi a Salaminiis,*
*lerent, veniam illi quid*
*hi dederunt.* h. e. perm
vel concesserunt. Orosiu
cap. 15. *Tandem Mariu*
*sul forti desperatione s*
*niam fecit.* Gebhard. A
Munckerum ad Hygin. fa

*Omne illud tempus l*
*monique Pers. dedit*] V
Maximus Lib. 8. cap. 7.
Graecus scriptor ἄδηλος
δικὴν φωνὴν μαθὼν ἐ
αὐτὸν (Artaxerxem) πῶς
τὸν πατέρα Ξέρξην. Ge
De eo nihil Themistocles
epistolis, sed in itinere
gressionibus et consuetu
linguam Persicam didicisse
ep. 19. Nisi forte annuu
tium non solum linguae,
(p. 116.) morib. gentis
cendis, ut notat Thuc
sumserit. Mores enim
non in transitu, sed lo
consuetudine addiscuntur.
Pro *illud tempus* Ed. M
Steph. *id t.* et pro *dedit*
[Gu.] *se dedidit*, sic et Vos

quibus adeo eruditus est, ut multo commodius dicatur apud regem verba fecisse, quam hi poterant, qui in Perside erant nati. Hic quum multa regi es-
2 set pollicitus, gratissimumque illud, si suis uti consiliis vellet, illum Graeciam bello oppressurum, magnis muneribus ab Artaxerxe donatus in Asiam rediit, domiciliumque Magnesiae sibi constituit. Namque hanc 3

*Qui in Perside erant nati.*] Persis erat regio, in qua Persae proprie dicti habitabant, unde in Eum. cap. 8. scribit *in finitima regione Persidis*. De Perside v. Plut. Al. pag. 686. Regia vero Regis Persarum erat Susis, ut jam docuit Herodotus Lib. v. cap. 94. et alii, quos citat Brissonius Lib. 1. de R. P. cap. 68. quamquam, ut vel pueri norunt, ibi per totum annum non morabantur Reges. Nepos fere Thucydidis locum expressit e Lib. 1. cap. 138. *Τῆς τε Περσίδος γλώσσης, ὅσα ἐδύνατο κατενόησε, καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων τῆς Χώρας.* Diodorus Siculus Lib. xi. cap. 57. vocat *τὴν Περσίδα διάλεκτον*, a Plut. in Them. pag. 126. dicitur *τὴν Περσίδα γλῶτταν ἀποχρώντως ἐκμαθών*, nempe tam perfecte istam linguam edoctus, ut elegantius sese exprimeret, quam nati Persae. Primum per interpretem locutus fuerat Themistocles, ut e Plutarcho jam observavit Brissonius Lib. 1. de R. P. cap. 214. et haec de Themistocle historia clare edocet, Graecos non nisi vernacula lingua olim fuisse usos. v. Wouw. de Polymathia cap. 30. praecipue Athenienses: hinc Atticae foeminae Lemnum abreptae liberos suos lingua Attica et Atheniensium moribus erudierunt. vide Herodotum Lib. vi. cap. 138. Imo Macedones suam vernaculam linguam tanti fecerunt, ut nonnulli post Alexandri tempora in Aegypto regnantes Aegyptiacam addiscere noluerint. vide Plut. Anton. p. 927. [Gu. *hil.* Mox Ult. *esset regi pollicitus.*]

*Se Graeciam bello oppressurum*] Id regi eum promisisse, ceteri quoque scriptores tradunt, fateturque ipse epist. 11. et 20. quamquam extr. ep. 19. neget, se hoc unquam admissurum. *Στρατεύσομαι*, inquit, *ἐπ᾽ Ἀθήνας ἐγώ, καὶ τῷ Ἀθηναίων ναυμαχήσαντι μαχοῦμαι. πολλὰ ἄλλα ἔσαι, τοῦτο δὲ οὐδέποτε.* Loccenius. *Illum Graeciam* Cod. P. Dan. et omnes mei Codices. Pro *Magnesiae* Leid. *Maganen*. *Que* abest a Voss. C.

(p.117.) *Magnis muneribus*] De his Plut. Them. p. 126. et Diod. Sicul. Lib. xi. cap. 57. et inter munera haec praeter urbes memoratas erat etiam uxor Persica, quae generis sui antiquitate, formae praestantia, et morum excellentia praeter caeteras erat venerabilis, teste Diodoro, de qua tacet Thucydides; item servi ad varia ministeria, unde Plut. Tom. I. in Them. pag. 126. in f. et T. II. de exsilio pag. 602. narrat *Θεμιστοκλῆς δὲ χορηγίᾳ βασιλικῇ πρυτανευόμενος εἰπεῖν λέγεται πρὸς τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας, Ἀπωλόμεθα ἄν, εἰ μὴ ἀπωλόμεθα.* et de Themistoclis gloria hoc exsilio aucta apud Persas, non amissa, quam in Graecia retulerat, idem p. 605. De hoc Themistoclis dicto dubitat Aristides Oration. Tom I. pag. 265. et 266.

*Namque hanc urbem etc.*] MSS. Magio laudati et quidam e

urbem ei rex donarat, his quidem verbis, quae ei panem praeberet; (ex qua regione quinquaginta talenta quotannis redibant) Lampsacum autem, unde vi-

diti: *Namque h. u. ei R. don. cum duabus aliis his usus verb.* Sed inserta merito suspecta Lambinus habuit. Et absunt ab optimis libris. Mox Ms. Dan. *his quidem verbis.* Quod Longolius plane omisit. *Bosius.*

*His usus verbis*] Leid. [Gu.] *hisque verbis.* [In Axeniano codice *his verbis* media interposita est litera *q*, ita lineola transfixa, ut mihi saltem *quidem* significare videatur. Hoc saltem manet, *q* nec deletam esse, nec *que* indicare posse. Axeniano itaque tribuenda videtur lectio: *his quidem verbis.* Mosche. Editio Princeps ceteraeque vetustiores habent: *his usus verbis*, sed melius id, quod in Cod. Dan. et Ultr. ed. legitur: *his quidem verbis*, ex quo alterum *hisque verbis* corruptum est.]

*Quae ei panem praeberet*]. Sic Thucyd. Diod. Sicul. Plutarchus, qui ex Neanthe et Phania addit Percotam et Palaescepsin in stragula et vestitum: quos sequitur et Athenaeus Lib. 1. Hunc morem Persarum in donando commemorat et M. Tullius 3. in Verr. cap. 33. *Solere ajunt barbaros reges Persarum ac Syrorum plures uxores habere: his autem uxoribus civitates attribuere hoc modo: Haec civitas mulieri redimiculum praebeat, haec in collum, haec in crines. Lambin.* Similia habes ap. Platon. Alcibiade primo pag. 33. *Bosius.* De hoc Persarum more v. Interprr. ad Thucydid. Lib. 1. c. 138. L. 93. Hotoman. ad Ciceron. Lib. III. in Verr. cap. 33. et quos laudat Torr. ad Val. Maxim. L. V. cap. 2. num. 71. sed de Sylosonte, et Dario, quos ibi memorat V. Maximus, alia res est, quam de qua hic agitur. confer Herodotum Lib. III. cap. 139. et seqq. et Periz. ad Aelian. L. IV. V. H. cap. 5. num. 22. Syloson enim ob beneficii memoriam a Dario Hystaspis filio petierat, ut Samum, suam patriam, e qua a fratre Polycrate ejectus erat, sibi restitueret; sed pluribus haec exsequendi hic non est locus. Vide interim Brisson. Lib. 1. de R. P. cap. 150. Ad tres has urbes, Themistocli a Persarum rege datas, munificentiam in Monesem Antonius suam confert apud Plut. in Antonio pag. 932. quocum confer Appian. Al. de Bello Parth. pag. 270. quem jam citavit Wasse ad Thucydidem. [Fallitur h. l. Heusingerus, qui *ei* ante *panem* in antiquioribus libris abesse, et recte quidem, dicit. Omittitur enim in sola Longol. atque ex hac ducta Magii editione, sed in reliquis libris, ut in Cod. Daniel. Gu. et ed. Ult. expressum est.]

*Ex qua regione quinqu. ei talenta*] *Tò ei* a plerisque MSS. et edd. vett. [ante Lamb.] abfuit. Quare Lambino videbatur legendum: *ex qua regi quinq. tal. q. r.* Bosius. Pro *redibant* Leid. *redibat; ei* abest a [Leid. 1. Boecl.] Voss. A. B. C. Haec sunt verba Thucydidis L. 1. cap. 138. δόντος βασιλέως αὐτῷ Μαγνησίαν μὲν ἄρτον, ἣ προσέφερε πεντήκοντα τάλαντα τοῦ ἐνιαυτοῦ. de reditu tacent Diodorus Siculus Lib. XI. cap. 57. et Plutarch. in Them p. 127. [Etiam a Gu. et ed. Ult. *ei* abest. Fischerus in Cod. Dan. reperiri hoc pronomen scribit, sed in Francofurtensi ed. nihil hac de re adnotatum est.]

*Lampsacum*] Mss. Danielis et Boecl. *Lampsacum autem*,

num sumeret; Myuntem; ex qua opsonium haberet. Hujus ad nostram memoriam monumenta manserunt duo, sepulcrum prope oppidum, in quo est sepultus, statuae in foro Magnesiae. De cujus morte multimodis 4

(p. 118.) Long. ed. *Lampsac. item*. Et certe tale quid requiri videtur, ut cohaereat oratio. Mox pro *Myuntem Ms.* Boecl. habebat *Smyrnam*. Sed reliqui scriptores, ipſeque Themiſtocles ep. 19. *Myuntem* nominant. *Bos*. Item Leid. et Voſſ. B. agnoscunt *autem*; et pro *Myuntem* Voſſ. A. C. *Myntam*. Leid. et Voſſ. B. *Smyrnam*. *Myuntem* recte editum eſſe patet ex Scholiaſte Ariſtophan. Equit. vs. 84. De urbe Myunte agit cl. Weſſ. ad Herodoti Lib. 1. c. 42. Lin. 88. iisdem fere verbis, quibus cl. Duker. ad Thucydid. L. 1. cap. 138. num. 94. *opsonium* h. l. piſces notare abunde docet idem vir, a me in poſt. not. citatus, unde ὀψοφάγυς et φιλόψυς vocabant τὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναδιδόντας ἑκάστοτε, καὶ τῦ κώδωνος ὀξέως ἀκούοντας, ut docet Plutarchus L. IV. Symp. quaeſt. 4. pag. 667, 668. qui locus non fugit Casaubonum ad Strabonis verba e Libro XIV. pag. 973. ὡς δ' ὁ κώδων, ὁ κατά την ὀψοπωλίαν, ἐψόφησε. [Gu. *Lamsacum autem*, in Ult. *autem* omittitur, quod bene poſt Boſium repoſuit Harleſius, quum aptiſſime ſuperioribus illis: *his quidem verbis* reſpondeat. Codex Gu. *Myntam*, Ult. *Myuntem*.]

*Sepulchrum prope oppidum*] Athenas scil. ubi adhuc Pauſaniae aevo (vixit autem sub Marco Imp.) ad maximum portum exſtitiſſe, ex Atticis ejus discimus. *Oppidi* voce ſupra quoque 1, 4, 2. ita usus eſt. V. Ind. *Bosius*.

*Magnesiae*] Leid. *Magnensiae*; *in foro* modo adſcriptum erat alia manu in Voſſ. A. Voſſ. C. *Statuat vero* pro *statuae in foro*.

*De cujus morte*] Hieronymus ep. 11. ad Nepot. *Sapiens vir Graeciae Themistocles cum expletis centum et septem annis se mori cerneret, dixisse fertur, se dolere, quod tum egrederetur e vita, quando sapere coepisset.* Sed vel corruptus is locus, legendumque *Theophrastus*, vel sanctus pater memoria lapſus eſt. Vide Caſaub. ad Theophraſti character. pag. 97. et Phil. Carolum Var. lect. 2. 7. *Bosius*.

*De cujus morte*] Pro *de hujus autem morte*, quem loquendi modum illuſtrat Th. Wopkens lib. 2. Lect. Tullian. c. 13. p. 200.

*Multis modis*] Conſenſus librorum praeſtat *Multimodis*, quod poſt Savaronem et ipse admisi. Apulejus: *Quarum Substantia multimoda potestatum coitione conficitur*. Vetus Poëta apud Ciceronem de Oratore, *Multimodis sum circumventus, morbo, exsilio, atque inopia*. Gebhardus. Mſſ. Dan. Gif. Put. [Gu.]. Savar. *multimodis*; quod probant ac tuentur Savaro, Giſanius in Ind. Lucret. et Gebhardus. Quare fidenter in textum recepi. Uſi Plautus, Terentius, et ſaepiſſime Lucretius. Vetus Poëta ap. Cic. de Orat. 3, 58.

*Multimodis sum circumventus,*
*morbo, exsilio atque inopia.*

Boſius. Leid. [Ult.] *multis modis*. Voſſ. A. *multimodis*; *est* abeſt a Voſſ. C. Video quidem, viros doctiſſimos hodie in suis scriptis *multimodis* pro *multis modis* uſurpare; sed Lucretiana et poëtica Nepoti non obtrudenda

apud plerosque scriptum est; sed nos eumdem potissimum Thucydidem auctorem probamus, qui illum ait Magnesiae morbo mortuum, neque negat fuisse famam, venenum sua

opinor. Miror etiam, Th. Munckerum ad Fulgentium Lib. 1. Mytholog. cap. 11. qui Nepotem sibi familiarem reddidit, et cum Cod. Ms. contulit, nullam, dum ibi de hujusmodi adverbiis agit, de hoc Nepotis loco fecisse mentionem. [*Multimodis* in Cornelio Nepote admittit, in Ciceronis scriptis damnat, Goerenzius ad Cic. de Fin. 2, 26. p. 245. et in Addendis p. 699.]

(p.119.) *Eundem potiss.*] Ms. Boecl. *eum potissimum*, ut et Voss. B.

*Venen. sua sponte sums.*] Pro certo id affirmat Suidas. *Ernstius.* Tauri sanguinem. Videtur autem istud sacrificium peragere voluisse brevi iturus in Expeditionem Dianae λευκόφρυϊ. Val. Max. 5, 6. ext. 3. *Themistocles, quem virtus sua victorem, injuria patriae imperatorem Persarum fecerat, ut se ab ea oppugnanda abstineret, instituto sacrificio exceptum patera tauri sanguinem hausit: et ante ipsam aram quasi quaedam pietatis clara victima concidlt.* Scholiorum auctor in Aristophan. Equites. vs. 83. Ἐν Μαγνησίᾳ γενόμενος θύων τελευτᾷ, καὶ μετὰ θάνατον τὸν μισοβάρβαρον ἐνδεικνύμενος τρόπον. Et paullo post: Σύμμαχος δέ φησι, ψεύδεσθαι περὶ Θεμιστοκλέους, οὔτε γὰρ Ἡρόδοτος τε, οὔτε Θουκυδίδης ἱστορεῖ. Ἔστι γοῦν ἀπὸ Σοφοκλέους Ἑλένης.

Ἐμοὶ δὲ λῷστον αἷμα ταύρου γ' ἐκπιεῖν
Καὶ μήγε πλείω τῶν δ' ἔχειν δυσφημίας.

Τινὲς δὲ φασίν, ὅτι Σοφοκλῆς περὶ Θεμιστοκλέους τοῦτό φησι. ψεύδονται δέ, οὐ γάρ ἐστι πιθανόν. Opinionis originem, qua hausto immolati tauri sanguine Themistoclem sibi mortem conscivisse credebatur, aperit: nempe ex vitiosa Sophoclei dicti interpretatione ortam putat, ad cujusmodi fatum allusisse Tragicus vulgo existimabatur. Etsi Thucydides, Herodotus aliique nihil de sanguine taurino prodiderint; tamen plures reperire licet, quibus haec opinio sit firmiter accepta, quam qui Thucydidi assensum commodent. Videatur Cicero Bruto (cap. 11.) Diodor. Sic. Lib. 11. pag. 272. pr. Valerii locum adduxi: B. Hieronymi testimonium ad manum non est; quamvis resideat in memoria. Graecus quidam scriptor apud Aristophan. Explanatorem: Themistocles παραγενόμενος ἅμα τῷ στρατηγῷ (Artaxerxis) εἰς Μαγνησίαν, καὶ καταγνοὺς ἑαυτοῦ εἰ οἱ δι' αὐτὸν σωθέντες Ἕλληνες εἶτα δουλεύουσι βαρβάροις, προφάσει χρησάμενος ὡς θυσίαν ἐπιτελέσαι βούλοιτο, καὶ ἱερουργῆσαι τῇ λευκόφρυϊ Ἀρτέμιδι καλουμένῃ ταύρῳ ὑποθεὶς τὴν φιάλην, καὶ ὑποδεξάμενος τὸ αἷμα καὶ χανδὸν πιὼν ἐτελεύτησεν εὐθέως. Sic teste Strabone Lib. 1. Geograph. irrumpentibus in Phrygiam Cimmeriis Midas epoto tauri sanguine obiit. Ἡνίκα, inquit, Μίδαν αἵματι ταύρου πίοντα φασὶν ἀπελθεῖν εἰς τὸ χρεών. Traditque Plutarch. Flaminino, ex quorundam opinione Hannibalem Midae et Themistoclis exemplo taurino sanguine epoto se evitasse. *Gebhard.* *sumere* proprie hic sumitur, ut et in Dione c. 2. *Hoc aeger sumpto, ut somno sopitus, diem obiit supremum.* Nam hoc verbum de medicamentis, quae potamus, dici solere docet cl.

**sponte sumsisse, quum se, quae regi de Graecia opprimenda pollicitus esset, praestare posse desperaret. Idem ossa ejus clam in Attica ab amicis se-**

Burmannus ad Serenum Samonicum de Medicina cap. 9. ſive vs. 127.

*Cum se, quae regi de Graecia opprimenda pollicitus esset, praestare posse desperaret.* ] Alludit Cic. 10. ad Att. 7. *Ἄδηλος* scriptor apud Ariſtophanis Explanatorem: *Οἱ δὲ φασὶν, ὅτι συνειδὼς ὁ Θεμιστοκλῆς, ὅτι οὐχ οἷός τε ἦν διαπράξασθαι τῷ βασιλεῖ, ἅπερ ἐπηγγείλατο, οὕτως ἐπὶ τὴν τοῦ θανάτου αἵρεσιν παρεγένετο. Gebhardus.* Plutarchus tamen et alias hujus rei cauſſas affert; qui videri in Themiſtocle poteſt. *Buchn.* Voſſ. B. *optinenda.* Diod. Siculus Lib. XI. cap. 58. refert, Auctores nonnullos tradere, *τὸν Ξέρξην ἐπιθυμήσαντα πάλιν στρατεύειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, παρακαλεῖν τὸν Θεμιστοκλέα στρατηγεῖν ἐπὶ τοῦ πο-* (p. 120) *λέμου, τὸν δὲ συγχωρήσαντα περὶ τούτων πίστεις λαβεῖν ἐνόρκους, μὴ στρατεύσειν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἄνευ Θεμιστοκλέους, σφαγισθέντος δὲ τοῦ ταύρου, καὶ τῶν ὅρκων γενομένων, τὸν Θεμιστοκλέα κύλικα τοῦ αἵματος πληρώσαντα ἐκπιεῖν, καὶ παραχρῆμα τελευτῆσαι.* Recte acutiſſimus Dukerus ad Thucydidem Lib. 1. c. 138. lin. 87. ex hoc Diodori loco colligit, nihil eſſe, unde intelligi poſſit, eum pro vero habuiſſe id, quod de sanguine taurino a Themiſtocle hauſto circumferebatur. Symmachi locum a Gebhardo adductum etiam profert Dukerus, et Weſſ. ad Diodori locum num. 7. qui loca profert medicorum, sanguinis taurini hauſtum peſtilentem eſſe docentium. Plut. in Them. pag. 128. ita rem narrat, (Themiſtocles) *ὡς μὲν ὁ πολὺς λόγος, ΑἿΜΑ ΤΑΎΡΕΙΟΝ πιὼν, ὡς δὲ ἔνιοι, ΦΑΡΜΑΚΟΝ ἘΦΗΜΕΡΟΝ προσενεγκάμενος* etc. Thucydides l. l. *νοσήσας δὲ τελευτᾷ τὸν βίον. λέγουσι δέ τινες καὶ ἑκούσιον φαρμάκῳ ἀποθανεῖν αὐτὸν, ἀδύνατον νομίσαντα εἶναι ἐπιτελέσαι βασιλεῖ, ἃ ὑπέσχετο.* En ipsa Thucydidis verba eleganter a Nepote expreſſa, ut Lambinus jam observavit; videmus itaque tam Plutarchum, quam Diodorum Siculum iſtum taurini sanguinis hauſtum habuiſſe pro fabula, imo Diodorum Siculum haud multum differre a Thucydide, pro certo narrantem, antequam de hac fabula mentionem faciat, *ἐν ταύταις ταῖς πόλεσι κατεβίωσε, πάντων πρὸς ἀπόλαυσιν ἀγαθῶν εὐπορούμενος. καὶ τελευτήσας* (certe naturali morte) *ἐν τῇ Μαγνησίᾳ, ταφῆς ἔτυχεν ἀξιολόγου, καὶ μνημείου τοῦ ἔτι νῦν διαμένοντος.* Plutarchi alias hujus rei cauſſas adferentis, ut Buchnerus dicit, locum vide in Them. pag. 127. et 128. et in Cim. pag. 490. *καὶ μάλιστα, ὅτι τοῦ Θεμιστοκλέους ἐπυνθάνετο δόξαν εἶναι καὶ δύναμιν ἐν τοῖς βαρβάροις μεγάλην, ὑποδεδεγμένου βασιλεῖ κινοῦντι τὸν Ἑλληνικὸν πόλεμον στρατηγήσειν. Θεμιστοκλῆς μὲν οὖν οὐχ ἥκιστα λέγεται τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις ἀπογνοὺς, ὡς οὐκ ἂν ὑπερβαλόμενος τὴν Κίμωνος εὐτυχίαν, καὶ ἀρετὴν ἑκὼν τελευτῆσαι.* [ Cod. Axen. *obtinenda*, quod vehementer probandum videtur. *Mosche.* ]

*Ossa ejus clam in Attica ab amicis sepulta* ] Alii publico decreto factum fuiſſe prodiderunt juſſu Oraculi, quod non citius fore peſtilentiae finem responderat, quam si Themiſtoclis oſſa Magnesia reduxiſſent.

pulta, quoniam legibus non concederetur, quod pr ditionis esset damnatus, memoriae prodidit.

III. AR

*Ἄδηλος* quidam ap. Arist. interpretem: *λοιμωξάντων δὲ Ἀθηναίων ἡ θεὸς εἶπε μετάγειν τὰ ὀστέα Θεμιστοκλέους. Μαγνήτων δὲ μὴ συγχωρούντων, ᾐτήσαντο ἐπὶ τριάκοντα ἡμέραις ἐναγίσαντες τῷ τάφῳ καὶ περισκηνώσαντες τὸ χωρίον, λάφρα κομίζουσιν ἀνορύξαντες τὰ ὀστᾶ.* *Gebhard.* Pro *Am. esse sepulta* Leid. et Boeclerianus, item Voss. B. C. *am. sepulta* v. cl. Duk. ad Thucyd. Lib. 1. cap. 138. lin. 94. [Cod. Axen. *ossa ejus in Attica clam ab amicis sepulta*, quae verborum series vulgatae longe praeferenda. *Mosche.* *Esse*, a Lambino additum, etiam in Gu. et Ult. omittitur.]

*Quoniam leg. non conced. quod proditionis etc.*] *Οὐ γὰρ ἐξῆν φανερῶς θάπτειν ἐν Ἀθήναις τὸν ἐπὶ προδοσίᾳ φεύγοντα.* Vide Petit. Commentar. ad Leges Atticas 7, 4. pag. 262. itemque Kirchmann. de funer. Rom. append. pag. 720. seq. et Gutherium de Jure Manium 1, 7. *Bosius.* Adde Viros ingenio ac eruditione conspicuos Hudson. ac Dukerum ad Thucyd. L. 1. cap. 134. l. 84. et cap. 138. l. 97. J. Perizon. et Abr. Torrenium Valer. Maxim. lib. 5. cap. Ext. 3. num. 88.

DE THEMISTOCLIS reb vide *Plutarchum in vita*, *H rodot.* 8. *Diodor. Sic.* 11. *Bibli thecae*, *Thucyd.* 3. *Suid. Themistocles*, *Aelianum pa sim*, *Justin.* 2. *Val. Max. Frontinum*, *Cicer. Pausania passim*, *Polyaen.* 1. *etc.* Boe Multa quoque de eo suppedit bunt Epistolae 21. quae sub ej nomine circumferuntur, prin a Jo. Matth. Caryophilo Graec post cum translatione Lat. Elia Ehingero publicatae, de qu bus tamen viri docti dubitant, g nuinaene sint, an a Graeculo qu (p. 121.) dam confictae. Effigiem gemma annulari habes inter Im gines Ursini Num. 141. Paul diversam exhibet nummus meu his circum literis: *ΘΕΜΙΣΤ( ΚΛΗΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ*. In postic parte Victoria prorae navis i sistens, dextra palmam, sinist lauream tenens, cum literi *ΚΑΤΑ ΠΕΡΣΩΝ*. Encomiu ejus reliquit nobis Aristides Rh tor. *Bosius.* Inprimis de e Cicer. de Offic. l. 1. cap. 22.

# III. ARISTIDES.

## Cap. I.

ARISTIDES LYSIMACHI F. ATHENIEN- 1
SIS, aequalis fere fuit Themistocli. Itaque cum eo

(p.122.) DE ARISTIDE videndi *Plutarchus in vita*, *Herodotus in Urania*, *Diodorus Sicul.* 11. *Polyaenus* 1. *Frontinus* 4, 3, 5. *Valerius Max.* 5, 3. *ext.* 3. *Justinus* 2, 15, 16. *Cicero passim*, *Seneca* 4. *de benef.* 27. *et Consol. ad Helv.* 13. (ubi tamen erraſſe videtur Seneca) *Aeschines contra Ctesiphontem*, *etc. Suidas.* Boeclerus. Faciem ejus exhibet nummus, in cujus uno latere caput illius, et: *ΑΡΙΣΤΙΔΗΣ Ο ΔΙΚΑΙΟΣ*: in altero mulier sedens, dextra baculum tenens; infra: *ΒΟΥΛΗΣ ΓΝΩΜΗ*; circum: *ΟΥ ΔΟΚΕΙΝ ΑΛΛ ΕΙΝΑΙ*. Quae poſtrema fortaſſe reſpiciunt id quod *Plutarchus Aristide* pag. 320. narrat: cum facti in Amphiaraum ab Aeschylo jambi in theatro recitarentur,

> *Οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλει,*

etc. omnes reſpexiſſe Ariſtidem, tanquam ad eum praecipue haec virtus pertineret. *Bosius.* De variis Ariſtidis Fabric. Tom. II. Bibl. Gr. Lib. IV. c. 30. p. 393. et seqq. Errorem Senecae a Boeclero h. l. prolatum jam notavit Lipſius, et adſcripſiſſe Ariſtidi, quae Phocioni facta sunt, oſtendit e Plutarcho. Nonnulli tamen Theologi, de contumelia noſtro ſervatori facta agentes, hunc Senecae errorem latius propagarunt.

*Aristides Lysimachi F.*] Vide praeter illos ſcriptores, quos clariſſ. Boeclerus adduxit, de Ariſtide Suidam in voce *Ἀριστείδης*, ubi inter alia dicit: *Huic, quamvis pauper esset, tamen propter vitae sanctimoniam injurato fides habebatur. vide infra* cap. 3 §. 2. *Ernst.* Lyſimachi non Nicomachi filium fuiſſe docet Cel. Perizonius ad Aelian. l. 2. V. H. cap. 43. n. 2. praecipue, quia filius Ariſtidis ab avi nomine dictus eſt Lyſimachus, cui addere potuiſſet, Demetrium Phalereum in libro de Socrate narrare, *μνημονεύειν Ἀριστείδου θυγατριδοῦν εὖ μάλα πένητα ΛΥΣΙΜΑΧΟΝ, ὃς ἑαυτὸν ἐκ πινακίου τινὸς ὀνειροκριτικοῦ παρὰ τὸ ἰακχεῖον λεγόμενον καθεζόμενος ἔβοσκε.* v. Plut. pag. 335. unde patet, Lyſimachi avitum nomen ab Ariſtidis filiabus etiam fuiſſe honoratum.

*Aequalis*] *Σύγχρονος* ſive *ὁμῆλιξ*. Attico. *Qua ex re nobilis inter* aequales *ferebatur.* Curtius Rufus Lib. VIII. cap. 6. m. *Attalum etiam* aequalem *sibi et haud disparem habitu oris*

de principatu contendit, namque obtrectarunt inter se.
2 In his autem cognitum est, quanto antestaret elo-

*et corporis, utique cum procul viseretur, veste regia exornat.* Lactant. Lib. 1. Inſt. cap. 5. Vocatur Orpheus *ipsorum deorum* aequalis: ſiquidem inter Argonautas cum Tyndaridis et Hercule navigarit. *Gebhardus.* Adde ex *Aeliano* 18, 44. quod iisdem tutoribus usi sunt, et ſimul educati, ac ab eod. praeceptore inſtituti. *Bosius.*

(p. 123.) *De principatu contendit*] De loco principe in civitate, uter alteri in adminiſtranda cederet, aut praeferretur, *ὑπὲρ τȣ͂ πρωτείȣ.* Dione: *quod principatum non concedebat.* Catone: *Cum quidem Scipio in civitate* principatum *obtineret.* Paterculus Lib. 2. c. 44. *Crassus ut, quem* principatum *solus assequi non poterat, auctoritate Pompeji, viribus teneret Caesaris.* Gebhardus. Voſſ. C. *cum eo principatu contendit.* Praecipue mihi Themiſtocles videtur ab Ariſtide diſſenſiſſe, ꝗuia *'Ἀριςείδης, Κλεισθένȣς μὲν τȣ͂ καταςησαμένȣ τὴν πολιτείαν μετὰ τȣ̀ς τυράννȣς* (Piſiſtratum, et ejus filios) *ἑταῖρος γενόμενος, ζηλώσας δὲ, καὶ θαυμάσας μάλιςα τῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν Λυκȣ͂ργον τον Λακεδαιμόνιον, ἥψατο μὲν ἀριςοκρατικῆς πολιτείας, ἔσχε δ' ἀντιτασσόμενον ὑπὲρ τȣ͂ δήμȣ Θεμιςοκλέα τὸν Νεοκλέȣς.* Plut. Ariſt. pag. 319. conſule eumdem in Pelop. pag. 279. et in Cim. pag. 485. *ὅςγε* (Cimon) *καὶ Θεμιστοκλεῖ παρὰ τȣ͂ δέοντος ἐπαίροντι τὴν δημοκρατίαν ἀντέβαινε μετ' ΑΡΙΣΤΕΙ'ΔΟΥ.* Ariſtidis juſtitia patet ex hiſtoria, quam poſt Ciceronem et Plutarchum refert Val. Maximus. Lib. vi. cap. 5. num. 2. sed quae juſtitia Themiſtoclis animum sine dubio exacerbaverit, imo, quod et Themiſtoclis avaritiam indicaverit. v. Plut. in Ariſt. p. 320.

*Obtrectarunt inter se*] *Διεπολιτεύσαντο*: contrarias in Rep. partes foverunt. Infra 15, 5, 2. *Habuit obtrectatorem, etc. Paterculus* 2, 43, 3. iſtiusmodi obtrectationes vocat *civiles contentiones.* Valerius 3, 8. ext. 1. *acerrimi studii in administratione Reip. dissidia.* Gebhard. Plutarchus auctor eſt, tradidiſſe nonnullos, a prima aetate usque inter Ariſtidem ac Themiſtoclem fuiſſe inimicitias, ut in omni sermone ſive serio ſive ludicro dissentirent. *Buchner.* Leid. *obtractarunt.* A Cicerone Lib. iv. Tuscul. Diſput. cap. 8. pag. 280. dicitur eſſe *aegritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupiverit.* [Ingenue fateor, haec Nepotis verba parum mihi probari. Primum *Itaque* diſplicet, quod ab hoc verborum contextu plane alienum eſt, et tale aliquid deſidero, quale ex Plutarcho notavit Buchnerus: Themiſtoclem atque Ariſtidem inde a pueritia omnibus in rebus, atque ita etiam in civitate adminiſtranda, inter se diſſensiſſe. Tum verbum *obtrectare* de Ariſtide dictum offendit, cum et apud alios Scriptores et apud ipsum Cornelium Nepotem huic verbo numquam non aliqua vitii notio subjecta ſit. v. Indicem v. *obtrectatio* et *obtrectator.*]

*Quanto antestaret eloquentia innocentiae*] Quanto intervallo praecederet ac superaret innocentiam Eloquentia. Ennius Iphigenia.

*Plebs in hoc regi antistat, licet*
*Lacrymare plebi, regi honeste non licet.*

Tacitus 2. Annal. cap. 33. *Ut lo-*

**quentia innocentiae. Quamquam enim adeo excellebat Aristides abstinentia, ut unus post hominum memoriam, quod quidem nos audierimus, cognomine Juſtus sit appellatus, tamen, a Themiſtocle**

*cis, ordinibus, dignationibus antistent.* Apul. lib. 4. Metam. *Tunc inter eos unus, qui robore caeteris antistabat.* Idem l. 8. *Quamquam caeteris omnibus is genere viris antistaret.* Cum accuſandi caſu Q. Metellus Numidicus apud Gellium. *Qua in re quanto universi me unum antistatis, tanto vobis quam mihi majorem injuriam atque contumeliam facit.* Gebhardus. Leid. *constaret* Voſſ. A. B. C. [Gu. Ultr.] *antestaret.* Quadrigarius apud A. Gellium Lib. 9. N. A. cap. 13. *Qui et viribus et magnitudine et adolescentia simulque virtute caeteris antistabat.* Vide Boſii indicem. [*Antistaret* a Lambino eſt.]

*Quamquam*] Ms. Dan. *cumcum;* et in gloſſa *pro quamquam.* Boſius. [Gu. *Cumcum,* et ſupra ſcriptum: *quamquam.*]

*Quod quidem nos*] C. P. Dan. *quae quidem nos.* Leid. *quam quidem audiemus* et paullo ante pro *ut unus* Leid. *et unus.* Voſſ. A. [Gu. Ult.] *quod quidem nos audierimus.* B. *quidem nos audierimus.* Sed in Marg. *al. m. quod.*

*Justus sit appellatus*] Valer. 5. cap. 3. *Aristides, quo totius* (p. 124.) *Graeciae justitia censetur.* Vide reliqua. Phocione, *Ex quo cognomine Bonus est appellatus.* Valer. Lib. 3. c. 8. *Placidi et misericordes et liberales omnique suavitate temperati mores Phocionis, quos optime profecto consensus omnium Bonitatis cognomine decorandos censuit.* Apulejus Apologia. *Eadem enim est paupertas apud Graecos in Aristide justa, in Phocione benigna, in Epaminonda strenua, in Socrate sapiens, in Homero diserta.* Gebhardus. Praeter *Plutarchum in Aristide,* (qui multa inſignis juſtitiae ejus exempla affert) *Herodotus* 8. (cap. 79.) *Aeschines or. adv. Ctesiph. et περὶ παραπρεσβ. Diodorus Sic.* 11. Cicero Or. pro P. Sextio cap. 67. et Tuscul. 5, 36. etc. *Bosius.* Poſtea citharoedus *Dicaeus,* ſive *Δίκαιος* i. e. juſtus appellatus quoque fuit, Alexandro Thebas capiente; cauſſam docet Plinius Lib. xxxiv. Sect. 19. §. 4. pag. 651. et ideo recte addit Nepos *quod quidem nos audierimus.* Ita solent scriptores, ſic Herodotus L. ix. c. 37. *ἀνδρειότατον ἔργον πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν.* Polybius L. 1. c. 63. *ὧν ἡμεῖς ἴσμεν ἀκοῇ μαθόντες.* De noſtro Ariſtide ita Ariſtides Sophiſta in Panathen. ſive Orat. Tom. I. pag. 170. *οἱ μὲν οὕτως ἕκαστα διεῖλον, ὥστε τὸν διοικήσαντα παρ' αὐτοῖς τοῖς Ἕλλησι ΔΙΚΑΙΟΝ κληθῆναι ΜΟΝΟΝ ἙΛΛΗΝΩΝ ἀπο τούτου.* Non peccaſſet igitur contra hiſtoriam Nepos, si scripſiſſet *unus Graecorum p. h. m. — Cogn. JUSTUS sit appellatus.* de hoc Ariſtidis cognomine v. Weſſ. ad Diod. Sic. Lib. xi. c. 47. n. 33.

*Tamen, a Themistocle*] Qui in vulgus ſparſerat, Ariſtidem ſublatis judiciis, quod omnia judicaret et disceptaret, dominatum in cives voluntarium clam ſibi paraſſe. *Plutarchus in vita* pag. 322. *Bosius.* Hinc Ariſtides Tom. II. pag. 280. conjicit, hunc noſtrum Ariſtidem oſtraciſmo expulsum eſſe ante Cimonem, et Themiſtoclem; sed non eſt, cur Rhetor ille dubitet, nam

[redacted]



collabefactus, testula illa exilio decem annorum
3 tatus est. Qui quidem quum intelligeret, rep
concitatam multitudinem non posse, cedensque
madvertisset quemdam scribentem, ut patria p
retur, quaesisse ab eo dicitur, quare id fac
aut quid Aristides commisisset, cur tanta poena
4 nus duceretur? Cui ille respondit: se ignorare
stidem; sed sibi non placere, quod tam cupide

ante pugnam Salaminiam, uti Nepos refert, in exsilium fuerat ejectus, quum Themistocles demum post pugnam hanc exsilio multatus fuit; et idem verum est de Cimone. vide cap. 3. ejus vitae.

*Collabefactus*] Convulsus, ac ruinae objectus. Phocione: *Concidit autem maxime uno crimine.* Tacit. 4. Annal. cap. 60. *Qui fratrem quoque traxit in partes, spe abjecta principis loci, si priorem aetate et jam labefactum dimovisset.* Gebhardus. Plut. in Cat. Maj. p. 353. ita sese exprimit *ἐξοστρακισθεὶς, καὶ καταστασιασθεὶς ὑπὸ Θεμιστοκλέους.* et in Them. pag. 114. *ἀνεξόμενος δὲ, καὶ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκων, τέλος κατεστασίασε καὶ μετέστησεν ἐξοστρακισθέντα τὸν Ἀριστείδην.*

*Cedensque*] Proba lectio, quam omnino requirunt proxime antecedentia. Nihilominus Barthius Lib. XXIV. Adv. cap. 18. *Cadensque.* Idem statim τὸ *tam* ante *cupide* expellit. Gebhardus. Sic MSS. et infra similiter loquutus 5, 3, 2. et 13, 3, 4. Alii *sedensque.* Mox Daniel. et Leid. *animadvertisset.* Bosius. Voss. C. etiam *animadvertisset.* Pro *pelleretur* Leid. *expelleretur.* Utrumque recte, sed nihil mutandum. Cicero. l. 9. ad Fam. Ep. 9. *Si forte Pompejus pulsus his quoque locis rursus alias regiones petere cogatur.* Sallustius Jugurtha cap. 41. *In parentes aut parvi pueri tum sedibus* pellebantur. I passim *regno* ac *domo pell* teres dixisse docet cl. Bur nus ad Ovid. Ep. 12. Heroi (p. 125.) 135. [Ax. etiam e *animadvertisset*, quod H gerus haud ineptum esse nos ex optimis Codd. in te recepimus.]

*Quendam scribentem*] tarchus *in vita* pag. 322. *Apophthegm.* pag. 186. et *das* rusticum fuisse ajunt, a stulam Aristidi, ut uni de p tradidisse, et rogasse, ut A dis nomen inscriberet: i hunc fecisse. *Bosius.*

*Se ignorare*] Id est, nor se. vide praeter loca in I ad h. l. notata Brouckh. ad pert. l. 2. El. 2. vs. 56. Ex sit vim verbi Curtius Lib cap. 12. §. 17. de matre I agens, *ignorationem num antea visi Regis excusan*

*Quod tam cupide elab set*] Sic e membranis Bav legit *Schoppius Verisim.* cujus emendationem confi MSS. Dan. Gifan. Sch. [Gr Leid. In Boecleriano qu fuit: *quod ita cupide.* Ba tamen *Adversar.* 24, 18. co debat, τὸ *tam* omittendum *Non enim*, inquit, *tam s fluam affectionem, quam i honestam quaerendi no istius caussam indicabat*

borasset, ut praeter ceteros Justus appellaretur. Hic decem annorum legitimam poenam non pertulit. Nam, postquam Xerxes in Graeciam descendit, sexto fere anno, quam

*cus ille.* Nobis tot bonorum librorum consensus potior visus. Ceterum etsi laudari justitiae studium in Aristide omnino debet; imprudenter tamen egit, cum *tam cupide elaboravit, ut praeter ceteros justus diceretur.* Norat enim ingenium plebis, quod nihil eminens ferre posset. Quare colere quidem justitiam, non autem ostentare debuit. *Bosius.* Broukh. ad Propertium l. c. Bosianam forsan secutus editionem citat etiam *tam cupide.* Et sic exhibent Voss. A. C. sed Voss. B. *ita cupide.* sed an tam cupide elaboraverit Aristides hunc titulum, dubito; nam Plut. in Arist. pag. 321. inf. narrat: *πασῶν δὲ τῶν περὶ αὐτὸν ἀρετῶν ἡ δικαιοσύνη τοῖς πολλοῖς αἴσθησιν παρεῖχε διὰ τὸ την χρείαν ἐντελεχεστάτην αὐτῆς καὶ κοινοτάτην ὑπάρχειν. ὅθεν ἀνὴρ πένης καὶ δημοτικὸς ἐκτήσατο την βασιλικωτάτην καὶ θειοτάτην προσηγορίαν, τὸ ΔΙ'ΚΑΙΟΝ.* nam confirmant nequaquam Nepotis verba, quae Plutarchus deinde addit *ὃ τῶν βασιλέων καὶ τυράννων ὀυδεὶς ἐζήλωσεν.* vide dicta ad §. 2. et Plut. pag. 322. a Bosio supra jam laudatus ostendit, hanc calumniam Themistoclis malitiae acceptam esse referendam, imo responsum illud rustici, teste Plutarcho pag. 323. simpliciter hoc fuit, *ἐνοχλοῦμαι πανταχοῦ τὸν δίκαιον ἀκούων.* qui alio modo hanc rem refert, ut Bosius jam ostendit ad illa verba *quemdam scribentem*: praeterea populus hoc tempore ipso justitiam colebat. Plut. pag. 332. *Ουτω μὲν ὁ δῆμος ἦν φιλοδίκαιος, ὄυτω δὲ τῷ δήμῳ ὁ ἀνηρ πιστὸς, καὶ βέβαιος.* Praeterea Plut. in T. Q. Flam. pag. 375. adnotat *Ἦν δὲ ἄρα σπάνιον μὲν ἀνδρεία, καὶ φρόνησις ἐν ἀνθρώποις, σπανιώτατον δὲ ἄλλων ἀγαθῶν Ὁ ΔΙ'ΚΑΙΟΣ.* ubi plura memoria dignissima de Graecis imperatoribus, eorumque victoriis legi possunt. [Gu. *Aristiden.* Ult. *tam* omittit.]

*Nam postquam Xerxes*] Hunc ad Aristidem exulem misisse legatos, et tria millia Daricorum obtulisse, scribit Suidas, apud (p. 126.) quem vide, quae responderit. *Ernstius.* Suidae locus est non tantum in *Ἀριστείδης*, sed et in *Δαρεικός*.

*In Graeciam descendit*] Movit in Graeciam. sic *ἀναβαίνειν* est expeditionem suscipere. Eodem modo, quo Latini *descendere*, Graeci *καταβαίνειν* jungunt. Memini ap. Diod. scriptum *Τεθαῤῥηκότως καταβαίνειν εἰς τὸν πόλεμον*. Xenophon Agesilao: *Ἐπειδὴ ὁ Πέρσης πρόσθεν τὴν Ἑλλάδα διέβη, ἀντὶ. διαβῆναι ἐπ' αὐτόν. Gebhardus.* Adi Tennul. ad Frontin. lib. 2. Strateg. cap. 1. num. 35.

*Sexto fere anno*] Imo tertio, juxta *Plutarchum in vita* pag. 323. Cum quo facit *Scaliger ad Euseb. num.* 1133. qui revocatum ait anno 1. Olymp. LXXV. ejectum Olymp. LXXIV. anno II. Schottus *quarto anno* revocatum scribit; sed includit eum, quo expulsus est. Et sic fortasse Nepos scripsit; mutavit autem librarius, trajecta virgula, IV*to* in VI*to*. *Bosius.*

*Quam erat expulsus*] Reposui lectionem, quam MSS. Schotti et Boecl. ac Ed. Ultrajectina exhibent; omissa vocula *post*; quam in aliis Codd. librarii, quibus haec ellipsis insueta erat, de suo addiderant. [Lambin. addidit, non librarii.] Nam sic saepe veteres. Suetonius Claud. 17.

erat expulsus, populi scito in patriam restitutus est.

*Sexto, quam profectus erat mense Romam rediit.* Curtius 4, 4, 19. *Tyrus septimo mense, quam oppugnari coepta erat, capta est.* Plinius H. N. 8, 42. de equo: *Terram attingere ore, triduo proximo, quam sit genitus, negant posse. Bosius.* Leid. etiam abjicit *post*, ut et Voss. A. B. C. [Gu.] Pro quo dixit Noster in Dione cap. 5. *Post diem tertium, quam Siciliam attigerat.* Est et Liviana locutio, ut l. 3. cap. 33. *Anno trecentesimo altero, quam condita Roma erat.* Et lib. 4. cap. 7. *Anno trecentesimo decimo, quam urbs Roma condita erat.* et Eod. cap. *Tertio mense, quam inierunt*, et ita saepius. Adde Abr. Gronovium ad Justinum lib. 26. cap. 1. num. 10. Arntz. ad S. A. Victorem de V. I. cap. 42. num. 6.

*Populi scito*] Vulgati omnes, *plebiscito*. Sed neutiquam spernendum judico τὸ *populi scito*, quod et heic in Mss. Dan. [Gu.] ac Leidensi, et in iisdem aut aliis Codd. infra legitur 7, 5, 4. 15, 7, 4. 19, 2, 2. Id, sive quod abbreviate scriptum esset *ppliscito* vel *pliscito*, seu quod ignotum illis esset, imperiti librarii in notius mutarunt. Dicebatur autem apud Romanos *populi scitum* lex sive jussum a populo factum. *Festus in schedis Farnesianis*, ut a viris doctis suppletae sunt, *col.* 136. *Scitum populi dicebatur, quod sine plebe cunctus patricius ordo, rogante patricio, suis suffragiis jussit: quod autem aliquo interrogante ex patribus, et plebe suffragante scitum esset, id jam leges scriptae dicebantur. Sed illud plebeiscitum est, quod Tribunus pl. sine patriciis plebem rogavit, id est, consuluit, plebesque scivit.* Tacit. 3. A. 58, 2. *nulla de eo populi scita; non in libris caerimoniarum reperiri.* Ceterum ita dictum, quia *populus scivit*, h. e. sanxit, constituit. Idem *Festus* col. 76. *quod in omnes homines resve populus scivit, lex appellatur.* Boethius in Topica Cicer. lib. 3. *Lex est, quam populus centuriatis comitiis sciverit.* Apte igitur Noster hac voce expressit decreta sive ψηφίσματα Atheniensium, quae non a plebe, sed ab universo populo in concione sanciebantur. Nam psephismate revocatum cum aliis Aristidem, clare apparet e *Plutarcho*; cujus haec sunt pag. 323. verba: λύσαντες τὸν νόμον, ἐψηφίσαντο τοῖς μεθεστῶσι κάθοδον. Similiter *Livius* 45, 25. (p. 127.) decretum Rhodiorum, quod Polybius ψήφισμα dixerat, *scitum populi* vocat. *Societatem, inquit, ab Romanis ita volebant peti, ut nullum de ea re scitum populi fieret, aut litteris mandaretur: quod nisi impetrarent, major repulsis ignominia esset.* Polybius dixerat: τοῦτο δὲ ἐποίησαν, βουλόμενοι ἢ διὰ τοῦ ψηφίσματος καὶ πρεσβείας ἀποτυχεῖν, ἐὰν ἄλλως δόξῃ Ῥωμαίοις: *in Excerpt. Legation. ecloga* 93. *Bosius.* *Plebescito* Voss. B. *Plebiscito* [Axen. Ultr.] Leid. et Voss. A.

*Restitutus est*] Ejecerat Aristidem improvida plebs: nunc ingruente bello poenitet eam stultitiae suae. Recte Comicus dixit: *Tum demum nos nostra intelligere bona, cum, quae in potestate habuimus, amisimus.* Sed metus quoque erat, ne Aristides, quod *Plutarchus* p. 313. observat, in Xerxis

partes transiret, ac referret injurias, quas intulissent. Metiebantur enim maximum virum suo modulo, et talem Aristidis quoque statuebant animum, qualis vulgo inesse hominibus solet. *Bucknerus.* Adde Plut. in Them. pag. 117. qui hoc populi scitum adscribit ipsi Themistocli, scribens *Ταῦτα δὴ μεγάλα τῦ Θεμιςοκλέυς. καὶ τὺς πολίτας αἰσθόμενος ποθῦντας Ἀριςείδην, καὶ δεδιότας, μὴ δι' ὀργὴν τῷ βαρβάρῳ προσθεὶς ἑαυτὸν ἀνατρέψῃ τὰ πράγματα τῆς Ἑλλάδος* —— *γράφει ψήφισμα, τοῖς ἐπὶ Χρόνῳ μεθεςῶσιν ἐξεῖναι κατελθῦσι, πράττειν, καὶ λέγειν τὰ βέλτιςα τῇ Ἑλλάδι μετὰ τῶν ἄλλων πολιτῶν.* Hem astutias! Hoc vero statuerunt falso Athenienses; nam Plut. in Arist. pag. 323. adnotat, quod Aristides urbe excedens, *τὰς Χεῖρας ἀνατείνας εἰς τὸν ὀυρανὸν, ηὔξατο τὴν ἐναντίαν (ὡς ἔοικεν) ἐυΧὴν τῷ ἈΧιλλεῖ, μηδένα καιρὸν Ἀθηναίυς καταλαβεῖν, ὃς ἀναγκάσει τὸν δῆμον Ἀριςείδυ μνησθῆναι.* Postquam vero restitutus est, summo in honore in patria fuit habitus usque ad ultimum vitae diem, unde Philiscus ad Ciceronem exsulem consolandum dixit apud Dionem Cassium Lib. xxxviii. cap. 27. *μέμνησθε δὲ, ὅσον Ἀριςείδης τῦ Θεμιςοκλέυς ὕςερον διήνεγκεν.* ubi Fabric. Quo fugerit Aristides, a paucis indicatur. Suidas dicit, quod *ὁ ἀυτὸς διέτριψεν ἐν Αἰγίνῃ φυγών.* Ovidius Lib. 1. Ex Pont. Epist. iii. vs. 71. canit:

*Pulsus Aristides patria Lacedaemona fugit.*

Forsan, quia Aeginam *περιέΧυσιν ἥτε Ἀττικὴ, καὶ ἡ Μεγαρὶς, καὶ τῆς Πελοποννήσυ τὰ μέΧρι Ἐπιδαύρυ, σΧεδόντι ἑκατὸν ςαδίυς ἑκάςη διέΧυσα*, teste Strabone Lib. viii. pag. 576. et Lacedaemon totius regionis tractus dicitur; ut nuper etiam observavit cl. Wess. ad Herodot. L. vii. cap. 234. In hac insula commoratum fuisse Aristidem, populi suffragiis Athenis in exsilium ejectum, patet ex Herodoto Lib. viii. cap. 79. et Plut. Arist. pag. 323. De Aegina inter Strabonem, et P. Melam Lib. ii. cap. 7. lin. 80. fere convenit. Hinc forsan Aeginetae ab Aristide apud eos commorato, ad antiquam simultatem deponendam, et cum Atheniensibus pro communi Graeciae salute pugnandum incitati tam strenue in pugna Salaminia pugnarunt, ut juxta Herodotum inter Graecas civitates palmam eorum civitas retulerit. v. Plut. in Them. pag. 120. sed de hoc Herodoti loco, qui est Lib. viii, cap. 93. consulendus stupendae eruditionis Vir, L. C. Valckenarius, num. 67.

[redacted]



## CAP. II.

1 Interfuit autem pugnae navali apud Salam quae facta est prius, quam poena liberaretur. I praetor fuit Atheniensium apud Plataeas in prae quo Mardonius fusus barbarorumque exercitus in

(p. 128.) *Interfuit a. pugnae* ] Inter quam adsumtis multis gravioris armaturae militibus genere Atheniensibus, Persas, qui Psyttaleam insulam, ut adnatantes e naufragio suos servarent, hostes necarent, occupaverant, omnes exceptis quibusdam illustribus interemit, ut referunt *Herodotus* 8. et *Plutarchus* p. 323. *Bosius*. De hoc loco Nepotis consule Valcken. ad Herodot. Lib. VIII. cap. 81. lin. 5. et Wess. ad cap. 95. n. 6. et 9.

*Salamina*] Accusativus Graecus pro *Salaminem*. Quid ergo alii mutare aggrediuntur? insula enim illa in Sinu Santonico prope Peloponnesum *Salamis* creberrime appellatur, *Salaminam* nuncupari non memini. Notus est Oraculi versus ὦ θείη Σαλαμὶς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν. *Gebhardus*. Lamb. mallet *Salaminam* aut *Salaminem*, nulla necessitate. Vid. sup. ad 2, 2, 8. *Bosius*. Lectio Vulgata certe retineri potest. Attamen *Salaminam* exhibent [Ax. Gu.] tres mei Vossiani, item Cod. Leid. et Voss. B. C. in Themist. cap. 6. Quare *Salaminam* si quis hic reponeret, non refragarer. Argumentum, quo hic utitur Gebhardus, infirmo nititur talo, licet enim haec insula a Graecis *Salamis* appelletur, non tamen inde sequitur *Salaminam* nuncupari non licere, cum Latini ex ejusmodi Graecorum Accu-

sativis saepe Nominativos fa soliti fuerint, ut recte obse cl. Oudendorp. ad J. Obseq tem de Prodig. cap. 74. P terea *Salamis* et *Salamina* teres dixisse, potuissent eum cere Justinus et Servius. praeter Bosium ad Themist cap. 4. Perizon. ad Sanctii nerv. Lib. 1. cap. 9. num. 4 Duker. ad Florum. Lib. 4. 11. num. 4.

*Prius quam* ] Abest a V C.

*Idem praetor fuit*] Et qui αὐτοκράτωρ. *Plutarchus* 325. Χειροτονηθεὶς στρατ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τὴν μάχην. sita a. erat haec αὐτοκρατ (si credimus *Petito ad LL.* 8, 5. pag. 251.) tum in belli paratu adornando, tum in b pro arbitrio administrando, ne ut apud Romanos sol Dictator. *Bosius*. Plut. in Maj. pag. 353. Ἀριστείδης μ Μαρδονίῳ καὶ πάλιν ἐν L ταιαῖς δέκατος ἦν στρατη Vide Plut. in Aristid. pag. qui addit: Μέγιστον μὲν ἀξίωμα Μιλτιάδης, δόξη δυνάμει δεύτερος ἦν Ἀριστεί Haec ergo omisit Nepos, ut vidit Magius.

*Mardonius* ] Quem Xe post cladem Salaminiam in G cia reliquit. V. inf. 4, 1, *Plut. Aristide* pag. 324. *Bos* Hinc Aristides Tom. II. p. de Xerxe καὶ, ὃν κατέλιπε Μ δόνιον, θανατῶντα, ὡς εἰκ

fectus est. Neque aliud est ullum hujus in re militari 2
illustre factum, quam hujus imperii memoria; justitiae vero et aequitatis et innocentiae multa: in primis, quod ejus aequitate factum est, quum in communi classe esset Graeciae simul cum Pausania, quo duce Mardonius erat fugatus, ut summa imperii maritimi ab Lacedaemoniis transferretur ad Athenienses. Namque ante id 3
tempus et mari et terra duces erant Lacedaemonii. Tum autem et intemperantia Pausaniae et justitia factum est

κατέλιπε, καὶ ἅμα ἐμοὶ δοκεῖν, ὅπως ἔχοιεν πρὸς ὃν ἀσχολοῖντο οἱ Ἕλληνες. Plut. in Them. pag. 113. Xerxēs inparem se hostibus sentiens. *Μαρδόνιον ἐμποδὼν εἶναι τοῖς Ἕλλησι τῆς διώξεως μᾶλλον ἢ δουλωσόμενον αὐτὸν κατέλιπεν.* Hic relictus erat, teste Plut. in Aristide, *τοῦ στρατοῦ τὸ μαχιμώτατον ἔχων περὶ τριάκοντα μυριάδας.* Fusus Mardonius ad Plataeas magistratu Xanthippidis. v. Eumd. p. 321.

*Interfectus est*] Ita pro *est interfectus* legunt Voss. A, B. C. [Ax. Gu. In antiquioribus edd. ut in Ult. *est* omittitur. Lambinus *est interfectus* edidit, sed alterum in Codd. exstat.]

(p. 129.) *Neque aliud est ullum*] Fuit tamen Praetor cum caeteris, bello Marathonio, atque in eo strenue se gessit, ut *Thucyd.* et *Plutarchus* testantur. Sed quia consilio et auspiciis Miltiadis, in quem totum exercitus imperium translatum est, in campis Marathoniis pugnatum est, non huic, sed Miltiadi victoriae laus tributa fuit. *Magius.* [Si *factum* deleas, sanitatem huic loco reddas. v. 15, 7, 3. 21, 1, 3. *Heusinger.*]

*Justitiae et aequitatis*] Exempla commemorat *Tullius* 3. *Offic.* 11. *et* 23. Pro *innocentiae* Schottus putabat *continentiae* rescribendum: sed frustra. *Innocentia* enim quandoque idem quod abstinentia est, et avaritiae opponitur. Vide *Cic. pro L. Manil.* cap. 13. *Bosius.*

*Cum in communi classe esset Graeciae simul cum Pausania*] Ab Atheniensibus dux ad bellum, collega Cimone, missus. v. *Plutarchus* pag. 332. *Bosius.*

*A Lacedaemon.*] Cod. P. Dan. *ab Lacedaemon.* Pro *namque ante id* Leid. *namque id ante id.* Et pro *tum*, *tunc.* [Ax. *ab Lac.* non: *a.* Etiam Gu. *ab*, sed Ult. *a.*]

*Intemperantia*] Impotentia, saevitia, superbia, *βαρύτητι.* v. *Plutarchus l. c. Bosius.* Voss. C. *tum autem intemperantia.* *ὕβριν* vocat Herodotus Lib. VIII, cap. 3. sed quomodo rem narrat? *ὡς γὰρ δὴ ὠσάμενοι τὸν Πέρσεα, περὶ τῆς ἐκείνου ἤδη τὸν ἀγῶνα ἐποιεῦντο, ΠΡΟΦΑΣΙΝ ΤΗΝ ΠΑΥΣΑΝΙΕΩ ΥΒΡΙΝ ΠΡΟΙΣΧΟΜΕΝΟΙ, ἀπείλοντο τὴν ἡγεμονίην τοὺς Λακεδαιμονίους.* Quae verba recte vertit Is. Casaubonus ad Polybium p. 96. *Pausaniae perfidiam praetexentes*, et unde praetextus iste manaverit, patebit ex eodem Casaubono, quem ideo jam ad Herodoti locum citavit cl. Valckenarius. De hac re consule Aristidem Oration. Tom. I. p. 209. Plut. in Arist. pag. 332. (*Ἀριστείδης*) *ἔλαθε τῶν Λακεδαιμονίων, οὐχ ὅπλοις, οὐδὲ ναυσὶν, οὐδ' ἵπποις, εὐγνωμοσύνῃ δὲ,*

Aristidis, ut omnes fere civitates Graeciae ad Atheniensium societatem se applicarent, et adversus barbaros hos duces deligerent sibi.

καὶ πολιτείᾳ τὴν ἡγεμονίαν παρελόμενος. ita ut Graecos caeteros potissimum Aristidis aequitas inpulerit ad imperium in Athenienses transferendum; vide omnino cl. Valkenarium, qui observat ad Herodot. l. l. hanc rem evenisse triennio post Ol. LXXXV. 4. confer Plut. pag. 333. *Ut omnes fere civit. etc.* Narrant *Diodor.* 11. *Plutarch. Arist.* pag. 332. *seqq.* Tangi et *Thucyd.* Lib. 1. quanquam Aristidem non commemorat *Lamb.* Pro *deligerent* Voss. C. *diligerent.*

## CAP. III.

1 Quos quo facilius repellerent, si forte

(p. 130.) *Quo facilius repellerent etc.*] Editio Longolii: *quos quo facilius repellerent, si, f. b. r. conarentur; ad classes aedif. etc.* Sed alteram lectionem distinctionemque praeferebat Magius, tanquam manuscriptorum fide nixam. τὸ *quos* tamen et in Leid. fuit. *Bosius.* Voss. A. B. C. item meus Leid. *quos quo fac. rep.* Codicum auctoritate freti, si legamus *quos quo facilius repellerent*, ab his verbis tertium caput initium sumere, per me licet. Sed adhuc aqua mihi haeret. [Ax. etiam [Gu. Ult.] *Quos quo facilius repellerent*, quod unice verum videtur. Primum enim e vulgatae lectionis ratione claudicare periodum et mancam esse quisque sentiet. In verbis enim, *quo facilius repellerent*, pronomen desideratur. Deinde ea, quae sequuntur, *ad classes* [Gu. *classis*] *aedificandas* etc. conjunctione, qua cum antecedentibus nectantur, non bene carent. Praeterea omne auctoris consilium lectione vulgata, [quae in Ed. Ald. Mag. et Lamb. est,] misere turbatur. Ex hac enim lectione rationem, cur Graecorum civitates se ad Atheniensium societatem applicuerint, Cornelius reddit potissimum hanc: *quo facilius barbaros repellerent.* Quo quid cum ab re, tum ab hoc loco, esse potest magis alienum? Cornelius enim, ut Aristidis virtutes lectoribus probet, commemorat *primum* ejus justitia factum esse, ut omnes Graecorum civitates, Pausaniae intemperantiam pertaesae, ad societatem Atheniensium se applicarent; *deinde*, eundem, justitiae quippe laude florentem, delectum esse, qui constitueret, quantum pecuniae quaeque civitas daret ad classes aedificandas exercitusque comparandos; his *denique* addit, cur Graecis hoc placuerit: *quo sic eo facilius repellerent barbaros, si forte bellum reparare conarentur.* Verbo, ut Heusingerus dicit, Graeci, quo facilius repellerent barbaros, non tam ad Atheniensium societatem se appli-

bellum renovare conarentur, ad classes aedificandas exercitusque comparandos quantum pecuniae quaeque civitas daret, Aristides delectus est, qui constitueret, ejusque arbitrio quadringena et sexagena talenta quotannis Delum sunt collata. Id enim commune aera-

cuerunt, quam commune aerarium constituerunt. In his autem Cornelio praeivit Thucydides 1, 96. neque aliter Diodorus Siculus 11, 47. In sequentibus Ax. verissime: *ejusque arbitrio*, quod equidem haud dubitanter reciperem, testibus luculentissimis firmatum. *Mosche.* Ult. *Ejus*, sed melius Dan. Gu. *ejusque.*]

*Bellum renovare*] De novo et integro inferre. Hamilcare. *Sed ita, ut statim mente agitaret, si paullum modo res essent refectae, bellum* renovare. Hirtius. Lib. 8. cap. 1. *Complures eodem tempore civitates renovare belli consilia nitebantur.* Tacit. Lib. 3. Annal. cap. 20. p. *Eodem anno Tacfarinas bellum in Africa* renovat. *Gebh.* In genere *renovare* est iterare. Vide Servium ad Virgil. 2. Aen. 3. phrasin vero hanc illustrat Cortius ad Sallust. Jugurth. cap. 36. num. 1. et ad cap. 51. num. 5.

*Quantum pecun. quaeque civit.*] Vide collecta *Meursio Fortun. Attic.* cap. 7. pag. 52. *et seqq.* Bosius.

*Aristides delectus est*] Ab universa Graecia. Vid. *Plutarch.* vita pag. 333. Bosius.

*Quadringena et sexagena tal.*] Vide Scholiastem Acacii ad Thucyd. pag. 41. *Ernstius.* Sic MSS. Gif. Dan. Sch. et Boecleri. [Gu. sed Leid. 1. *quadragena et sexagena.* Ult. *quadringenta et sexaginta.* Axen. *quadragena sexaginta*, non *quadringena sex.* quod Heusingerus, neque *quadringena et sex.* quod Fischerus laudat.] Infra 7, 9, 3. *ex quo quinquagena talenta vectigalis capiebat.* Vulgo editur: *quadringenta et sexaginta.* Bosius. Voss. B. *Quadringenta et sexagena.* Sed in marg. alia manu *sexaginta.*

*Sunt collata*] Epaminonda. *Priusquam acciperet pecuniam, adducebat eum, qui quaerebat, ad eos, qui* conferebant. Flaccus Lib. 1. Arg. vs. 358.

— *Hinc Talaus, fratrisque Laodocus urget*
*Remo terga sui, quos nobile* contulit *Argos.*

Contribuit ad expeditionem Colchicam. *Gebhardus.* Pro *Delum* Voss. C. *In bellum.* pro *ejus arbitrio* Voss. A. B. C. *ejusque arbitrio.*

*Commune aerarium*] Thucyd. (p. 131.) Lib. 1. cap. 96. *ταμεῖον Δῆλος ἦν αὐτοῖς καὶ ξύνοδοι ἐς τὸ ἱερὸν ἐγίνοντο.* Solebant autem veteres in fanis pecunias suas privatas et publicas deponere. *Infra* 23, 9, 3. *Cic. de legib.* 2, 16. *Plaut. Bacchid.* 2, 3, 72. et 78. Lambinus. Adde *Brodaeum Miscell.* 4, 17. *Joh. Laurentium Polymathiae* 1, 1. et *not. ad* 23, 9, 3. Bosius. Nec non Bernegg. ad Justin. Lib. 5. cap. 6. Ill. Spanhem. ad Aristophan. Plut. vs. 119. Cel. J. Perizon. ad Aelian. Lib. 13. V. H. cap. 2. sic Romae pecuniam deponebant in templo Saturni, et Pacis. v. Serv. ad Virg. 2. Georg. vs. 502. et Gronov. ad A. Gell. Lib. 3. N. A. cap. 9. Davis. ad Ciceron. Lib. 11. de legib. cap. 16. pag. 136. et quis

[redacted]



rium esse voluerunt. Quae omnis pecunia postero
2 tempore Athenas translata est. Hic qua fuerit abstinentia, nullum est certius indicium, quam quod,

non? Delum insulam Athenienses praetulerunt, ut insulam suburbanam, etsi non subditam, tamen a se maxime pendentem civitatem. Omnibus autem hunc locum commendabat insignis templi sanctitas, unde Pausanias Lib. III. cap. 23. dicit *Τῆς γὰρ Δήλου τότε ἐμπορίου τοῖς Ἕλλησιν οὔσης* (confer Strabonem L. XIV. pag. 985. jam citatum a Spanhem. ad Callim. H. in Del. Festum in voce *minorem* et Ciceron. pro lege Manilia c. 18.) *ΚΑΙ' Α'ΔΕΙΑΝ ΤΟΙΣ Ε'ΡΓΑΖΟΜΕ'ΝΟΙΣ ΔΙΑ' ΤΟ'Ν ΘΕΟ'Ν ΔΟΚΟΥ'ΣΗΣ ΠΑΡΕ'ΧΕΙΝ.* Doctissimus Hudson ad Thucydidem Lib. I. cap. 96. l. 64. adjicit, quia locus erat munitissimus; sed in eo errat, nam idem Pausanias mox addit: *ὅτε οὔσης ἀτειχίστου τῆς Δήλου.* Hunc Hudsonii errorem jam ante me detexit Dorvillius in Descriptione Deli cap. 3. in Obs. Misc. Vol. VII. Tom. I. confer Spanh. ad Callim. H. in Delum vs. 24. qui hunc Pausaniae locum, melius, quam ab interprete, versum jam ad partes vocavit.

*Quae omn. pecunia etc.* ] V. Justin. 3, 6, 4. *Bosius.* Quid Theophrastus de hac pecunia contra foedus, consentiente Aristide, et respondente *οὐ δίκαιον μὲν, συμφέρον δὲ τοῦτ' ἐστι,* Athenas translata dixerit, vide Plut. in Aristid. pag. 334. Unde bellum Peloponnesiacum ortum sit, in notulis historicis meis ostendi, cujus facti me nondum poenitet, nam haec vera et prima hujus belli fuit caussa; altera me quoque non latet: nempe tabula Attico commercio Megarenses prohibens, de qua tabula mentio fit apud A. Gellium Lib. VI. N. A. cap. 10. quam Pericles omnibus modis ratam voluit, ut populus bello distentus alia potius omnia ageret, quam rationem a se exigeret pecuniae sibi creditae, quam ipse sub sacro nomine in suos usus averterat. v. Kuhn. et Periz. ad Aelianum Lib. XII. V. H. cap. 53. §. 5. quibus adde Diodor. Siculum Lib. XII. cap. 38, 39, 40. cum notis cl. Wesselingii; de pecunia a Pericle *εἰς τὸ δέον*, ut dicebat inpensa, confer Suidam in *Δέον*, *εἰς Δέον* et *εἰς τὸ Δέον* cum Montefalcon. Bibl. Coislin. pag. 608, 609. Hujus belli vera origo (de qua Plut. in Pericle pag. 169. testatur *τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν, ὅπως ἔσχεν, οὐ ῥᾴδιον γνῶναι.*) videtur latuisse Lacedaemonios ipsos, opinatos, exortum propter antiquam Talthybii iram. v. Herodot Lib. VII. (p. 132.) cap. 137. Quocumque vero modo caussam hujus belli referas, Pericles fuit auctor; id quod ipsi Megarenses probe sciverunt, totam caedem Anthemocriti, quae sibi objiciebatur, fictam ostendentes. Historiam de hoc Anthemocrito vide apud Plutarch. in Pericle pag. 168. quam historiam vix intelligas, licet a Pausania Lib. I. c. 36. Suida, et Harpocratione p. 42. cum notis Valesii, Maussaci, et J. Meursio Lib. III. Athen. Att. cap. 5. memoratam, nisi cum hisce Plutarchum l. l. et pag. 169, 170, 171. conferas. [Gu. *postero die tempore.*]

*Quam quod quum*] Leid. *quam quum.* ut et Voss. C. Voss. B. n. e. c. *indicium majusque* : et paullo ante Voss. A. *Hic fuerit abstinentia*, omisso *qua.* [Ax. *est indicium certius.* Etiam in

quum tantis rebus praefuisset, in tanta paupertate decessit, ut, qui efferretur, vix reliquerit. Quo factum est, ut filiae ejus publice alerentur, et de 3

Gu. et Ultraj. *quod* omiſſum eſt, recte additum a Lambino.]

*In tanta paupert.*] *Plut. Aristide princ. et in Apophtegm.* pag. 186. *Frontin.* 4, 3, 5. ubi ſimilia exempla habet, §. 3. et 4. In dubium vocavit Ariſtidis paupertatem *Demetrius Phalereus*, cui reſpondet *Plutarch. l. c.* Bosius.

*Quibus effer.*] Cod. P. Dan. [Gu. Ult.] *qui efferretur.* Quae viri docti h. l. adnotarunt, notiſſima ſunt e Donato ad Terent. Andr. 1, 1, 90. cui tamen verbum *efferre* non satis uſitatum a Latinis videtur, dicenti Virgilium Lib. 4. Georg. vs. 256. ausum eſſe de funere verbo *exportare*, ut Graecum *efferre* vitaret. Verum eſt, a Graeco ἐκφέρειν derivari, unde ἐκφορά de funeris elatione proprie uſurpatur. v. praeter alios Doctiſſim. Raphel. ad Acta Apoſt. cap. 5. com. 6. et Ill. Spanhem. ad Ariſtophan. Plut. vs. 1009. Sed in Latium receptum eſſe, patet ex variis ipſorum Romanorum formulis, et Auctoribus res Romanas describentibus; sed malumus cum J. Lud. de la Cerda ad l. l. ſtatuere, Virgilium verbum *exportare* adhibuiſſe, ut exprimeret Graecorum ἐκκομίζειν, de quo verbo egit Doctiſſ. Elsner. ad Evangel. Lucae cap. 7. comm. 12.

*Ut filiae ejus publ. alerentur*] Teſtatur et id *Aeschines in fine Orat. contra Ctesiph.* Quantum autem dotis nomine datum sit filiabus, et quanta liberalitate totum genus Ariſtidis proſecuti sint Athenienſes, apud *Plut. in vita ejus* legere licet. *Longolius.* Alebantur autem *publice*, i. e. ex publico, sumtu publico: e Prytaneo ſcil. (ut *Plutarch.* ait pag. 335.) ubi bene de Rep. meritis, eorumque poſteris communis victus dabatur. De quo vide *Meursium Athen. Attic.* 1, 8. Bos. Leid. *aut publice.* Pro *filiae* Voſſ. C. *filias.* Pro *factum est* Voſſ. A. [Gu.] *Quo factum ut.* Saepe hoc verbum omittitur: in Themiſt. cap. 17. ex Voſſ. B. *Gestus ei mos.* in Iphicrate cap. 2. num. 4. ex Voſſ. B. *Quo facto magnam adeptus gloriam.* in Lyſandro cap. 1. in Voſſ. C. *Sed immodestia factum adversariorum.* Livius Lib. 11. c. 33. *Agi deinde de concordia coeptum, concessumque in conditiones.* cap. 39. *Imperatores ad id bellum de omnium populorum sententia lecti Attius Tullius, et C. Martius exul Romanus, in quo aliquanto plus spei repositum.* cap. 43. *Q. Fabius inde, et C. Julius consules facti.* Lib. 4. cap. 21. *exercitus in agrum Vejentem ac Faliscum ducti: praedae abactae hominum pecorumque, hostis in agris nusquam inventus, neque pugnandi copia facta, urbes tamen non oppugnatae*: qui ita centies. Propertius ex Broukhuſii emendatione Lib. 1. El. 2. vs. 7.

*Crede mihi, non ulla tuae*
*medicina figurae.*

(p. 133.) Conſule Broukh. ad Lib. 2. El. 21. vs. 44. et propius ad rem Lucanus ex vera Cl. Oudendorpii emendatione L. 1. vs. 120.

*Morte tua discussa fides, bel-*
*lumque movere*
*Permissum ducibus.*

[redacted]



communi aerario dotibus datis collocarentur. Decessit autem fere post annum quartum, quam Themistocles Athenis erat expulsus.

Et de hac elegantia inprimis consulendi sunt Jac. Perizonius Epist. 28. ad N. Heinsium pag. 771, 772. et Cortius ad Sallustium Cat. c. 20. num. 13. Graecos et Poëtas et Historicos hoc verbum substantivum saepius omisisse, non necesse est, ut multis probemus. Vide tamen de Poëtis Schol. Pind. O. Pyth. 12. vs. 50. et Schol. Aristophanis in Ranis vs. 1547. ex Historicis mille loca concisae hujus Orationis adducere possemus. Itaque verbum *est* hic facile abesse potest.

*Collocarentur* ] Nuptum darentur. Epaminonda, *aut virgo amici nubilis propter paupertatem* collocari *non posset*. M. Cicero Lib. II. de Offic. *Cum consuleretur, utrum bono viro pauperi an minus probato diviti filiam* collocaret. Idem de inventione. *P. Scipio Corneliam filiam T. Graccho* collocavit. De illis, quorum filiae publice ex aerario dotatae fuerint collocatae nuptum, vide Valer. Maxim. Lib. 4. cap. 4. de Paupertate laudata. *Gebhardus*. De dote harum filiarum vide Cel. J. Perizon. ad Aelian. Lib. 10. V. H. cap. 15. Quid vero de Aristidis paupertate dicat Plutarchus, v. in Parallell. Aristidis, et Catonis Maj. pag. 354.

*Decessit* ] De mortis genere, quod sciam, apud auctores nihil exstat, nisi quod restitutus in pristinum statum, quaestura functus honeste decesserit. Quamobrem non satis possum mirari, quod de ejus morte a Seneca cons. ad Albin. c. 13. scriptum est: *Ducebatur Athenis ad supplicium Aristides etc.* Sed quia id plerique omnes Phocioni adscribunt, *μνημονικὸν ἁμάρτημα* in *Seneca* esse arbitror. *Longolius*. De loco mortis et sepulchro publice ei constructo vid. Plut. 334. et seqq. *Bosius*. Naturali lege Aristidem mortuum esse patet ex ipso verbo *decedere*, quod de naturae debitum reddentibus solet adhiberi. vide cl. Scheffer. ad Phaedri Lib. 4. fab. 4. idque ex infinitis auctorum locis confirmari posset, inspice modo lector Livii 1. c. 34. Suetonii August. cap. 101. et Justini Lib. 1. c. 1. Lib. 4. c. 2. Lib. 9. c. 8. Lib. 20. c. 4. et ita centies.

*Quam Themistocles Athenis erat expulsus* ] Id quod *Diod. Siculus* factum ait Olymp. LXXVII. anno II. *Bosius*.

# IV. PAUSANIAS.

## CAP. I.

PAUSANIAS LACEDAEMONIUS magnus 1

(p. 134.) PAUSANIAE res amplius memorabunt tibi *Plutarchus in Aristide et alibi*, *Thucydides* 1. *Herodotus* Lib. 9. *Diodorus* 11. *Aelianus* v. h. 4, 7. *Polyaenus* 8. *Xenophon hist. Graec.* 2. *Justin.* 2. 15, 16. 5, 10, 6. 6, 4, 7. *Valerius Maxim.* 2, 6, 1. *Suidas etc.* Boeclerus.

*Pausanias Lacedaemonius*] Cleombroti filius; ut *Herodotus* 9. *Thucydides* 1. et 2. Epigramma vetus apud *Athenaeum* 12, 9. *Plutarchus in Apophth. Lacon.* *Suidas* et alii vocant. Non igitur Agesilai, aut Hegesilai. vid. inf. *ad* cap. 5, 2. *Bosius*. Suidas ex Thucydide et Plutarcho haec refert. *Παυσανίας κλεομβρότυ καὶ ἀγχιθέας, βασιλεὺς λακεδαιμονίων.* sic infra quoque c. 3, 5. *rex* vocatur. *Ernstius*. v. not. post. Hegesilaum tamen Pausaniae patrem facit quoque Chrysermus in Stob. Serm. XXXVIII. pag. 228. citatus a Wess. ad Diodor. Sicul. Lib. XI. cap. 45. n. 71. sed male, fuit enim pater ejus Cleombrotus. vide Bosium ad c. 5. hujus vitae.

*Magnus homo*] Et sic loquuntur Latini, ne quis sequioris aevi flosculum putet, Aemilioque Probo Cornelii labores adjudicet. Livius Lib. 35. cap. 10. *Quae res minus verendos* magnos homines *ipsa satietate facit.* Sallust. Orat. 2. ad Caesarem. *Hostem adversum deprimere strenuo homini difficile est.* Gebhard. Cicero in Lucullo c. 1. *Omnis liberalis et digna homine nobili ab eo percepta doctrina*, et 2. ad Fam. Ep. 7. *Etiamne tu has ineptias homo (mea sententia) summa prudentia* etc. Terent. Phorm. 5, 6, 14. *Homo hominum ornatissime.* Neque vox *homo* Pausaniae persona est indigna, cum a Val. Maximo de rege Antiocho adhibeatur, teste cl. Burman. ad Phaedr. L. 2. fab. 5. vs. 19. Et saepius a Cicerone in bonam partem conjungitur cum *viro*, de eo qui virtutibus elucet, addito epitheto *magnus* vel simili, ita tamen, ut aliquid discriminis inter utramque esse videatur, quod exprimere verbis vix possis, ut censet Vavassor de vi et usu quorumd. verb. pag. 49. *Magnus* etiam heic magnum quid notat, positum quippe pro illustri, nobili, virtute sua et factis insignibus conspicuo ac potenti. Ovid. Lib. 2. Art. Amat. vs. 709.

*Fecit et in capta Lyrneside*
*magnus Achilles.*

Tibullus L. 4. El. 1. vs. 175. de Messala.

[redacted]



homo, sed varius in omni genere vitae fuit. Nam
2 ut virtutibus eluxit, sic vitiis est obrutus. Hujus illustrissimum est praelium apud Plataeas. Namque illo

*Ergo ubi per claros ierint tua facta triumphos,*
*Solus utroque idem diceris* magnus *in orbe.*

Servius ad Virgil. 1. Aen. vs. 292.

*Julius a* Magno *demissum nomen Iulo.*

notat, *a Magno, sicut Alexander, sicut Pompejus. Graeci enim omne magnificum* magnum; (p.135) de Pompejo v. Cel. Burm. ad Petron. cap. 124. pag. 592. de Alexandro res nota. Sic Caesar Augustus, qui alibi *invictus* et *altus* vocatur, peculiari hoc honoris nomine insignitur. vid. Broukh. ad Propert. L. 2. El. 1. vs. 26. unde posteriores Imperatores *magni* non solum sed et *maximi* fuere dicti. Vid. Ill. Spanhem. differt. 5. de usu et praest. Numism. p. m. 424. ad exemplum regum Parthorum et Persarum. (Idem vir incomparabilis ad Callim. H. in Jovem. vs. 2.) qui, ut pares essent diis suis hoc Epitheto insignibus (vide Doctiss. Elsner. ad Acta Apostol. cap. 19. com. 27. et Alberti ad com. 34.) isto titulo se adorari volebant.

*Varius in omni gen. vitae*] Eruditiss. *Schotto* non assentior *tò vitae* hinc ableganti, cum verba inde ambigua sint evasura; neque illis, qui malunt *vanus*, interpretanturque *χαῦνον.* Florus 4, 3, 4. *Antonius varius ingenio.* Cicero Laelio: *Assentatoris animus varius, commutabilis et multiplex.* Valer. Maxim. Lib. 6. cap. 9. de Fortuna. *Nec aut haec aut illa simul universa, sed varie perplexa freto atque aestui similia.* Gebhardus.

*Ut virtutibus eluxit, sic vitiis*] Ob virtutes erat conspicuus. Attico: *Qua ex re nobilis inter aequales ferebatur clariusque explendescebat.* Cicero loqui amat: *virtus, eloquentiae magnitudo elucet*; ut pro Fontejo: *Quid est igitur, ubi elucere possit prudentia?* Gebhard.

*Sic vitiis est obrutus*] Obtectus, obscuratus. *Obrui* enim oppofuit *τῷ elucere.* Ergo *obruere* est obscurare. Statius L. 1. Thebaid.

*— Quantum virides Venus addita nymphas*
*Obruit.*

Tacit. Vita Agricolae cap. 17. *Cum Cerealis quidem alterius successoris curam famamque obruisset.* Ita Graeci *καταχῶν* usurpant. *Ἄδηλος* apud Suidam *φιλολογίᾳ τε καὶ ἀτρύτοις πόνοις ἐγκείμενος εὐφυεστέρων καὶ πρεσβυτέρων κατέχωσε δόξας τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι.* obruit et obscuravit. Memini ita quoque loqui Ciceronem. *Gebhard.* Livius Lib. 3. cap. 19. *At enim divinis humanisque* obruti *sceleribus legem vos hoc anno perlaturos dictitatis?* De verbo *obruere* consulendi sunt eximii Interpretes ad Valer. Flaccum Lib. 1. Argon. vs. 319.

*Hujus illustriss. est prael.*] Haec vox praelio conjuncta non satis se mihi probat, inquit Schottus, ut *clarissimum* mallem, si libri faverent. Ego, cum de celebritate et fama potius, quam de magnitudine ipsa et momentis praelii accipitur, non

illo duce Mardonius, satrapes regius, natione Medus, regis gener, in primis omnium Persarum et manu fortis et consilii plenus, cum ducentis milli-

video, quid habeat incommodi; cum *illustrandi* vox et *illustrium* iſto senſu placeat Noſtro. Supra 2, 1, 4. *quo factum est, ut brevi tempore illustraretur.* i. e. fama et auctoritate inclaresceret: 13, 1, 2. *Multa hujus sunt praeclare facta. Sed haec maxime illustria,* i. e. ad gloriam inſignia. 21, 1, 3. *Xerxi maxime est illustre, quod maximis post hom. mem. exercitib. terra marique bellum intulit Graeciae.* Boeclerus. Adde Ind. Praelium hoc prolixe deſcribunt *Herodot.* 9, 27. *usque ad* 70. *Plutarchus Aristide* pag. 330. *Diodor. Sic.* 11, 31. breviter narrant *Ctesias, Strabo* 9. *Pausanias Laconicis et Boeoticis, Justinus* 2, 14. (p. 136.) *etc.* Contigit autem anno 11. Olymp. LXXV. archonte Xanthippo sive Xanthippide, die 3. Boëdromionis, h. e. 25. Septembr. *Bosius.* tertio die menſis Boëdromionis hoc praelium factum ſcribit Plut. in Camillo pag. 128. in Ariſtide pag. 330. dicit *τῇ τετράδι τȣ̃ βοηδρομιῶνος.* Aelianus vero Lib. 11. V. H. cap. 25. dicit hoc praelium commiſſum *τȣ̃ δ' ἀυτȣ̃ μηνὸς (Θαργηλιῶνος) ἕκτῃ ἱςαμένȣ.* ubi Perizonius cum Plutarcho in Ariſtide omnino facere videtur contra Aelianum. In hac pugna tribus Attica Aeantis dicta egregie quoque rem geſſit. v. Plut. Lib. 1. Symp. Quaeſt. 10. p. 628. Voſſ. A. [Gu.] *Hujus industrissimum.* pro *Mardonius* Voſſ. C. *Maradonius.*

*Regis gener*] Darii, cujus filiam Artozoſtren in matrimonio habebat, quod ſi de Xerxe capias, *gener* heic erit ſororis maritus. *Gebh.* Atqui *sororis maritum* fuiſſe conſtat. Sed recte locutus eſt noſter, rurſum immerito ſuis interpretibus ſuſpectus. Sic enim apud *Justin.* 18, 4, 8. Sichaeus ſive Acerba Pygmalionis, cujus ſororem in matrimonio habebat, *gener* vocatur, quod auctoritate Cujacii et exemplis adſtruunt Bongarſius et Cl. Berneggerus, cujus edit. vid. *Boeclerus.* Poſſis tamen et alia ratione tueri noſtrum. si cum *Savarone, Gebhardo*, et aliis *regem* Darium intelligas, cujus filiam Artozoſtren Mardonius (ut ex *Herodoti* 6, 43. cognoscimus) in matrimonio habuit. Certe hac ratione *regis generum* Pharnabazum dixit 9, 2, 1. Artaxerxis ſcil. cujus filiam duxerat, ut *Plut. in Artaxerxe* refert. Quare non erat, cur poſt alios Noſtrum erroris argueret *Usserius* pag. 183. quod innuat, Mardonium Xerxis generum fuiſſe. *Bosius.*

*Inprimis omnium Pers. manu fortis.*] Epaminonda. *Peritus belli, fortis manu, animo maximo.* Quem locum Lambinus praeterierat. *Gebh.* H. eſt inter omnes Perſas praecipue fortis. Simili phraſi 2, 9 2. *Plurima mala omnium Grajorum in domum tuam intuli.* Boſius.

*Cum ducent. millib. ped.*] *Herodotus* 9. 31. et *Plutarchus Aristide* CCC. millia Perſarum numerant, quibus Herodotus addit L. millia auxiliariorum Graecorum. *Diodor. Sic.* 11. ait, exercitum Mardonii univerſum, sociis adnumeratis, conſtitiſſe quaſi 17 millibus. *Ctesias* XII. tantummodo myriadas cum Mardonio adverſus Plataeenſes miſſas ſcribit. *Bosius.* Leid. *cum* VII. *millibus.* Voſſ. C. c. c. *millibus.*

libus peditum, quos viritim legerat, et viginti milli-

*Quos viritim legerat*] Erat, ut hinc apparet, ista delectus ratio, qua vir virum suae salutis causa legerat, cum quo in praeliis versaretur, et apud Orientis populos non incognita. Romanis caeterisque Italiae populis non fuisse insolentem docet Livius 9, 39. *Ad Vadimonis lacum Etrusci lege sacrata coacto exercitu, cum vir virum legisset, quantis nunquam alias ante copiis, simul animis dimicarunt.* De Germanis *Caesar* l. 1. *Comment. de Bello Gall.* cap. 48. Justinus 2, 13, 3. *Sibi ccc. millia armatorum lecta ex omnibus copiis relinquat.* Ita *Gebhardus.* De more Romanorum, quo vir virum legebat, plura *Victorius variar. lection.* 16, 19. *Turneb. Advers.* 25, 7. *Savilius ad Taciti histor.* 1, 18, 2. *etc.* Sed apud nostrum nil amplius ista formula videtur in- (p. 137.) dicari, quam delectos cum cura, non promiscue adsumtos pedites. *Bosius.*

*Viginti millib.* ] MSS. Dan. et Boecler. aberat vox *millibus*, quasi ex priori versu subaudienda. *Bosius.* Abest etiam a Voss. B. et Leid. [Ult. *et viginti millibus equitum.* Gu. *et viginti equitum.* Hac ille linea millenarium numerum exprimere solet. Id cum in aliis etiam Codd. factum esset, quam facile h. l. vox *millibus* omitti potuerit, apparet. ] in posteriori mea editione vitio typothetarum legitur *militibus* pro *millibus.* Iidem Codd. pro *Graecia*, [quod etiam in Gu. et Ult. est, ] legunt *Graeciae*, (sed a. m. sec. in Voss B. *Graecia*) quam lectionem probat cl. Oudendorpius, quia cap. 3. *Classis Graeciae*, et cap. 4. *arma Graeciae* dixit noster. *Graeciae* pro *Graecia* restitui, nam non statim e Graecia fugati Persae hoc praelio, sed a Lacedaemoniis et caeteris Graecis in fugam versi, nullo ordine ad castra contenderunt sua, et ad murum ligneum sive vallum, quod fecerant in parte agri Thebani. v. Herodot. Lib. IX. cap. 65. eadem Herodotum fere secutus testatur Diodorus Siculus Lib. XI. c. 31. *ἐπικειμένων δὲ τῶν Ἑλλήνων, οἱ μὲν πλείους τῶν βαρβάρων εἰς τὸ ξύλινον τεῖχος συνέφυγον, τῶν δ᾽ ἄλλων οἱ μὲν μετὰ Μαρδονίου ταχθέντες Ἕλληνες εἰς τὰς Θήβας ἀνεχώρησαν. τοὺς δὲ λοιποὺς ὄντας πλείους τῶν τετρακισμυρίων ἀναλαβὼν Ἀρτάβαζος, ἀνὴρ παρὰ Πέρσαις ἐπαινούμενος, εἰς θάτερον μέρος ἔφυγε, καὶ σύντομον τὴν ἀναχώρησιν ποιησάμενος, προῆγεν ἐπὶ τῆς Φωκίδος.* Confer et cap. 32. et 33. confer et Herodotum usque ad cap. 72. ejusdem libri: sed tandem qui Artabazi castra fuerunt secuti, per varios casus, et rerum discrimina incolumes in Asiam redierunt, caeteris miserrimum in modum trucidatis. Sed brevitati studens Nepos simpliciter narrat, Mardonii exercitum a Graecis fuisse in fugam actum, Mardonio in pugna occiso, et quidem ab Aeimnesto illustri Spartiata, qui ab aliis vocatur Arimnestus. v. Interprr. ad Herodotum Lib. IX. cap. 64. n. 12. et ad cap. 72. num. 42. quae voces saepius in MSS. fuere confusae; vide et Menag. ad Diogen. Laërtium Lib. v. cap. 57. pag. 216. De Mardonio plura in not. post. Hic Mardonius hanc expeditionem in Europam Xerxi commendasse videtur. vide Aristidem Oration. Tom. I. p. 385. id quod tacite confirmat Herodotus Lib. VII. cap. 82. a quo duces exercitus pedestris Xerxis enumerantur, et in primis Mardonius, sed qui eum sequitur erat Tritantaechmes filius Artabani, de quo addit Herodotus,

bus equitum, haud ita magna manu Graeciae fugatus est, eoque ipse dux cecidit praelio. Qua victoria 3

ut distinguatur in primis a Mardonio, et Tritantaechme filio, τὴν γνώμην θεμένε, μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα.

*Haud ita magna manu*] Centum millibus hominum, ut *Diodorus l. c.* et *Justinus* 2, 14, 4. sive ut *Herodotus*, cx. millibus. Multo pauciores *Ctesias* habet. Ait enim: *Mardonio occurrisse Pausaniam*, ccc. *Spartanos, et* cıɔ. *accolas, ex aliisque urbibus sex millia secum ducentem*, pag. 665. Atque hunc, aut similem scriptorem alium, Noster sequutus videtur. *Bosius.* [Quid Cornelius verbis *haud ita magna manu* sibi velit, cognoscimus cum ex aliis locis, tum praesertim ex Hannib. 5, 5. Ibi narrat, Minucium *non ita multis diebus* post astutum illud Hannibalis, quo Fabium elusit, inventum esse fugatum. Id autem nemo facile, qui Livii narrationem 22. 18. sqq. comparaverit, post paucos dies accidisse dicet. Cogitandum itaque de intervallo quodam temporis mediocri; idem quod nostri: *nicht gar lange darauf.* Ita nunc quoque: *mit einem nicht gar grossen Heere.* Quamquam enim Graecorum exercitus numerum centum millium superabat, mediocris tamen erat ad Persarum exercitum, cujus numerus altero tanto major fuit. *Mosche.*]

*Ipse dux cecidit praelio*] Δέδυκε Plutarchus, ut monui ad Tibullum. L. 3. El. 5. vs. 18.

*Cum* cecidit *fato consul uterque pari.*

Thrasyb. *in secundo praelio* cecidit *Critias.* Datame. Cadit *in praelio adolescens.* Justin. l. 20. cap. 3. *Non tamen immemores pristinae gloriae* cecidere. sic apud Latinos frequentissime invenitur. Reperi tamen *cadere* pro eo quoque adhiberi, ubi quis ictu vel vulnere humi funditur, unde mors non semper sequatur. Auctor de viris illustribus cap. 39. *Flamma cum trecentis pugnans* cecidit. *Gebhardus.* Lapide ictus ab Arimnesto quodam Spartano, ut ait (p. 138) *Plutarch. Aristide* p. 331. Et sic fere reliqui, ut *Diodorus, Herodotus, Pausanias*, Etiam *Marmor Arundellianum*: *ΚΑΙ ΜΑΡΔΟΝΙΟΣ ΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝ ΕΝ ΤΗΙ ΜΑΧΗΙ.* Ctesias tamen vulneratum aufugisse, et postea demum, cum ad Apollinis aedem diripiendam missus esset, grandine oppressum periisse, scribit: quem et *Justinus* sequutus videtur 2, 14, 5. *Bosius.* Post Bosium eadem observavit cl. Wess. ad Diod. Sicul. Lib. xi. cap. 31. lin. 77. sed Fabricius recte observat, Ctesiam, Justinum et Orosium ad Mardonium retulisse, quae Artabazo erant tribuenda, ad Orosium L. ii. cap. 11. num. 7. imo Herodotus Lib. ix. cap. 84. de Mardonii occisi cadavere multis agit.

*Victoria elatus*] Μετεωρισθεὶς, ἀρθεὶς. Inf. 6, 1, 3. *Hac victoria Lysander elatus.* Tacitus 12. A. 29, 4. *Ne fortuna elati nostram quoque pacem turbarent.* Caesar. 7, 47. *Sed elati spe celeris victoriae et hostium fuga, superiorumque temporum secundis praeliis.* Frontinus 1, 3, 3. *Annibal successibus praeliorum insolens* et 1, 11, 2. *Samnitum numerosus exercitus et successibus tumidus.* Hanc caussam quoque prodidit Aristoteles: nam ut solus Spartae ceterisque Graecis imperaret Pausanias, nova consilia cum Xerxe iniisse

elatus plurima miscere coepit, et majora concupiscere. Sed primum in eo est reprehensus, quod ex praeda tripodem aureum Delphis posuisset, epigrammate scripto, in quo erat haec sententia: SUO

ab eodem perhibetur, 5, *Politic.* 7. *Gebhardus.*

*Plurima miscere*] *Συγκυκᾶν, ταράττειν.* Cicero pro Milone. *Quanto ille plura miscebat, tanto his magis convalescebat. Gebhardus.* Vide Cl. Scheffer. ad Phaedr. L. 1. Fab. 2. et Cort. ad Salluſt. Catil. c. 10. num. 3. In Voſſ. C. *in eo cum repr. quod cum ex pr. t. a. D. potuisset.* Heuſingerus male intr. ſit iſtud *quum.* An reprehenſus fuit Pauſanias, quod Lacedaemonii hos verſus exſculpserunt? nemo enim reprehenditur ob poenam, sed ob culpam; culpa ejus haec fuit, *quod ex praeda tripodem a. D. pos. epigrammate scripto, i. q. e. h. s. s. d. B. a. P. e. d. e. V. e. A. d. d.* et ob hanc culpam Pauſanias fuit reprehenſus; hoc eſt propter epigramma, quod proprio marte Pauſanias inſcribendum curaverat in tripode, non quem ille solus, sed Graeci ex primitiis manubiarum Delphis poſuerant, ut docet Thucydides Lib. 1. cap. 132. adde Weſſ. ad Diodor. Sic. Lib. XI. cap. 33. lin. 38. qui Diodorus de arroganti hoc epigrammate, quod Pauſanias inscribi juſſerat, tacet; uti et Herodotus Lib. IX. cap. 81. qui tamen mentionem facit de aureo hoc tripode Delphis poſito. Poena Pauſaniae infamia fuit, quod Lacedaemonii hos verſus exſculpserint. Denique, si *quod* referendum sit ad *hos vers. Lac. exsc.* macrocolia ſit Nepoti nequaquam propria; et loca, quae Heuſingerus adducit, multum ab hoc differunt; Nepos saepius *quod quum* junxerit, quarum vocum conjunctioni nemo obloquitur, centies et apud alios scriptores occurenti; sed quaeſtio eſt, an hic ita ſit legendum. [Gu. *quod cum*, sed Ult. *quod ex praeda*, quam lectionem optime defendit Staverius.]

*Quod ex praeda trip. aureum D. pos.*] Ita Msc. omiſſa particula *cum*, quam in codicib. a quodam imperito infartam velut vinciendae sententiae, absque Msc. ope conjecerat Ampl. Freinshemius. *Boeclerus.* Et Apollini dedicaſſet. Suidas in voce *Παυσανίας. Ernstius. Ponere* saepiſſime sumitur pro res conſecratas ſive uſibus humanis ex- (p. 139.) emptas cuidam Deo dedicare. Ovid. Epiſt. 12. Heroid. vs. 128.

Ponitur *ad patrios barbara praeda deos.*

Et L. 4. Triſt. El. 8. vs. 22.

*Miles, ut emeritis non est satis utilis annis,*
Ponit *ad antiquos, quae tulit, arma lares.*

Adi, Lector, V. V. D. D. Th. Munck. ad Hygin. f. 3. et Broukhuis. ad Propert. L. 2. El. 11. vs. 27. Eadem hac ſignificatione occurrit, quod jam monere inſtituit Muncker. l. l. apud Graecos verbum *τίθημι*, ut Apollon. Rhod. l. 4. Argon. vs. 1549. et Callim. Epigr. 39, 40, 50, et 51. ubi per deos illos Samothraces Caſtorem et Pollucem intelligendos eſſe docebunt, quae profert Tob. Gutberleth. de Dis Cabiris cap. 3.

SUO DUCTU BARB. etc.] Nisi properaremus, operae pretium

[redacted]



DUCTU BARBAROS APUD PLATAEAS ESSE DELETOS, EJUSQUE VICTORIAE ERGO APOLLINI DONUM DEDISSE. Hos versus Lacedaemonii exsculpserunt, neque aliud scripserunt, quam nomina earum civitatum, quarum auxilio Persae erant victi. 4

esset, heic observare, quam apta eademque occulta gravitate expresserit hic *Nepos* χαρακτῆρα ἐπιγραμματικόν. Habent enim istae inscriptiones veterum et dedicationes quiddam a vulgari sermone ac sententiis diversum, non ut quaesitum videatur, sed native ἐμφάσεως quadam indole foecundum et grande. Nonnullae ad dignitatem sensus poëtici accedunt, cum retineant soluta verba. Aliae metrum miscent liberis sententiis: multae ligant sermonem non versu minus, quam severitate, majestate, rotunditate, etiam, quae simpliciter aut vage videntur dicta, novitate et efficacia animum solent retentare. Quorum omnium exempla videre est in magno *Inscriptionum Gruterianarum* opere. Huic nostrae inscriptioni plane gemina est concinnitate brevitateque illa *Taciti*, 2. A. 22, 1. in tropaeo Germanici: *Debellatis inter Rhenum Albimque nationibus, exercitum Tiberii Caesaris ea monimenta Marti et Jovi et Augusto sacravisse.* Expressit autem Nepos suam (id enim κρίσεως instituendae caussa adjicimus) ex Graeco versu itidem egregio (Thucydidis Lib. 1. cap. 132.)

Ἑλλήνων ἀρχηγὸς ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε Μήδων
Παυσανίας, Φοίβῳ μνῆμ᾽ ἀνέθηκε τόδε.

*Boeclerus.* Voss. B. *in quo haec sententia erat.* [ut infra Dio. 6, 4. Codex Gu. *in quo haec erat sententia.*]

*Exsculpserunt*] Sic omnes MSS. et editi. *Magius* tamen opinabatur legendum *exscalpserunt*, quod *exscalpere* scalpendo delere vel amovere significet, et proclivis depravatio esse potuerit librariis; neque ab ullo Latinorum verbum *exsculpo* pro eo, quod est sculpturas erado, vel deleo, prolatum sit. Verum nulla correctione opus. Expressit enim et heic Nepos Graeca haec Thucydidis: τὸ μὲν ἐλεγεῖον οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξεκόλαψαν εὐθὺς τότε ἀπὸ τοῦ τρίποδος τούτου, καὶ ἐπέγραψαν ὀνομαστὶ τὰς πόλεις, etc. Ἐκκολάπτειν, qua voce et *Plutarchus* (p. 140.) *lib. de malignit. Herodoti* hac ipsa in re usus, est delere, excidere, quod insculptum, aut incisum fuerat: ut apud Demosthenem ἐκκολάπτειν τὸ ψήφισμα. Quod recte vertas *exsculpere decretum* sive *populiscitum*; quod scilicet antea tabulis, ut fieri mos erat, fuerat incisum. *Exscalpere* autem est aliquid ex aliquo scalpere tanquam e materia; ut *exsalpere signum e ligno*, etc. *Bosius.* Oxoniensis editor mavult *exscalpserunt*. Attamen *exsculpserunt* exhibent Leid. Voss. A. B. [Ax. Gu. Ult. sed] Voss. C. *expulserunt.*

*Neque aliud scripser. etc.*] Idque ex veteri instituto Graecorum; quod posteri duces ex ambitione mutarunt, et hujus rei gloriam ad se derivarunt, ut auctor est Demosthenes *Or. de rep. ord. Loccenius.* Et hoc prudenter, si consulatur de hac victoria Plut. in Aristide a pag. 327. ad 332.

*Scripserunt*] Forte *rescripser*

## CAP. II.

1 Post id praelium eumdem Pausaniam cum classe communi Cyprum atque Hellespontum miserunt, ut ex his regionibus barbarorum praesidia depelleret.
2 Pari felicitate in ea re usus elatius se gerere coepit, majoresque appetere res. Nam quum, Byzantio expugnato, cepisset complures Persarum nobiles, atque in his nonnullos regis propinquos, hos clam Xerxi remisit, simulans, ex vinculis publicis effugisse, et cum his Gongylum Eretriensem, qui litteras Regi

*runt*, aliud refcribendo in locum exfculpti Epigrammatis fubftituerunt, et hoc poftulat verbum ἐπέγραψαν. *Gebhardus.* Thucyd. ἐπέγραψαν. Plutarchus. ἐνεχάραξαν. *Bosius.* Haec verba non reperiuntur in Voff. C. [Ult. *civitatium.*]

*Post id praelium*] Anno IV. Olympiadis LXXV. si sequimur *Diodorum* 11. Meminere praeterea expeditionis hujus Thucydides 1. Plutarchus Ariftide, Juftinus 2, 15, 4. *Bosius.*

*Cum classi communi*] Quae conftabat L. triremibus e Peloponnefo ductis, et XXX. Atticis, quibus Ariftides praeerat. vid. Diodor. et Thucyd. ll. citt. *Bosius.* de verbo *depellere* vide Oud. ad Lucan. L. 11. vs. 654.

*Elatius se gerere coepit*] Pro *Elatius se gerere, elatus gerere* Voff. A. de mutato Paufaniae ingenio v. Ariftid. Tom. I. p. 63. Pro *Byzantio* Leid. *Curantio.* Pro *complures* Leid. *quem plures.* Voff. C. *quam plures.* pro *regis propinquos*, *regi propinquos.* fic Mff. excepto uno Struv. et recentioribus Edd. apud Salluft. Jugurth. cap. 48. num. 4. *Praeter flumini propinqua loca,* ubi vide cl. Cort. pro *Ex publ. vinculis effug.* Leid. *publ. vinculis effug.* [Ax. *in iis.*]

(p. 141.) *Gongylum Eretriensem*] Sic legendum, non, ut in plerisque Mff. eft, *Cretensem.* Ita enim vocant Thucydides 1. cap. 128. et Diodorus Sic. 11. meminit et Xenophon ἑλλην. haud longe a principio Gongyli cujusdam, quem, solum ex Eretrienfibus Medorum rebus faviffe, eoque exfulaffe fcribit. Sunt autem haec, et quae ad finem usque vitae hujus sequuntur, pleraque ex Thucydid. Lib. 1. desumta, sed quandoque liberius conversa. *Bosius.* [Leid. 1. *Gongulum Cretensem,* Gu. *Gongulum Eretriensem,* Ult. ut in textu legitur.] C. P. Dan. et Leid. *Eretriensem.* Voff. B. C. *cretensem.* Voff. A. *Gongulium.* C. *Gongulum.* Alius eft Gongylus Corinthius tempore belli Peloponnefiaci, de quo Thucydides Lib. VII. cap. 2. et poft eum Plut. in Nicia pag. 536. egerunt, ut jam Waffe oftendit. Pro *Byzantii* Leid. et Cod. P. Dan. *Byzanti.* [Gu. *Bizanti.*] et pro *seque tecum* Leid. *se tecum.*

redderet, in quibus haec fuisse scripta Thucydides memoriae prodidit. *Pausanias, dux Spartae, quos By-* 3
*zantii ceperat, postquam propinquos tuos cognovit, tibi muneri misit, seque tecum affinitate conjungi cupit: quare, si tibi videtur, des ei filiam tuam nuptum. Id* 4
*si feceris, et Spartam et ceteram Graeciam sub tuam potestatem, se adjuvante, te redacturum pollicetur. His de rebus si quid geri volueris, certum hominem ad eum mittas face, cum quo colloquatur.* Rex 5

*Des ei filiam tuam nuptum*] De hac phrasi disputarunt Viri docti ad Val. Max. Lib. 4. c. 4. Ex. 9. *Taceo enim, quod princeps civitatis filiam ei nuptum dedit.* Paullo ante pro *tibi muneri misit, ut munere misit* Voss. C.

*Se adjuvante te redacturum*] *Longolius* edidit: *te adjuv. reducturum se pollic.* Sensu plano, et proxime ad veram lectionem accedente, sed invitis libris, qui consensu *τὸ se* exhibent in prioribus, in postremis non agnoscunt. Nam in omnibus, tam MSS. quam vett. edd. [ut in Gu. Ult.] legitur: *se adjuvante redacturum.* Eruditiss. Gronovius in litteris ad Ampliss. Boeclerum: *Videtur,* inquit, *aut superfluum τὸ* adjuvante, *aut scribendum,* redactum iri. *quanquam possit intelligi vulgatum, si aliud se subaudias; sed durissimum illud, et Nepote indignum.* Mihi paene indubium est, Nepotem scripsisse, ut primi ante sexennium legendum esse conjecimus; nunc autem fidenter in textu Auctoris rescripsimus. Excidit autem vocula *te,* quoniam eaedem literae in fine praecedentis vocis legebantur. Nempe ut in tota hac narratione, ita et heic Thucydidem expressit. Sic autem ille: *γνώμην ποιοῦμαί σοι Σπάρτην καὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα ὑποχείριον ποιῆσαι. Δυνατὸς δὲ δοκῶ εἶναι ταῦτα πρᾶξαι, μετὰ σοῦ βουλευόμενος. Bosius.* Leid. *sub sua potestate.* De omissa vocula *te* vide cl. Cort. ad Sallust. Cat. c. 23. n. 1. Voss. A. B. C. *sub tuam potestatem se adjuvante redacturum.* [Cod. Dan. habet: *se adjuvante reducturum se.* Cum Tzschuckio ita interpunxi: *se adjuvante, te redacturum pollicetur,* ob simillimum locum Them. 10, 2. Pro *Spartam* Ult. *Sparten* habet.]

(p.142.) *His de rebus*] Sic MSS. [etiam Leid. 1. Gu.] et Ed. Ultrajectina, probatque et Schott. Inf. 20, 1, 2. *Sed in his rebus* etc. At Longol. et Lamb. *Horum igitur.* quomodo *Thucydides: εἰ οὖν τί σε τούτων ἀρέσκει. Bosius.* Pro *volueris* Voss. A. *nolueris.* Voss. B. *hisque de rebus s. q. g. v.*

*Certum hominem*] De voce *certus* Passerat. ad Propert. l. 1. El 13. vs. 6. et cl. Burmann. ad Petron. Satyric. c. 44. pro *cum quo colloquatur* Leid. *cum quo loquatur.*

*Ad eum mittas face*] Thucydides Lib. 1. cap. 128. dicit *πέμπε ἄνδρα πιστὸν ΕΠΙ ΘΑΛΑΣΣΑΝ,* et repetit cap. 129. *Ξέρξης δὲ ἥσθη τε τῇ ἐπιστολῇ, καὶ*

[redacted]



tot hominum salute, tam sibi necessariorum, magnopere gavisus, confestim cum epistola Artabazum ad Pausaniam mittit, in qua eum collaudat, ac petit, ne cui rei parcat ad ea perficienda, quae pollicetur.

*ἀποςέλλει Ἀρτάβαζον τὸν φαρνάκυ ΕΠΙ' ΘΑ'ΛΑΣΣΑΝ.* Ergo mirum, si Nepos non ſcripſerit *ad mare mittas face.* Sed contra codices nihil mutandum. Haec vero epiſtola videtur diu poſt hac innotuiſſe Graecis; nam de ea adnotat Thucydides, *ἐνεγέγραπτο δὲ ταδε καὶ ἐν ἀυτῇ, ὡς Υ'ΣΤΕΡΟΝ Α'ΝΕΥΡΕ'ΘΗ.* Neque Herodoto Lib. v. cap. 32. scribenti *ςρατηγὸν δὲ τυτέων ἀπέδεξε Μεγαβάτην, ἄνδρα Πέρσην τῶν Ἀχαιμενιδέων, ἑωϋτῦ τε καὶ Δαρείυ ἀνεψιόν, τῦ Παυσανίης ὁ Κλεομβρότυ Λακεδαιμόνιος, εἰ δη ἀληθής γὲ ὁ λόγος, ὑςέρῳ Χρόνῳ τυτέων ἡρμώσατο θυγατέρα, ἔρωτα σΧὼν τῆς Ἑλλάδος τύραννος γενέσθαι,* cognita fuit, ut recte cl. Wesſelingius obſervat. duae sunt epiſtolae, prior per Gongylum Eretriensem, altera per Argilium quemdam poſtea ad Artabazum miſſae, unde dolus fuit patefactus, ut ex Nepote cap. 4. hujus vitae et Thucyd. Lib. 1. c. 132. patet. Diodorus Siculus Lib. ix. cap. 44. priorem epiſtolam non produxit, per Gongylum Eretrienſem ad Artabazum miſſam, sed de iis, quae inter Xerxem et Pauſaniam convenerant, scribens addit *συνετέθειτο γάρ δι ἀποῤῥήτων φιλίαν πρὸς τὸν βασιλέα, καί τὴν θυγατέρα τῦ Ξέρξυ γαμεῖν ἔμελλεν, ἵνα προδῷ τὺς Ἕλληνας, ἦν δ' ὁ ταῦτα πραττόμενος Ἀρτάβαζος ςρατηγός.* Certe haud ignaro Gongylo Eretrienſi, ut e superioribus Diodori verbis apparet, qui tamen de ipſis literis tacet, sed cap. 45. de epiſtola agit, quae profecto fuit poſterior, aperta a quodam tabellariorum, quem Thucydides, et Nepos vocant Argilium quemdam; prior epiſtola ergo non habet Auctorem Diodorum, sed Thucydidem, et Nepotem. Haec ad hanc hiſtoriam illuſtrandam in legentis conſpectum videntur mihi fuiſſe producenda.

*Tot hominum* ] Membranae priorem vocem delent, neque admodum neceſſariam: inquit Schott. Mihi elegantius videtur, si retineatur. Quod vero Lambinus cum Puteano exiſtimat, copula adjecta legendum, *et tam sibi necessariorum*; in eo fruſtra eſt. Nam copula elegantius omittitur. *Bosius.* Leid. *necessariorum. tot* abeſt a Voſſ. C.

*Artabazum* ] Pharnacis filium, ut *Thucydides* addit Lib. 1. cap. 129. *Diodorus* 11. *ςρατηγόν* vocat. *Bosius.* Hic Boſius in Indice addit Herodoti locum e L. ix. cap. 41. a quo vocatur *Ἀρτάβαζος ὁ φαρνάκεος, ὃς ἐν ὀλίγοισι Περσέων ἦν ἀνὴρ δόκιμος παρὰ Ξέρξῃ.* adde c. 66. et 89. a Polyaeno Lib. vii. Strat. cap. 33. §. 3. vocatur *Ἀρτάβαζος φαρνάκυ.* Voſſ. C. *Arthabaxum.* Voſſ. A. *Artabaxum.* B. [Ax.] *Artabarem.* et in Margine (p. 143.) Codicis Voſſiani A. notatum erat *al. Artabarem.*

*Ac petit*] MS. Boecler. copula aberat. *Bosius.* Item Leid. et Voſſ. B. C. [Legitur *ac* in ed. Lamb. sed deest in Gu. Edit. principe, Argentor. Paris. a. 1520. Ald. et Ult. De Long. et Mag. nihil a Fischero adnotatum eſt. Ob praecedens verbum *collaudat* facile in libris excidere potuit.]

*Ad ea perficienda*] Ms. Dan. *ad ea efficienda. Bos.* Sic et

cerit, nullius rei a se repulsam laturam. Hujus 6
mias voluntate cognita, alacrior ad rem gerendam
, in suspicionem cecidit Lacedaemoniorum. In
facto domum revocatus, accusatus capitis, absol-
multatur tamen pecunia: quam ob caussam ad
m remissus non est.

B. [Gu. Ult. Pro *pollice-*
t. *polliceretur*, sed aliis
locis Cornelius infiniti-
n obliqua oratione non
t.]
*cerit*] Dan. Leid. et Boecl.
*ecerit*, quod e proximo
*enda* natum videtur. heic
ocum vix habet, nam quod
pollicetur, Pausaniam
*rei a se repulsam latu-*
id non accipiendum est de
iis ob *perfecta*, *quae pol-*
*erat*, largiendis; sed de
, quod rex praestiturus
*i faceret*, quae Rex fieri
t, h. e. si *nulli rei parce-*
neque nocte neque die
eret, *ad ea perficienda*,
*ollicebatur*. Sic enim apud
*didem* (unde haec nar-
desumta est) Xerxes: *Καὶ*
*ε νὺξ μήϑ᾽ ἡμέρα ἐπισχέ-*
*ἀνεῖναι πράσσειν τι, ὧν*
*πισχνῇ. μηδὲ χρυσοῦ καὶ*
*ς δαπάνῃ κεκωλύσϑω, μη-*
*τιᾶς πλήϑει, εἴποι δεῖ*
*ίγνεσϑαι*. Unde clare ap-
non nuptias filiae, aut
s et praemia, quae rex
iae, *si perfecisset*, *quae*
*batur*, concessurus esset,
cuniam et militem, ut ea
perficere, promitti. *Bo-*
*perfecerit* etiam Voss. A.
u. Ult. Verissima est Bre-
servatio, *fecerit* h. l. pro
*it*, vel *perfecerit*, quod in
Codd. legitur, dictum,
ad verba *ne cui rei par-*
n Bosio referendum esse.]
*ispic. cecidit*] Accusatum
eloponnesiis, scribit Dio-
u. Sed de mulcta, nec
ipse, nec Thucydides quidquam tradunt. Thucydides tantum ait, eum privatis quibusdam criminibus condemnatum, a maximis absolutum. *Bos.* Leid. *Lacedaemonio*, pro *Lacedaemoniorum*. [Pro *In quo facto* Ult. *Quo facto*, quod Nepoti frequentissimum est, v. Ind. v. *Fio*, neque ab hoc loco alienum.]

*Multatur tamen pecunia: quam ob caussam ad classem remissus non est*] Animadvertis, multatos Lacedaemone infamia haud carere, eoque ipso mandata provincia sive imperio excidere, nec non patria; nisi eam insigni facto meritove recuperassent. Polyaenus *l.* 2. in Clearcho Com. 7. *Κλέαρχος ἀποστάντων Βυζαντίων ζημιωϑεὶς ὑπὸ τῶν Ἐφόρων εἰς Λάμψακον κατέπλευσε.* Ibidem: *Σϑένιππος Λάκων ζημιωϑεὶς χρήμασιν ὑπὸ τῶν ἐφόρων προσποιητῶς αὐτομολῆσαι πρὸς τοὺς Τεγεάτας ὑποκρινόμενος.* Nepos infra 16, 1, 3, de Pelopida: *Idque suo privato, non publico fecit consilio, quo facto eum Lacedaemonii ab exercitu removerunt, pecuniaque multarunt.* Gebhard. Possis tamen et ideo militiae praefecturam Pausaniae abrogatam dicere, ne vindictae cupidine moliretur aliquid, traductis in suas partes copiis imperio ejus adsuetis. Plerumque enim, qui sive jure sive injuria damnati, ultionem hoc casu meditari solent. Exemplo Livius Salinator est apud *Livium* 27, 36, et 42. *Bosius.*

## CAP. III.

1 At ille post non multo sua sponte ad exercitum rediit, et ibi non callida sed dementi ratione cogitata patefecit. Non enim mores patrios solum sed
2 etiam cultum vestitumque mutavit. Apparatu regio utebatur, veste Medica; satellites Medi et Aegyptii

(p. 144.) *Cogitata*] Emendatio Lambini. Quia tamen Vett. Libb. *cognata*, nihil certius vel ipſo Lambino judice, quam rescribendum eſſe *conata*. Caeſar. L. 4. Bell. Gall. c. 3. *Perfacile factu esse illis probat* conata *perficere*. Vellej. Patercul. L. II. cap. 29 *Privatis ut opibus ita consiliis magna ausus magnificeque conata exsecutus*, Sueton. in Galba cap. 17. *Faciliorem occasionem M. Salvio Othoni praebuit perficiendi* conata. Juvenal. Satyr. 13.

*Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum,*
*Facti crimen habet, cedo, si* conata *peregit?* Gebh.

Sic e Thucydide *Lambinus* et diu ante Editio Ultrajectina [et Cu.] Alii malunt *conata*; quos adjuvare videtur Cod. Dan. in quo fuit *cognata*. Noſter utraque voce alibi uſus: quemadmodum et alii veterum. Vid. Index. Sed et *Thucydides* utrique favet. Priori quidem in illis: *κατέχειν τὴν διάνοιαν οὐκ ἠδύνατο*. Alteri vero iſtis: *ἀλλ' ἔργοις βραχέσι προὐδήλου ἃ τῇ γνώμῃ μειζόνως ἐς ἔπειτα ἔμελλε πράξειν*. Libri tamen et edd. veteres omnes, uno Danielis excepto, habent *cognitâ*. Quod etſi corruptum, propius tamen ad *τὸ cogitata*, quam ad *τὸ conata* accedit. *Bosius*. Si cui *cogitata* placet, inſpiciat, quae de verbo *cogitare* notant cl. V. V. Burmann. ad Vellej. Paterc. L. 2. cap. 13. in fine, et Torrenius ad Valer. Maxim. L. 5. c. 2. E. 1. Mihi minus arridet *conata*. Leid. Oxon. Voſſ. A. B. C. *cognita*. pro *callida* Voſſ. A. *calida*. Val. Maximus ſine dubio noſtrum imitatus L. II. cap. 6. Ex. 1. dicit *quod eos* (Spartanos) *non frustra timuisse dux ipsorum Pausanias patefecit*. sed elegantius tamen Nepos dicit *cogitata patefecit*.

*Non enim mores patrios etc.*] Vide *Valer. Max.* 2, 6, 1. ubi Pauſaniam fortitudinem ſuam effoeminato cultu molliiſſe ait. *Gebhard.* Adde *Themistocl.* ep. 2. et 14. quibus Pauſaniae hoc ipſum exprobratur. *Bosius*.

*Veste Med.*] I. e. Perſica Athen. 12, 9. *Παυσανίας καταθέμενος τὸν πάτριον τρίβωνα τὴν περσικὴν ἐνεδύσατο στολήν*. apud Latinos ſaepe *Medi* pro Persis ponuntur, quia unius imperio parebant. *Lambinus*. Solent illi ejus gentis, cujus gratiam ac ſtudia aucupantur, veſtitum quoque atque habitum aſſumere, deinde, ad quos animo desciverunt, cultu quoque degenerare. De Germanico *Tacitus* 2, *A.* 59, 2. *Valerius* 3, 6, 1. de P. Scipione: *Crediderim etiam favorem eum sociorum uberiorem se adepturum existimasse, si victum eorum et solemnes*

sequebantur; epulabatur more Persarum luxuriosius, quam, qui aderant, perpeti possent; aditum petenti-

*exercitationes comprobasset.* Sic Pausanias, ut captaret Persarum favorem, cultuque mentem ostenderet, Medica veste uti voluit, abjecto amictu patrio, obsoletiore, quam videretur tanto fastigio, ad quod mentis elatione adspirabat, convenire. Florus 4, 11, 3. de M. Antonio: *Togae, fascium oblitus totus in monstrum istud, ut mente, ita animo (Freinshemius leg. amictu) quoque et cultu desciverat. Aureum in manu baculum; ad latus acinaces; purpurea vestis ingentibus obstricta* (p. 145.) *gemmis, diadema aderat, ut regina rex ipse frueretur.* Ceterum ut hic Pausanias Persicum habitum assimulaverat, quod ad eos transire meditatus erat: ita qui Lacedaemoniis studebant, affectum suum cultu eorum assumpto denudabant. *Aristophanes Crabronibus:*

*Καὶ ξυνὼν Βρασίδα καὶ φορῶν*
*Κράσπεδα ςεμμάτων, τήνδ'*
*ὑπήνην ἄκυρον τρέφων.*

Scholia addunt: *ἀντὶ τοῦ Λακωνίζων, ὅτι οἱ Λακωνίζοντες τοιαῦτα ἐπετήδευον* etc. *Gebhard.* Leid. *veste Medico.*

*Sequebantur*] Thucydides L. 1. c. 130. addit *διὰ τῆς Θράκης πορευόμενον.*

*Epulabatur more Pers.*] De Persarum epulis victuque legatur *Xenoph.* lib. 8. *Cyropaed. et Athenaeus* 4, 6. Ad praesentem Probi locum quod attinet, legere ne pigeat *Herodotum* lib. 9. *Athenaeum l. cit.* et *Plutarch. in Apophth. Lacon.* Magius. Contra Lacedaemoniorum victus rigidus et parcus erat, ut docet *Meursius Miscellan. Laconic.* 1, 8. *Bosius.* Quanto opere Persae indulserint gulae, inde patet, quod peregrini in eorum luxum prolapsi, vitam cum morte mutabant, ut de Tacho Aegyptiorum Rege narrat Aelianus lib. 5. V. H. cap. 1. quare mirari non debemus, si quidam Pausaniae comites hanc luxuriam perpeti non potuerunt.

*Aditum petentibus conveniendi non dabat*] Si moribus, cultu vestituque, si apparatu Barbaros imitabatur, *εὐπροσοδίᾳ* mite Graeciae ingenium exhibere quomodo conveniebat? Quippe ut *Tacitus* 2. *A.* 2, 6. perhibet, *prompti aditus, obvia comitas, ignotae Parthis virtutes, nova vitia.* Est vero admissionum difficultas familiare celsae potestati ac divitiis vitium. Livius 24, 5. de Hieronymo: *aditus non alienis modo, sed tutoribus quoque difficiles.* Tacitus 4. *A.* 74, 3. *Eo venire patres, eques, magna pars plebis, anxii erga Sejanum, cujus durior congressus, atque eo per ambitum et societate consiliorum parabatur. Per ambitum* dicit, cum nempe modo precio per acceptissimos servos ac libertos, modo prece atque summa demissione ab ipso Sejano (p 146.) congressus esset impetrandus. Hoc modo est intelligendus locus Justini 1, 3, 2. *Cum admitti magna ambitione aegre obtinuisset Arbaces.* Vitium istud odii plenissimum objicit fratri Agamemnoni Menelaus apud *Euripidem Iphigenia Aulidensi:*

*Κἆτ' ἐπεὶ κατέσχες ἀρχὰς, μεταβαλὼν ἄλλους τρόπους*
*Τοῖς φίλοισιν οὐκέτ' ἦσθα τοῖς πρὶν ὡς πρόσθεν φίλος.*
*Δυσπρόσιτος, ἔσω τε κλείθρων σπάνιος.*

3 bus conveniendi non dabat; superbe respondebat, [et] crudeliter imperabat. Spartam redire nolebat. Colonas, qui locus in agro Troadis est, se contulerat; ibi consilia cum patriae, tum sibi inimica capiebat.
4 Id postquam Lacedaemonii rescierunt, legatos ad eum cum

De fastu ac difficultate divitum, quam in admittendo tenuiores adhibent, capiendus *P. Syri* mimus:

*Non semper aurem facilem habet felicitas.*

Contra de Ptolemaeo Curtius 9, 8, 23. *Liberalis inprimis, adituque facilis, nihil ex fastu regio assumserat.* Gebhard. Leid. [Gu.] *conveniundi. non* addit etiam cod. P. Dan. [Gu. Ult. Deest in ed. Arg. et Longol.]

*Superbe respond. etc.*] De arrogantia ista et inhumanitate Pausaniae vide *Plut. Aristide ac Cimone, Diod. Sic* 11. et *Aristid. rhetorem Orat. de laudib. M. Aurelii*, Tomo II. pag. 113. *Bosius*. Leid. *respondebat, crudeliter* omisso *et*, ita et Voss. B. [Ax. Gu. Ult. quare cum Heusingero uncis inclusimus.]

*Colonas*] Non recordor mihi hujus loci nomen alibi occurrisse. *Gebhardus*. Leid. ut et Voss. A. B. C. [Gu. Ult.] *Colonas*. Vide notas meas posteriores.

*Troade*] In textum recepi *Troadis*; ne morosus videar, licet, quos consului, codices antiquam retineant lectionem. Thucydides Lib. 1. cap. 131. vocat *Κολωνὰς τὰς Τρωϊάδας*. Diodorus Siculus Lib. XIV. cap. 38. dicit *τὰς ἐν τῇ Τρωάδι πόλεις, Ἀμάξιτον μὲν ἦν καὶ Κολωνὰς, καὶ Ἀρίσβαν.* adde Harduin. ad Plinium Lib. v. c. 30. num. 35. a quo locus hic *Colone* vocatur. forsan scripsit Nepos *in Troade*, omisso *agro*. pro *resciverunt* cum Leid. [Gu. Ult.] et Axen. lego *rescierunt*. [Gu. Ult. *Troade*, sed Cod. Bocel. Axen. *Troadis*. Vulgatam retinuit Bremius.]

*Legatos*] Thucyd. *κήρυκα*, i. e. nuncium. *Lambinus*.

*Cum Scytala*] Assentiar P. Danieli lectionem *cum clava* asserenti? At Nepos non abhorret Graecis vocabulis, quae commode Latinis mutari non possunt. Sic Iphicrate non refugit *moram*, et alibi *Ephori, ostracismum, astu, acta*. Latini antiquiores non fastidiosi in retinendis Graecis erant; sic Livius dixit *Pelion ocrim*; de quibus vide Nonium. Scytalae formam depingunt Plut. in Lysandro, Marcellinus in Thucydidem, Gellius lib. 17. cap. 9. Aristophanis Scholiastes in Aves (vs. 1283.) Usum autem literarum secretiorum praebuisse et hic de scytala adnotat. Video autem semper in revocando Imperatores suos scytala usos Lacedaemonios. Xenophon Agesilao *ἐπειδὴ ἦλθεν αὐτῷ σκυτάλη ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν βοηθεῖν τῇ πατρίδι, ἐπείθετο.* Polyaen. lib. 8. *Φαρνάβαζος κατὰ Λυσάνδρου Λακεδαιμονίοις ἔγραψεν. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ἀσίας αὐτὸν ἀνεκαλέσαντο σκυτάλην πέμψαντες.* At revocationi isti cur tantum secretum inesse oportuerit, non perspicio. Colligere ergo licet, scytalen praestitisse omnem usum literarum, tesserarum, atque aliarum id genus notarum. Nam et in pecuniae summa signanda, et saccis obsignan- (p. 147.) dis scytalen habuisse locum docet Diodor. lib. 13. de Pecunia ex praeda Atheniensium

scytala miserunt, in qua more illorum erat scriptum:

Lacedaemonem a Lyſandra miſſa. Alium uſum memorat Polyaen. l. 1. in Tyrtaeeo. Vide Juſtin. lib. 3. c. 5. ubi σκυταλίδας interpretatur *tesseras*. Apud Ciceronem in quadam epiſtola ad Atticum ſcytales Laconicae h. e. Epiſtolae brevis et obſcurae exſtat mentio, ut interpretatur Beroaldus Adnotationibus. *Gebhardus.* Vide de hac voce Marcelli Donati dilucidation. ad Liv. l. 38. et Clemens Alexandr. 11. ſtrom. p. 367. a. *Ernstius.* Scytalen Laconicam, de qua plura in indice, heic a Nepote ſignificari, dubitari non licet. Nam diſerte *Thucydides*, quem expreſſit: πέμψαντες, inquit, κήρυκα οἱ Ἔφοροι, καὶ σκυτάλην. Et ſolitos a Lacedaemoniis ſcytala revocari imperatores, etiam Lyſander exemplo eſt, apud *Plutarch. in vita* pag. 444. et *Polyaen.* lib. 8. *in Pharnabazo.* Immo alia quoque Imperatoribus et praefectis per ſcytalen mandari ſolita, ex ejusdem *Plutarchi Alcibiade extr.* et *Xenophontis hist. Gr.* 3. apparet. Sed an ipſa voce *scytala* Noſter uſus ſit, non aeque certum eſt. Primus enim *Aldus* eam repoſuiſſe dicitur, nullis vett. libris ſuffragantibus. Nam in Dan. Gif. et Schotti fuit: *cum lava.* unde *P. Daniel* et *Schottus* tentabant: *cum clava*, i. e. ſurculo, cujus formam ſcytale referebat. *Savaro* e ſuis et antiquiſſ. editione Veneta laudat: *cum lana*, quod recte rejicit *Magius*: cum neque in lana ſcriptae ſint literae, neque lorum illud, quo ſurculus involvebatur, *lana* dici queat. Ms. *Boecl. cum lancea*, quomodo et *Longolius* edidit: etſi negat, ſe videre, cur ſcytale vocetur *lancea*. Sed omnibus hisce lectionibus repugnat mos Lacedaemoniorum. Nec enim ſurculus ipſe ſive lignum, ſed lorum tantummodo ſive membrana, in qua ligno circumplicata litterae ſcriptae fuerant, ad imperatores mittebatur, retento ligno. Sic enim exſerte ſcribunt *Plutarchus*, *Gellius*, *Suidas*, *Tzetzes*, *et Scholiastes Aristophanis.* An igitur cum *Magio* putabimus, auctorem ipſum errore ductum crediditſſe κήρυκας ſurculum ſive lignum illud teres, quod charta instar lori prolixa conveſtiebatur, ſecum portare ſolitos, atque ideo *lanceam* nuncupaſſe, quod parvam lanceam forma referret? An potius, cum aeque membrana ſive lorum, ac lignum, circum quod plicabatur, *scytale* vocata ſit; (namut *Plutarch. Lysandro l. c.* ſcribit, καλεῖται ὁμωνύμως τῷ ξύλῳ σκυτάλη τὸ βιβλίον.) Graecorum imitatione litteras ipſas *lanceam* vel *clavam* vocaſſe? Utcunque ſit, vox *scytala* nimium a librorum omnium ſcriptura abit; eoque vix ea uſum Nepotem crediderim, niſi in vetuſto aliquo codice reperiatur. *Bosius.* De *scytala* praeter Schol. Thucyd. l. 1. c. 131. lin. 97. et Schol. Ariſtophan. in Lyſiſtr. vs. 99. etiam Suidas et Schol. Pindari Olymp. 6. vs. 154. Leid. *lana.* Ms. Oxon. *lancea.* Voſſ. A. B. C. *lana. talea* conjecit cl. Oudendorp. ut in poſt. ed. monui. Voſſ. B. [Ax. Gu. Ult.] paullo ante *tum patriae, tum sibi inimica.* Conſilia haec fuerunt. Conatus eſt Pauſanias in ſua patria Ephororum poteſtatem tollere, et ſibi uni imperium ſummum asſerere, ſed, ut in his adjuvaretur a Perſis, eorum rebus ſtuduit, idque egit, ut Perſae totius Graeciae eſſent domini; v. Periz. ad Aelian. Lib. III. V. H. c. 47. num. 6. neque obſtat, quod Herodotus Lib V. c. 32. dicat, quod Pauſanias cupiverit, τῆς Ἑλλάδος τύραννος γενέσθαι.

*nisi domum reverteretur, se capitis eum damnaturos.* 5 Hoc nuntio commotus, sperans, se etiam tum pecunia et potentia instans periculum posse depellere, domum rediit. Huc ut venit, ab ephoris in vincula publ[icum] conjectus est. (Licet enim legibus eorum cuivis ephoro hoc facere regi.) Hinc tamen se expedivit, neque eo

et Thucydides Lib. 1. cap. 128. cum declaret fuisse *ἐφιέμενον τῆς Ἑλληνικῆς ἀρχῆς*, quoniam ejus dominatio niteretur Persarum regno. Eodem morbo laboravit Pausanias, quo Theras, tutor Proclis et Eurysthenis, ut adnotat Herodotus Lib. IV. c. 147. (p. 148.) uterque non poterant, aut nolebant postea vivere privati. sed Theras tamen nostro Pausania fuit honestior. [Gu. *legatos cum lana ad eum miserunt*, sed Ultrajectina, quam e Codicibus, iisque optimis, expressam esse nemo negabit: *legatos ad eum cum scytala miserunt*, ut vulgata lectio fidenter retineri possit.]

*Se capitis eum damnaturos*] Id enim legibus eorum licebat facere regibus. De quo vide *Grotium de J. B. et P.* 1, 4, 8. et *in notis ad eum locum*. Ratio, quia (ut infra noster loquitur 21, 1, 2.) *Spartani reges nomine, non potestate*, seu, ut est 17, 1, 2. *nomine magis quam imperio reges* fuere. Tales autem capite puniri posse, inter alios *Grotius* docet *loco modo laudato*. Bosius.

*Commotus*] Sic MSS. Savaroni inspecti, ut XIV, 4, 1. et 6, 6. X, 2, 5. XX, 1, 6. VII, 10, 2. vulgo editur: *motus*. Bosius. et sic Voss. B. vide not. post. in textu nunc retinui, licet *motus* mihi magis adrideat, quia illa lectio firmatur et ab Axeniano. [Gu. ut Voss. B. et Ax. *commotus*, sed Ult. *motus*.]

*Sperans se pecunia et potentia*] *Pecunia*, qua corrumperet judices aut accusatores; *potentia*, qua eosdem deterreret. *Buchnerus*. Sed neutro valuit. Prudentior hac parte Alcibiades fuit, qui absens reus violatae religionis factus fuga sibi consuluit, *infra* 7, 4, 3. et 4. In quibusd. edd. legitur: *se etiam cum pecunia et pot.* Bosius. Leid. et Voss. A. B. *cum pecunia*. et *domum redit* pro *domum rediit*. lego nunc *cum pecunia, tum potentia*, vel *tum pecunia, tum potentia*. ut paullo ante Voss. B. habet *tum patriae, tum sibi inimica*. [Quod Heusingerus ex conjectura reposuit, *etiam tum pecunia*, id in Gu. et Ult. diserte expressum est. Pro *conjectus est* Gu. *est conjectus*, et pro *hoc facere* Ult. *haec f.*]

*Ephoris*] Ephori centum et triginta annis post latas Lycurgi rethras constituti. de his Aristoteles lib. 2. Polit. c. 7. *Gebh.* Voss. C. *Huc ut venit ad Ephoros*.

*In vincula p. conjectus*] Loquitur eo pacto in Miltiade, et Pelopida. Curtius lib. 10. *Orsines in vincula traditus est.* Cicero Attico. *Ut Vectius* (etc.) *in vincula conjiceretur*. Gebhardus.

*Licet enim*] Praeter veteres *Thucydidem* lib. 1. *Xenoph. de polit. Laced. Aristot. Polit.* 2, 7. vide auctores in Ind. v. *Ephori* adlegatos. *Bosius*. Leid. *hoc facere, quod regi*.

*Regi*] Qua dignitate pollebat Pausanias; non ipse quidem rex: sed Plistarchi, Leonidae, qui ad Thermopylas occubuerat, filii,

magis carebat suspicione. Nam opinio manebat, eum

ac patruelis sui, tutor. v. *Thucyd. l. c.* Boſius. Thucydidis a Boſio citati locus eſt e Lib. i. c. 132. unde miror, Cragium L. ii. de Rep. Laced. cap. ii. ex hoc Thucydidis loco referre, Pauſaniam noſtrum fuiſſe tutorem impuberis Leonidae. Fateor, e Diodori Siculi loco a me in not. poſt. citati, nempe Lib. xi. c. 29. conjici poſſe, Pauſaniam fuiſſe tutorem Leonidae. En Diodori verba *τῶν δὲ συμπάντων Παυσανίας, ΕΠΙΤΡΟΠΟΣ ΩʹΝ ΤΟΥ ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΠΑΙΔΟΣ.* sed ultima verba Diodori ita sunt vertenda, *tutor existens filii Leonidae.* h. e. Pliſtarchi, qui erat filius Leonidae. adde Pauſaniam Lib. iii. c. 4. et Herodotum Lib. ix. c. 10. jam a me in not. poſt. citatos. Hujusmodi tutores apud Lacedaemonios vocabantur *πρόδικοι*, ut e Plut. in Lyc. pag. 40. oſtendit Cragius l. l. ſed ut a Nepote, ita a Thucydide l. l. cap. 131. Pauſanias *Rex* vocatur, imo Nepos modo vertit Thucydidis verba, (p. 149.) ut jam obſervat Lambinus, *ἔξεσι δὲ τοῖς Ἐφόροις τὸν βασιλέα δρᾶσαι τῦτο.* attamen Nepos videtur mihi Thucydidis verba non bene vertiſſe, nam cuivis Ephoro hoc facere non licebat Regi, et *τοῖς Ἐφόροις* apud Thucydidem non notat *cuivis Ephoro*, neque *singulis ephoris*, hoc eſt cuivis ex Ephoris, quasi unus ex Ephoris solus hoc poſſet facere, ſive princeps ephororum, ſive alius, sed *ephoris conjunctim*, sive ordini, vel ut hodie loquimur, *collegio Ephororum.* Unus poterat nihil, sed ſingulorum quinque suffragiis collectis, videndum erat, inter quot ex hisce quinque conveniret, et si tres ex iis suffragarentur, caeteri duo in eamdem ſententiam transire debebant. vide Cragium L. ii. c. 4. p. m. 135. vertere potuiſſet Nepos *licet enim legibus eorum ephoris hoc cuivis facere Regi.* Hoc eſt, ſive prodicus sit, ſive revera Rex. Nam licet Thucydides non dixerit *ἕκαςον βασιλέα*. satis haec verſio sese commendat. nam *τὸν βασιλέα* h. l. notat quemvis Regem Lacedaemoniorum propter hujus articuli vim, vel pueris cognitam. memoria lapſus eſt Cragius L. iv. de Rep. Lac. c. 4. p. 398. dicens, Aemilium Probum vocare Pauſaniam Pliſtarchi tutorem; nam *Regem* tantummodo eum vocat. Regem quoque Pauſaniam appellavit mulier memorata ab Herodoto Lib. ix. c. 76. unde ab Ariſtide H. in Reg. pag. 63. recte vocatur *ὁ τῶν Λακεδαιμονίων ςρατηγός.* Alii quoque hunc Pauſaniam Regem vocarunt. v. Interprr. ad Thucydid. Lib. i. c. 107. vocavit se superbe Pauſanias in epigrammate iſto celebri apud Thucydid. *Ἑλλήνων ἀρχηγόν.* quod vertit Nepos c. i. *suo ductu Barbaros apud Plataeas esse deletos* quum teſte Herodoto, *ἐγίνετο μὲν ἡ ἡγεμονίη Πλειςάρχυ τῦ Λεωνίδυ.* sed hujusmodi Prodicos, ſive tutores *reges* poſſe, vocari, patet ex eorum poteſtate, descripta a Cragio l. l. unde in Epiſtola Regi Perſarum scripta, quam profert Thucydides Lib. i. c. 128. et vertit Nepos in Pauſan. c. 2. se vocat *Ducem Spartae.*

*Hinc tamen se expedivit*] Ex vinculis liberavit. Horat. de se amore vincto, Epod. ix.

*Unde* expedire *non amicorum queant*
*Libera consilia.*

Eumene: *Hinc tamen multis suis amissis se* expedivit. Attico: *In proscriptorum numerum a P. Volumnio praefecto fabrum*

6 cum rege habere societatem. Est genus quoddam hominum, 'quod Ilotae vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedaemoniorum colit, servorumque munere fungitur.' Hos quoque sollicitare spe libertatis existimabatur.
7 Sed quod harum rerum nullum erat apertum crimen, quo argui posset, non putabant, de tali tamque claro viro suspicionibus

*absentem relatum* expedivit. Cic. pro Milone: *si vita nostra in aliquas insidias incideret, omnis honesta ratio esset* expediendae *salutis.* et in Verrem. expedire *se ex laqueis.* Gebhard.

*Est genus quoddam hom.*] Illustris eruditione et meritis in rem litterariam clarissimus *Joh. Frid. Gronovius* in litteris ad Boeclerum: Mallem, inquit, *Est genus quoddam hominum* (*Helotes vocantur*) *quorum etc.* Simile observavi in *Floro* lib. 3. cap. 3. *Sub ipsis Alpium radicibus assecutus* (*locum Aquas Sextias vocant*) *quo, fidem numinum! praelio oppressit.* Sic enim scripserat ille, ubi vulgo ineptissime, *in locum quem.* Bosius. Si codices addicerent, cum Gronovio facerem.

*Helotes*] Leid. *Ullotes* Voss. A. *Elote.* B. et C. [Gu.] *illote.* Cod. P. Dan. *illotae* v. Perizon. (p. 150.) ad Aeliani locum. Polite et eleganter Nepos hoc hominum genus non vocat servos, nam proprie non erant servi, sed incolae urbis Laconicae, quae dicitur *Helos.* sed Lacedaemonii pro servis utebantur, unde Strabo Lib. xv. pag. 1027. dicit de Indis *Καὶ τὸ ἀντὶ δούλων τοῖς ἐν ἀκμῇ χρῆσθαι νέοις, ὡς Κρῆτες μὲν τοῖς Ἀφαμιώταις, Λάκωνες δὲ τοῖς Εἵλωσι.* adde Lib. vi. pag. 426. v. Schol. Thucydid. L. i. cap. 101. num. 31. et Harpocration. [*Helotes* editur contra omnes codices. Quis, si codicum rationem habere velit, scribere dubitet *Ilotae*? De quo videndi sunt Interpretes ad Liv. 34, 27. *Mosche.* Ult. *Helotae.* Vulgata *Helotes* Lambinum auctorem habet.]

*Hos quoque sollicitare spe libert.*] Caesar Lib. 3. Civ. c. 21. *Caelius Milonem in Turinum ad* sollicitandos *pastores praemisit.* ibid. cap. 22. *Milo, quos ex aere alieno laborare arbitrabatur*, sollicitabat. Liv. Lib. 34. *Nihil actum esse exsilio Annibalis, si absens quoque novas moliri res*, sollicitandoque *animos hominum turbare statum civitatis posset.* Curt. Lib. 3. cap. 18. *Cum ad perniciem ejus etiam a latere ipsius pecunia* sollicitaret *hostis.* Auctor de viris illustribus: *Fabricius prius inter legatos* sollicitari *non poterat, quarta parte regni promissa.* De crebris horum insidiis in dominos Aristotel. Lib. 3. cap. 7. pr. *Gebhard.* Non vanum fuisse hunc metum Lacedaemoniorum, docent exempla Romanorum ap. *Florum* 3, 19. Bosius. De re et verbo Cortius ad Sallust. Catil. cap. 24. num. 4. Voss. A. B. *Solicitare.* Leid. et C. *sollicitare.*

*Spe libertatis*] Et civitatis, quam illis promittebat, si una exsurgerent, et in universo negotio conficiendo se adjuvarent. *Thucydides l. c.* Bosius.

*Non suspicionibus oportere judicari*] Utebantur enim Spartani hac inter se consuetudine, ne quid propere de homine Spar-

**cionibus oportere judicari, et exspectandum, dum se ipsa res aperiret.**

tano sine evidentissimis indiciis acerbius statuerent. *Thucydides l. c.* Bosius. *Judicare* Voss. C. Observat Plut. Ages. pag. 614. Agesilaum, antea consultis ephoris, morte multasse eos, qui post pugnam Leuctricam perniciosissimam conjurationem in Spartiatas fecerant, et quidem indicta caussa, *ὀυδενὸς δίχα δίκης πδανατωμένυ πρότερον Σπαρτιατῶν.* Sed hoc fecit Agesilaus summa urgente necessitate, quem Spartani elegerant Legislatorem, qui in concionem prodiens dixit, oportere illo die leges dormire, inde in posterum vim suam recepturas. v. Eumd. pag. 612, 613. de quo prudenti Agesilai consilio v. Periz. ad Aelian. L. xiv. V. H. cap. 27. ergo non est, quod Aristoteles dicat, Ephoris licere indicta caussa tot occidere, quot libitum est. quod in Ephororum obprobrium esse dictum bene adnotavit Cragius Lib. ii. Rep. Lac. cap. 4. pag. 130.

*Dum se ipsa res ap.*] De particula *dum* pro donec subjunctivo addita vide cl. Dukerum ad Florum Lib. 3. cap. 11. num. 7. Voss. A. C. *et exspectandum.* B. *tamque viro claro.* si cum Heusingero hic malis *et exspectandum*, habes me consentientem. (p.151) V. Drakenburg. ad Livium L. xl. c. 58. num. 1. Eumdem ad Lib. xxi. cap. 26. §. 6. confer cl. Ruhnk. ad P. Rutilium Lupum Lib. 1. Sect. 13. pag. 46. et quae jam notavi e Wopkensio ad Eum. cap. 4. adde Doctiss. Adr. van Dorp. Ictum, c. 1. observat. pag. 3. [Etiam Gu. Ult. omnesque editi ante Lambinum *et*, quod temere a Lambino mutatum esse jam Heusingerus adnotavit.]

## CAP. IV.

Interim Argilius quidam adolescentulus, quem pue- 1
rum Pausanias amore Venereo dilexerat, quum epistolam ab eo ad Artabazum accepisset, eique in suspicionem venisset, aliquid in ea de se esse scriptum,

*Argilius quidam adolescentulus, quem puer. Pausanias am. Ven. dilex.*] *Thucydides* paullo honestius haec: *ἀνὴρ Ἀργίλιος παιδικά ποτ' ὤν αὐτῦ.* Nam *παιδικὰ* saepe pro honesto amore capitur. Legatur *Suidas.* Longolius. *Xenophon. lib. de Laced. Rep. et Plut. in Lycurgo, in Cimone, Institutis Laconicis, et in Pelopida,* atque alii, puerorum amores apud Lacedaemonios turpitudinis expertes fuisse demonstrant. *Magius* An ergo dicemus, illud *amore venereo* glossema esse? Certe, *Barthii* judicio. non sic scripserit Nepos. *Bosius.* Verba haec, quasi glossema aliquod, non sunt expungenda, quippe ex errore ipsius Auctoris orta, qui Graecum *παιδικὰ* obsceono sensu in-

[redacted]



quod nemo eorum rediisset, qui super tali caussa eodem missi erant, vincula epistolae laxavit, signoque detracto cognovit, si pertulisset, sibi esse pereun-
2 dum. Erant in eadem epistola, quae ad ea pertinebant, quae inter regem Pausaniamque convenerant. Has ille
3 litteras ephoris tradidit. Non est praetereunda gravitas Lacedaemoniorum hoc loco. Nam ne hujus quidem in-

terpretatus eſt, quum antiquitus de honeſto amore capiebatur, ut hic recte notat Longolius. Adi Cel. J. Perizonium ad Aelianum lib. 3. V. H. c. 12. num. 5. pluribus de hoc loco agentem. Cod. P. Dan. [Gu.] *amore venerio.* Voſſ. C. *Venero.* de Argilio vid. notas poſteriores.

*Vincula epistolae laceravit*] Ms. meus legit pro *laxavit, laceravit.* Quam scripturam Schoppii membranae confirmant L. 4. Veriſim. cap. 2. Vinculis autem colligatas antiquorum Graecorum fuiſſe epiſtolas, Curtii hoc teſtimonio recte probat Barthius. *Parmenion*, ait Curtius Lib. 7, 2. *vinculum Epistolae solvens, quidnam rex ageret, requirebat. Ernst.* Sic membranae Bavaricae, referente *Schoppio Verisim.* 4, 2. itemque Mſſ. Boecl. et Ernſtii, rectius, ut opinor, quam *laxavit*, ut vulgo legitur. *Thucydides*: λύει τὰς ἐπιϛολάς. *Diodorus*: ἀνέῤῥηξε τὰς ἐπιϛολάς. At *laxare vincula* non eſt solvere, aut aperire, sed remittere, aut laxiora facere. Et qui legi potuit epiſtola, si tantummodo laxata sunt vincula, non disciſſa? quid attinebat ſigillum ſimile effingere, (quod *Thucydides* Argilium hunc feciſſe, ait) si vincula integra permansere? *Bosius.* Leid. et Voſſ. A. C. *laxavit*, B. *laceravit*, sed in marg. a. m. sec. *laxavit.* [Cum in omni hoc loco Cornelius Thucydidem eſt secutus auctorem, tum nunc ei ante oculos obverſabatur Thucydideum illud: λύει τὰς ἐπιϛολάς. Cornelium autem multo magis videri poſſe hoc λύει reddidiſſe verbo latino *laxavit*, quam *laceravit*, inde potiſſimum apparet, quod auctores latini commutant inter se verba *solvere* et *laxare*, non item *solvere* et *lacerare*. Hinc Virgil. Aen. 2, 259. *laxat claustra Sinon*, i. e. solvit, aperit. Cicero in *Catone maj.* cap. 3. hunc facit loquentem illa: *Multorum cognovi senectutem sine querela, qui se et libidinum vinculis* laxatos (i. e. solutos) *esse non moleste ferrent.* Quin de eadem re duo illa verba promiscue a scriptoribus latinis adhiberi, loco efficitur illo Curtii, ab aliis jam laudato, L. 7. c. 2. *Mosche.* Ax. *laceravit* sed Gu. Ult. *laxavit*, quod poſt Harleſium Bremiumque reposui. Pro *rediisset* Gu. *redisset.*]

(p. 152.) *Si pertulisset*] Aberant haec a membranis Schoppii: sed recte observatum *Barthio Advers.* 24, 18. et *Gebhardo*, decedere aliquid sententiae, si eximantur. Non enim simpliciter ei pereundum erat, sed si ad Artabazum epiſtolam pertuliſſet. Supra 2 8, 6. *sensit Themistocles, si eo pervenisset, sibi esse pereundum.* Tamen Thucydides solum ait: ἀυτὸν εὗρεν ἐγγεγραμμένον κτείνειν. *Bosius.*

*Erant in eadem epistola, quae ad ea pert.*] Non exſtant in C. Leid.

*Nam ne hujus quidem indicio*]

dicio impulsi sunt, ut Pausaniam comprehenderent, neque prius vim adhibendam putaverunt, quam se ipse indicasset. Itaque huic indici, quid fieri vellent, praeceperunt. Fanum Neptuni est Taenari, quod violari 4
nefas putant Graeci. Eo ille index confugit, in araque

Aliam rationem affert *Diodorus Siculus;* nempe quia literas apertas tradiderat. *Lambinus.*

*Quam se ipse indicasset*] Liber P. Danielis, [Gu.] *judicasset;* vitiose: nam ex proprio indicio convincere Ephori Pausaniam cogitabant. *Ulpianus* lib. 1. *ad edictum l.* indicasse 197. D. de verborum significatione: *Indicasse est detulisse, arguisse, accusasse, et convicisse.* Gebh. *Se ipse* eleganter: sic Cicero 9. ad Fam. Ep. 14. Tecum ipse *certes.* Quam elegantiam invenire etiam est in Hygino Fab. 46. *Caeterae, fide data,* se ipsae *interfecerunt.* et Fab. 57. *Sthenobaea, re audita,* ipsa se *interfecit.* qui ita saepius. de hoc loquendi more egerunt cl. v. v. Dukerus ad Florum Lib. 3. cap. 18. num. 7. et Cortius ad Sallust. Cat. c. 20. n. 6. et ad c. 23. num. 2. [Non eleganter, sed, quod bene monuit Tzschuckius, vere et proprie Cornelius *se ipse* dixit, quod sensus ratio h. l. necessario postulat.]

*Quid fieri vell.*] Q. Edd. *quae fieri vell.* Bosius.

*Fanum Nep.*] *Scholia in Aristoph. Acharnenses*: (vs. 509.) *Ταίναρον γάρ ἐςι τῆς Λακωνικῆς ἀκρωτήριον, ἐν ᾧ ςόμιον ἦν κατάγον εἰς ᾅδυ. ἐνταῦθα δὲ ἦν καὶ Ποσειδῶνος ἱερὸν Ἀσφαλείυ.* Iste vero Neptunus ideo, puto, *Ἀσφάλειος* dicebatur, quod navigationem tutam ac secundam praestare posset. Eodem cognomine colebatur et ab Atheniensibus. *Idem Scholiastes*: *Ἀσφάλειος Ποσειδῶν παρὰ Ἀθηναίοισι τιμᾶται, ἵνα ἀσφαλῶς πλέωσι. In Acharnens Act.* II. *sc.* 6. *Gebh.* Meminere templi hujus et *Strabo* 9. *Mela* 3, 3. *Plutarchus Pompejo, Stephanus* et alii. vid. *Meursius Miscell. Lacon.* 4, 11. *Ἀσφάλειος* autem etiam idcirco dici potuit, quod ibi *τοῖς ἱκέταις ἀσφάλεια*, ut de ejuscemodi locis sacris loquitur *Pollux* 1, 1, 10. Sic enim ibi legendum: non ut vulgo editur, *οἰκέταις.* Neque enim solis servis, sed cunctis supplicibus, asyla erant. *Bosius.* A Taenaro Neptuni Filio ipse locus dicitur habere nomen. v. Schol. Apoll. Rhod. 1. Argon. vs. 179. Strabo Lib. 8. Geogr. pag. 574. et Eustath. ad Dionys. Perieg. vs. 498. tradunt, Neptunum ab Apolline pro Pythone recepisse Praesidium Taenari: nam et hic Apollo fuit olim templo cultus. v. Serv. ad Virg. E. (p. 153.) clog. 8. vs. 55. Quidquid sit, Taenari fuisse tutissimum Asylum Neptuni templum, inter omnes constat. vide cel. Perizon. ad Aelian. Lib. 6. V. H. cap. 7. hinc *ἱερὰ ταίναρος* vocatur a Pindaro, O. Pyth. 4. vs. 78. vide et Thucydid. Lib. 1. c. 133. Voss. C. pro *fanum, Vanum.*

*In ara consedit*] Ad aras confugiebant, qui sibi timebant, et servi et liberi. Plautus Mostell. 5, 1, 45. *Ego interim hanc aram occupabo.* Terentius Heaut. 5, 2, 22. *Ne te admisce; nemo accusat, Syre, te; nec tu aram tibi, Nec precatorem pararis.* Virgilius Aen. 2.

consedit. Hanc juxta locum fecerunt sub terr
quo posset audiri, si quis quid loqueretur cum
5 gilio. Huc ex ephoris quidam descenderunt. Pa

*Aedibus in mediis, nudoque sub aetheris axe,*
*Ingens ara fuit, juxtaque veterrima laurus*
*Incumbens arae, atque umbra complexa penates.*
*Heic Hecuba et natae nequicquam altaria circum etc.*

Ibidem de Helena:

*Illa sibi infestos eversa ob Pergama Teucros,*
*Et poenas Danaum, et deserti conjugis iras*
*Permetuens, Trojae et patriae communis Erinnys,*
*Abdiderat sese, atque aris invisa* sedebat.

*Lambinus.* Qui supplicantium mos erat. Quare Graeci ritum istum per verbum ἵζειν exprimere solebant, uti apud Euripidem aliosque scriptores legimus. Id quod Latini imitati sunt. Unde apud Plautum *assidere in ara*, Rud. Act. 3. sc. 3. et *in aram abire sessum* ibid. scen. 4. quod Tacito est *aram insidere*. Quo etiam Tibulli versus spectat:

*Illius ad tumulum fugiam supplexque sedebo.*

Ernstius. Add. *Turneb. Advers.* 21, 18. *Raevard. variar.* 1, 7. *Taubmann. ad Plaut.* p. 678. etc. *Bosius.* Leid. *in araque consedit. Considere*, et *sedere* verba esse supplicum docent Passerat. ad Propert. l. 2. El. 21. vs. 45. et Broukhus. ad Tibull. 2, 7, 15. et ad l. 4. El. 13. vs. 23. Apoll. Rhod. l. 4. Argon. vs. 694. usus est verbo ἱζάνειν. et Sophocl. Oed. Col. vs. 1201. vel in aliis Edd. 1218. supplice.

——— *Προσπεσόντ*
*Βωμῷ ΚΑΘΗΣΘΑΙ τῷ*
*δῶνος.*

Et ita saepius, et προσ
ibi vertitur per *supplic*
male, nam προσπίπτε
prium est supplicum, ut
Androm. vs. 536.

*Τί με προσπίπτεις, ἁλία*
*Ἢ κῦμα λιταῖς ὡς ἱκετ*

Vide Doct. Elsn. ad Evan
ci c. 3. vs. 11. Haec ἐν
Hinc etiam ἑδρῖται app
*supplices.* vid. Ill. Sp
Call. H. Del. vs. 325. It
*σιοι.* Vid. Wess. ad H
Lib. 1. cap. 35. [Cod. I
Ult. cum Leid. 2. *in araq*
*sedit*, quae copulae co
in Nepote frequentissima
Ind. v. *que.*]

*Hanc juxta locum f*
*sub terra*] Haud dissimi
ditate ap. *Tacit.* 4. *A.*
*Tectum inter et laquea*
*Senatores haud minus t*
*tebra, quam detestanda*
*sese obtrudunt, forami*
(p. 154.) *rimis aurem ad*
Caeterum quia *Thucydi*
cat καλύβην, *Magius* le
censet heic esse *specum;*
propemodum (dissimuls
mine) assentiri addit *Lam*
nihil tamen veteribus li
vitis mutandum esse suade
*hardus. Diodorus* διπλ
νὴν circumdatam Argili
in eaque Ephoros occulta
*sius.* Clar. Wess. ad Diod
Lib. xi. c. 45. locum, q
spicit Bosius, statuit, N
alios auctores fuisse secu

ut audivit, Argilium confugiſſe in aram, perturbatus venit eo. Quem quum ſupplicem Dei videret in ara ſedentem, quaerit, cauſſae quid ſit tam repentino conſilio. Huic ille, quid ex litteris comperiſſet, aperit. Modo magis Pauſanias perturbatus orare coepit, 6

*Perturbatus eo venit*] Schottus primum vocabulum deficere in vetere libro notat, videturque probare, quod paullo poſt occurrat. Sed illud ipſum *eo magis perturbatus* adſtruit, heic extrudi non debere prius *perturbatus*. Gebhardus. Voſſ. A. B. C. *venit eo*. Sed *perturbatus* in Voſſ. C. non legitur. [Gu. Ult. omnesque ante Lambinum editi: *perturbatus venit eo*, quod injuria ille transpoſuit. Fallitur etiam Schottus, qui *perturbatus* in Ult. omitti ſcribit.]

*Quaerit, caussae quid sit tam repentini consilii*] Elegantius excerpta P. Daniel. *tam repentino consilio*. Gebhardus. Leid. etiam *repentino consilio*. Quam lectionem probat, et pluribus illuſtrat clar. Cortius ad Salluſt. Cat. c. 40. n. 2. De ſimilibus Dativis vide ad Lyſandrum c. 1. Noſter in Alcib. c. 7. *Itaque huic maxime putamus malo caussam fuisse*. Sed variant ibi Codices, et clar. Oudendorpius legi vult *mali caussam*. Milt. c. 4. *Se esse hostem Atheniensibus*. Adde cl. Duker. ad Florum l. 2. c. 6. n. 48. et Cort. ad Salluſt. Catil. c. 32. n. 1. [Ax. *repentini consilii*. Gu. *repentini consilii*, et ſupra ſcriptum *t. o. o.* Ult. *repentini consilii*, et in margine: *Al. repentino consilio.*]

*Tanto magis*] Schoppius ſcribit, ſe in duobus libris pro *tanto* inveniſſe *modo*, quod Barthio l. 24. Adv. c. 18. valde probatur: ſiquidem in vetuſtiſſima editione ita invenerit. *Ernstius*. Mss. Schotti [Gu.] et, teſte *Schoppio verisim*. 4, 2. duo Bavarici, ac Ed. Ultrajectina: *modo magis*. Boecl. abbreviate *mō magis*. Id *Barthius Adv*. 24, 18. exponit, ſupra modum. *Magis enim*, inquit, *orabat*, *quam qui patribus occultatis excusari proditionis posset*. Sed dubito, an quisquam veterum ita loquutus ſit. Quid ſi exponas: Jam, vel Tum, magis perturbatus? *Lambinus* mallet *multo magis*, aitque teſtari quosdam, ita in antiquis codd. fuiſſe ſcriptum. Vellem nominaſſet! nam egó quidem in nullo ſic ſcriptum fuiſſe reperio. *Bosius*. Leid. *Modo magis*. ut et Voſſ. A. B. *Pausanias* abeſt a Voſſ. C. [Ax. ut Boecl. *mō magis*. De quo, quid ſibi velit, vix dubitari poteſt, dummodo codicis rationem teneamus. Eſt enim aperte pro *modo*. Sic noſter Pelopid. 1. pari ratione *mō* pro *modo*. Hinc recte alii codices legunt *modo*, quod omnino retinendum eſt. Valet enim idem fere quod *nunc*, ſed exquiſitius dictum eſt. conf. Terent. Adelph. 3, 1, 2. Cic. pro Fontej. 1. Ut ſit: *Jetzt noch mehr betreten fieng Pausanias an zu bitten*. Fruſtra conjicitur *multo*, quod nunquam ſic effertur *mō*. Vulgatum autem *tanto* [a Lambino inductum] omni ratione eſt deſtitutum. Eſt autem *mō* in Cod. Ax. non a manu ſecunda, ſed a prima, neque margini adpoſitum, ſed verſui ſuo ita additum, ut is proximorum ſpatium paulum excedat, quod alibi quoque animadvertere licet. Inſerit Cod. *non*, habet enim: *mō non magis*, ſed punctis additis illud ſatis damnavit. *Mosche*.]

ne enuntiaret, nec se, meritum de illo optime, proderet. Quod si eam veniam sibi dedisset, tantisque implicatum rebus sublevasset, magno ei praemio futurum.

*Ne enuntiaret*] Rectius Schoppius *ne enuntiaret*, arcana detegeret, et Ephoris proderet. Apulej. Metam. Lib. x. *Neque ad vos, quae ignoravi, possum* enuntiare. Cicero contra Rullum: *qui sociorum consilia adversariis* enuntiavit. *Gebhard.* Sic legit idem Schoppius, (4. Verisim. cap. 2.) et auctoritate Livii comprobat, cui addi potest Cicero, qui dicit *enuntiare consilia amicorum*, Orat. pro Roscio Amer. *Enuntiare mysteria*, Lib. 1. de Orat. et *Enuntiare commissa*, Lib. 2. Tusc. Quaest. Sed ego in omnibus libris meis, editis et Ms. reperio *nuntiaret*. Ernstius. Sic recte Dan. et Bavaricus unus. [Ax. Gu. Ult.] vid. not. Ernstii. Alii *nuntiaret*. Bosius. Propter praecedens *e* male ex *ne enuntiaret* factum esse *ne nuntiaret*, recte putat cl. Cortius ad Sallust. Catil. cap. 23. num. 1. *Enuntiare* omnino retinendum est, proprie enim notat tacenda detegere. Vide cl. Burmann. ad Quinctilian. Declam. 272.

(p. 155.) *Si eam veniam sibi ded.*] Si hoc sibi concessisset, ut sup. 2, 10, 1. Vid. Ind. Mox scripti libri habent *implicatum*, quomodo et 10, 1, 1. legitur. Denuo Ind. vide. *Bosius.*

*Tantisque implicitum rebus*] Cod. Dan. *implicatum.* Dione: *utraque implicatus tyrannide Dionysiorum.* Apulej. 10. Metam. *Morbi inextricabilis veterno vehementer implicatus.* et] ita videntur veteres esse locuti. Idem libr. 3. *sed ut ex animo tibi volens, omne delictum, quo me tantis angoribus* implicasti, *remittam.* Gebhardus. Leid. quoque *implicatum*, nec non Voss. B. C. [Ax. Gu. Ult. quod reposui. Vid. ad Agesil. 8, 6.]

*Magno ei praemio futurum*] Alii *magno esse ei praemio futurum.* Lambinus malit: *magno id ei praemio futurum*, id est, magnis eum muneribus oneratum iri. *Gebhard.* Leid. [Gu. Ax. Ult.] pro *putaverunt*, *putarunt.* [Ed. princ. Arg. Long. *magnoque ei praemio futurum.* Utraque Paris. et Ald. *magno se ei praemiofut.* Ax. Gu. Ult. Mag. Basil. *magno ei praemio futurum.* Atque ita nos quoque edidimus, excluso verbo *esse*, quod, a Lambino profectum, recentiores retinuerunt.]

## CAP. V.

**His rebus ephori cognitis satius putaverunt, in** 1
**urbe eum comprehendi. Quo quum essent profecti, et Pausanias, placato Argilio, ut putabat, Lacedaemonem reverteretur, in itinere, quum jam in eo esset, ut comprehenderetur, e vultu cujusdam ephori, qui eum admonere cupiebat, insidias sibi fieri intellexit.**
**Itaque paucis ante gradibus, quam qui sequebantur,** 2

[*In itinere*] Cornelium interdum non satis recte auctoribus graecis usum esse, ut omnes, credo, concedent, ita non possum non mirari, id in hoc loco nondum ab aliis animadversum esse atque notatum. Quis enim est, qui non sentiat, rem tali modo narratam difficultatibus laborare haud mediocribus? Pausaniam statim secutum putemus Ephoros? Quos cum Taenari adfuisse sensisset, nullam ei inde suspicionem creatam arbitremur? Nonne satis patet, Ephoros Pausaniam, apud agrorum incolas gratiosissimum, nusquam nisi in urbe tuto comprehendere potuisse? Si denique res in itinere gesta esset, quomodo Pausaniam ex itinere putabimus in aedem Minervae, quae in acropoli sita erat, ita confugere potuisse, ut paucis ante gradibus, quam qui sequebantur, eo perveniret? Res autem, si Thucydidem 1, 133. audimus, multo aliter accidit. Taenaro profecti jam erant in urbe et Ephori et Pausanias; ibi autem, cum in eo esset, ut Pausanias *in via* (ἐν τῇ ὁδῷ), i. e. per urbem aliquando incedens, comprehenderetur, ex unius ad eum accedentis Ephori vultu (irato et hinc rem omnem prodente), cur veniret, cognovit; cum praeterea alius quidam Ephorus, benevolentia ductus, nutu clandestino rem omnem ei patefaceret, cursu petiit templum, quod prope adjacebat. Quid quaeso desideres amplius? Unde autem ex his, profecto satis perspicue traditis, illa Cornelii haesitatio? Thucydidis ἐν τῇ ὁδῷ legendo cepit pro *itinere*, quod cum semel mente concepisset, ad scribendum accedens omnem rem ita narravit, ac si in itinere urbem versus ducente accidisset. *Mosche.*]

*E vultu cujusd. Ephori*] Ex nutu clandestino aliis inobservato, νεύματι ἀφανεῖ, ut *Thucydides* lib. 1. pag. 87. habet. *Loccenius.* Voss. B. *et ex vultu.* C. *ex vultu.* [Ita et Gu. Ax. Ult. Codex Ax. etiam habet: *cum jam in eo esset, ut jam compr.*]

*Admonere*] Non male Boecl. et Leid. *admoneri.* Dan. quoque *ammoneri.* Bosius. Mf. Oxon. *amoveri.* Leid. meus *ammoneri.* Voss. B. C. *admoneri.* [Ax. etiam *admoneri*, quod recipere non dubitarem. *Mosche.* Ita etiam Ed. Ult. sed Gu. *admonere*, quod cum Tzschuckio praestare duco, quia ad ipsum, qui cupiebat, pertinet.]

*Quam qui sequebantur*] *Buchnerus* existimabat supplendum

in aedem Minervae, quae *Χαλκίοικος* **vocatur, confugit.** Hinc ne exire posset, **statim ephori valvas ejus**

*comprehenderent*, aut ſimilem vocem aliam. Mallem: *ibant, pergebant etc.* In Cod. Dan. erat: *qui eum sequebantur.* Bos.

*In aedem Minervae, quae Chalcioecus vocatur, confugit*] Vid. *Thucydid.* 1. *Diodor.* 11. *Lycurgus Orat. in Leocratem, Aelian.* 9. 41. *Polyaen.* 8. *Plut. in parall.* pag. 308. *Themistoc. Epist.* 2. *etc.* Deſcribit templum hoc *Pausanias Laconicis.* Adde *Meursii Miscell. Lacon.* 1, 3. Boſius.

*Quae Chalcioecus vocatur*] Aedesne, an Minerva? Ad illam referre malim; nam ita et *Livius* 35, 36. *Aetoli circa Chalcioecum* (p. 156.) (*Minervae est templum aeneum*) *congregati caeduntur. Aelianus* item *Var. histor.* 9, 41. de Pauſania loquens: *ἐπεὶ δὲ ἦν πρὸς τῇ Χαλκιοίκῳ, καὶ διεπάλαιε τῷ λιμῷ.* Ceteri plerique Minervam ipſam *Χαλκίοικον* vocant. Vide Indicem. Quos ſi Noſter imitari voluiſſet; ſimpliciter, puto, dixiſſet: *in aedem Minervae Chalcioeci. Thucydides* tamen vocat *τὸ ἱερὸν Χαλκιοίκου. Bosius.* Leid. *Chalcidicos.* Voſſ. A. [Gu.] *Calchidicos.* Voſſ. C. *Chalcidicus.* sed Voſſ. B. *Χαλκίοικος.* Adde Perizon. ad Aeliani locum. siquis hic malit cum Voſſ. B. *Chalcioecos*, per me licet; sed res eodem redit; nam Drakenburgius ad Livium Lib. xxxv. cap. 36. de Codicibus Mſſ. hanc vocem miſere depravantibus adnotat: *Frob. anno* 1531. *Chalcioecum recte emendavit.* neque Codicum ſcribentium *Chalcidicos* adeo ſpernanda lectio, licet *Chalcioecos* praeferam. conſule notata a Fabricio ad Dion. Caſsii Lib. LI. c. 22. De hoc aſylo praeter alios Lambinus ad h. l. et Polybius Lib. IV. c. 35. Plut. in Lyc. pag. 42. de Charilao Rege ſibi ob ſeditionem motam timente refert, *κατέφυγε πρὸς τὴν Χαλκίοικον.* unde patet, ipſis Lacedaemoniorum Regibus jam ab antiquis temporibus non inſolitum fuiſſe, ibi ſuam fuga quaerere ſalutem. [Cod. Ax. *in aedem Minervae Chalcioecus vocatur*, ſed *Chalcioecus* a manu ſeriori inſitum eſt ſpatio, quod Codicis librarius vacuum reliquerat. Unde ſatis patet, graecis literis vocem fuiſſe exaratam, ideoque a librario eſſe omiſſam. Sine dubio autem reducenda ſunt graeca. *Mosche.* Idque jam in Ult. factum eſt.]

*Hinc ne exire posset*] Quem etiam abſtrahere religione vetabantur. *Polyaenus: ὅθεν ἀποσπάσαι ἱκέτην οὐκ ἦν θέμις. Gebhardus.*

*Statim Ephori valvas*] Plutarchus non ab Ephoris, ſed a patre ejus factum ſcribit. *Obstruxerunt* Polyaen. reddit *ἐναπῳκοδόμησαν.* Cicero dixit *obstruere aditum. Gebhard.* Imo pater ejus Hegeſilaus, ſi credimus *Chrysermo Corinthio* lib. 2. *Historiae Persicae.* Sic enim ille ap. *Stobaeum serm.* 157. *Ἡγεσίλαος ὁ πατὴρ τοῦ παυσανίου περὶ τῶν συμβεβηκότων ἀκούσας, τὸν υἱὸν μέχρι τοῦ ναοῦ τῆς Χαλκιοίκου συνεδίωξεν Ἀθηνᾶς, καὶ τὰς θύρας τοῦ τεμένους πλίνθοις ἐμφράξας, μετὰ τῆς γυναικὸς τὴν εἴσοδον ἐφρούρησε, καὶ λιμῷ τὸν προδότην ἀνεῖλεν, ὃν ἡ μήτηρ ἀείρασα ὑπὲρ τοὺς ὅρους ἔρριψεν.* Quae in *parallela* ſua retulit *Plutarchus.* pag. 308. ſed patrem Ageſilaum vocat. Male uterque: fuit enim is Cleombrotus, ut ſup. *ad* 4, 1, 1. diximus. *Bosius.*

*Valvas ejus aedis obstr. tectumque s. demol.*] *Τὴν ὄροφον ἀφεῖλον.* Thucyd. lib. 1. c. 134.

**aedis obstruxerunt, tectumque sunt demoliti, quo facilius sub divo interiret. Dicitur, eo tempore matrem** 9 **Pausaniae vixisse, eamque jam magno natu, postquam**

L. 77. Nepos Timoleonte: *Caetera tyrannidis propugnacula demolitus est.* Curt. lib. 8. c. 54. *alii extra urbem tecta demoliebantur.* occurrit apud Ciceronem *demoliri parietem, partem muri. Gebhardus.* Immo domunculae haud magnae templi, quam, ne sub dio adfligeretur, ingressus erat. Ita namque *Thucydides.* Templi tamen fores obstructas, etiam *Chrysermus, Plutarchus* et *Diodorus* tradunt. *Bosius.* Vide Servium ad Virg. 1. Aen. vs. 428. Voss. C. *moliti sunt.*

*Quo facilius* ] Schopp. liber pro *facilius* legit *celerius.* l. 4. Verisim. 2. *Celer* autem *mors* opponitur *lentae*, et a Curtio vocatur *Strenua.* l. 9. c. 8. §. 20. *Strenue mori* eidem, quod Nepoti *facilius interire*, lib. 3, 5, 13. Gebhardus. Sic praeter edd. vett. plerique manu exarati. Ac similiter infra 18, 6, 4. *Id quo facilius faceret.* At alter Bavaricorum ( *teste Schoppio verisim.* 4, 2. ) Leidensis, Ernstianus, et Ed. Ultrajectina: *quo celerius*, quod glossema puto. *Bosius.* Voss. A. B. C. [Gu.] *celerius*, sed in Marg. Voss. B. *facilius sub divo.*

*Sub divo*] Sic optimi libri MSS. idque recte. Vide Ind. *Bosius.* [Gu. *divo*, sed Ult. *dio.*]

*Dicitur matrem Paus. vix.*] Pro *mater dicitur vixisse*, usitato ἑλληνισμῷ. Tacitus 1. H. (p. 157.) 50, 1. *ut tantum superioris Germaniae exercitum descivisse crederetur.* Hoc Plutarchus, ut praecepi dicere, factum patri ejus adscribit, quem Agesilaum nuncupat, cum sit *Cleombrotus*, testibus Herodoto, Thucydide, et auctore Scholiorum in Aristophanis Equites. A matre vero memorat inhumatum esse projectum, contra Thucydidis, Diodori, Polyaeni aliorumque sententiam. Caeterum matri Pausaniae nomen fuit, si Polyaeno lib. 8. credimus, Theano, cap. 51. sin auctori Scholiorum in Aristoph. Equites Ἀλκαλθέα. *Gebhardus.* Nomen ei *Theano* fuit, si *Polyaeno* credimus. Sed *Suidas Anchitheam; Scholiastes in Aristoph. Equit. Alcaltheam* vocat. *Bos.* A Scholiaste Aristophanis l. l. nempe vs. 84. non, ut male Gebhardus, et ex eo Bosius protulerunt *Alcaltheam*, sed *Alcathea* Pausaniae mater dicitur. A Scholiaste Thucydidis lib. 1. c. 134. l. 74. vocatur *Alcithea*, addente, inde apparere ingenium Lacaenarum mulierum, et quanto in odio Tyranni fuerint Lacedaemoniis. De constructione v. indic. in v. *dico.* Burm. ad Ovid. v. Fast. 597. et Duker. ad Florum 11, vi. 45.

*Magno natu* ] Recte et ex indole Nepotis, optimorumque scriptorum, quod ex 13, 3, 1. recte adstruit Savaro, contra Lambin. et Schottum, praeferentes *magnam natu.* Addo ego 14, 7, 1. Livius 10, 38. *Sacerdote Ovio Paccio quodam, homine magno natu.* Idem l. 3. *Magno natu quidam cum omnium majorum suorum insignibus se in forum projecit.* Ibidem: *Cui magno natu, non sufferentibus jam viribus etc. Gebhardus.* Sic Ms. Leid. [Gu. Ult.] et Voss. A. B. in Datame c. 7. *maximo natu filius*, probante cl. Oudendorpio ad Lucan. 2. vs. 728. et Livianam locutionem esse quis ignorat? In-

de scelere filii comperit, in primis ad filium clauden-
4 dum lapidem ad introitum aedis attulisse. Sic Pausanias magnam belli gloriam turpi morte maculavit. Hic quum semianimis de templo elatus esset, confestim

ſpice modo lib. 2. c. 23. lib. 3. c. 58. et 71. et ita saepius. *Magno* hic abeſt a Voſſ. A.

*In primis ad fil. claud.*] Praeter *Chryſermum* et *Plut.* paullo ante laudatos, *Polyaenus*, *Thucyd. Diod. Sic. ll. citatis.* Boſius. Hoc factum alii adſcribunt Pauſaniae patri. v. Weſſ. ad Diodor. Sicul. Lib. XI. c. 45. n. 71. Chryſermus tamen paullo ante a Boſio jam, et poſtea a Weſſ. ad Diod. citatus, etiam ſimul de matre, ſive patris uxore mentionem facit. Diodor. Sic. L. XI. c. 45. differt etiam a Nepote, ordinem rerum confundente, nam is narrat, *ἀπορȣμένων δὲ τῶν Λακεδαιμονίων, ἐι τιμωρήσονται τὸν ἱκέτην, λέγεται τὴν μήτερα τȣ̃ Παυσανίȣ καταντήσασαν εἰς τὸ ἱερὸν, ἄλλο μὲν μηδὲν μήτε ἐιπεῖν, μήτε πρᾶξαί τι, πλίνθον δὲ βαςάσασαν ἀναθεῖναι κατὰ τὴν εἰς το ἱερὸν ἔισοδον, καὶ τȣ̃το πράξασαν ἐπανελθεῖν εἰς τὴν ἰδίαν οἰκίαν. τȣ̀ς δὲ Λακεδαιμονίȣς τῇ τῆς μητρὸς κρίσει συνακολȣθήσαντας, ἐνοικοδομῆσαι την ἔισοδον καὶ τȣ́τῳ τῷ τρόπῳ συναναγκᾶσαι τον Πανσανίαν λιμῷ καταςρέψαι τὸν βίον.* ergo non ſtatim Ephori valvas aedis obſtruxerunt, ut Nepos ſcribit. cum Diodoro facit Tzetzes Chil. XII. citatus jam a cl. Waſſe ad Thucydid. Lib. 1. cap. 134. lin. 19.

—— *Πάντων δ' ἀπορȣμένων*
*Τὶ δέον πράττειν ἐπ' ἀυτῷ,*
*ἐξάγειν, μὴ ἐξάγειν,*
*Ἡ τȣ́τȣ μήτηρ ἄρασα τȣ̃ Παυσανίȣ λίθον,*
*Τȣ̃ ὑιȣ̃ ἐνέθηκε τȣ̃τον ἐν τοῖς προθύροις*
*Ὃ γνόντες Λάκωνες ἀνεκτίσαν τὰς πύλας.*

(p. 158.) Scholiaſtes Thucydidis ad lin. 74. dicit etiam *ἡ μήτηρ ἀυτȣ̃ Ἀλκιθέα ΠΡΩΤΗ λίθον ἐπέθηκε.* sed praemiſit *ἡνίκα ἔφραξαν κατ' ἀυτȣ̃ τὸ οἴκημα.* sed Polyaenus Lib. VIII. c. 51. cum Diodoro et Tzetze facit, matrem memorans lapidem ad oſtium adplicuiſſe, antequam oſtium obſtruxerant Lacedaemonii. Nepos quidem dicit *in primis* matrem hoc feciſſe, ſed poſtquam Ephori valvas aedis clauſerant, qui tamen non ſtatim aditum aedis ſepſerant, ut ſupra memorati auctores clare docent. De matris hoc facto ipſe tacet Thucydides; et alios ſcriptores, ac Thucydidem et Diodorum, Nepotem fuiſſe ſecutum liquido apparet. Suidas, (quem ſcriptorem ſecutus fuerit, non inquiro) ita rem narrat, de Pauſania, *καταφεύγει ἐς τέμενος Ἀθηνᾶς. ἡ δὲ μήτηρ πλίνθον ἔθηκε πρώτη κατὰ τῆς ἐισόδȣ, εἶτα οἱ ἄλλοι. καὶ ȣ̃τως ἔνδον ἀπέθανε.* [Ult. *e templo.*]

*Confeſtim animam efflavit*] Cum antea Simonidis illud *μέμνησο ἄνθρωπος ὤν*, ſpreviſſet, jam fame contabeſcens dixiſſe fertur *ὦ ξεῖνε κεῖε* et cetera, quae ſequuntur ap. Aelian. lib. 9. c. 41. Alia ejus dicta refert praeter Herodotum Pauſanias lib. 3. pag. 199. *Ernſtius.* Sic et *Thucydides. Lambinus* ait, *Xenophontem Hist. Gr.* 3. ſcribere, eum Tegeam profugiſſe, ibique morbo confectum mortuum eſſe. Sed *Xenophon* de alio Pauſania, Pliſtonactis filio, loquitur. *Boſius.* Diriſſimo itaque affectus eſt ſupplicio Pauſanias (vide Thucydid. lib. 1. c. 134.) Quid enim gravius eſt, quam fame mori?

animam efflavit. Cujus mortui corpus quum eodem nonnulli dicerent inferri oportere, quo hi, quid ad supplicium essent dati, displicuit pluribus, et procul ab eo loco infoderunt, quo erat mortuus. Inde posterius [Dei] 5

Tale Supplicium erat Graecis ipsis, eorumque diis, ut ajebant, invisissimum, unde etiam Noster recte turpem Pausaniae mortem vocavit. Vide Veteres Criticos ad Sophocl. Antig. vs. 784. de Mosynoecis referunt, ut horrendum quid, quod regem jura populo ingrata reddentem in carcerem conjicere, et fame suffocare solebant. Vide Schol. Apollon. Rhod. lib. 2. Argonaut. vs. 1031. Eamdem tamen poenam subiit Eumenes. vide ejus vitam cap. 12.

*Eodem*] Q. edd. addunt *loci*. Bos. Diod. Siculus Lib. XI. c. 45. refert, defuncti cadaver ad sepulturam fuisse concessum propinquis. Xenophon Lib. III. Hist. Gr. pag. 396. dicit, Pausaniam fuisse capitis damnatum, quia non stitit sese in judicio, ut observavit Cragius Lib. IV. de Rep. Lac. c. 7. pag. 431. sed confundit Cragius, uti et Lambinus, Pausaniam Cleombroti filium, cum Pausania Plistonactis filio, de quo agit Xenophon, ut recte observat Bosius. Vide Pausaniam Lib. III. c. 5. Plut. in Lys. pag. 450. et Wess. ad Diod. Sicul. Lib. XIV. c. 89. Quid? ipsi antiqui eumdem errarunt errorem. Plutarchus ipse in Apophth. Lac. pag. 230. tribuit Pausaniae Cleombroti filio id, quod Pausaniae Plistonactis filio tribuendum est, ut ostendit cl. Dorvillius in Exercitatione de Inscriptt. Deliacis cap. 3. pag. 21, 22. quae legitur in Observ. Miscell. Vol. VII. Tom. I.

*Quo hi, qui ad supplic. dati*] Subaudi, *inferri solebant*. Thucydides: *οὗπερ τὺς κακύργυς ἐμβάλλειν εἰώθεισαν*. Dicebatur (p. 159.) autem is locus *Κεάδας*. de quo adisis *Cragium de Rep. Lacedaem.* 4, 10. *Bosius*. Vide Doctiss. Interpr. Wass. et Duker. ad Thucyd. lib. I. c. 134. n. 84.

*Procul ab eo loco*] *Thucydides: ἔδοξε πλησίον πυ κατορύξαι*. An igitur, addita negandi particula, legendum: *non procul ab eo loco?* mox Ms. Boecl. *quo erat mortuus:* omissa praepositione. *Bosius*. Non necesse est, ut legatur *non procul ab eo loco*, nam ex tota hac historia liquet, Nepotem non in omnibus esse secutum Thucydidem. [Thucydidis verba haec sunt: *Αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν Κεάδαν, ὗπερ τὺς κακύργυς ἐμβάλλειν εἰώθεισαν. ἔπειτα ἔδοξε πλησίον πυ κατορύξαι. πλησίον πυ*, i. e. *prope Ceadam*. Apparet ergo, non Thucydidem h. l. a Cornelio expressum, neque hunc ex illo emendandum esse.] Suidas dicit *τὸ δὲ σῶμα εἰς τὸν Κεάδαν (βάραθρον δὲ ἐστι τῦτο) ἔρριψαν*, contra Thucydidis et Nepotis sententiam; sed hic confundit totam historiam, nam, quae deinde narrat, jam antea sunt facta, ut videmus c. 1. hujus vitae. Aelianus L. IV. V. H. c. 7. *τὸν νεκρὸν ἐξέβαλον αὐτῦ ἐκτὸς τῶν ὅρων*, secutus Timaeum. v. ibi Interprr. De phrasi *procul ab eo loco* vide obs. Miscell. Nov. et Dec. 1732. pag. 387. Mox pro *in quo erat m.* Voss. A. B. C. et Leid. meus *quo erat mortuus*. [*In*, a Lambino intrusum, etiam in Gu. et Ult. omittitur.]

*Dei Delphici*] *Τὸ Dei* aberat a Mss. Leid. Boecl. et quem laudat *Schoppius Veris*. 4, 2. Sed retineri jubent verba *Thucydidis: ὁ δὲ Θεὸς ὁ ἐν Δελφοῖς τὸν*

**Delphici responso erutus atque eodem loco sepultus, ubi vitam posuerat.**

*τάφον ὕστερον ἔχρησε τοῖς Λακεδαιμονίοις μετενεγκεῖν, οὗπερ ἀπέθανε.* Bos. *Dei* abest a Leid. meo et Voss. B. C. De periphrasi Apollinis vide ad Themistocl. c. 2. si a MSS. codicibus stamus, *Dei* delendum est; ut ab Homero Il. *Δ*. vs. 160. Ὀλύμπιος pro Jove Olympio, sed vide not. post. Apollo vocatur *ὁ Θεὸς ὁ ἐν Δελφοῖς*, ab Aristide Tom. II. pag. 186. *Responso* hic proprie utitur Auctor de oraculo. Justinus lib. 2. c. 12. *Consulentibus Delphis Oraculum* responsum *fuerat*, et Noster in Themistocle c. 2. Just. lib. 6. c. 2. *propter* responsum *oraculi Delphici*. P. Mela Lib. 1. cap. 19 *Quod consulentibus*, *in quasnam terras potissimum tenderent*, responsum *erat*. Item alii. confule Th. Muncker. ad Lactant. Argum. fab. Ovid. lib. 3. fab. 5. et ad lib. 6. fab. 3. et Cort. ad Sallust. Catil. cap. 47. num. 2. [Gu. Ult. omnesque ante Lambinum editi *Dei* ignorant, quod ante *Delphici* facile omitti potuit. Hinc ejicere nolui, sed, ut suspectum, uncis includendum curavi.]

*Eodem loco sepultus*] Verba haec, et quae ad finem usque sequuntur, Schoppius e vetere libro ita legit: *Inde posterius Delphici responso erutus atque eodem loco sepultus, ubi vitam posuerat.* Barthius ex indole scriptoris esse ait, *loco* delere. Vide Suidam ante citatum. *Ernstius*. *Τὸ eodem* a quibusdam libris abest. *Barthius Advers.* 24, 18. potius et ex indole Nepotis multo melius putat, si et *τὸ loco* deleatur. *Bosius*. Hanc ob rem tamen iram Apollinis sibi concitarunt Lacedaemonii, et quomodo placatus fuerit, vide Lambinum ad h. l. et Wessel. ad Diodor. Sicul. L. XI. c. 45. [Cod. Dan. Gu. Ult. lectionem a Bosio receptam confirmant.]

*Ubi vitam posuerat*] Reposui lectionem MSS. Dan. Sch. [Gu.] Leid. Schoppiani et editionis Ultrajectinae, quam et Gif. confirmat, cujus Excerpta habent: *ubi vt posuerat*. Vulgo: *ubi vitam finierat*. *Ponere vitam* dictum, ut *ponere calamum*, *vestem*, *dolorem*, et similia. Propertius 2, 16, 3.

> *Non potuit saxo vitam* posuisse
> *Ceraunο?*

Idem 2, 26. sub finem.

> *Quod mihi si* ponenda *tuo sit*
> *corpore vita*,
> *Exitus hic nobis non inhonestus erit.*

Quae loca et J. *Gebhard.* adduxit. *Ponere spiritum* eodem sensu (p. 160.) dixit *Valerius Maxim.* 7, 8, 8. *Bos.* Leid. meus, Oxon. et Voss. A. B. C. etiam *posuerat*. Cicero 9. ad Fam. Ep. 24. *Si in hac cura atque administratione vita mihi* ponenda *sit*. v. ibi Cort. Ovid. 4. Trist. El. 8. vs. 14.

> *Hos ego sic annos* ponere
> *dignus eram.*

Vide Passeratii notas ad Propert. Lib. 2. El. 10. vs. 43. Paullo ante monere oblitus fui, quod *corpus mortui* hic pro cadavere ponatur, quomodo apud Graecos *σῶμα*. Vide Clar. Burmann. ad Quinctilian. Instit. Orat. Prooem. Libri 1. et ad Valer. Flaccum Lib. III. Arg. vers. 333.

# V. CIMON.

## Cap. I.

**CIMON MILTIADIS F. ATHENIENSIS,** 1
**duro admodum initio usus est adolescentiae.**

(p. 161.) CIMONIS res scripsere *Plutarchus Cimone*, *Diodorus* 11. et 12. *Herodotus* 6. et 7. *Thucydides* 1. *Polyaenus* 1. *Plato in Theage et Gorgia*, *Suidas*, *Athenaeus* 12. *Demosthenes orat. contra Aristocrat. Andocides Orat. in Alcib. Aristides Tomo* 3. *Platonica* 2. *Justinus* 2, 15, 10. *Valerius Maximus* 5, 3. *ext.* 3, 5, 4. *ext.* 2, 6. 19. *ext.* 3. *Cicero* 2. *Off.* 18. *etc.* Boecl. Facies ejus in nummorum meorum uno conspicitur, cum infcr. *ΚΥΜΟΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥ*. In postica parte victoria seminuda armis insidens, dextra palmam, finistra clypeum tenens, in quo: *ΝΙΚΗ*. Infra: *ΑΘΗΝΑΙΩΝ*. Circum Victoriam: *ΚΑΤΑ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ*. Recentiorem, et superiore saeculo cusum esse vix dubito. Hermam ejus, sed capite truncatum, exhibent *Ursini Imagines num.* 46. Diversus ab hoc Cimon Tisagorae F. quanquam interdum cum nostro hoc confundatur. De quo vide *Rutgers. Var. lect.* 1, 9. pag. 33. et 37. *Bosius*. Vide et ad Quinctilian. 302. declam. Voss. B. *Cymon*.

*Cimon Miltiadis filius,*] Ejus, cujus supra mentio facta est. Tres Miltiades numerat Aelianus Lib. XII. V. H. cap. 35. *Ernstius*. Ortum Cimonis latius extendit Plut. in Cimone p. m. 480. Ab avi nomine ob reportatas e ludis Olympicis victorias a Pisistrati filiis, ei hunc honorem invidentibus, interfecti, ut refert Herodotus Lib. VI. cap. 39. et 103. appellatus fuit, vel proavi. De Cimonibus Nostri avo et proavo Perizon. ad Aelian. Lib. IX. V. H. c. 33. num. 4.

*Duro admot. initio*] Male in edit. Colon. *diro*. Recte P. Dan. [Gu. Ult.] et Schott. *duro*; *durum* enim hic notat laboriosum, sive multis malis calamitatibusque obnoxium. Consule cl. Burmann. ad Valerium Flacc. L. 5. Argon. vs. 225. Non invenuste hic Noster verbum *uti* adhibuit pro *pati* more Graecorum, verbum χρᾶσθαι tam de malis, fato quodam destinatis, nos prementibus, quam de bonis, quae nobis obveniunt, usurpantium. Herodot. Lib. 3. cap. 42. *ἀπικόμενος δὲ ἐς τὰ οἰκία, συμφορῇ ἐχρῆτο.* Anton. Liberal. c. 11. Metam. pag. 86. *καὶ ἐδήλωσεν, οἷα ἐχρήσατο συμφορᾷ.* iterum Herodotus Lib. 1. cap. 117. *καὶ τοιούτῳ μόρῳ ἐχρήσατο ὁ παῖς, et talem vitae exitum habuit*

Nam quum pater ejus litem aestimatam populo solvere non potuisset, ob eamque caussam in vinculis publicis decessisset, Cimon eadem custodia tenebatur, neque legibus Athe-

*puer.* De vocabulo *usus* v. Periz. ad Sanctii Minerv. Lib. III. cap. 2. pag. 284.

*Initio adolescentiae*] Quo apud populum male audivit, ὡς ἄτακτος καὶ πολυπότης, καὶ τῷ πάππῳ Κίμωνι (*Coalemo* ob mentis ſtuporem cognominato) προσεοικὼς τὴν φύσιν: ut ſcribit *Plutarchus* pag. 480. *Valerius* quoque *Maximus* 6, 9. *ext.* 3. ait, ejus *incunabula opinione stultitiae fuisse referta.* Bosius. Hinc Ariſtides T. II. p. 152. haec adnotat ὅτι μὲν τοίνυν οὐχ (p. 162) εἷς τῶν κομψῶν, οὐδ᾽ οἷος ὑπελθεῖν καὶ κολακεῦσαι Κίμων ἐγένετο, οἱ μηδὲ τὰ πατρῷα ἐθελήσαντες αὐτῷ παραδοῦναι μέχρι πόρρω τῆς ἡλικίας ἐπίτροποι μαρτυροῦσιν. Sed unde haec hauſerit Ariſtides, nescio. Plut. adverſus Princ. indoct. p. 782. adnotat Κίμωνος ἦν ὁ οἶνος διαβολή.

*Nam cum pater ejus*] Supra ad 1, 6, 7. *Bosius.* Voſſ. A. *Ob eamque caussam vinculis publicis decessisset.*

*Eadem custodia teneb.*] Nihil de hac cuſtodia *Herodotus* ac *Plutarchus.* Meminere tamen *Diodorus Siculus in Excerpt. Peiresc.* Lib. 20. pag. 254. *Valerius Maxim.* 5, 3. *ext.* 3. *et* 5, 4. *ext.* 2. *Justinus* 2, 15, 19; *Seneca controvers.* 24. et *Quinctilianus Declam.* 302. Exſtatque et apud *Libanium* Tomo 1. declamatio ejus, pro patre in carcerem ire volentis. *Bosius.*

*Neque legib. Athen. emitti poterat*] Lege apud Athenienſes sancitum erat, ut si quis aerarius, antequam mulctam solveret, obierit, liberi eam solverent: sin, et ipſi ἄτιμοι eſſent, donec solverint. *Demosthenes* orat. adverſus Timocratem sub finem: *Pater istius aerarius est, quem bonus iste vir negligit. Quod si is, ad quem illius ignominiae hereditas reditura est, si quid patri acciderit, tamen solvendam esse mulctam non censet; sed illius temporis, quod pater vixerit, usuram esse lucrifaciendam, etc.* Ad quem locum Ulpianus: Νόμος γάρ ἦν, εἴτις ὀφείλων πρὸ τῆς ἐκτίσεως τελευτήσει, τοὺς παῖδας ἀποδιδόναι τὸ ὄφλημα. εἰ δὲ μή, καὶ αὐτοὺς ἀτίμους εἶναι, ἕως ἂν ἀποδῶσιν. Idem *Demosthenes* orat. adv. Androtionem, pag. mihi 423. meminit *legis, qua Androtioni, quod pater ejus fuisset aerarius, et mulctam reipub. non solvisset, nec habere conciones, nec facere decreta liceat.* Et mox Androtionem sic adloquitur: *Aut igitur patrem tuum non fuisse aerarium, id ostendito: aut carcere non profugisse, sed solvisse pecuniam. Quae si ostendere non poteris, lege vetante fecisti decretum; haeredem enim te lex constituit paternae ignominiae.* κληρονόμον γάρ σε καθίστησιν ὁ νόμος τῆς ἀτιμίας τῆς τοῦ πατρός. Hac ergo lege Cimon, patre in carcere, mulcta nondum soluta, mortuo, et ἀτιμίας et debiti paterni heres, ac aerarius adeo, factus eſt. Tales autem, ut *supra ad* 1, 7, 6. dictum, lex tamdiu in vinculis eſſe jubebat, donec solviſſent. Itaque *nec Cimon emitti poterat, nisi pecuniam, qua pater mulctatus erat, solvisset.* At quos paullo ante cuſtodiae Cimonis meminiſſe diximus, ad unum omnes Cimonem sponte vincula subiiſſe ajunt, pietate commotum, ut iis corpus

**niensium emitti poterat, nisi pecuniam, qua pater multatus erat, solvisset. Habebat autem in matrimonio a**

patris ad sepulturam redimeret. Diodorus: ὁ Κίμων τελευτήσαντος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐν τῇ δημοσίᾳ φυλακῇ διὰ τὸ μὴ ἰσχύσαι ἐκτίσαι τὸ ὄφλημα, ἵνα λάβῃ τὸ σῶμα τοῦ πατρὸς εἰς ταφὴν, ἑαυτὸν εἰς τὴν φυλακὴν παρέδωκε καὶ διεδέξατο τὸ ὄφλημα. Valerius: *Immo ne corpus quidem ejus* (Miltiadis) *sepulturae prius mandari passi sunt, quam filius ejus Cimon eisdem vinculis se constringendum traderet.* Et loco altero: *Cimon, qui patri tuo sepulturam voluntariis vinculis emere non dubitasti.* Justinus: *Patrem, translatis in se vinculis, ad sepulturam redemit.* Apud *Senecam* Cimon ipse: *nec quicquam Cimo habuit, quod dare pro patre, praeter se ipsum, posset.* Et mox *Miltiadis pretium se et vicarium* vocat, eumque *redemisse*, et *pro eo alligatum se, ait.* Ac rursus: *Redemi*, inquit, *corpus tuum, Miltiades,* (p.163.) *ne funeri quidem interfuturus, in quod me ipsum impenderem.* Et paullo post: *Non erat mihi poena, in carcere esse: mea voluntate eo perveneram.* Denique Quinctilianus: *Cimoni illi, qui patris corpus vicario corpore redemit.* Haec miror, non adnotasse viros doctos, nec sollicitos fuisse, an et qua ratione cum iis, quae Noster tradit, conciliari possint. An dicemus, hos omnes legem illam Atheniensium, moremque, qua paternorum vinculorum hereditas ad liberos transiret, ignorasse? An potius, qui hoc casu aerarii fierent, non, ut ceteros, qui sua culpa fiebant, vinculis constrictos, nisi corpus defuncti parentis ad sepulturam hoc pacto redimere vellent? Mihi, ut ingenue fatear, non liquet. *Bosius.*

*Atheniensibus*] *Lambinus* mallet *Atheniensium*, nulla necessitate. Mox Ms. Boecl. *mulctatus erat.* non male. *Bosius.* *Atheniensibus* Leid. meus, et Voss. A. B. C. Pro *mulctatus esset*, *mulctatus fuerat* Leid. m. et pro *solvisset*, *solveret.* Cod. Ax. *Atheniensium*, quod, Heusingero probatum, Bremius restituit. Ita etiam in Germanicis quibusdam exemplis scriptum se vidisse dicit Lambinus. Hac ille appellatione Longolii Magiique editiones designare solet. Sed e neutra lectionem *Atheniensium* a Fischero adnotatam reperio. Pro *multatus esset* etiam Ax. Gu. Ult. *m. erat*, quod et Moschius praefert.]

*Habebat autem in matrim. soror germanam s.*] *Nodus inexplicabilis*, inquit *Lambinus.* Ceteri enim Scriptores certatim incusant hoc matrimonium, neque institutis Atheniensium dari posse confirmant: solus *Nepos* juris allegatione eum absolvit, qui jam olim ostracismo propterea punitus nonnullis (quanquam, ut mox patebit, falso) credebatur. Itaque nemo hic se extricavit. *Atheniensibus licet*, inquit *Nepos*, *eodem patre natas uxores ducere.* Sed tales non vocantur *germanae;* quod praesertim *Muretus* urget l. 15. *V. L.* c. 5. sic autem supra quoque, *praef.* 4. appellavit. praeterea cur reprehenditur Cimon ab Auctoribus? cur punitus propterea dicitur? Vapulaverat ergo rursum Scriptor judicii ac diligentiae praeclarus inprimis, ni cordatioris plenus doctrinae, *Janus Rutgersius*, vindex innocentiae exortus esset. Qui var. lect. l. 1. c. 9. cum primo, licuisse Athenis sororem ὁμοπάτριον uxorem ducere, testimoniis ve-

terum probasset, idque fecisse Cimonem ex h. l. ostendisset, cetera ad hunc modum expedit: Unde igitur, inquies, Germanam vocat? Respondeo *τὸ Germanam* eo loco nihil aliud esse, quam *ὁμοπάτριον*. Quod enim vir disertissimus tantopere clamat, id esse barbarum, non meminerat, Grammaticos inde *Germanos* derivare, quod eodem germine, h. e. patre, prognati essent. Festus: *Germen est, quod ex arborum surculis nascitur, unde et Germani, quasi eadem stirpe geniti.* Servius in V. Aeneid. *Germanus est, secundum Varronem in libris de Gradibus, de eadem genetrice manans, non, ut* MULTI *dicunt, de eodem germine, quos ille tantum fratres vocat.* Vides id MULTOS tradidisse, Varronem solum improbasse? et immerito, si veram nominis rationem videas. Imp. Justinianus Instit. De leg. Agn. succ. §. Hoc etiam. *Germanam consanguineam* pro sorore *ὁμοπατρίῳ* usurpavit. *Hoc etiam addendum nostrae constitutioni existimavimus, ut transferatur unus tantummodo gradus a jure cognationis in legitimam successionem; ut non solum fratris filius et filia, secundum quod jam definivimus, ad successionem patris sui vocentur; sed etiam Germanae consanguineae, vel sororis uterinae filius et filia soli etc.* Contra *Virgilius* Lib. 5. Erycem Butae et Veneris filium, Aeneae *Germanum* vocat, qui erat tantum frater uterinus:

*Haec Germanus Eryx quondam tuus arma gerebat,*

Ut eo loco annotavit *Servius.* Amplius dico, etiam adoptivos fratres, *Germanos* voce latius (p.164.) sumta nonnunquam dici. Certe A. U. DCCX. in triumpho L. Munatii Planci, et Aemilii Lepidi, de Galleis, cum uterque fratrem proscribi c inter militares jocos hic jactatus est:

*De Germaneis, non*
*leis duo triumphant co*

Cum tamen Paullus Lepi designatur, adoptione sol do M. Lepidi frater fuer inde ob id crimen, ut nu ostracismo non potuit eji ostracismus non fuerit po lerum, sed tantum invidio tutis velut imminutio. *Comicus.*

*Καὶ τί πέπραχε τῶν*
*μὲν ἄξια*
*Αὐτῷ δὲ καὶ τῶν στιγμά*
*νάξια;*
*Οὐ γὰρ τοιούτων εἵνεκ'*
*εὑρέθη.*

Vide igitur, virum inno mum falso testimonio o Hactenus *Rutgersius.* amplius jam de causa vera dispicimus, nemo e lius *Nepote* nostro exposi bis punitum ait, semel v propter patris mulctam iterum *ostracismo*, ob fu nem tyrannidis 5, 3, 1. concilianda, sive potius gendà est illa, quae de poenae apud Auctores o diversitas; quorum alii is lii hanc, ut solam tradunt dem, ut, quod sentio, cui poterat persuaderi, *tem* uno tempore uno l suaque adeo oblivisci ve de matrimonio *sororum patre natarum* loquens *manam* appellaret, qu posset significare *ὁμοπά* vel aliter accipi vellet cujus ipse se interprete stituerat? Hoc, inquam cogitaret de viro tam ca Latinitatis, tam promtae *βείας*? Debuit ergo ipsi que auctoritate, cui tu creditur, constare, *gern*

pro *sorore eodem patre nata* accipi, (quid enim clarius?) etiamsi nullus praeterea Auctorum locus id affirmasset. Quae cum reputo mecum, magis magisque ad eam inducor cautionem, ut modestius et reverentius sentiam de viro antiquitatis tum Romanae tum peregrinae peritissimo, qui circumspectione mirifica solita scribentium vitia, credulitatem et affectationem, feliciter devitavit; qui maximorum suae ac posterae aetatis virorum laudibus inter Scriptores fide famaque dignissimos collocatus est. Hunc ego cur statim ἀνιςορησίας aut erroris suspectem, cum dissensus occurrit aliorum? cum praesertim tam frequenter et veluti solenniter (compara *Herodotum* cum nostro: et videbis quod ajo) id factum animadvertam. Nimirum ut difficile est, ex longinquo judicare; ita longe nobis facilius id foret, si iisdem, quibus *Nepos* usus est, adhuc hodie monumentis essemus instructi: quorum dum pleraque desideramus, electionem Historici et studium latere aliquando necesse est. *Boeclerus.* Ante aliquot annos jam docuit Clar. Rutgersius, errare eos, qui erroris accusent Cornelium, quod more Atheniensium licere germanam sororem in matrimonium ducere scripserit. Idem ego existimo, et jam ad praefationem tetigi, *Germanos* non vocari iisdem et patre et matre natos; sed eodem patre, at diversa matre productos. vide Mureti Var. Lect L. VIII. cap. 1. Lib. XV. cap. 5. qui signum primus sustulit errorem hunc Cornelio impingendi. Apud Athenienses proximi genere orbas puellas et penuria dotis elocatu difficiles lege ducere jubebantur, aut tantum dotis largiri, qui sponsum invenire possent. Verba legis ex Budaeo adscribam. *Τῶν ἐπικλήρων ὅσαι τὸ θητικὸν τελῶσιν, ἐὰν μὴ βύληται ἔχειν ὁ ἐγγύτατα γένυς, ἐκδιδότω ἐπιδὺς, ὁ μὲν πεντακοσιομέδιμνος, πεντακοσίυς δραχμὰς, ὁ δὲ ἱππεὺς τριακοσίας, ὁ δὲ ζευγίτης ἑκατὸν πεντήκοντα.* Diodor. l. 12. talem legem a Solone latam, sed a Charonda correctam narrat. Porro inter proximas et *ἐπικλήρυς* recensebantur sorores *germanae* h. e. *ὁμοπάτριοι*. Locus elegans habetur apud Philonem Judaeum de le- (p. 165) gibus specialibus, quem attigit M. Antonius Muretus Lib. XV. Var. Lect. c. 5. Pleniorem vero adduxit vir magnae doctrinae, nec minoris industriae ac probitatis Andreas Schottus. *Ὁ Ἀθηναῖος Σόλων*, inquit ille, *ὁμοπατρίυς ἐφιεὶς ἄγεσθαι, τὰς ὁμομητρίυς ἐκώλυσεν. Ὁ δὲ Λακεδαιμονίων νομοθέτης ἔμπαλιν, τὸν ἐπὶ ταῖς ὁμογαςρίοις γάμον ἐπιτρέψας, τὸν πρὸς τὰς ὁμοπατρίυς ἀπεῖπεν Αἰγυπτίων χλευάζων τὴν ἑκατέρων εὐλάβειαν, ὡς ἡμίεργα διατατττομένων ἐφόρησεν εἰς ἀσέλγειαν.* Ergo nunc liquet, Lycurgum ac Solonem quasi consulto contrarias hac in parte leges sanxisse. Hic apud Athenienses Germanarum sororum, sive consanguineas dicere malis, matrimonium indulsit: ille apud Lacedaemonios, quasi data opera hujus instituti adversans consanguinearum conjunctionem interdixit, et uterinarum sororum nuptialem consuetudinem permisit: quod apud Athenienses piaculo dignum ponebatur. vide Scholia Aristophanis Nebulis Act. 5. Scen. 2. Aegyptius autem legislator irrisit hinc Atheniensium, illinc Lacedaemoniorum superstitionem ac timiditatem, tanquam imperfecta sancientium, iisdemque patre ac matre genitos incestuosis nuptiis copulavit. *Gebhardus.* Variae ad locum hunc explicandum adducuntur sententiae a Dn. Boeclero et aliis. Quibus ego pro ingenii mei tenuitate pauca haec addam: in Cod. videlicet meo ad oram

satis vetuſta ſcriptura e regione horum verborum, *eodem patre natas*, notatum eſſe, *utroque parente natas.** Quod si Nepos ita scripſerit, proclamaret quisquam, rem eſſe salvam, et Autorem noſtrum fruſtra objurgari poſt alios a Meurſio viro eruditiſſimo cap. XVI. *in Solone*. Neque tamen sine errore ita scripsiſſet: cum nusquam reperiatur, apud Athenienſes licuiſſe ſororem germanam, nempe eodem patre eademque matre natam, uxorem ducere. Sed Solonis lex permittebat germanam consanguineam, id eſt, sororem *ὁμοπάτριον* matrimonio secum conjungere, non autem uterinam, *ὁμομητρίαν*, multo minus germanam. Quam legem citat Philo Judaeus Lib. *περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς δύο γένη*. pag. 602. ubi Latinus interpres male pro germanis consanguineis transtulit *uterinis germanis*. E quo loco aliisque a Mureto Lib. XV. Var. Lect. c. 5. et Sam. Petito citatis Lib. VI. Ti. 1. *De leg. Att* Cornelii noſtri nodus hic, ut Lambinus loquitur, inexplicabilis, explicandus eſt, et quidem hoc modo: Athenienſibus licuiſſe sororem germanam eodem patre natam, id eſt, germanam conſanguineam uxorem ducere. Ejusmodi autem sororem a Nepote appellari germanam verisimile eſt, quia infra Timoleonte cap. 1. 4. eam, quae alias germana dicitur, vocat *sororem ex iisdem parentibus natam*. Cyrillus tamen Lib. VI. *contra Julianum imperat.* connubium hoc cum ſorore eodem patre eademque matre nata eſſe habitum exiſtimat: *Cimon*, inquit, *Elpinicen*, *eodem semine et sanguine ortam pro uxore habuit: et Persas ipsos, immo et ipsum summum Jovem imitatus, eodem cum sorore toro usus est.* Nempe cum Junone, cum qua Jupiter eodem partu dicitur editus. Sed negandum non eſt, Muretum, quicquid contradicat Rutgerſius, recte de vocum conjunctione, *Sororem germanam suam*, ambigere. Ab Arabibus atque Perſis hunc morem fuiſſe observatum, ut non solum sororibus, sed matribus etiam miscerentur, e Strabone, Clem. Alexandrino, et Bardeſane discimus, quibus addendum eſt eadem de re egregium teſtimonium Theodoreti, qui Libro IX. *Θεραπευτικῆς* scribit, Perſicas nationes, quae jam pridem Zaradae legibus regebantur, matrum, sororum, filiarum connubiis susque deque commixtas eſſe. Inde credam, Platonem suam hauſiſſe impietatem, ut Lib. V. *De repub.* ejusmodi improbas ac feras conjunctiones commendaret. De Aegyptiorum moribus hac in re vide Diodorum Siculum, de Chaldaeis, eorumque impia lege Theodorum Metochitam, vulgo Glycam *parte* II. *Annal.* p. 198. Sed unde, quis quaerere (p. 166.) poſſit, quod germanas conſanguineas non autem uterinas licuerit Athenienſibus accipere uxores? Duae Graecorum legis rationes reddi poſſunt. Prima eſt, quia in vitandis nuptiis maternum genus, ut certius, magis sit attendendum. Altera ac potior eſſe videtur, quod cum *Deuteronom.* XIII. 6. frater uterinus ponatur ut conjunctior, eumque morem Hebraei fuerint secuti, uti fecit, ſecundum Rabbinos plerosque, Abrahamus, qui Saram Tharae filiam ex altera uxore in matrimonio habuiſſe creditur, consuetudo illa per Phoenices, quibus ab Achille Tatio Lib. 1. tribuitur, venerit ad Athenienses. Sunt tamen alii, quod Grotius quoque notavit, qui cenſent, Saram sororem dici more Hebraeo, cum non fuerit *ἀδελφή* sed *ἀδελφιδῆ*, id eſt, fratris filia, et non *patruelis*, ut Valla et Erasmus putarunt. Quos eo nomine

sororem germanam suam, nomine Elpinicen, non magis amore, quam more, ductus. Nam Atheniensibus licet eodem patre natas uxores ducere. Hujus 3 conjugii cupidus Callias quidam, non tam generosus

Giphanius JCtus recte reprehendit. Vide Grotii Lib. II. *De Jure belli et pacis* cap. v. §. 13. Ubi de connubiis ejusmodi incestuosis agit, eaque damnat. Adde Bezam ad *Matth.* XIV. 3. *Ernstius.* Denuo *Rutgersium* adi *l. c. pag.* 42. *seq.* Adde *Sam. Petitum Commentar. ad leges Atticas* Lib. VI. pag. 44. et Ampliss. *Ernstii* prolixam ad h. l. adnotationem. De significatu vocis *germanus* plura dicemus in indice. *Bosius.* Vide nos ad praef. ibi enim, ut et hic, statuimus, viros doctos, unde omnis difficultas orta est, male *germanam* de sorore iisdem producta parentibus interpretatos esse, quum de sorore ex eodem tantum patre nata locum capiendum esse praeter interpretes ipse doceat auctor, et ut hic *germanus* de sorore ὁμοπατρίῳ, sic alibi de uterino usurpatur. Vide praeter alios Cl. Wesseling. L. I. Obs. cap. 13. Soror ex iisdem parentibus nata ab Herodoto L. III. c. 31. vocatur ἀπ' ἀμφοτέρων ἀδελφεή. qui has nuptias contra Persarum mores primum a Cambyse fuisse contractas narrat, et ut hujusmodi soror a *Germana sorore* distinguatur, Nepotem in Timol. cap. 1. n. 4. vocasse *sororem ex eisdem parentibus natam*, vir doctus ad h. l. jam ostendit.

*Elpinicen*] Ita Graeci vocant: MSS. Dan. et Leid. *Helpicenem*, alii, *Helpinicem*. Bosius. Ἐλπινίκη vocatur a Schol. Aristoph. Equit. vers. 851. et a Plutarcho p. m. 480. F. aliisque. Voss. A. B. *Helpinice*. C. *Helpicene*. Duxit etiam Cimon Clitoriam juxta Stesimbrotum, juxta Diodorum Periegeten Isodicen, Euryptolemi Megaclis filii filiam. Plut. Cim. p. 488. de qua idem Plut. pag. 481. egerat. [Ult. *nomine* omittit cum Ed. Arg. Long. Mag. Basil. sed exstat in Cod. Dan. Gu. reliquisque Editis. Gu. *Delphicenem*, et infra: *Helpicene.*]

*More*] Vulgo addunt *patrio*; quod ab opt. libris Gif. Dan. Mend. [Gu. Ax. Ult.] Leid. Boecl. abest. Gebhardus tamen sine sententiae detrimento abesse non posse, censebat; cui adsentire non possum. Solent enim haec duo invicem opponi. Vide Ind. in *amor.* Ceterum alii, apud *Plutarchum* pag. 481. ideo nupsisse Elpinicen fratri ferunt, quod *ob inopiam sponsum genere suo dignum non inveniret.* Bosius. Ms. Oxon. omittit *patrio*, item Voss. A. B. C. ac Leid. meus.

*Nam Atheniensibus licet etc.*] De quo praeter *Philonem*, *Ampliss. Ernstio* laudatum, testantur *Scholiastes Aristophanis ad Nebulas* 5, 2. p. 200. *Minutius Octavio*, et *Seneca in Apocolocynthosi*, quorum verba post alios adduxerunt *Rutgers. l. c.* pag. 39, 40. et *Sam. Petitus Comm. ad leg. Att.* p. 440. Sic Mnesiptolemam, filiam Themistoclis ex secundis nuptiis genitam, Archeptolis frater non ex eadem matre (ὁ ἀδελφὸς ἐκ τῶν ὁμομήτριος) duxit, ut refert *Plutarchus in Themistocle* p. 128. *Bosius.* C. P. Dan. *Namque Atheniens.* [Ita etiam Ult.]

quam pecuniosus, qui magnas pecunias ex metallis

(p. 167.) *Pecuniosus*] Vita Attici: *cum esset* pecuniosus, *nemo illo minus fuit emax.* Tacit. 3. Annal. 55. *Quamquam fortuna vel industria plerique* pecuniosam *ad senectam pervenirent.* l. 13. c. 52. *valuitque* pecuniosa *orbitate et senecta.* Cicero pro Quinctio: *Vir copiis rei familiaris locuples et* pecuniosus. *Gebhardus.*

*Qui magn. pec. ex metallis*] Scilicet argentifodinis Laurei, Atticae regionis, de quibus *supra* 2, 2, 2. Harum fortasse argentifodinarum proventus redemtor erat Callias: vel potius privatim aliquas in Laureo argentifodinas habebat, ut etiam Nicias habuit; quod *Plutarchus in Nicia* demonstrat, etsi in universum hujus regionis metalla reip. Atheniensium fuisse videntur. *Magius.* Aliam divitiarum caussam narrant *Plutarchus in Aristide* p. 322. et *Scholiastes Aristophanis in Nubes*: a quibus parum discrepant *Michaël Apostolius Paroem. cent.* 11, 74. *Hesychius* et *Suidas in* λακκόπλȣτος: et rursus aliam ex Heraclide Pontico *Athenaeus* Lib. XII. c. 9. pag. 536, 537. Ortas e spoliatis Persarum cadaveribus, quae Marathone sepulta fuerant, innuere videtur *Themistocles Epistola* 8. Ceterum quod Calliae filiam Cimonem in matrimonio habuisse, ac in adulterio deprehensam interfecisse, *Seneca controvers.* 24. scribit, id *Rutgersius* Scholastico more confictum putat, ut argumentum declamationis esset, *loc. cit.* p. 43. Plura de Callia hoc ejusdemque nominis aliis illustris *Gronovius observ.* 4, 7. Nuperrimus Nepotis interpres eundem esse putat, qui cinnabarin sive minium invenisse dicitur; ingenti metachronismo. Nam is, cujus *Nepos* heic meminit, Olympiadis LXXII. anno III. pugnae Marathoniae δᾳδȣ̃χος interfuit, occubuitque, ut *Gronovius* conjicit, Olymp. LXXXVII. anno I. victor ad Potidaeam. At cinnabareos conficiendi ratio a Callia, juxta *Theophrastum lib. de lapidibus*, *Plinium N. H.* 33, 7. et *Anonymum Scriptorem Olympiadum*, inventa est Olymp. XCIII. anno IV. octoginta amplius annis a pugna Marathonia. Alius ergo fuerit a λακκοπλȣ́τῳ: ac fortasse is, qui anno praecedenti, juxta Fastos, archon fuit, ac in *Marmore Arundelliano* Καλλίας ὁ πρότρεος dicitur. vid. *Meursius Archont.* 3, 12. et *Seldenus in Canone Chronico* p. 112. *et seqq.* Bosius. Varii fuere Calliae, sed saepius confusi. v. Perizon. ad Aelian. Lib. XIV. c. 16. quum vero varii Calliae fuere illustrissimi, distinguit Nepos hunc Calliam ab illis nobili genere ortis, dicens: *Callias quidam, non tam generosus quam pecuniosus*, et ideo etiam addit, suos auctores secutus, unde sibi magnas pecunias fecerit, nempe e metallis, e quibus collectae opes haud magno olim erant in honore. Plut. in Crasso p. 565. dicit: ἄλλως μὲν γάρ ȣ̓κ ἄν τις δοκιμάσειε τὴν ἀπὸ μετάλλων ἐργασίαν, ἧς τὰ πλεῖσα περαίνεται διὰ κακȣ́ργων, ἢ βαρβάρων, ἐνίων δεδεμένων, καὶ φθειμένων ἐν τοῖς ὑπȣ́λοις, καὶ νοσεροῖς etc. Huc pertinet quoque dictum Phalerei apud Strabon. Lib. III. pag. 218. de Atticis metallis: ȣ̈τω συντόνως ὀρύττειν τȣ̀ς ἀνθρώπȣς, ὡς ἂν προσδοκῶντας ἀυτὸν ἀνάξειν τον Πλȣ́τωνα. De Niciae divitiis inde acquisitis Plut. p. 525, 530. Hinc Tantalo, Pelopidis, Cadmo, Priamo, Midae, Gygi et Croeso hujusmodi divitiae haud magnum decus adtulerunt. v. Eumd. Strabon. Lib. XIX. pag. 998, 999. et

fecerat, egit cum Cimone, ut eam sibi uxorem daret: id si impetrasset, se pro illo pecuniam soluturum. Is quum talem conditionem aspernaretur, Elpi- 4

Calliam hunc vocat Nepos *quemdam Calliam*: hoc eſt ſibi ab origine ignotum, nam *quidam* a Latinis de ignoto dicitur: imo ipſe Plut. in Cim. pag. 481. ita eum vocat *Καλλίας τῶν εὐπόρων τὶς Ἀθήνησιν ἐρασθεὶς προσῆλθε*. Unde haec mihi ſcribenti incidit ſuſpicio, hominem hunc propter divitias ſibi avare (p. 168.) quaeſitas cognominatum fuiſſe Calliam (quia nobiliores Calliae ſuas quoque divitias summa cum infamia acquiſiverunt) et non confundendum cum eo, quem ita deſcribit Plut. in Ariſtide pag. 321. agens de integritate et abſtinentia Ariſtidis, in Marathone cum sua tribu captivorum praedaeque cuſtodis relicti. *Καλλίας, ὁ δᾳδοῦχος*; (qui ab Eodem pag. 334. vocatur *δᾳδοῦχος αὐτῷ* (Ariſtidi) *γένει προσήκων*, et deinde *ἀνεψιός*: ubi etiam vide, quid ex Aeschine Socratico reſerat) *τούτῳ τις* (*ὡς ἔοικε τῶν βαρβάρων προσέπεσεν, οἰηθεὶς βασιλέα, διὰ τὴν κόμην καὶ τὸ στρόφιον εἶναι*) *προσκυνήσας δὲ καὶ λαβόμενος τῆς δεξιᾶς ἔδειξε πολὺν χρυσὸν ἐν λάκκῳ τινὶ κατορωρυγμένον, ὁ δὲ Καλλίας ὠμότατος ἀνθρώπων, καὶ παρανομώτατος γενόμενος τὸν μὲν χρυσὸν ἀνείλετο, τὸν δὲ ἄνθρωπον, ὡς μὴ κατείποι πρὸς ἑτέρους, ἀπέκτεινεν. ἐκ τούτου φασὶ καὶ λακκοπλούτους ὑπὸ τῶν κωμικῶν τοὺς ἀπὸ τῆς οἰκίας λέγεσθαι, σκωπτόντων εἰς τὸν τόπον, ἐν ᾧ τὸ χρυσίον Καλλίας εὗρεν*. Quocum facit Schol. Ariſtophanis in Nub. vs. 64. qui eum quoque vocat *δᾳδοῦχον*. Sed haec hiſtoria variatur quoque, et forſan confunditur cum hiſtoria, quae narratur de Diomneſto Eretrienſi, et Hipponico Calliae filio, de qua consulendus Perizon. ad Aelian. l. l. quae tamen pecunia a Callia Hipponici filio dilapidata fuit, ita ut is in ſumma egeſtate deceſſerit. Callias *δᾳδοῦχος*, *λακκόπλουτος* cognominatus, Hipponici fuit filius. is, licet crudeliſſimus et injuſtiſſimus, miſſus fuit tamen ab Athenienſibus legationis princeps ad Artaxerxen Xerxis filium Longimanum, ut referunt Herodotus a Perizonio laudatus, Diodorus Siculus Lib. XII. c. 4. Suidas, et Plut. in Cim. pag. 487. qui addit, Athenienſes hunc Calliam, *τὸν πρεσβεύσαντα τιμῆσαι διαφερόντως*. Quocumque iſte *δᾳδοῦχος* fuerit ingenio, non poteſt dici a Nepote et Plutarcho *Callias quidam*, sua legatione illuſtris.

*Fecerat*] I. e. confecerat, collegerat, acquiſiverat. Notiſſima phraſis eſt, *rem facere* pro opes parare. v. Ampliſſ. Cuperus L. 1. Obſerv. c. 5. ſic *facere sibi magnas opes magnumque nomen* dixit Livius l. 1. c. 9. *Facere corpus* apud Phaedrum L. 3. fab. 7. vs. 5. pro contrahere ſibi pinguedinem. conſule ibi Incomparabilem Virum de me ſtudiisque meis optime meritum P. Burmannum. Adde Gebhardum ad vitam Chabriae c. 2. Et haec eſt Graecorum imitatio, qui *ἐργάζεσθαι*, *facere* pro acquirere, parare, lucrari posuerunt. v. Cel. Perizon. ad Aelian. l. 4. V. H. cap. 3. et Doctiſſ. Elsner. ad Evang. Joannis cap. 6. vs. 27. unde ipſa vox *ἐργασία* pro *quaestu*. v. Raph. ad Acta Apoſt. c. 19. vs. 24.

*Egit cum Cimone*] Leid. M. *Egit Cimone.*

*Conditionem aspernaretur*]

nice negavit, se passuram, Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire, quoniam prohibere posset, seque Calliae nupturam, si ea, quae polliceretur, praestitisset.

Proprie et eleganter: nam vocabulum nuptiale *conditio*, de quo multa docti viri, et inprimis ICti. Infra Attico: *Cum propter suam gratiam et Caesaris potentiam nullius* conditionis *non haberet potestatem.* Apulejus Apologia. *Quam* conditionem *cum obstinate propositam videret mulier sapiens.* Ibid. *sin haec reputans formae et divitiarum gratia me ad aliam* conditionem *reservarem.* Juſtin. l. xi. cap. 7. *Tam pulchra* conditio *prima regni felicitas videbatur.* Gebhard. *Conditio* de matrimonio. Livius L. 3. c. 45. *Hoc tantum sciat, sibi, si hujus vindiciis cesserit,* conditionem *filiae quaerendam esse.* Conſule praeter alios Cel. Burmann. ad Quinctilian. declam. 257. [ v. *Indicem.* ] Pro *aspernaretur* Leid. M. *Aspernatur.* Voſſ. C. *Aspernarent.*

*Quoniam prohib. posset, seque Call. nupt.*] Sic Ms. Boecl. et editi antiquiores. Lambinus et vulgati: *quoniamque prohib. posset, se Calliae nupt.* Quidam Lambino laudati: *quoniamque prohiberet, se C. n.* Boſius. Leid. Voſſ. A. B. C. [Gu. Ult.] *quoniam prohibere posset, seque Calliae nupturam.* Sed in Voſſ. C. pro *Calliae*, *Callias.*

## CAP. II.

1 Tali modo custodia liberatus Cimon celeriter ad principatum pervenit. Habebat enim satis eloquentiae,

*Celeriter ad principatum pervenit*] Provectus a populo, faſtidio Themiſtoclis; et praeſertim ab Ariſtide, ut haberet, quem Themiſtoclis ingenio et audaciae objiceret. Poſt etiam a Lacedaemoniis ejusdem Themiſtoclis odio. v. *Plutarch.* 481, et 488. *Bosius.*

*Habeb. en. satis eloquentiae*] Etiam *Plato in Theage* Cimoni eloquentiam tribuit. nam facit eum virum politicum, et cum Pericle comparat: idque agnoscit *Aristides Sophista in Cimone.* Sed *Plutarchus in Cimone*, pag. 180. auctorem ſecutus *Stesimbrotum* ſcribit, cum omnis liberalis doctrinae expertem fuiſſe, et ſolertia dicendi atque urbanitate Attica caruiſſe. *Lambinus.* Longolius ex eo quoque eloquentiam Cimonis colligebat, quod a Suida dicitur *ἱπποσκοπικὸν βιβλίον θαυμάσιον* scripſiſſe. Sed recte animadvertit *Magius*, non debuiſſe hinc colligi, docte, eleganter, et ornate scriptum fuiſſe; potuiſſe enim admirabilem videri propter praeſidia contra equorum morbos praesentanea tutiſſimaque,

summam liberalitatem, magnam prudentiam, cum juris civilis, tum rei militaris, quod cum patre a puero

a veterinariis etiam vulgo petita. *Bosius.* Leid. M. *eloquentiae satis* et pro *cum juriscivilis, tum juriscivilis.* Etiam Voss. B. *tum jur. civ.* Voss. C. *habebat tum sat. eloquentiae*, et postea *cum juriscivilis, cum rei militaris.* Memoratur Cimon ab Arriano Lib. VII. de Al. M. Exp. cap. 13. pag. 291. (quem in hanc rem jam ad partes vocaverunt Meursius in Theseo c. 20. et G. J. Vossius Lib. IV. de H. Gr. pag. 510.) qui scripsit pugnam Amazonum, et Atheniensium, non minus accurate, quam Atheniensium et Persarum. Sed Gronovius, secutus Freinshemium ad Curtium Lib. VI. c. 5. §. 24. putat non absurde Arriani verbum γέγραπται vertendum esse *picta est.* De Cimone pictore (p. 170.) v. Fabrum et Periz. ad Aelian. Lib. VIII. V. H. c. 8. Sed quocumque modo vertatur, non est noster ille Cimon, de quo hic scribit Nepos, neque etiam nostro Cimoni tribuendus est liber egregius de re equestri, ut facit Suidas, sed ibi vir doctus recte suspicatur, a Suida Cimonem confundi cum Simone, de quo Simone mentionem facit Xenophon de Re Equestri p. m. 736. et ideo Longolii et Bosii conjectura de Cimonis hinc colligenda eloquentia, vana est. Si eruditionis quoddam specimen a Cimone in lucem prodiisset, Plutarchus accuratissimus scriptor illud non praeterisset silentio.

*Summam liberalitatem* ] In qua praecipue Pisistratum imitatus est. Vide Theopompum ap. Athenaeum Lib. 12. cap. 8. Plut. in Cimone. *Ernstius.* De qua infra cap. 4. *Bosius.*

*Juris civilis* ] Nempe Atheniensis. Nam quoties non additur nomen, cujus sit civitatis, jus ejus civitatis significatur, de qua sermo instituitur. §. *sed jus.* 2. Institut. de Jure Nat. Gent. et Civ. Et recte juri civili operam dedit, cum turpe sit patricio et Nobili viro et caussas oranti, jus, in quo versaretur, ignorare, ut Q. Mucius ait apud Pomponium Ictum in Lib. 2. §. 43. D. de orig. Jur. Quo etiam pertinent illa Justiniani in Prooem. Instit. *Imperatoriam majestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam.* Ernstius. [Ax. Gu. Ult. *tum jurisciv.*]

*Tum rei militaris* ] Fuit enim summus imperator; quippe qui cum Themistocle, et Miltiade, et similibus belli ducibus conferatur. *Lambinus* Vid. *Plutarch.* pag. 481. Ἀγαθὸν ϛρατηγὸν vocat *Diodorus Siculus in Exc. Peiresc.* 254. *Bosius.* In.Leid. *tum juris civ. tum rei mil.* Prudentiae rei militaris exemplum hoc est, quod teste Plutarcho p. 486. ὥρμησεν ἄρας ἀπὸ Κνίδου καὶ Τριοπίου διακοσίαις τριήρεσι, πρὸς μὲν τάχος ἀπ' ἀρχῆς, καὶ περιαγωγὴν ὑπὸ Θεμιστοκλέους ἄριϛα κατεσκευασμέναις. ἐκεῖνος δὲ τότε καὶ πλατυτέρας ἐποίησεν αὐτὰς, καὶ διάβασιν τοῖς καταϛρώμασιν ἔδωκεν. ὡς ἂν ὑπὸ τῶν πολλῶν ὁπλιτῶν μαχιμώτεραι προσφέροιντο τοῖς πολεμίοις. De navibus a Themistocle factis v. Thucydid. Lib. 1. cap. 14. et ex eo J. Scheffer. Lib. II. de Milit. Nav. cap. 5. pag. 131. sed de his hic agendi non est locus. Tantum hunc Plutarchi locum adduxi, ut Cimonis rei militaris prudentiam nudis verbis a Nepote memoratam ostenderem.

[redacted]



in exercitibus fuerat versatus. Itaque hic et populum urbanum in sua tenuit potestate, et apud exercitum
2 plurimum valuit auctoritate. Primum imperator apud flumen Strymona magnas copias Thracum fugavit, oppidum Amphipolim constituit, eoque decem millia Athe-
3 niensium in coloniam misit. Idem iterum apud My-

*In exercitibus*] Sic lego e Gif. [Gu.] et Dan. vulgo eſt: in *exercitu.* Boſius. Leid. et alii *exercitu.* [Ita et Ult.].

*Populum urb. in sua ten. potest.*] Id quod oſtendunt, quae narrat *Plutarchus* pag. 487. *f. et* pag. 489. *b.* Boſius.

*Apud flumen Strymona*] Vid. *Thucyd* 1. c. 98. *Diodor. Sic.* 11. *Plut. Cimone*, pag. 482. et *Pausanias Arcadicis.* Boſius.

*Oppidum Amphipolim constituit etc.*] Vide *Meurs. Fortunae Att.* cap. 6. pag. (p. 171.) 42. *Bosius.*

*Eoque decem millia*] *Millia* abeſt a C. P. Dan.

*Idem iterum apud Mycalen*] Deſcribunt hoc praelium *Diodorus Sic.* 11, 61. et *Plutarchus Cimone* pag. 486. memorantque *Idem l. de gloria Atheniensium*, *Thucydides* 1. cap. 100. *Plato in Menexeno*, *Polyaenus* 1. *Frontinus* 4, 7, 45. *Mela* 1, 14. *Eusebius Chronico.* Sed hi omnes ad Eurymedontem fluvium, ſive prope Cyprum, pugnatum ſcribunt (quanquam non uno modo rem narrent) nemo, ad Mycalen. Et certe ſive Mycalen Cariae urbem, cujus *Stephanus de Urbibus* meminit; ſive montem aut promontorium, sub quo Perſae eodem die, quo ad Plataeas, victi sunt; seu denique inſulam in ora Joniae *Plinio H. N.* 5, 31. memoratam, intelligas; fieri non potuit, ut claſſis Perſica, quae, *Diodoro et Plutarcho* teſtibus, ad Eurymedontem ſtationem habuit, ap. Mycalen devinceretur; multo minus, ut eodem die et prope Eurymedontem, et apud Mycalen pugnaretur: nam ea loca longiſſime inter se diſtant. Quare parum abeſt, quin adſentiar Cl. V. *Christ. Frid. Franckensteinio*, Eloquentiae Latinae et hiſtoriarum in Academ. Lips. Profeſſori, amico ſummo meo, qui subverebatur, ne praelium ad Mycalen, a Leotychide Spartano eadem die, qua illud alterum ad Plataeas, commiſſum, cum hoc Cimonis Noſter confuderit. Sed ne cultiſſimo scriptori tam craſſum errorem impingam, potius dixerim, illud, *apud Mycalen*, a ſciolo quodam inſertum eſſe: qui cum in praeced. commate locum praelii additum videret, heic quoque tale quid addendum eſſe cenſuerit. Fortaſſis autem *Nepos* ſcripſit: *Idem iterum imperator*, *Cypriorum etc.* nam id, quae praecedunt, videntur requirere. *Bosius.* Leid. M. et Voſſ. A. C. *Mychalen.* [Gu. *Micalen.*] *Macariam* legit Palmerius Obſerv. in Plutarchum pag. 219. Quid ſtatuendum ſit, incertum eſt. potuit tamen ſuos habere Nepos auctores, quos eſt secutus, erroris forſitan quoque haud immunes. id quod tamen non credo; nam victoriae ad Mycalen reportatae socius non fuit Cimon; sed Xanthippus Ariphronis filius, Athenienſis (unde Ariſtides Rhetor pag. 151. dixit (Athenienſes) ἐνίκων μὲν τὴν ἐν Μυκάλῃ μάχην. forſan una cum Leotychide Spartanorum Rege (uterque enim erant ἡγούμενοι τῆς

[redacted]



calen Cypriorum et Phoenicum ducentarum navium classem devictam cepit, eodemque die pari fortuna in terra usus est. Namque, hostium navibus captis, statim ex

*ναυτικῆς δυνάμεως*). confer Pausan. Lib. VIII. cap. 52. cum Diodoro Siculo Lib. XI. cap. 34. et 35. qui latius rem describit. Graecis in genere hanc victoriam adscribit Plut. in Camillo pag. 138. *Τῦτο δ' ἂν πάλιν Πέρσαι μηνὸς Βοηδρομιῶνος ἕκτη μὲν ἐν Μαραθῶνι, τρίτη δ' ἐν Πλαταιαῖς ἅμα καὶ περὶ Μυκάλην ἡττήθησαν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων.* qui differt in mense ab Aeliano Lib. II. V. H. cap. 25. sed de hoc temporis discrimine hic non agimus. vide de victoria ad Mycalen, et Plataeas eodem die parta, ejusque nuntio Plut. in L. P. Aemilio pag. 268. *καὶ ἐν Μυκάλῃ τῆς Πλαταιᾶσι πρὸς Μήδους*, uti locus hic legitur a Casaubono ad Polyaen. Lib. I. Strat. c. 33. num. I. et Front. in Lib. I. Strat. cap. XI. §. 7. Haec gesta dicuntur Olymp. LXXV, II. Cimonem vero Olymp. LXXVII, III. Athenienses demum elegerunt ducem, quo tempore Diodorus Siculus Lib. XI. cap. 60. et 61. enumerare coepit Cimonis facinora: et ideo *apud Mycalen* hic locum habere nequit. Pro *Cypriorum* Cod. Schotti, Gifanii et Leid. m. et Voss. C. *Cyprorum*. [Pro *iterum* Ult. *interim*. v. ad 2, 5, 1. Assentior viris doctis, qui Cornelium h. l. praelium apud Mycalen cum praelio ad Eurymedontem commisso confudisse arbitrantur. Idem factum ab eo supra in Miltiade, Cypseli, et Miltiade, Cimonis, filio, infra in Dionysiis, Siciliae tyrannis, 10, 2. et in Ptolemaeis, Aegypti regibus, 21, 3.]

*Ducentarum navium classem dev. cepit*] Sic fere *Thucydides* (p. 172.) quoque, et *Plutarchus*: nisi quod hic pluribus, quam CC. illis, quae captae sunt, navibus classem barbarorum constitisse, censet. Idem tamen *lib. de glor. Athen.* centum triremes Phoenissas captas scribit. quod etiam in veteri epigrammate apud *Diodorum Sic.* et *Aristidem Orat. Platon.* 2. legitur. *Diodorus* plures, quam centum, una cum classiariis; reliquas vacuas in potestatem suam redegisse Cimonem, tradit: totamque classem fuisse navium CCCXL. Persas CCCL. navibus Cimoni occurrisse, *Ephorus*: 100. *Phanodemus*, retulit, teste *Plutarcho l. c.* Bosius. Adde Wess. ad Diod. Sic. Lib. XI. c. 62. n. 46. Voss. B. *devinctam*.

*Eodemque die*] Ita et *Thucydides*, *Plutarchus* et *Frontinus*. *Diodorus* quoque ait, *statim* (*παραχρῆμα*) post navalem victoriam Cimonem ad terrestres Persarum copias duxisse classem. *Bosius*. *In terra* abest a meo Leid. et Voss. C. et Leid. pro *namque*, *nam*. Voss. C. pro *captis*, *capti*. Aristides Oration. Tom. II. pag. 156. *Ἐπὶ δὲ Εὐρυμέδοντι ποταμῷ, ναυμαχίας καὶ πεζομαχίας μνημεῖα ἔστησεν, ἀμφότερα ἡμέρᾳ μιᾷ νικῶν.* adde pag. 157. Plut. Cim. pag. 486. *Κίμων δὲ ὥσπερ ἀθλητὴς δεινὸς, ἡμέρᾳ μιᾷ δύο καθῃρηκὼς ἀγωνίσματα, καὶ τὸ μὲν ἐν Σαλαμῖνι πεζομαχίᾳ, τὸ δὲ ἐν Πλαταιαῖς ναυμαχίᾳ παρεληλυθὼς, τρόπαιον ἐπηγωνίσατο ταῖς νίκαις.* Plut. in T. Q. Flam. pag. 375. conjungit *τὰ πρὸς Εὐρυμέδοντι, καὶ τὰ περὶ Κύπρον Κίμωνος ἔργα.*

*Ex classe copias eduxit*] Armis et habitu Persarum captis illorum navibus impositos; quos illi suos esse rati, subito oppressi sunt. Ita *Diodorus*, *Polyaenus*, *et Frontinus*. *Plutarchus* nihil de hoc strategemate. *Bos.* Confer notas ad Aristidis Panathenaic. p. 263. sive 552.

[redacted]



classe copias suas eduxit, barbarorum uno concursu
4 maximam vim prostravit. Qua victoria magna praeda potitus, quum domum reverteretur, quod jam nonnullae insulae propter acerbitatem imperii defecerant, bene animatas confirmavit, alienatas ad officium redire coëgit.
5 Scyrum, quam eo tempore Dolopes incolebant, quod

*Barbarorum uno conc. max. vim*] Cod. Boecl. transpositis vocibus: *barbarorum max. vim uno concursu prostr.* Bos. Leid. m. *barborumque maximam vim uno concursu.* [Ax. *barbarorumque maximam vim uno concursu prostravit*, quod multo commodius dictum puto. *Mosche.* Ita etiam Gu. Ed. Argent. Longol. et Ult. Sed ed. princ. utraque Paris. Ald. et Mag. vulgatam lectionem confirmant. Tzschuckius ita edidit: *barbarorumque uno concursu maximam vim prostravit*, neque enim, quid hic *ἀσύνδετον* valeat, se videre scribit. Mihi hoc ipsum celeritatem, qua Cimon usus est, egregie designare videtur.]

*Magna praeda*] Nempe, ut Diodorus ait, triremibus cccxl. virorum xx. millibus, et pecuniae multitudine memorabili. *Bos.*

*Bene animatas confirmavit*] Tac. Lib. vi. Annal. c. 44. *Non fraus, non preces, nihil omissum, quo ambiguos alliceret, promti firmarentur.* Justin. L. xxxi. c. 6. m. *Acilius civitates socias confirmabat, dubias illiciebat.* Paterculus L. ii. c. 120. *Vacillantium etiam cis Rhenum sitarum gentium animos* confirmavit. *Gebh.* Haec a quibusdam Mss. et edd. abfuisse, ait *Magius*. In melioribus tamen habentur. *Bosius.* Absunt et a Ms. Oxon. [Ed. princ. utraque Paris. Ald. et Junt.] Plut. p. 485. in genere haec de Cimone adnotat: *Καὶ μὲν αὐτȣ́γε τȣ̃ μεγάλȣ βασιλέως ὀυδεὶς ἐταπείνωσε καὶ συνέςειλε τὸ φρόνημα μᾶλλον, ἢ Κίμων, ὀυ γὰρ ἀνῆκεν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀπηλλαγμένων, ἀλλ' ὥσπερ ἐκ ποδὸς διώκων, πρὶν διαπνεῦσαι καὶ ςῆναι τȣ̀ς βαρβάρȣς, τὰ μὲν ἐπόρθει, καὶ κατεςρέφετο, τὰ δέ ἀφίςη καὶ προσήγετο τοῖς Ἕλλησιν. ὥςε* (p. 173.) *τὴν ἀπ' Ἰονίας Ἀσίαν ἄχρι Παμφυλίας πάντάπασιν Περσικῶν ὅπλων ἐρημῶσαι.*

*Scyrum*] Sic *Thucydides* i. *Diodorus* ii. et *Plutarchus* p. 483. vocant. Itaque male quidam codices: *Cyprum*. Ceterum *Thucydides* et *Diodorus* haec ante victoriam ad Eurymedontem reportatam contigisse volunt. *Plutarchus* cum Nostro convenit. *Bosius.* *Cyprum* Cod. P. Dan. [Gu.] et Voss. A. C.

*Quam Dolopes incolebant*] *Diodorus* addit Pelasgos. *Bosius.*

*Quod contumacius se gesserant*] Imperium Atheniensium detrectaverant atque excusserant. Nam *contumacia* despectum seu contemtionem superiorum notat, et quae contemtionem sequitur, rebellionem seu defectionem. vid. *Tacitus* 4. *H.* 3, 1. et cap. 74. et 75, 8. Apud Justinum *contumacia* notat crimen laesae majestatis, in quod incurrere poterat, qui incautis lacrimis praesentem rerum conditionem defleret, Lib. viii. cap. 5. Tacitus inquit, *mocror et luctus verentibus, ne ipsae lacrimae pro* contumacia *haberentur.* Nam suae suorumque sorti, quam tyranni acerbitas aggravasset, illacrimasse acceptum in crimen capitale. Tacit. xii. Annal. cap. 47. Latinus Pacatus Panegyrico Theodosio Aug. dicto. Claudian. 2. in Rufin.

macius se gesserant, vacuefecit, sessores veteres

*n miseris ne flere quidem*
*ut lenire dolorem*
*Colloquiis impune licet.*
ardus.

*rchus* pag. 483. aliam af-
uffam; sc. quod Dolopes
e praedonesque essent in-
, ac Thessalos quosdam in-
s Scyrum quaestus gratia
tos depraedati in vincula
issent, etc. Nisi forte haec
occasio insulae capiendae,
vero ea, quam Nepos at-
*Magius. Gesserant* Voss.
[Gu. Ult.] quam lectionem
rt Heusingerus, nec ego
. attamen altera, [*gesse-*
uam habent Ed. Ald. Lamb.
.] haud minus proba est:
Cimon vacuefecit Scyrum,
contumacius sese gesserat,
ota insula, sed continens
oni pro contento manife-
st. Scyrus fuit insula in
Aegaeo sita, et quidem ce-
ima. Vid. Strabon. L. IX.
67. et Wasse in Add. ad
did. pag. 666, 667. variis
bnoxia. Olim Pelasgi, et
habuerunt: postea Dolo-
sed hoc tempore praeter
es eam etiam inhabitabant
Pelasgi, ut Diod. Siculus
I. cap. 60. Itaque nonso-
olopes, sed caeteri inco-
huc ibi superstites impe-
facere noluerunt. Noster
, ut Lambinus jam vidit,
ur Thucydidem Lib. I. c.
em etiam sequitur Plut. in
pag. 483. De caussa, cur
hanc insulam oppugna-
inter Nepotem, et Grae-
iptores non convenit. Pau-
Lib. III. cap. 3. dicit, A-
nsibus editum fuisse ora-
, quo fuere moniti, ut
hesei e Scyro Athenas de-
ent, aliter enim Scyron
osse capi, Cimonemque,
am haec ossa eadem arte,

qua inventa olim fuerunt Orestis
ossa, repererat, Scyrum cepisse.
qui Lib. I. c. 17. dixerat, Cimo-
nem, Thesei mortem ultum,
Scyri delevisse, sive evertisse,
incolas (vertit enim J. Meursius
Lib. I. Athen. Att. c. 6. *Κίμωνος
τῦ Μιλτιάδυ Σκυρίυς ποιήσαν-
τος ἀνασάτυς*, per *Scyro eversa*
a Cimone Miltiadis filio: ego
vertendum duco *Σκυρίυς ποιή-
σαντος ἀνασάτυς* per *Scyri in-
colas ex pristinis sedibus sur-
gere faciente, sive cogente*, vel
uno verbo *expellente.* Suidas.
*ἀνασήσας, ἀνασάτυς ποιήσας,
καὶ μετοικίσας.* cum Not. post.
confer Meursium in Theseo cap.
31. pag. 132, 133.) et Thesei ossa
Athenas reportasse; sed Plut. in
(p. 174.) Theseo pag. 17. et in
Cim. pag. 483. narrat, Cimoni,
postquam Scyrum jam ceperat,
incessisse cupiditatem eruendi
Thesei ossa, qui addit, Cimonem
ad mare infestantes, et peregri-
nos mercatores, inque iis Thes-
salos, spoliantes et in vinculis
tenentes Dolopas coercendos
invitatum per literas ad insulam
Scyron fuisse profectum. . .

*Vacuefecit*] *Τὴν πόλιν* sive
*νῆσον ἔρημον τῶν οἰκητόρων ἐ-
ποίησε.* Infra 20, 3, 2. *Civibus
novis bello vacuefactas posses-
siones divisit.* Vacuefactio au-
tem, qua possessores vel sub co-
rona venduntur, vel in alias tra-
jiciuntur sedes, poena est anti-
quis temporibus in rebelles ac
victos constituta. *Justinus* 8, 5,
7. de Philippo: *Reversus in
regnum, ut pecora pastores
nunc in hybernos, nunc in ae-
stivos saltus trajiciunt: sic ille
populos et urbes, ut illi vel re-
plenda vel derelinquenda quae-
que loca videbantur, ad libidi-
nem suam transfert. Diod. lib.*
12. *Περικλῆς δὲ αἱρεθεὶς σρατη-
γὸς ἐσράτευσεν ἐπὶ τὴν Εὔβοιαν
μετὰ δυνάμεως ἀξιολόγυ, καὶ*

[redacted]



urbe insulaque ejecit, agros civibus divisit. Thasios opulentia fretos suo adventu fregit. His ex manu-

τὴν μὲν πόλιν τῶν Ἑστιαιέων ἑλὼν κατὰ κράτος, ἐξῴκισε τοὺς Ἑστιαιεῖς ἐκ τῆς πατρίδος. Ubi ἐξοικίζειν ἐκ τῆς πατρίδος eleganter respondet Nepotis *vacuefacere*. Vacuefactio autem, sive ex patriis sedibus in alienas translatio possessorum, mihi videtur poena media lenitatis ac severitudinis fuisse. Lenissima Contumacium poena erat pecuniaria multa. vid. Curtius 4, 1, 37. Dein status mutatio: exempli gratia; restitutio popularis imperii. Vide *Diodorus* lib. 12. de Samo a Pericle composita. Mediae adscribo Refusionem sumtuum, navium ademptionem, ac murorum demolitionem. Videatur *Diodorus* l. 11. Severissima poena est Juventutis internecio, imbellis aetatis ἐξανδραποδισμός, ac urbis vel deletio, vel alienis possessoribus attributio. vid. Idem lib. 12. de Scionaeis, ab Atheniensibus ad officium redactis. *Vacuefacere* verbum non admodum tritum. Valerius, sed de alia re, lib. v. cap. 4. n. 2. utitur et Apulejus: non puto reperiri apud Ciceronem, falli tamen possum. Sed recordor ei obtrusum a Carrione lib. 1. Antiquar. Lect. Catilinaria prima. *Quum morte superioris uxoris nuptiis domum* vacuefecisses. Quem tamen Gruterus noster Praeceptor optime meritus non sequitur. Ut nec capite 6. ejusdem Orationis. Quippe lectionem vulgatam tuetur Sallustius Catil. cap. xv. Sed utitur Macrob. Lib. vii. Saturn. cap. 12. *Venas inedia* vacuefacit, *saturitas obstruit*. Gebhardus. *Vacuefacere* desumpsit Nepos a Cicerone. v. Torr. ad Valer. Maxim. Lib. 11. cap. 7. num. 7.

*Sessores*] De sanitate scripturae dubitat Nob. Heinsius ad Vellej. Patercul. Lib. 1. c. 3. p. 26. Attamen nihil mutandum, consentientibus MSS. Codd.

*Agros civibus divisit*] Diodorus Lib. xi. cap. 60. *Κτίστην Ἀθηναῖον καταστήσας, κατεκληρούχησε τὴν χώραν. Lambinus.*

*Thasios*] Qui etiam ab Atheniensibus defecerant. vid. *Thucyd. l. c.* et *Plutarchus* p. 487. *Bosius*. De Thasiis Herodot. L. vi. cap. 46, 47, 48. et Lib. vii. cap. 118, 119. et Diod. Sicul. L. xi. cap. 70. et ibi Wess.

*Opulentia fretos*] Superbos atque elatos; nam opes animum subdunt. Tacit. lib. 6. Annal. c. 31. *fretus bellis*. *Fretus* idem, quod *elatus* Miltiade. *Gebhard.*

*Fregit*] Vi debilitavit, eorumque opes comminuit certamine navali. Themist. *classe celeriter effecta primum Corcyraeos* fregit. Lysandr. *ut Atheniensium impotentem dominationem re-* (p. 175.) *fringerent*. Cicero de Offic. *Viriatus Lusitanus, quem C. Lelius* fregit *et comminuit*. Gebhardus. Hinc *res fractae* pro afflictis et comminutis Virgil. 4. Georg. vs. 240. et 3. Aen. vs. 53.

*Ut opes* fractae *Teucrum, et*
*Fortuna recessit.*

Vide Servium ad 2. Aen. vs. 13. Justinus lib. 4. c. 4. *Quibus rebus* fracti *Syracusani auxilium a Lacedaemoniis petunt*. Sic lib. 5. cap. 8. et lib. 6. c. 1. *Et si* fractae *sint opes*; sic alibi saepius. v. Arntz. ad Victor. de V. I. xlii. 6. Voss. C. *et Thracios*.

*His ex manubiis*] *His e manubiis* emendavit Schottus ad c. 33. Scriptoris de Viris Illustribus. *Ernstius*. Sic libri meliores, in his tres *Schotto* laudati. Firmat *Plutarchus* p. 487. *Πρα-*

enarum arx, qua ad meridiem vergit, est

ν αἰχμαλώτων λαφύ-
:ε τὰ ἄλλα χρήμασιν
ρώσθη, καὶ τῇ ἀκρο-
νότιον τεῖχος κατε-
ἀπ' ἐκείνης εὐπορή-
ρατείας. Vulgo erat,
ıvibus. Bosius. Leid.
: manibus. Sed *his ex*
recte restitutum est a
tuisset etiam dicere Ne-
*manubiis*. v. Duk. ad
b. 1. c. 7. num. 8. Hoc
fuisse Cimoni censet
l Plut. in Arist. p. 334.
ἐ, τῶν μεγάλων δο-
:ὶ ὀνομαστῶν Ἀθήνησι
:ον λόγυ τὗτον ἀπο-
ν ἄνδρα (Aristidem)
.έα μὲν γὰρ καὶ Κί-
ὶ Περικλέα σοῶν, καὶ
, καὶ φλυαρίας πολ-
σαι τὴν πόλιν, Ἀρι-
πολιτεύσασθαι πρὸς
ἀρετήν. [*His e* (non *ex*) *manubiis* jam in Ed. Principe, Parisina utraque, Ald. Long. Mag. et Lamb. legitur, nec primus Schottus restituit. Gu. *His ex manubiis*. Ult. *His ex navibus*. Pro *Ath*. *arx* Ax. Gu. Ed. Arg. Long. Mag. Ult. *arx Athenarum*.]

*Qua ad meridiem vergit*] Τὸ νότιον τεῖχος, ut Plutarchus. Male igitur Ms. Boecl. et q. edd. *quae*. De muro Cecropiae (sic enim arx haec vocata) plura *Meursius Cecropia* cap. 5. Bosius. Leid. M. pro *qua*, *que*. Voss. A. B. C. *quae*. Pars hujus murorum a Cimone, pars a Pelasgis exstructa est. Vide e Pausaniae Libro 1. c. 28. hoc docentem Meursium Lib. VI. Att. Lect. cap. ult. [Gu. *qua*, sed Ult. plurimique editi *quae*.]

## CAP. III.

ıus rebus quum unus in civitate maxime flore- 1

*e floreret*] Hoc verbo
:iltiade et Epaminonda.
10. *ipsum Darium* flo-
*!lisper*. Cicero in Ver-
*in sua patria multis*
*ac beneficiis* floruit.
o: *Q. Metellus quum*
oreret *integerrima ae-*
*mo habitu*, *maximis*
, *ereptus est universae*
ebh. Hinc *florere auc-*
*gloria*, *artibus*, *opi-*
*ɔribus* etc. Ciceronia-
ocutiones ut lib. 1. ad
9. *In sententiis sena-*
*in omni actione*, *at-*
*que administratione Reip.* floruissemus. Lib. 2. ad. Fam. Ep. 13. *complecti hominem* florentem *aetate*, *opibus*, *honoribus*, *ingenio*, *liberis*, *propinquis*, *affinibus*, *amicis*. lib. 4. Ep. 13. (p. 176.) *et in qua urbe modo gratia*, *auctoritate*, *gloria* floruimus, et eo sensu simpliciter, quo hic dixit lib. 5. cap. 15. *ut cum maxime florere nos oporteret*. Vide ibi P. Manut. Sic Graecis θάλλειν et ἀνθεῖν. Sophocl. Antig. vs. 714. Τί γὰρ πατρὸς ΘΑΛΛΟΝΤΟΣ εὐκλείας τέκνοις Ἄγαλμα μεῖζον. ἀνθή-

ret, incidit in eamdem invidiam, quam pater suus ceterique Atheniensium principes. Nam testarum suffragiis, quod illi *ὀςρακισμὸν* vocant, decem annorum exilio

*σας per κρατῆσας* explicat Tzetzes ad Lycophron. vs. 1429. Thucyd. lib. 1. cap. 19. *ὡς τὰ κράτιςά ποτε μετὰ ἀκραιφνοῦς τῆς ξυμμαχίας ΗΝΘΗΣΑΝ*, et ut Justinus lib. 5. cap. 1. florentes *Atheniensium opes*, ita Pindar. O. Pyth. 7. vs. 22. dixit *θάλλουσαν εὐδαιμονίαν*, et ipse *πλοῦτος* dicitur homini *ἀνθεῖν* O. Pyth. 10. vs. 28. *θάλλοντες παῤῥησίᾳ* Eurip. Hippol. vs. 422. et ita saepius.

*Incidit in e. invidiam, quam*] Sic et [Gu. Ult. et] Gifanius e suo cod. laudat in *collectan. Lucret. voce Relativo.* Ms. Boecl. *in quam.* Bosius. Cod. Voss. B. *Inc. in e. invidiam, in quam.* Sed nihil mutandum: praepositio enim ea ex praecedenti subintelligenda est. De hac elegantia consulendi sunt Cel. Burmannus ad Phaedr. lib. 4. fab. 4. vs. 1. et Thomas Wopkens lib. 1. Lect. Tullian. cap. 1. et de Synthesi ista *testarum suffragiis*, quod *illi ostracismum vocant*, Cel. J. Perizonius ad Sanctii Minervam lib. 2. cap. 9. num. 4. et ad lib. 4. cap. 4. num. 80.

*Ceterique Ath. princ.*] De quibus praeter *Dionem Chrysostomum*, Orat. 73. *Ernstio* laudatum, videndus *Valerius Max.* 5, 3. *ext.* 3. Bosius.

*Quod illi ostr. v.*] Si per codices liceret, *τὸ quod* ejici posset. Curtius Lib. IV. c. 7. §. 22. *In medio habet fontem, aquam solis vocant;* ubi Cellarius non est audiendus, qui putat vocem *quem* excidisse. cap. 9. §. 10. *ad alterum amnem, Bumado nomen est.* A Gellius L. III. c. 13. *Orator in Rep. fuit. illi δημαγωγὸν appellant.* vide Servium ad Virg. 1. Aen. 16. Hinc in Nepote cap. 3. in Pausan. J. Fr. Gronovius in epistola ad Boeclerum teste Bosio jam praetulit *Est genus quoddam hominum, (Helotes vocantur). τὸ quod* tamen defendit Perizonius ad Sanctii Minerv. l. l.

*Ostracismum*] De hujus *nominibus, origine, historia et ritu* e veteribus *Diodorus Sicul.* 11. *Plutarchus Aristide, Themistocle*, et alibi; *Aristides Orat. Platon.* 2. *Pollux Onomast.* 8, 5. *Scholiastes Aristoph. in Equites* pag. 340. *et in Vespas.* pag. 498. *Tzetzes Chil.* 13, 489. *Hesychius* et *Suidas in ὀςρακισμὸς etc.* E junioribus: *Ubbo Emmius Vet. Graeciae* Tomo III. pag. 37. *et seq. Beroaldus annotat. in var. auct.* Tomo II. *Thesaur. Crit.* pag. 257. *Hadr. Junius animadversion.* 5, 18. *Kekerm. de Rep. Athen.* 2, 24, 4. *Sigonius de ead.* 2, 4. *Scaliger ad Euseb.* n. 789. et 1533. *Maussacus ad Harpocrationem* pag. 193. *seq.* et accuratissime omnium *Meursius Attic. lection.* 5, 18. et *Sam. Petitus Comment. ad Leg. Atticas* lib. 4. tit. 9. Justusne, et reip. utilis, ad ejusque securitatem et statum conservandum aptus sit, disputant Aristoteles Politic. 3, 9. Dio Chrysostomus Orat. 73. Aristides in Platonicis passim, et Valerius Maximus 5, 3. extremo. Adde, quae ad 2, 8, 1. dicta sunt. *Bosius.* Voss. A. *hostracos.* B. *ostrachismon.* in C. non reperitur, nec in Leid. meo. [Ax. ut Voss. B. *ostrachismon*, in quo ad graecas literas nobis redeundum esse suspicor. *Mosche.* Id in Gu. et Ult. edit. factum est.]

(p. 177.) *Exilio multatus*] Factum id esse propter illegiti-

multatus est. Cujus facti celerius Athenienses, quam 2 ipsum, poenituit. Nam quum ille animo forti invidiae ingratorum civium cessisset, bellumque Lacedaemonii Atheniensibus indixissent, confestim notae ejus virtutis desiderium consecutum est. Itaque post annum quintum, quam 3

mum matrimonium, quod cum sorore iniit, multi scribunt, e quibus quosdam citat Lambinus: quibus adde Suidam. *Ernstius.* Haud dubie hoc praetextu, quod libertati Athenienſium periculum ab eo imminerct. Nam et aliquando capitis accusatus eſt, quod remp. in se transferre conaretur. *Demosthenes* orat. adv. Ariſtocratem: *Κίμωνα, ὅτι τὴν πάτριον μετεκίνησε πολιτείαν ἐφ' ἑαυτὸν, παρὰ τρεῖς μὲν ἀφῆλαν* (Athenienſes ſcilicet) *ψήφους, τῷ μὴ θανάτῳ ζημιῶσαι. πεντήκοντα δὲ τάλαντα εἰσέπραξαν.* *Plutarchus* quoque refert p. 487. eum, cum Thaſiis devictis Macedoniae vicinae peperciſſet, ab adverſariis in judicium vocatum, quaſi muneribus ab Alexandro rege corruptus eſſet. *Bosius.* sed hoc judicio fuit absolutus, ut idem refert Plutarchus, Scholiaſtes Ariſtophan. Equit. vs. 851. *σχεδὸν δὲ οἱ χαριέστατοι πάντες ὠστρακίσθησαν, Ἀριστείδης, Κίμων (τῇ ἀδελφῇ Ἐλπινίκῃ συγκοιμηθεὶς, καὶ διαβληθεὶς πρὸς πολίτας)* vid. not. poſt. ubi pro *Plut. in Cim.* pag. 157. lege *Plut. in Pericle* pag. 157. adde pag. 167, 168. qui Pericles etiam Cimonis filios odio perſecutus eſt, et inde populo Athenienſium suaſit, ut, flagrante bello Peloponneſiaco Cimonis filio, *Lacedaemonio* appellato, quum mitteretur Corcyraeis auxilio, decem modo naves daret in contumeliam, (vide hiſtoriam apud Thucydid. Lib. 1. cap. 45.) quia *πολλὴ ἦν εὔνοια, καὶ φιλία τῷ Κίμωνος οἴκῳ πρὸς Λακεδαιμονίους*; ut verbis Plutarchi utar. Quomodo vero Themiſtoclis et Cimonis exſilium excuſet Ariſtides, vide eum Tom. II. pag. 242, 243.

*Quam ipsum*] Atqui Cimonem *facti poenituisse* dici non poteſt, nisi improprie, non enim fuit in ejus poteſtate, ne non pelleretur. Hic igitur *ipsum poenituit*, interpretor, ipsi doluit. Sic *M. Tullius pro M. Coelio.* de quo v. *Gellius* 17, 1. *Lambinus.* Seneca de benefic. 6, 37: *Non est istud exilium, cujus neminem non magis quam damnatum pudet.* Loccenius. Genus loquendi Lambinus non percepit, quod contra Lambinum illuſtravit Heuſingerus ad Alcib. cap. 3. §. 5. [Ax. Gu. Ult. omnesque ante Lambinum Ed. pro *forti animo* habent *animo forti*, quod ille sine cauſſa transposuit.]

*Bellum Lacedaem. Atheniensibus indixissent*] Et ingentem cladem ad Tanagram illis intuliſſent. vid. *Plutarchus in Cimon* pag. 490. Boſius.

*Confestim notae ejus virt. desid.*] Similis locus infra Epam. vita. vide Flaccum lib. 3. Argonaut. vs. 247. *Gebhardus.* Paraphraseos loco poteſt eſſe illud Taciti Agric. 41, 3: *Cum damna damnis continuarentur, poscebatur ore vulgi dux Agricola.* Boſius. Voſſ. A. *Notae ejus virtutes*, sed ſupra notatum erat *virtutis.* et pro *consecutum*, *consequutum.*

*Quam expulsus*] Sic lego e C. Dan. quod et *Lambinus* conjecerat. Similis locutio habetur infra 10, 5, 3. *Bosius.* Vide Cel. J. Perizon. ad Sanctii Minerv. lib. 2. cap. 9. num. 5. [Axen.

expulsus erat, in patriam revocatus est. Ille, quod **hospitio Lacedaemoniorum utebatur, satius existimans, conten-**

cum edd. antiquioribus *quo*, non *quam*. Sed Gu. Ult. *quam.*]

*Revocatus est*] Decreto Periclis, ut tradit *Plutarchus* pag. 490. *Lambinus*. Hinc Ariſtides Tom. II. pag 284. *ὁ Κίμων ἐξωϛρακίσϑη μὲν, φυγῇ δὲ ὀυ προσεζημιώϑη, ἀλλὰ καὶ κατῆλϑε πρὸ τῦ Χρόνυ.* vide Plut. in Pericle pag. 157. qui, cur Pericles ipse ſcripſerit hoc decretum, docet.

(p. 178.) *Quod hospitio Lacedaem.*] Hoc Graece diceretur h. m. *ὅτι πρόξενος ἦν τῶν Λακεδαιμονίων.* Propter hoc hospitium autem Lacedaemoniorum rebus ſtudere ac favere putabatur; hoc eſt, quod Graeci dicunt, *λακωνίζειν*. Haec enim fuit oſtracismi cauſſa, ut tradit *Plutarchus* pag. 489. quam appellat *μικρὰν πρόφασιν. Lamb.* [Fragmentum Theopompi huc pertinens, ex inedito Ariſtidis Scholiaſte a Creuzero exſcriptum, publicavit Marxius in *Ephori Fragment. pag.* 224. Docte de eo diſputat Creuzerus in praefat. p. 27. seqq.]

*Satius exist. contendere Lacedaemonem*] Eximium ſpecimen fidei Lambini, quam in emendandis ſcriptoribus adhibuit: hominis nimirum omnia libidini ingenii, etiam refragantibus omnibus libris, tribuentis. Flagitio, quo ſuum heic caput obligavit, obviam ivit Savaro luxuriem Monſtrolienſem exonerando ac reponendo: *Satius existimans, contendere Lacedaemonem, sua sponte est profectus.* Antequam revocatus Athenas peteret, consultius putavit Lacedaemonem pergere, ac sua ſponte, ſine juſſu populi, pacem inter duas civitates conflare. Quid sit *contendere Lacedaemonem*, jam notum eſt. Caeſar Lib. I. de Bell. Gall. cap. 21. *Ipse de quarta vigilia eodem itinere, quo hostes ierant, ad eos* contendit. Lib. VI. c. 3. p. *De improviso in fines Nerviorum* contendit. Apulejus L. 9. Metam. *Tunc reliqui fratres tam Hercules desperata quam ultro neglecta sua salute* contendunt *ad divitem*. Nepos Eum. *Sin per loca sola* contenderet. Cicero. *Mihi non dubium est, quin Brundusium* contendam. Idem. *Tarsum vidi, inde ad Amanum* contendi. *Gebhardus*. Sic primus diſtinxit Magius [vel potius Aldus], cum antea male locus hic interpungeretur, hoc modo: *satius existimans contendere, Laced. sua sp. est prof.* Exponit autem hoc sensu: Cimonem, cum revocatus eſſet, noluiſſe ſtatim in patriam redire, quod suorum deſiderium patriae poſthaberet; ideoque, etsi cives sui non praecepiſſent, Lacedaemonem, quae propter hoſpitium amica ſibi civitas videretur, profectum, hoc conſilio, ut pacis auctor conciliatorque eſſet. quod enim Lacedaemoniorum forte opes cerneret eſſe majores, eamque ob rem patriae timeret, e re Athenienſium potius eſſe cenſuiſſe, ad pacem conciliandam Lacedaemonem, quam Athenas ad bellum adornandum opemque ferendam proficisci. At Lamb. plusculis insertis, sic edidit: *satius existimans, eos et cives suos inter se una voluntate consentire, quam armis contendere, Lacedaemonem s. sp. e. prof.* eaque in re acriter reprehenſus eſt a *Schotto* et *Gebhardo*, ac si locum mutilum ratus, cujus ſenſum non adsequeretur, de suo nimis liberalis, tam multa

contendere Lacedaemonem, sua sponte est profectus, pacemque inter duas potentissimas civitates conciliavit. Post, neque ita multo, Cyprum cum ducentis navibus 4
imperator missus, quum ejus majorem partem insulae

repugnantibus libris adjecisset, cum tamen in *adnotationibus ad h. l.* ne verbo quidem indicet, haec ex conjectura sc. addita esse: sed tantummodo moneat, *hunc locum in libris fere omnibus vulgatis lacerum et mutilum fuisse.* Quare paene adducor in eam sententiam, ut, quae addidit, ex aliquo MSto aut editione vet. desumta esse suspicer. De quo viderint, quibus veteres editiones ad manum sunt. Dissimulari tamen non debet, ea ab optimis libris Gif. Put. Savar. Schotti, Boecler. Leid. immo ab omnibus, ut opinor, manu exaratis, editisve, quorum variae lectiones a viris doctis adnotatae sunt, abfuisse: eoque non immerito suspecta esse, quamdiu non apparet, unde desumta sint. *Bosius.* MS. Oxon. leg. *satis existimans verbis contendere.* Voss. C. *aestimans*, et *que* post *pacem*, neque *ita* ante *multo* agnoscit. [Ax. non habet, *satis existimans verbis contendere*, sed *satis existimans contemnere. Contemnere* pro *contendere* aliis etiam locis in hoc cod. legitur. *Mosche.* Ult. *satius existimans contendere Lacedaemonem*, et in margine: *Voces aliquot desiderari videntur.* Quae Lambinus h. l. inculcavit, et a Gu. et ab omnibus omnino libris absunt.]

*Sua sponte est profectus*] Nihil de hac profectione *Plutarchus;* sed statim rediisse eum Athenas, ac civitates in gratiam reduxisse ait, pag. 490. *Bosius.*

(p. 179.) *Pacemque conciliavit*] Ita dictum, ut conciliare discordes, in concordiam restituere ac gratiam reducere. Caesar lib. 7. cap. 55. *Legatos ad Vercingetorigem de pace et amicitia* concilianda *publice missos.* Loquitur eo modo et Thrasybul. atque Hamilc. Et parem in modum antiquissimi. Ennius Cresphonte:

*Eho tu, Di, quibus est potestas motus superum atque inferum,*
*Pacem inter se conciliant, conferunt concordiam.*

Cicero pro Dejotaro: *Quocum mihi amicitiam Resp. conciliavit, hospitium voluntas utriusque conjunxit.* Gebh.

*Cyprum missus*] Cimonem post exilium Atheniensibus Cyprum acquisivisse, etiam scribit Dio Orat. 73. pag. 634. et Suidas in *Κίμων* post Thucyd. lib. I. pag. 47. Diod. Sic. XII. 3. et Plutarchus in vita ejus, qui summam viri virtutem uno ore praedicant. *Ernst.* [Ed. Paris. 1. 2. Ald. Lamb. *in Cyprum*, sed Gu. Axen. Ult.] Leid. et omnes Vossiani m. non agnoscunt praepositionem *in*, et ita amat loqui Noster. Vide quae dicemus ad Datamis vitam c. 4. num. 4. Pro *imperator* Voss. C. *super.*

*Cum ducentis navibus*] v. Periz. ad Aelian. Lib. v. V. H. c. 10. num. 4.

*Imperator missus.*] Proprie non fuit missus, sed sua sponte, *ἐπλήρȣ διακοσίας τριήρεις, ὡς εἰς Ἄιγυπτον καὶ Κύπρον ἄυθις ἐκστρατευσόμενος*, quia Athenienses videbat in pace otii esse impatientes, ut refert Plut. in Cim. pag. 490. sed a Nepote stat Diodorus Siculus Lib. XII. c. 3. *ἐπὶ δὲ τȣ́των Ἀθηναῖοι διαπεπολεμηκότες ὑπὲρ Ἀιγυπτίων πρὸς Πέρσας, τὰς ναῦς ἁπάσας ἀπο-*

devicisset, in morbum implicitus, in oppido Citio est mortuus.

λελωκότες ἐν τῇ λεγομένῃ Προσωπίδι νήσῳ, βραχὺν χρόνον διαλιπόντες ἔγνωσαν πάλιν πολεμεῖν τοῖς Πέρσαις ὑπὲρ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἑλλήνων. καταρτίσαντες δὲ στόλον διακοσίων τριήρων, καὶ στρατηγὸν ἑλόμενοι Κίμωνα, τὸν Μιλτιάδου, προσέταξαν πλεῖν ἐπὶ Κύπρον, καὶ διαπολεμεῖν τοῖς Πέρσαις. ubi plura de Cimone et hoc bello. Thucydides Lib. 1. cap. 112. adscribit hoc bellum ipsis Atheniensibus, qui ita quoque cum Nostro facit.

*In morbum implic.*] Alii, teste *Plutarcho*, vulnere, quod adversus barbaros pugnans acceperat, confectum, tradidere. *Bosius*. Propria haec est locutio, ut jam docuit Servius ad Virgil. 1. Aen. vs. 663. Cimonem defunctum esse αὐτομάτῳ θανάτῳ. i. e. morte naturali, adnotat Scholiastes Thucyd. Lib. 1. cap. 112. num. 55. Voss. C. *sed in morb. impl.* [Ult. pro *in morbum* habet *morbo.*]

*In oppido Citio*] Thucydides et cum eo Plutarchus non in oppido, sed dum illud obsideret, occubuisse Cimonem scribunt. *Diodorus* tamen lib. 12. expugnasse, ait. *Bosius*.

*Citio*] Ἐν Κυττίῳ τῆς Κύπρου ait Suidas e Thucydide. *Ernstius*. *Diodoro* quoque et *Plutarcho* Κίτιον vocatur. At in Exc. Dan. [Gu. Ult.] legitur *Cythio*. Quomodo apud *Suidam*: ἐν Κυττίῳ. *Bos.* Vide cl. Wasse et Duker. ad Thucydid. Lib. 1. c. 112. num. 51. Leid. m. *Cythio*, item Voss. A. sed B. *Cytio*. [Ax. *Citio*.] In *Cypro* Cimonem mortuum simpliciter narrat Diodorus Lib. XII. cap. 4. in f. item (p. 180.) Plut. in Pericle pag. 158. ἐτελεύτησε δὲ Κίμων ἐν Κύπρῳ στρατηγῶν. statim pro *sed in pace*, *sed etiam in pace* Leid. et Voss. B. Particulam *etiam*, licet in duobus his Mss. reperiatur, et sensus postulet ut addatur, non tamen necesse est, ut in textum recipiamus, cum *sed* post *non solum*, *non modo*, pro *sed etiam* poni saepius soleat, ut docuere cl. Oudendorp. ad Frontin. lib. 2. Strateg. cap. 1. E. 15. num. 51. et Cortius ad Sallust. Catil. c. 18. n. 7. [Ax. quoque *sed etiam in pace*, quam lectionem quod repudiant, id equidem approbare non possum. Longe alia enim est ratio locorum, quae ex Cicerone (Ep. ad Fam. 1, 6. pr. 1, 9, 60.) et Caesare (B. G. 1, 43, 8.) laudat Heusingerus. Est quidem ut *etiam* post *non solum* abesse possit, cum ei, quod prius positum erat, multo antefertur posterius, idque per se est maximum, quasi, ut Heusingeri verbis utar, dicas *sed adeo*. Res autem est longe alia, ubi verbis *non solum*, *sed etiam* non nisi membra orationis nectuntur, quod nostro loco accidit. Est enim nunc idem fere quod *cum, tum; et, et*. In quo *etiam* omitti non solet. *Mosche*. Gu. *non solum in bello, sed etiam in pace*. Ed. Ult. *non solum bello, sed etiam pace*. Edit. princ. utraque Paris. Ald. Long. et Mag. *non solum in bello, sed in pace*. Ita etiam Arg. non: *sed etiam in pace*. Vide Heusinger. ad Cic. Offic. 1, 4. pag. 36. et Goerenz. ad Cic. de Legg. 1, 14. pag. 63. de Fin. 5, 9. pag. 561. Nepos ipse 23, 11, 7. *neque tum solum, sed saepe alias pedestribus copiis pari prudentia pepulit adversarios*, ubi particula *etiam*, quemadmodum nostro in loco, sine ulla vi omissa est.]

## CAP. IV.

Hunc Athenienses non solum in bello, sed in pace diu desideraverunt. Fuit enim tanta liberalitate, quum compluribus locis praedia hortosque haberet, ut numquam in eis custodem imposuerit fructus 1

*Fuit enim tanta liber.*] Totum hunc locum, usque ad finem capitis, e *Theopompo* desumtum, et quasi ad verbum conversum esse, notavit *Casaubonus, animadvers. in Athenaei* 12, 8. Similis munificentia Gilliae Agrigentini fuit, de quo *Valerius Maxim.* 4, 8. *ext.* 2. De Cimonis autem liberalitate *Lactantius* 6, 9. breviter: *egentibus stipem dedit, et pauperes invitavit, et nudos induit.* Bosius. Ms. Oxon. *tanta liberalitate usus est.* pro *compluribus* Voss. C. *quam pluribus.* Caussam, cur, et tempus, quo hac sua liberalitate Cimon uti coepit, describit late Plut. Cim. p. 484. A. B. C.

*Ut nunquam in eis custodem*] *Plutarchus* eleganter hac de re: Ἐν τῇ Χώρᾳ καρπῶν ἑτοίμων ἀπαρΧὰς, καὶ ὅσα ὧραι καλὰ φέρȣσι, Χρῆσϑαι καὶ λαμβάνειν ἅπαντα τοῖς ξένοις παρέΧων, τρόπον τινὰ τὴν ἐπὶ Κρόνȣ μυϑολογȣμένην κοινωνίαν εἰς τὸν βίον αὖϑις κατῆγεν. Adde eund. in *Pericle* pag. 156. *Theophrastus,* apud *Ciceron. Offic.* 2. haec ad curiales sive contribules Cimonis restringit. Ait enim, eum *ita instituisse, et villicis imperavisse, ut omnia praeberentur, quicunque Laciades in villam suam devertisset. Civibus* universe hoc permisisse eum, scribit *Theopompus* apud *Athenaeum l. c.* Simile quid de Ephialte refert *Heraclides in politia Atheniensium,* quod nempe *permiserit ex agris suis fructus decerpere, qui vellent; atque inde multis cibum praebuerit.* Bosius. Plut. pag. 484. c. Ἤδη δ' εὐπορῶν ὁ Κίμων ἐφώδια τῆς ϛρατιᾶς, ἃ καλῶς ὑπὸ τῶν πολεμίων ἔδοξεν ὠφελεῖσϑαι, κάλλιον ἀνήλισκεν εἰς τȣ̀ς πολίτας. τῶν τὲ γάρ ἀγρῶν τȣ̀ς φραγμȣ̀ς ἀφεῖλεν, ἵνα καὶ τοῖς ξένοις, καὶ τῶν πολιτῶν τοῖς δεομένοις ἀδεῶς ὑπάρΧῃ λαμβάνειν τῆς ὀπώρας.

*In eis custodem imposuerit*] Barthius *Adversar.* 24, 18. e veteribus editis ac membranis, quibus olim usus Caelius Curio, profert: *ut numquam in eis custodem imposuerit.* Scribendum vero ipse retur: *ut numquam in eis custodem unum posuerit.* (p. 181.) Gebh. Sic plerique MSS. et editi, nisi quod praepositio *in* quibusdam deest. *Barthius Advers.* 24, 18. mallet: *in eis custodem unum posuerit. Schoppius Verisim.* 4, 2. e vet. libro [Gifanii]: *nunquam eis custodem posuerit.* Quomodo *Propertius: Quos igitur tibi custodes, quae limina, ponam?* Eaque lectio et *Gebhardo* placebat; qui duobus *Ciceronis* locis firmabat: uno *Philipp.* 2, 18. ubi patrem Curionis *custodes posuisse* Antonio, *ne limen intraret;* altero *Orat. pro Flacco* c. 19. ubi Hermippum *custodem frumento publico positum,* ait.

[redacted]



servandi gratia, ne quis impediretur, quo minus ejus
2 rebus, quibus quisque vellet, frueretur. Semper eum pedisequi cum nummis sunt secuti, ut, si quis opis ejus indigeret, haberet, quod statim daret, ne differendo videretur negare. Saepe, quum aliquem offensum fortuna videret minus bene vestitum, suum ami-

Uno item *Caesaris B. Gall.* 1, 20. quo se *custodes Dumnorigi posuisse* scribit, *ut, quae agat, quibuscum loquatur, scire posset.* Pro vulgata lectione facit illud *Ciceronis Orat. pro Cn. Plancio*, cap. 25. pariter *a Gebhardo* adductum: *Sin emimus, quem villicum imponeremus, quem pecori praeficeremus.* Videturque *Nepos* expressisse verba *Theopompi*: *ἐν τοῖς ἀγροῖς καὶ τοῖς κήποις ἐδένα τε καρπε καθίςα φύλακα. Bosius.* Leid. m. *eis custodes inposuerit*, pro *in eis posuerit*. Verbum *ponere* in hac re proprium esse docent Passeratius ad Propert. lib. 2. El. 5. vs. 29. et Broukh. ad Tibullum lib. 1. El. 1. vs. 21.

*Pomosisque ruber custos ponatur in hortis,*
*Terreat ut saeva falce Priapus aves.*

Nihil tamen muto, cum Voss. A. B. C. [Gu.] *in eis custodem imposuerit* exhibeant. v. Cort. ad Sallust. B. Jug. LXI. 1. [Ult. *eis cust. imposuerit*, sine *in*, quod etiam Lambinus omisit.]

*Quibus quisque vellet*] Restitui τὸ *quisque* auctoritate MSS. Dan. [Gu.] Leid. Boecl. et quos *Schottus* inspexit, nil enim causae video, cur rejici debeat. *Bos.* Ita et Leid. m. et Voss. A. B. C. [sed Ult. *quisque* abest.]

*Semper eum pedisequi*] *Plutarchus* p. 484. vocat *νεανίσκες συνήθεις*, aitque, eos tulisse pecuniam copiosam, adstitisseque elegantioribus inopum (*τοῖς κομψοῖς τῶν πενήτων*) nummulosque silentio in manus injecisse. *Δύο ἢ τρεῖς νεανίσκοι*, ait *Theopompus*. Non admodum dissimile est, quod de L. Veratio narrat *Gellius N. A.* 20, 1. *Bosius.*

*Ne differendo*] V. Ind. v. *differre*. Ausonius:

*Gratia, quae tarda est, ingrata est gratia, namque*
*Quae fieri properat gratia, grata magis.* Bos.

*Quum aliquem offensum fortuna vid.*] *Lambinus* hoc exponit, *cui fortuna esset iniqua, irata, atque offensa.* Quod cum mihi insolens videretur, nec dubitarem *offensum* hic idem esse, quod *obviam factum, repertum*, Cl. *Freinshemius* confirmavit meam sentent. indubiamque fore dixit, si in aliquo codice *forte fortuna* legeretur, quod et absorberi facile potuerit a seq. vocabulo. *Boeclerus.* [*Fortuna offensus* est, casu obvius, fortuitu oblatus, *κατὰ τύχην*, ut Graeci saepe. Cic. Offic. 2, 13. *aliquo casu atque fortuna.* Lael. c. 17. *si qua fortuna acciderit.* Non erat, quod Freinshemius *forte fortuna* conjiceret, quod de optatis potius quam de fortuitis casibus quibusque dicitur. Haec *Heusingerus*, cujus interpretationem nos quoque probamus. Negari tamen non potest, durius haec a Cornelio atque insolenter dicta esse.] Pro *aliquem*, si codices addicerent, legi posset *senem*, vel *quum senem aliquem fortuna.* Vide Plut. in

culum dedit. Quotidie sic coena ei coquebatur, ut, 3
quos invocatos vidisset in foro, omnes devocaret; quod facere nullum diem praetermittebat. Nulli fides ejus,

Cim. pag. 484. et in Pericle p. 156. ubi Cimon dicitur *τὺς πρεσβυτέρυς ἀμφιεννύων*, et alterum locum integrum deſcripſit Boſius, ubi etiam legitur *ἀςῶν πρεσβύτερος*.

(p. 182.) *Suum amiculum*] Imo alicujus e pedisequis, si *Theopompo* et *Plutarcho* credimus. Sic enim ille: *ὁπότε τῶν πολιτῶν τινα ἴδοι κακῶς ἠμφιεσμένον, κελεύει ἀυτὸν μεταμφιέννυσθαι τῶν νεανίσκων τινὰ τῶν συνακολυθύντων ἀυτῷ*. Hic vero pag. 484. *ἀυτῷ δὲ νεανίσκοι παρείποντο συνήθεις, ἀμπεχόμενοι καλῶς, ὧν ἕκαςος, εἴ τις συντύχοι τῷ Κίμωνι τῶν ἀςῶν πρεσβύτερος, ἠμφιεσμένος ἐνδεῶς, διημείβετο πρὸς ἀυτὸν τὰ ἱμάτια. Bosius.*

*Quotidie sic coena*] Sic fere et *Theopompus*, ac *Plutarchus*. Sed Ariſtoteles, apud *Plutarchum*, non omnibus Athenienſibus, sed curialium ejus Laciadarum cuivis, qui vellet, coenam paratam fuiſſe, ait. *Bosius*. Plut. in Pericle pag. 156. ubi Cimon dicitur *δεῖπνον καθ' ἡμέραν τῷ δεομένῳ παρέχων Ἀθηναίων*. in Cim. p. 484. *δεῖπνον οἴκοι παρ' ἀυτῷ, λιτὸν μὲν, ἀρκῦν δὲ τοῖς πολλοῖς ἐποιεῖτο καθ' ἡμέραν*. ubi de Ariſtotelis, de quo hic agit Boſius, teſtimonio Plutarchus conſuli poteſt, sed Lib. iv. Symp. quaeſt. 3. p. 667. *πολλὺς καὶ παντοδαπὺς ἑςιῶν ἡδέως*. idem in Cim. p. 485. addit de Cimone *ὁ δὲ τὴν μὲν οἰκίαν τοῖς πολίταις πρυτανεῖον ἀποδείξας κοινὸν, ἐν δὲ τῇ χώρᾳ καρπῶν ἑτοίμων ἀπαρχὰς* etc. quae jam Boſius citavit ad §. 1.

*Invocatos*] Lambinus *non vocatos*. Rectius Schoppius, P. Daniel ac Schottus *invocatos*. Barthius Adversar. Lib. xxiv. c. 18. leg. *ut quoscunque invocatos vidisset*. Eſt autem *invocatus* *ἄκλητος*, ad epulas non invitatus. Fuit Cimonis animo par Gilliae Agrigentini, cujus domus quasi quaedam munificentiae officina credebatur. Val. Max. lib. 4. c. 8. Quae comparanda cum verbis Nepotis. Vel, cui nondum vocari contigit. Terent. Eunucho. *Invocato ut sit locus semper*. Gebhardus. Schoppius lib. 4. Veriſim. c. 2. legendum eſſe exiſtimat: *Ut quos invocatos vidisset*. Cui Ms. meus Cod. adſtipulatur. Barthius tamen mavult: *ut quoscunque invocatos*. Lib. xxiv. Adverſar. c. 18. *Ernstius*. Ita MſI. Dan. Gif. Put. Savar. Schott. Ernſt. et, *Schoppio Veris*. 4, 2. teſte, alter e Bavaricis: probantque, praeter *Savaronem*, *Schottum*, ac *Schoppium*, *Gifanius Ind. Lucr.* v. *Relativo*, *Gebhardus*, alii. Sic *Terentius* Eunucho 5, 9. 29.

—— *ut mihi tua domus*
*Te praesente, absente pateat*;
invocato *ut sit locus Semper*.

Ubi vetus interpres: INVOCATO, *non vocato significat. IN etenim auget et minuit dictionem*. Et mox: INVOCATO. *Male intelligitur precibus vocato, quum sit ἀυτομάτῳ i. e. etiam non invitando, quin ultro venire debeat suam domum*. Apud *Plautum Captiv*. 1, 1, 2. Paraſitus: invocatus *soleo esse in convivio*. Vulgo erat: *quos convocatos*. Unde *Lambinus* faciebat: *quos non vocatos*: *Barthius* Advers. 24, 18. *quoscunque invocatos*. Sed neutro opus: cum MSta lectio ſatis plana sit. *Bosius*. Leid. M. *invocatos*, item Voſſ. A. B. C. [Gu. Ult.]

*Devocaret*] Sic MſI. *Lambi-*

nulli opera, nulli res familiaris defuit. Multos locupletavit, complures pauperes mortuos, qui, unde ef-
4 ferrentur, non reliquissent, suo sumtu extulit. Sic se gerendo, minime est mirandum, si et vita ejus fuit, secura et mors acerba.

*nus* mallet *convocaret*, aut *vocaret*. Est enim, inquit, *devocare* proprie *deorsum* vocare, ut apud *Horat.* epod. 17. *refixa coelo* devocàre *sidera*, et apud Ciceron. Tusc. 5. *Socrates primus philosophiam* devocavit *e coelo*. Et tamen mox subjicit: *Nisi dicamus* DEVOCARE *etiam valere, de loco vocare; ut idem Cicero: Nihil est quod eum de provincia* devocent. Quid igitur (p. 183.) dubitas, Lambine? *Devocabat omnes Cimon;* de foro scil. domum suam. *Bosius*. Vossiani A. B. [Gu. Ult.] *devocaret*. C. *devoraret*. De verbo *devocare* consule Nob. Heinsium, et Cel. Burmannum ad Ovidium lib. 4. Metam. vs. 102.

*Praetermittebat*] Contaminat locum *Lambinus*, legendo *intermittebat*, contra libros. *Gebhard.* Cel. Perizonius illustrans phrasin *nullum diem praetermittere* ad Sanctii Minerv. l. 4. c. 6. num. 16. citat *praetermisit*, vitione memoriae, an Ms. cujusdam codicis auctoritate, nescio. [Lambinus malebat *intermittebat*. Sed Cicero etiam lib. 9. ad Attic. ep. 17. dixit: *ego tamen nullum diem praetermitto*. V. eumdem ep. ad div. 1, 5, 7. 9, 24, 9. 12, 24, pr. Nec *praetermitto facere* reprehendi potest. Caesar B. Civ. 2, 39. *Reliqua studio itineris conficiendi quaerere praetermittit*. Heusinger. Ed. Ult. *quod ut faceret*, *n. d. pr.*]

*Multos locupletavit.*] Jam saepius laudatus Plutarchus pag. 484. *οἱ δὲ ἀυτὸι* (nempo pedisequi) *καὶ νόμισμα κομίζοντες ἄφθονον παριςάμενοι τοῖς κομψοῖς τῶν πενήτων ἐν ἀγορᾷ σιωπῇ τῶν κερματίων ἐνέβαλλον εἰς τὰς χεῖρας*. ubi quoque Cratini, Gorgiae Leontini, et Critiae testimonia de Cimonis commendanda liberalitate citantur.

*Complures*] Voss. C. *quum plures*. Pro *efferrentur* Voss. A. *efferentur*, et paullo ante pro *nulli res fam.* Voss. B. *nulla res fam.*

*Fuit secura*] Nullis periculis atque insidiis exposita. *Securus* is demum dici potest, qui curis vacat. *Seneca* Hippolyto vs. 164.

*Scelus aliqua tutum, nulla securum facit.*

*P. Syrus:*

*Tuta saepe, nunquam secura, mala conscientia est.* Gebh.

Ms. Boecl. pro *fuit* habet *fuerit*. Bosius. Voss. A. *secuta*.

*Mors acerba*] Immatura, adeoque luctuosa. P. Syrus.

*Mors infanti felix, juveni acerba, seni nimis sera.*

Cicero in Antonium: Acerbissimum *ejus diem supremum malim*, *quam L. Cinnae dominatum*. Gebhardus. Pro *mirandum* Leid. m. *admirandum*. Sed simplex *mirandum* retinendum est. Vide, quae de verbo *mirari*, sequente conjunctione *si*, profert cl. Burm. ad Quinc-

tilian. Declam. 262. *Acerba mors* est immitis, cruda, immatura, per metaphoram ab immaturis frugibus desumptam; ut patet ex notissimo illo Phaedri loco Lib. 4. fab. 2. de uva.

*Nondum matura est, nolo*
acerbam *sumere.*

Ubi vide Schefferum, et Manutium ad Ciceron. lib. 1. ad Fam. Ep. 1. Apposite Virgilius lib. 5. Aen. vs. 49.

*Jamque dies (ni fallor) adest,*
*quem semper* acerbum,
*Semper honoratum (sic Di*
*voluistis) habebo.*

Ubi Servius: acerbum. *Propter perditum patrem.* Consule Parei notas ad Quinctilian. Lib. VI. Instit. Orator. Prooem. pag. 493. Vult itaque Nepos indicare, Cimonis mortem civibus visam fuisse *maturam* i. e. praematuram, praecipitem, festinatam, ac quasi ante diem venientem, ideoque acerbam, quia, dum vixit, omnibus profuit. Nam talis mors etiam *matura* vocatur. vide Elegantiss. Broukhus. ad Tibull. lib. 4. El. 1. vs. 205. (p. 184.) Egregius Livii locus L. 7. c. 1. *Maximeque eam pestilentiam insignem mors quam matura, tam* acerba *M. Furii fecit.* Ecce malitiam tamen Atheniensium apud Plut. pag. 485. *οἱ δὲ ταῦτα κολακείαν ὄχλȣ καὶ δημαγωγίαν εἶναι διαβάλλοντες,* sed *ὑπὸ τῆς ἄλλης ἐξηλέγχοντο τȣ̃ ἀνδρὸς προαιρέσεως, ἀριστοκρατικῆς καὶ Λακωνικῆς ȣ̓́σης.* qui deinde pergit *καὶ πρὸς Ἐφιάλτην ὕστερον χάριτι τȣ̃ δήμȣ καταλύοντα τὴν ἐξ Ἀρείȣ πάγȣ βȣλὴν διηνέχθη. λημμάτων δὲ δημοσίων τȣ̀ς ἄλλȣς* (et in his sine dubio Themistoclem) *πλὴν Ἀριστείδȣ, καὶ Ἐφιάλτȣ πάντας ἀναπιμπλαμένȣς ὁρῶν, αὐτὸν ἀδέκαστον, καὶ ἄθικτον ἐν τῇ πολιτείᾳ δωροδοκίας, καὶ πάντα προῖκα καὶ καθαρῶς πράττοντα καὶ λέγοντα διὰ τέλȣς παρέσχε.* ubi plura de ejus abstinentia et integritate. [Bene observarunt Tzschuckius Bremiusque, *acerbam* mortem h. l. *luctuosam* civibus, non *immaturam*, esse.]

[redacted]



# VI. LYSANDER.

## CAP. I.

1 **LYSANDER LACEDAEMONIUS magnam reliquit sui fa-**

(p. 185.) *LYSANDRI* res habemus apud *Plutarch. in vita*, et alibi, *Thucydidem* 5. *Xenophontem Graec. Hist.* 2. *et* 3. *Diodorum* 12, 13. *Polyaenum* 1. *et* 7. *Pausaniam* passim *Aelianum* passim, *Justinum* 5. *Frontinum* 1, 5, 7. 2, 1, 18. 4, 1, 9. *Ciceronem* passim. *Boeclerus.*

*Lysander*] Aristocliti F. qui ex gente Heraclidarum fuit. *Plutarchus in Lys.* pag. 434. Mothacum unum fuisse Lysandrum, scribunt *Phylarchus* apud *Athenaeum* 6, 20. et *Aelianus Var. Histor.* 12, 43. Quam vere, dubitat *Ubbo Emmius Tomo* 3. *Vet. Graeciae* pag. 133. Dicebantur autem *Mothaces* pueri, qui cum locupletiorum Lacedaemoniorum liberis educabantur, et singuli, bini, vel etiam plures, cum iisdem in gymnasiis concertaturi mittebantur, ac universae institutionis participes fiebant. *Hesychius* et *Aelianus l. c.* servos fuisse volunt; sed *Phylarchus* et *Athenaeus* liberos, non tamen Lacedaemonios. Quos *Meursius Miscellan. Laconic.* 2, 6 ita conciliare invicem nititur, ut dicat fuisse quidem servos, sed libertate donatos, sic tamen, ut non pleno jure, velut ceteri Lacedaemonii, fruerentur. Plura de iis praeter *Meursium*, *Cragius de rep. Lacedaem.* l. 5. *Emmius* l. *c.* et *Casaubonus ad Athenaei* 6, 20. *Cragius* et *Casaubonus* volunt eosdem fuisse, quos *Scholiastes Aristophanis ad Plutum et Equites*, *Hesychius* et *Suidas*, *μόθωνας* vocant: sed *Meursius l. c.* negat temere confundendos; vereor, ut satis bene. *Bosius.* Lysander perpetuo appellatur a scriptoribus *Lacedaemonius*, uti a Cicerone Lib. 1. de Divin. c. 34. *Lacedaemoniorum clarissimus.* attamen non natus, sed factus. v. Interpr. ad Aelian. Lib. XIII. V. H. c. 8. et Cragium L. 1. de Rep. Lac. cap. 5. quamquam idem addit, a Plutarcho, quem in post. not. citavi, Lysandri genus referri ad Heraclidas, sed non regii generis. Pater ejus non *Ἀριστόκλειτος*, ut a Plutarcho, sed *Aristocritus* a Pausania Lib. VI. c. 3. pag. 459. vocatur.

*Famam magis felicit. quam virt. partam*] De versutia Lysandri testantur *Plutarch. in vita* pag. 437. et *Cicero* 1. *Offic.* 30. *Idem* tamen *in Catone majore* c. 17. *virum summae virtutis* vocat. *Bosius.* Lacedaemonii saltem in ejus virtute utpote sibi cognita, spem suam collocaverant, nam, ut Plut. in Lys. pag. 434. refert, *δείσαντες ὤν*, post Atheniensium res ab

mam, magis felicitate quam virtute partam. Athenienses enim, in Peloponnesios sexto et vicesimo anno bellum gerentes, confecisse apparet.

Alcibiade paullo ante reditum restitutas, οἱ Λακεδαιμόνιοι πάλιν, καὶ γενόμενοι ταῖς προθυμίαις καινοὶ πρὸς τὸν πόλεμον, ὡς ἡγεμόνος τε δεινῦ, καὶ παρασκευῆς ἐῤῥωμενεστέρας δεόμενον, ἐκπέμπυσιν ἐπὶ τὴν τῆς θαλάσσης ἡγεμονίαν Λύσανδρον. Praeterea an non virtute sua, devicto Antiocho et Atheniensibus, erexit tropaeum, quindecim navibus captis? v. pag. 435.

*Felicitate quam virtute*] Ms. (p. 186.) mei Cod. fide lego *magis fortuna, quam virtute*, quae pulchrior oppositio est, cujus exemplum aliud infra habemus in Thrasybulo: *si per se virtus sine fortuna ponderanda sit.* Ernstius. Ms. Ernstii: *fortuna q. v.* Et sic praeter nostrum 8, 1, 1. passim auctores. Vid. *Freinshemii not. ad Flor. praef.* 2. Bosius.

*Sexto et vicesimo anno*] Alii volunt, Athenienses a Lysandro esse oppressos anno belli Peloponnesiaci xxvii. et seq. Muros autem urbis ad concentum tibiarum ab eodem dejectos xvi. die μυνυχιῶνος id est, ut plerique explicant, Martii, ad Calendarium Julianum ix. Maji secundum Calvisium. Quo eodem die aliquot annos praelio ad Salaminem Xerxem vicerant. *Ernstius.* Nam coeperat bellum illud anno 1. Olympiadis lxxxvii. Periodi Julianae 4283. ut docent *Scaliger de Emendat. tempor. lib.* 5. *Meursius in Archontibus Atheniens. lib.* 3. *cap.* 3. *Petavius de doctrina temporum* 10, 27. *et Parte* 2. *Rationarii tempor. lib.* 3, 11. *Langius de annis Christ.* 2, 16. *etc.* Pugna vero ad Aegos flumen, de qua hic sermo, secundum *Diodor. Sicul.* 13. aliosque contigit anno 4. Olymp. xciii. Periodi Jul. 4309. *Bosius.* Pugnae hujus tempus etiam confici potest ex iis, quae profert Polybius L. 1. c. 6. et Strabone Lib. vi. p. 439. cum nota Casauboni. Hac victoria totum bellum (Peloponnesiacum) delevit Lysander, ut recte observavit Nepos in Alcib. cap. 8. in f. quod bellum vocat Plut. in Lysand. pag. 439. ut jam Lambinus notavit μήκισον καὶ ποικιλώτατον πάθεσι τε καὶ τύχαις ἀπισότατον τῶν πρὸ ἀυτῦ πολέμων: ubi plura de celeritate, qua hoc bellum confecit. Polybius vero Lib. 1. c. 63. bellum Punicum vocat πολυχρονιώτατον καὶ συνεχέςατον καὶ μέγισον πόλεμον, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν ἀκοῇ μαθόντες· quod annos duraverat quatuor et viginti, sed continuos, sine ulla intermissione.

*Bellum gerentes*] Et pestilentia conflictantes, ut tradunt *Plut. in Lys.* et *Xenoph. lib.* 2. *de reb. Graec. Diodor. Sicul. lib.* 13. *ext.* Lambinus. *In* hic notat *adversus, contra.* v. Cort. ad Sallust. Catil. c. 9. n. 4. Pro *in Peloponnesios* Leid. *Peloponnesso.* Voss. B. *Peloponessios.* C. *Peloponesis.* [Gu. *Atheniensis enim Peloponnesios.*]

*Confecisse*] Penitus stravisse ac vicisse. *Magius* substituendum censuerat *confregisse* sive *contudisse.* Sed in eo se ipse reprehendit. *Conficere*, penitus absumere. Seneca Lib. 3. de benef. *Rabies, quae omni civili bello gravius togatam civitatem* confecit. Cicero de Inventione: *Licinius hostes consecutus est et* confecit. *Gebhard.* Livius L. 2. c. 40. *Ibi fortuna populi Romani duos hostium*

[redacted]



2 Id qua ratione consecutus sit, latet. Non enim virtute sui exercitus sed immodestia factum est adversa-

*exercitus, haud minus pernicioso quam pertinaci certamine* confecit. Lib. 3. cap. 70. Conficerent *equos virosque, ne quis reveheretur inde ad praelium.* In indice Bosii recte notatum est metaphoram desumptam esse a gladiatoribus ac bestiariis. De hoc verbo disputarunt Literariae Reip. Principes Graevius ad Ciceron. L. 9. ad Fam. Ep. 20. et Dukerus ad Florum L. 3. cap. 1. num. 8. hinc *confici* etiam dicuntur, quorum vires franguntur, debilitantur, tabescunt. Virgil. 3. Aen. vers. 590. *Macie* confecta *suprema.* Phaedrus L. 3. fab. 7. *macie* confectus *lupus.* ubi vide Clar. Schefferum. Lib. 1. fab. 14. *Hic cum jaceret morbo* confectus *gravi.* Cicero Lib. 7. ad Fam. Ep. 26. confectus *languore ac fame.* v. Elegantiss. Broukh. ad Tibull. L. 1. El. 8. vers. 39. et ut milites *conficere* dicuntur hostes, et gladiatores adversarios, ita dentes *conficere* cibum dicuntur. Livius Lib. 2. c. 32. *Conspirasse inde, ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes* conficerent. Consule (p. 187.) Celeb. Burmann. ad Quinctilian. Lib. 10. Institut. Orator. c. 1. pag. 882. Haec in juvenum gratiam extendi aliquanto latius.

*Id qua rat. consec. sit, latet.*] Quomodo latere potest, cum ipse dicat, factum id esse immodestia adversariorum? Videtur hic locus esse mutilatus, ut et alii in hoc opusculo multi. Credam igitur olim fuisse *non latet.* Ernstius. Qua ratione ad eas angustias Athenienses redegerit, ut eos ad Aegos flumen vicerit, obscurum est; et videtur divinitus esse factum, non humanitus. *Rem enim maximam minimo labore confecit*, ut scribit *Plutarchus* pag. 439. *et hora una tempus longissimum et bellum omnium, quae ante ipsum fuerant, maxime varium, et cladibus et casibus maxime incertum atque infidum, sustulit, et confecit.* Haec narrantur etiam *a Xenophonte* lib. 2. ἑλλην. et a *Diodoro Siculo* l. 13. et a *Polyaeno* l. 1. *Strategematum.* Lambinus. Confer tamen *notam Ernstianam.* Bos. [ Hunc locum corrumpunt, qui negationem adjiciunt. Antea dixit *apparet*, id est, non dubium, omnibus notum famaque celebratum est, in omnium oculos incurrit. Illi nunc opponit contrarium verbum *latet*, id est, obscurum, dubium est, non apparet, non potest explicari, ostendi planumque fieri, qua sua virtute tam nobile nomen sibi pepererit. *Ratio* hic est consilium, rei agendae et perficiendae prudentia. Id facile intelliges, si cum hoc loco contendes 14, 1, 2. Lysander enim felicitate potius vicerat, quam sua militumque virtute: unde eum *rem praeclarissimam tenuissimo labore peregisse* ait Plutarchus Lysandro pag. 437. multique alii hoc ejus opus divinum, id est, fortunae muneri tribuendum, putarunt. *Heusinger.*] pro *id qua, cesqua* Voss. C. J. J. Struchtmeier L. 1. Animadv. Crit. c. 10. legit *nec, qua.* Sed hanc lectionem Heusingerianae opinioni esse contrariam examinanti lectori apparebit; qui tamen prudenter fecerit, si conferat opinionem Ernstii cum Heusingeri sententia. [ Itaque Heusingeri notam ad h. l. adjiciendam curavi, quamquam interpretationi ejus accedere non possum, Ernstiique sententiam probabiliorem duco. ]

*Immodestia*] Disciplinae militaris violatione, ejusque repa-

**riorum, qui, quod dicto audientes imperatoribus suis**

gulis ruptis ac perfractis. inf. 7, 8, 5. *Gebhard.* Hanc militum immodeſtiam pulchre describit Plut. Lyſ. p. 438. *seq.* Sed *Aristides Sophista* λευτρικῷ λόγῳ. A. dicit, negligentia Imperatorum hoc eveniſſe, non immodeſtia militum. *Lambinus.* Adde *Frontinum* 2, 1, 18. Boſius. Nonnulli hoc tribuunt proditioni, qua Tydeus et Adimantus a Lyſandro auro corrupti Athenienſium classem in Lyſandri poteſtatem tradidiſſe perhibentur, id quod ante me jam retulit Weſſ. ad Diod. Sicul. Lib. XIII. c. 106. lin. 32. Sed cum noſtro confer etiam Plut. in Alcib. pag. 211, 212. et Polyaen. Lib. 1. Strat. c. 45. §. 2. ut jam alii monuerunt; attamen Athenienses praecipue Lysandri prudenti dolo militari fuere decepti, ut e Plut. in Lysandro, quem Lambinus citavit, liquet. Voſſ. C. *immodestia factum adversariorum.* vide ad c. 3. Ariſtidis.

*Quod dicto audientes Imperatoribus suis non erant*] Non obtemperaverant, neque eorum mandatis auſcultaverant. Ita loquitur puriſſimi oris ſcriptor Cornelius et Iphicrate: *Ut nullae unquam in Graecia neque exercitatiores copiae, neque magis dicto* audientes *fuerint duci.* Et Ageſilao: *tanta modestia dicto* audiens *fuit jussis absentium Magistratuum.* Quare emendandum conſeo Datame: *Thyus regi dicto* audiens *non erat.* Caeſar Lib. 1. Comm. de Bello Gallico c. 40. *Quibuscunque exercitus dicto* audiens *non fuerit.* Auctor de Vir. Illuſtr. c. 7. *Petere, ut interim, dum convalescit, Servio Tullo dicto* audientes *essent.* Plautus Amphitr. *Ego sum Jovi dicto* audiens. Cicero de Divinat. *Istae imagines ita nobis dicto* audientes *sunt, ut, simulatque velimus, accurrant.* Cato de re Ruſtica. *Eadem uti curet faciatque moneo, Dominoque dicto* audiens *sit.* Varro de re Ruſtica L. 1. c. 17. *Facilius enim his quam minoribus natu dicto sunt* audientes. *Gebhard.* Hunc loquendi morem illuſtrarunt P. Manutius ad Caelium Lib. 8. ad Fam. Cic. Ep. 4. et summus Gronovius ad Livium Lib. 29. cap. 20. jam a Boſio in Indice citatus. (p. 188.) Cortius ad Salluſt. Catil. c. 50. num. 1. Clar. Burmann. ad Phaedr. Lib. 1. fab. 3. vers. 13. qui de ſimilibus Dativis agit, et Boſius ad Datamis vitam c. 2. n. 3. ubi tamen Voſsiani A. et B. *regis dicto audiens* exhibent.

*Imperatorib. suis*] Alcibiadi praecipue. Nam cum Lacedaemonii Lyſandrum, nomine quidem legatum, revera autem ducem ad bellum contra Athenienſes gerendum mitterent, idque tum reliquis sociis, tum ipso quoque Cyro poſtulantibus; acri enim et vigilanti duce opus erat poſt cladem a Callicratida ad Arginuſas acceptam; ipſe cum copiis profectus urbes aliquot Asiae in poteſtatem suam redegit: pugnandi tamen facultatem ducibus Athenienſibus non fecit. Quam ejus calliditatem cum pari praeditus ingenio animadverteret Alcibiades, operam ſuam et conſilium offerens a ducibus Atticis non ſine contumelia repellitur. Cujus ſive superbiae ſive imprudentiae graves mox poenas dederunt, artibus Lyſandri circumventi, et oppreſſi ad Aegos potamos Cherſonesi. Periit tum praeter exercitum Athenienſium claſſis eorum inſtructiſſima CLXXX. navium. Atque hac ratione Lysander victoriam conſecutus eſt. Quod certe Nepotem

non erant dispalati in agris, relictis navibus, in hostium venerunt potestatem. Quo facto Athenienses se
3 Lacedaemoniis dediderunt. Hac victoria Lysander elatus, quum antea semper factiosus audaxque fuisset,

non latuit, ut ex Alcibiadis vita, quae sequitur, patet, cap. 8. Vide de hac re Urbisque interitu plura apud Historicos a Dn. Boeclero citatos: quibus adde Orationem Caesaris apud Sallustium de Bello Catilinario p. 151. Senec. lib. De tranquill. animi c. 3. et Epist. 104. Cicero VIII. ad Attic. Valerium Maxim. 3. c. 2. *Ernstius.* Hac victoria Lacedaemonii non ducatum solum, sed Dominationem Graeciae sunt consecuti. teste Diodoro Siculo Lib. XIV. cap. 2. *Λακεδαιμόνιοι δὲ περιποιησάμενοι τὴν τῆς Ἑλλάδος ἀρχὴν ἀναμφισβήτητον.* Sed de hoc imperio consulendus Is. Casaubonus ad Polybium p. 97. quocum confer Cragium L. IV. de Rep. Laced. c. 3. p. 387, 388. Sed Diodor. Siculus addit, *τό τε ταύτης ἐστερήθησαν, ὅτε πράξεις ἀδίκους κατὰ τῶν συμμάχων ἐπιτελεῖν ἐπεχείρησαν.* De quo tempore iidem Casaubonus et Cragius.

*Dispalati in agris*] Facilis de vagis, dispersis, atque incompositis victoria. *Plutarchus.* *Ναυτικὸν ὅταν ἐπὶ τῶν γῆς γένηται πλανώμενον, ὅποι τὶς θέλει, καὶ διασπειρόμενον.* *Tacitus* Ann. 4, 48, 4. *Thracum auxilia repentino concursu territa, cum pars munitionibus adjacerent, plures extra palarentur, tanto infensius caesi.* Hist. 4. 35. 3. *Civilis urbi rursum missos Novesium frumentatores, datasque in praesidium cohortes, velut multa pace, accepit, rarum apud signa militem, arma in vehiculis: cunctos licentia vagos compositus invadit.* De hoc casu v. *Frontin.* 2, 1, 18. *Gebhard.*

*Relictis navib.*] Respexit, credo, hanc victoriam, qui cudi fecit nummum, cujus penes me ectypum est; in cujus antica parte caput Lysandri cum inscr. *ΛΥΣΑΝΔΡΟΥ ΛΑΚΩΝΟΣ.* in postica: Victoria currui ab equis marinis per mare tracto insistens, et: *ΝΙΚΗ ΝΗΙΤΙΣ.* *Bosius.* Naves hac numero erant 100. ex Justino Lib. 5. c. 5. et Pausania Lib. 9. cap. 32. pro *dediderunt* Voss. A. C. *dederunt*, forsan rectius. vide Davis. ad Caesarem L. 3. de Bello Civili c. 11. et Cort. ad Sallust. Jugurth. c. 75. n. 5. [Gu. *dederunt*, sed Ult. *dediderunt*, quod cum Heusingero Bremius praefert.]

*Hac victoria Lys. elatus*] Vide ad 4, 1, 3. *Gebhard.* Elatus fuit propter divinos honores, ut (p. 189.) Duris narrat, sibi a Graecis oblatos. vid. Plut. in Lys. pag. 443. De Samiis, qui post hanc victoriam ei statuam in Olympia posuere, v. Pausan. Lib. VI. cap. 3. Cicero Lib. 1. de divin. cap. 34. *Namque et Lysandri, qui Lacedaemoniorum clarissimus fuerat, statuae, quae Delphis stabat, in capite corona subito exstitit ex asperis herbis et agrestibus: stellaeque aureae, quae Delphis erant a Lacedaemoniis positae post navalem illam victoriam Lysandri, qua Athenienses conciderunt.*

*Audaxque*] *Plutarchus* Lysandro: *Ἦν δὲ καὶ λόγῳ θρασὺς, καὶ καταπληκτικὸς πρὸς τοὺς ἀντιτείνοντας.* *Lambinus.* pro *indulsit* Voss. C. [Ax.] *indulxit.* Diodorus Siculus Lib. XIII. cap. 70. cum vocat *τόλμαν ἔμπρα-*

sic sibi indulsit, ut ejus opera in maximum odium Graeciae Lacedaemonii pervenerint. Nam, quum hanc 4
caussam Lacedaemonii dictitassent sibi esse belli, ut Atheniensium impotentem dominationem refringerent, postquam apud Aegos flumen Lysander classis hostium est potitus, nihil aliud molitus est, quam ut omnes civitates in sua teneret potestate, quum id se Lacedaemoniorum caussa facere simularet. Namque undi- 5
que, qui Atheniensium rebus studuissent, ejectis, décem delegerat in unaquaque civitate, quibus sum-

*κτον ἔχοντα πρὸς πᾶσαν περίστασιν.* Adolescentem ex institutis Laconicis dicit Plutarchus p. 434. eum fuisse *φιλότιμον καὶ φιλόνεικον.*

*Ejus opera*] Id est culpa. ita in Alcibiad. cap. 6. in Ep. cap. 8. in Hannib. cap. 7.

*Belli*] Sic libri meliores. Alii *bellum*. Bosius. Leid. m. *dictarunt*. Voss. B. C. [Ax. Gu.] *dictassent*. *impotentem* hic notat saevam, immoderatam. Consule Victorium ad Ciceron. Lib. 10. ad Fam. Ep. 1. Eodem modo foeneratorum saevitiam *impotentiam* vocat Florus Lib. 1. cap. 23. num. 1. Ut Noster *refringere*, sic Propertius Lib. 3. El. 2. vs. 44.

*Aut quibus in campis Mariano praelia signo*
*Stent, et Teutonicas Roma*
refringat *opes.*

ubi vide Passeratii notas pag. 421. [Pro *classis* Ult. *classe.*]

*Nihil aliud molitus est*] Narrat *Xenoph. lib. 2. rer. Graec.* totam Graeciam defecisse ab Atheniensibus post pugnam illam navalem, praeter Samios. *Lambinus*. Voss. C. vitiose *in suo tenore p.* pro *in sua teneret p.* pro *simularet* Voss. B. *simulavit*, sed a. m. s. *simularet*. De Lysandro adnotat haec Aristides Tom. II. pag. 175. *ὥσπερ Λύσανδρον, τὸν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς τα θαυμαστὰ πράξαντα καὶ δόξαντα μὲν καθελεῖν τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Ἀθηναίους, τῇ δ' ἀληθείᾳ πολλῶν καὶ μεγάλων κακῶν ἀυτὸν τοῖς Ἕλλησιν ἄρξαντα.*

*Namq. undique qui*] Deformis modus loquendi et horridus. *Ernst.* [Recte Heusingerus h. l. observavit, et aspera aliquando compositione delectatos esse veteres. Exemplis ab ipso laudatis, 3, 1, 3. *qui quidem quum intelligeret*; Ibid. 3, 2. *quam quod quum tantis rebus praefuisset*; 14, 11, 5. *priusque quam quisquam*, adde 4, 4, 4. *si quis quid loqueretur*; 15, 4, 4. *suaque quae attulerat*; Ibid. 8, 2. *omniaque quae collegae dixerant*; 17, 1, 3. *itaque utraque*, et 24, 1, 4. *ex qua quaestor*. V. ad 15, 4, 6. et 18, 9, 2.]

*Decem delegerat*] *Δεκαδαρχίας* appellat *Isocrat. panegyrico*, et *ad Philip.* Sic et *Diodor. Sicul.* Lib. 14. *non longe a principio*. At *Xenoph.* L. 3.

[redacted]



mum imperium potestatemque omnium rerum committeret. Horum in numerum nemo admittebatur, nisi qui aut ejus hospitio contineretur, aut se illius fore proprium fide confirmarat.

*ter. Gr.* *δεκαρχίας* appellat, nisi locus mendosus est. *Lambinus.* Athenis autem triginta praefecerat, decem vero Piraeeo. *Plutarchus.* Hi postea triginta viri urbem servitute oppresserunt, et ad tyrannidem usque saevierunt. *Magius.* Voss. A. *delegarat,* (p. 190.) sed supra notatum erat *delegerat.* Aristides Orat. Tom. I. pag. 210. de Lacedaemoniis *ὥστε τυραννίδας ἐν πάσαις ταῖς Ἑλληνίσι πόλεσι κατέστησαν, ἃς προσεῖπον εὐφήμως Δεκαρχίας.* Cur Lysander, captis Athenis, triginta urbi praefectos, Piraeeo vero decem inposuerit, caussam prodit Meursius Lib. 1. Lect. Att. cap. 19. [Ax. *delegarat.*]

*Horum in numerum*] Ms. Boecler. et aliquot. codd. *hor. in numero.* Bosius. *In numero* etiam Voss. A. B. in Miltiad. c. 6. num. 4. in Voss. B. *in acie produxit.* in Dione cap. 6. in plerisque MSS. *in filio suam vim exercuit.* Perpetua variatione. Vide Clar. Oudendorp. ad Frontin. Lib. 1. Strateg. cap. 10. n. 2. Munck. ad Hygin. fab. 60. et 92. Broukh. ad Propert. Lib. 2. El. 7. vers. 50. et Cort. ad Sallust. Cat. cap. 19. n. 3. in Alcibiade cap. 4. in Ms. Leid. *Hoc crimine in contentione ab inimicis compellabatur.* in Timotheo c. 3. in Ms. Boecl. et Voss. B. *Huic in consilio dantur.* in Justino L. 1. c. 7. n. 10. sex codices MSS. legunt *si quid in Croeso crudelius consuluisset,* quam lectionem probat et illustrat Abr. Gronovius, vir Majorum gloriam virtutibus suis augens, quem jam citatum vidi a Cortio ad Sallust. Catil. cap. 52. num. 12. Sed hoc loco praefero *in numerum.* [Codex Gu. Ax. Ed. princeps, Argent. utraque Parisiensis, Aldina, Long. et Mag. *in numero,* sed Ult. et Lamb. *in numerum,* quod jure praefert Staverius.]

*Ejus hospitio contineretur*] Hospitum numero haberetur. Cic. *Non enim mea gratia familiaritatibus continetur.* Gebhardus. *Cum quo ei hospitium esset,* ut 2, 8, 3. loquitur. V. Ind. *hospes.* Bosius. Egregie verbum *contineretur* illustravit Celeb. Dukerus ad Florum L. 4. cap. 2. num. 13. *confirmaret* male in quibusdam Edd. legitur. recte Ms. Leid. m. et Voss. A. C. [Gu. Ult.] *confirmarat.* v. Clar. Oudendorp. ad Frontin. Lib. 3. strateg. praef. num. 3. Quid per haec verba intelligendum sit, docet Perizon. ad Aelian. Lib. III. V. H. cap. 20. num. 2.

## CAP. II.

Ita, decemvirali potestate in omnibus urbibus constituta, ipsius nutu omnia gerebantur. Cujus de crudelitate ac perfidia satis est unam rem, exempli gratia, proferre, ne de eodem plura enumerando defatigemus lectores. Victor ex Asia quum reverteretur, Thasumque devertisset, quod ea civitas praecipua fide

(1 at the start of the first line, 2 at “Victor ex Asia”, as printed in the right margin)

( p. 191. ) *Fatigemus*] Mff. Schotti, Gif. et Dan. *defatigemus*, quae fortaffe vera lectio. *Bosius*. [ Ult. *fatigemus*, sed] *defatigemus* etiam Voff. A. B. C. [ Gu. ] Ita ut pro certo habeam, hanc veram effe lectionem, nec in textum recipere dubitem. *Defatigare* plus notat quam *fatigare*. Cicero 10. ad Fam. Ep. 19. *Sed, me hercules, in ea ( Rep. ) conservanda jam* defatigatus *non multo plus patriae faveo, quam tuae gloriae*. et ita in aliis verbis. Confule D. D. V. V. Broukhus. ad Propert. L. 2. El. 16. vs. 7. Burmann. ad Phaedr. L. 5. fab. 5. vs. 27. et Cannegieter ad Avianum fab. 1. Imprimis Auctor nofter amat hanc praepofitionem verbis praeponere ad vim verborum augendam atque intendendam. in Hannibale cap. 10. five legas *decertaturi*, five potius *decreturi*, vim intendit praepofitio *de*. in Themift. cap. 4. *Hoc eo valebat, ut ingratiis ad* depugnandum *omnes cogerentur*. in Milt. c. 2. *nam quum virtute militum hostium* deviciffet *exercitus*. Consule Gebhard. ad Conon. cap. 1. in Voff. B. pro *ne de eodem*, *ne de eadem*, sed supra notatum erat *eodem*. [ Ax. etiam *ne de eadem*, quae lectio in tali verborum ac sententiarum nexu mihi multo probabilior videtur. Pergit praeterea auctor narrare de rebus geftis ac moribus Lyfandri; de crudelitate autem et perfidia viri cum plura narrari poffent, tamen unum illud narraffe satis habet. *Mosche*. Heufingero, vulgatam probanti, affentior. ]

*Divertisset*] Bofius in indice legit *devertisset*, quam lectionem nunc admitto, tota criticorum coborte ita jubente. Bofius veftigia preffit Dausquii. Bourdeloti ad Petronii Satyric. c. 9. Burmannus, item Torrenius ad Valer. Maxim. Lib. 1. cap. 7. n. 31. Sed hoc loco Codicum fcribentium *divertisset* mira eft conftantia. Sed cenforiam Criticorum hodie notam non effugeret, si quis, invitis licet codicibus, non ubique legeret *devertere*, *deversari*, *deversoria*. unde faltim vox *diversorium* civitate Romana, totoque Latio expulsa eft, recepta vero *deversorium*, ut et *deverticulum* pro *diverticulum*. scio equidem aliud effe *divertere*: unde *diversus* et *divortium aquarum*. Aliud *devertere* h. e. vertere de via in locum juxta viam positum, vel in locum quemdam humiliorem, unde apud Feftum *deversus* explicatur per *deorsum versus*. Sed tamen dubito, an ubique ideo *diversus* sit ejiciendum, praesertim e loco Ovidii 1. Metam. 419. *Cetera*

[redacted]



fuerat erga Athenienses, proinde ac si iidem firmissimi solerent esse amici, qui constantes fuissent inimici, eam pervertere concupivit. Vidit autem, nisi in eo

3

*diversis tellus animalia formis Sponte sua peperit.* Eidem fato obnoxium fuit verbum *ascendere*, quod fummi Gronovii vefligiis infiftentes Critici ex omnibus editionibus ejecerunt, et pro eo *escendere* repofuerunt, uti etiam Heufingerus ad Themiftocl. cap. 8. vide ibi notas meas. [Ax. *Victor cum ex Asia rev.* In eodem cod. ut in Gu. Ed. Ult.reliquisque antiquioribus *divertisset* legitur, quod recte a Lambino mutatum eft.]

*Proinde ac si iidem etc.*] Secutus sum edit. Florentinam et Aldin. ceterae enim [Long. et Mag.] habent contrarie: *perinde ac si iidem f. sol. esse inimici, qui constantes fuissent amici.* Ex *Thucyd.* 8. licet intelligere, Thasios, antequam tantam fidem in Athenienses (p. 192.) praeftitiffent, eorum fuiffe inimicos, et Lacedaemoniorum socios atque amicos. Nunc igitur, quia Athenienfibus eos videt amicos effe factos Lysander, et in hac amicitia permansuros judicat, eos pervertere cupit. congruit cum *Thucydide*, et confirmat hanc lectionem id, quod eft ap. *Demosth. Orat. ad Leptinem: Τȣ̃το μὲν τοίνυν Θασίȣς τȣ̀ς μετ' Ἐκφάντȣ, πῶς ȣ̓κ ἀδικήσατε, ἐὰν ἀφέλησθε τὴν ἀτέλειαν; οἱ παραδόντες ὑμῖν Θάσον, καὶ τὴν Λακεδαιμονίων φρȣρὰν μεθ' ὅπλων ἐκβαλόντες, καὶ Θρασύβȣλον εἰσαγαγόντες, καὶ παρασχόντες φίλην ὑμῖν τὴν αὑτῶν πατρίδα, αἴτιοι τȣ̃ γένεσθαι σύμμαχον τὸν περὶ Θράκην τόπον ὑμῖν ἐγένοντο. Lambinus.* [Gu. *proinde*, ut Lambinus recte edidit. Ult. *perinde ac si*, et in margine: *Fort. ac si non.*]

*Si iidem*] Qui ad oram Ultraject. editionis negationem inserendam sibi videri annotarat, mentem non percepit, quae talis eft: Qui conftantiam suam odii atque inimicitiarum tempore in hoftes declararunt, iidem, cum fuerint ad adversas partes traducti, parem fidem in amore atque societate tuentur atque exserunt. Qua opinione eft *supra* Themiftocles, 2. 9. 4. eftque exemplo Marius Celsus apud *Tacitum Hist.* 1, 71. Gebhardus. Alcibiades apud *Thucydidem* l. 6. ait, cum, qui, cum hoftis eft, multum nocet, prodeffe plurimum, si fiat amicus. Seneca de Ira 2, 34: *Quos populus Romanus fideliores habet socios, quam quos habuit pertinacissimos hostes?* Loccenius. Voff. B. [Gu.] *idem.* pro *Thasum* Voff. A. *Thassum;* pro *eam pervertere, pervertere eam;* pro *futurum* omnes tres Voffiani *futuram*, sed in Voff. tamen A. *futurum* supra notatum erat; pro *dilaberentur* Voff. C. *liberarentur.* [Etiam Gu. *pervertere eam.*]

Quia hic deest exemplum, quod narrare instituerat Nepos, non committendum duxi, quin lectoris cognitioni juvandae rem geftam ex *Polyaeno* (1. *strateg.*) huc referrem: Cum Thasum propter eos, qui Atheniensium rebus ftuduerant, pervertere Lysander deftinaffet, sicut Nepotis habet narratio, atque, ne evaderent, quos perditos cupiebat, metueret: fraudem clementia ac religionis obtentu velandam censuit. Erat apud Thasios templum Herculis, quod

in eo occultasset voluntatem, futurum, ut Thasii dilaberentur, consulerentque rebus suis. Itaque * *

summa ipsi caeremonia colebant. Huc vocatis civibus insidiosae humanitatis plenissima oratione imposuit. Veniam se omnibus dare, ajebat, anteactorum. Consternatione et tempore facile excusari, quae in isto rerum transitu accidissent. Igitur frustra timere quenquam, aut latere. Accederent modo, bonamque de eo spem omnes caperent, qui parcere omnibus constituisset. Haec se teste Deo ipsorum patrio polliceri, ad cujus templum et numen essent jussi convenire. Talia tam accurata simulatione asseveranti creditum est. Prodiere ex latebris, qui Atheniensis reip. studio graviora extimuerant. Quos ille post paucos dies, nihil amplius suspicantes, salutisque penitus securos adortus omnes interfecit *Boecler*. Similis perfidia fuit, quam Mileti exercuit: de qua idem *Polyaenus* lib. 1. pag. 71. et *Plutarchus* pag. 443. Bosius.

## CAP. III.

* * decemviralem suam potestatem sui ab illo constitutam sustulerunt. Quo dolore incensus 1

(p.193.) ** *Decemv. suam pot. sui ab illo*] Ms. Boecl. Dan. et Leid. *itaque hi d. s. pot. ab i. c.* Ceterum lacuna fortasse rectius incipiet post vocem *Itaque*, quam antecedentia requirunt. *Bosius*. V. Gron. de Centes. et Unc. Us. p. 647. [Ax. *itaque hi decemviralem suam potestatem ab illo const. sust.* Lectio vulgata nemini facile placebit: offendunt praesertim *suam*, *sui*. At neque Ax. codicis verba vitio carent: redundat *suam*; id autem unde ortum dicamus? Praeterquam igitur, quod locus lacuna laboret, de iis quoque dubitandum . quae adsunt. *Mosche*. Leid. 1. *Itaque hi decemviralem potestatem illam ab illo constitutam sust.* non: *dec. suam potest.* Gu. *Itaque hii d. suam pot. ab illo const. sust.* Ed. Ult. *Itaque sui decemviralem illam pot. ab illo const. sust.* et in margine: λείπει. Reliquae editt. vulgatam lectionem exhibent, quam mutare ausi non sumus, quum a mutilis lacerisque locis manum abstinere satius sit. Vere enim Heusingerus: *Non Thasiorum tantum caedes, sed et alia quaedam hic exciderunt, quibus permoti Lacedaemonii decemviralem illam potestatem sustulerunt.*]

*Sustuler.*] Vid. *Plut.* p. 445. *Bosius.*

*Quo dolore incensus*] Aliam caussam fuisse vult *Diodorus*, nempe elationem animi ac ferociam, quod bellum Peloponnesiacum confecisset, et Lacedaemoniis principatum Graeciae terra et mari peperisset. *Lambin.* Diodori locus est Lib. XIV. cap. 13. Sed nec Nepos, nec Diodorus caussam suo loco re-

iniit consilia, reges Lacedaemoniorum tollere. ! sentiebat, id se sine ope deorum facere non po!

ferunt. Veram prodit Plut. in Lyſ. pag. 447. quod jam vidit Weſſ. ad l. l. nempe, quando *ἀπέπλευσεν εἰς Σπάρτην ἀτίμως ὀργιζόμενος μὲν τῷ Ἀγησιλάῳ*, qui ad ejus arrogantiam intolerabilem deprimendam eum *ἀπέδειξε κρεωδαίτην*· Ariſtoteles Lib. v. de Rep. c. 7. pag. 395. tacite hoc confirmat, quum agens de ſeditionibus et commutationibus ariſtocratiarum dicit, *ἢ ὅταν τινὲς ἀτιμάζωνται μεγάλοι ὄντες, καὶ μηδενὸς ἧττυς κατ' ἀρετὴν ὑπό τινῶν ἐντιμοτέρων. οἷον Λύσανδρος ὑπὸ τῶν βασιλέων.* Plut. in Ageſilao pag. 600. de Lyſandro *ὐκ ἔληγε δὲ τῆς ὀργῆς, ἀλλὰ βαρέως φέρων ἤδη τὸν λοιπὸν χρόνον ἐβύλευεν, ὅπως τῶν δυεῖν οἴκων τὴν βασιλείαν ἀφελόμενος, εἰς μέσον ἅπασιν ἀποδοίη Σπαρτιάταις.* quid ſit *reges tollere*, explicui in not. poſt. Perizonius ad Aelian. L. vii. V. H. c. 12. n. 6. dicit *Lysander dominationem in urbe patria dicitur adfectasse, sublatis Regibus Legitimis.* Sed haec mea etiam explicatione indigent. Nepos ipse ſeſe explicat c. 5. agens, quid ſcriptum ſit in oratione a Cleone Halicarnaſſeo ſcripta, *ut regia potestate dissoluta ex omnibus dux deligatur.* Ariſtoteles a Boſio jam citatus, nempe Lib. x. cap. 1. pag. 386. de Rep. quosdam dicere ait, Lyſandrum tentaſſe *καταλῦσαι τὴν βασιλείαν*, pro quo antea dixerat *τὸ ἀνελεῖν*. id quod ſane exprimunt verba Nepotis. Sed ipſum Lyſandri conſilium haud aliud fuit, quam tollere diſcrimen illud inter Heraclidas, quo ſublato, ſperabat, ut Plutarchus ait: *τῆς βασιλείας ὕτω δικαζομένης, ὐδένα πρὸ αὐτῦ Σπαρτιάτην ἂν αἱρεθήσεσθαι.* et hoc clare indicat his verbis

*καὶ* (Lyſander) *διενοεῖτο τὴν*
*χὴν ἐκ τῶν δυεῖν οἴκων μετ*
*σας, εἰς κοινὸν ἀποδῦναι π*
*Ἡρακλείδαις*. Sed inter i
antiquos non convenit de
filio Lyſandri, id quod ex
ſtotele jam liquet; nam p
Plutarchus, *ὡς δὲ ἔνιοι φα*
*ὐχ Ἡρακλείδαις, ἀλλὰ Σ*
*τιάταις* (Horum ſententiam
quitur Diodorus l. l. *διενο*
*καταλῦσαι τὴν τῶν Ἡρακλε*
*βασιλείαν* (non in genere *τὴν*
*σιλείαν*) *καὶ κοινὴν ἐκ πά*
*Σπαρτιατῶν ποιῆσαι τὴν*
*σιν τῶν βασιλέων*) *ἵνα μὴ*
*ἀφ' Ἡρακλέυς, ἀλλὰ τῶν*
*Ἡρακλῆς τὸ γέρας ἀρετῇ*
*νομένων, ἢ κἀκεῖνον εἰς*
*τιμὰς ἀνήγαγεν*. vide et p.
in fine, et in Ageſ. pag. 600.
ſuperius a me laudatus. N
autem Nepos viſus eſt etian
qui eos auctores, de quib
riſtoteles et Plutarchus *ὡ*
*φασί τινες* dicunt. [Confe
*phori Fragmenta* a Marxio
lecta p. 237. ſqq.]

(p. 194.) *Iniit consilia r Lac. toll.*] Vid. *Aristot.*
5, 1. *et* 7. *Plutarch.* pag.
*Bosius.*

*Sed sentiebat id. s. s.*
*f. n. p.*] Plut. in Lyſand.
447. haec adcuratius refert,
quem *πρῶτον μὲν ὖν ἐπεχείρ*
*καὶ παρεσκευάσατο πείθει*
*ἑαυτῦ τὺς πολίτας, καὶ λ*
*ἐξεμελέτα πρὸς τὴν ὑπὸ*
*γεγραμμένον ὑπὸ Κλέωνο*
*Ἁλικαρνασσέως*. Ac dein
ad Deos ſe contulit. Vide
plura; ſed Noſter ſequitur
dorum, (quamvis cum Pl
cho faciam,) qui Lib. xiv.
in fine addit, id quod etian
fert Nepos in fine hujus ca
in Lyſandri domo aliquanto
ejus interitum orationem
repertam accurate, ſive ut

quod Lacedaemonii omnia ad oracula referre consueverant. Primum Delphos corrumpere est conatus. 2
Quum id non potuisset, Dodonam adortus est. Hinc quoque repulsus dixit, se vota suscepisse, quae Jovi

legunt in Graecis πιθανῶς, καὶ πανούργως scriptam, quam ipse (nam de Cleone tacet) ad multitudinem exhortandam commentus erat, ut ex omnibus deinceps civium familiis reges crearentur. Plutarch. pag. 448. testatur, quod οὐ μὲν ἐφωράθηγε τῦ Λυσάνδρυ ζῶντος ὐδὲν, ἀλλὰ μετὰ τὴν τελευτήν. quod adfirmat Diod. Sicul. l. l. τότε μὲν ὖν ὐδὲν ᾔδεισαν οἱ Λακεδαιμόνιοι περὶ τῆς τῦ Λυσάνδρυ προαιρέσεως εἰς τὸ καταλῦσαι τὺς ἀφ' Ἡρακλέυς βασιλεῖς, μετὰ δέ τινα χρόνον τελευτήσαντος ἀυτῦ, καὶ τινῶν χρηματισμῶν ζητυμένων κατὰ τὴν οἰκίαν. τὸ *se* abest Voss. A. de qua ellipsi actum ad Milt. c. 1. [Abest etiam ab Axen. Ed. Ult. reliquisque ante Lambinum. Sed est in Cod. Dan. et Gu.]

*Lacedaemonii omnia ad Oracula referre consueverant*] Non solum Lacedaemonii, sed omnes fere Graeci solent μάλιστα τοῖς μαντείοις προσέχειν. Proprium autem heic est verbum *referre*. Cic. 1. de Divinatione: *sed de rebus obscuris et incertis ad Apollinem censeo referendum.* Graeci usurpant προσαναθέσθαι et προσαναφέρειν. Diodorus Lib. 17. Τοῖς μάντεσι προσαναθέμενος περὶ τῦ σημείυ. *Gebhard.* Voss. C. *deferre.* sed supra erat notatum *referre.* Hinc Cicero improprie de Amicit. c. 9. *pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt.* Lacedaemonii praesertim exemplum fuere secuti Lycurgi. de eo et aliis ante eum Graecis Strabo Lib. XVI. pag. 1105. Sed adde Cragium L. II. de Rep. Lac. cap. 1. qui ostendit, cur Lysander hac via fuerit adgressus.

*Delphos*] MSS. Sch. Gif. Dan. [Gu.] *Delphi.* An legendum *Delphis*; ut *primum* nominaliter accipiatur, subaudiaturque *oraculum*? Certe aliquid latet. De re vide *Diod. Sicul.* et *Plut. Lysandro* pag. 447. *Bosius.* Leid. meus *Delphis.* Vossian. A. C. *Delphi. Delphos*, [quod etiam in Ult. legitur,] retinendum, et hujus urbis cives, in quibus erant Apollinis Sacerdotes et inprimis Pythias, intelligendi, praesertim, quia Noster Graecos solet imitari, qui *Delphos* tam de civibus, quam de urbe ipsa dixere. Vide Celeb. J. Perizon. ad Aelian. lib. 6. V. H. cap. 9. et Schol. Thucydidis lib. 1. cap. 112. lin. 63. nec audiendus J. Palmerius Lib. VI. Graeciae c. 8. pag. 619. qui Aeschyli a Spanhemio ad Callimachum H. in Apoll. laudati locum aliter explicat. Ita mox per *Dodonam* hujus urbis cives sive Oraculi Dodonaei vates intelliguntur; nec non per *Afros*, Jovis Hammonis Antistites soli. et ita saepius videmus in aliis urbem vel regionem non tantum pro civibus vel incolis, sed pro quadam civium vel incolarum parte poni. Attamen hunc locum acutioribus examinandum relinquo. Ad hanc historiam respicit Cicero Lib. 1. De Divinat. cap. 42. *Iidemque* (Lacedaemonii) *de rebus majoribus semper aut Delphis oraculum, aut ab Hammone, aut a Dodona petebant. Lycurgus* (p. 195.) *quidem, qui Lacedaemoniorum remp. temperavit, leges suas auctoritate Apollinis Delphici confirmavit: quas cum vellet Lysander commutare, eadem est prohibitus reli-*

[redacted]



Hammoni solveret, existimans, se Afros facilius cor-
3 rupturum. Hac spe quum profectus esset in Africam, multum eum antistites Jovis fefellerunt. Nam non solum corrumpi non potuerunt, sed etiam Legatos Lacedaemonem miserunt, qui Lysandrum accusarent, quod
4 sacerdotes fani corrumpere conatus esset. Accusatus hoc crimine judicumque absolutus sententiis, Orcho-

*gione.* ubi vide clar. Davifii notas.

*Se Afros facilius corruptu-rum*] Nimirum quia gens illa subdola, et ad technas fraudesque vel etiam natura proclivis effet. *Magius.* In graviffimis rebus Oracula confulentes, non negligebant quoque mittere ad Ammonem. Vide de Croefo Herodot. Lib. I. cap. 46. cujus facerdotes veriora, sed magis simplicia forfan refponderunt Croeso, quam Pythia Delphica. vide et cap. 48. ubi notat Herodotus singula singulorum vaticinia Croefum rejeciffe praeter Delphicum, et ut cap. 49. Amphiarai. adde cap. 52. corrupti tamen poftea Ammonis sacerdotes auro Alexandri. v. Plut. in Al. p. 680. Adde Juftinum Lib. XI. cap. 11. sua vero hic debet Nepos Ephoro, quaem saepius sequitur. vid. Plut. in Lyfand. pag. 447. Voff. A *quaequae Jovi A. s.* C. *quaeq. Jovi.* B. *Amoni.* Pro *hac spe* Voff. C. *ac spe.* [Pro *Ammoni* Cod. Gu. Dan. Ed. princeps, Ult. et Mag. *Hammoni*, ut jam Harlefius edidit, laudans Drakenborch. ad Sil. Ital. I, 39.]

*Multum*] Sic libri meliores. In aliis, *multi.* Bofius. [Ax. etiam *multum*, non *multi.* Et Gu. Ult. *multum.*]

*Legatos Lacedaem. miserunt*] Ita et *Diodorus*, ac *Plutarchus* pag. 448. Bofius. *Lacedaemonem* pro *Lacedaemona* [Gu. Dan. Ed. Ult.] Voff. A. B. C. et ita nunc lego.

*Orchomeniis*] Hi Lacedaemoniorum partes sequebantur. v. Plut. in Pelop. pag. 285. in fin.

*Occisus est a Th.*] Cum Haliartum obsideret, urbem Boeotiae: Sic *Xenoph. l.* 3. *Hellen.* et *Plut. in Lysandro*, p. 449. *et seq.* Lambin. Adde *Diod.* 14. 82. *Pausan. Laconicis*, *Justin.* 6. 4, 6. Bofius. Adde Fabric. ad Orofium Lib. III. cap. 1. n. 33. Xenophon Lib. III. in fine pag. 396. inter cauffas, ob quas Paufanias Pliftoanactis filius capitis damnatus fuit, enumerat quoque hanc, quod Paufanias Lysandro apud Haliartum ad dictum diem non fuerit praefto. Confer Paufan. Lib. III. cap. 5. et Plut. in Lyfand. p. 449, 450. Adde Weff. ad Diod. Sicul. Lib. XIV. cap. 89. in Haliarto Lysandri monumentum eft. v. Paufan. Lib. IX. cap. 33. Sed Plut. pag. 450. ait Lysandri corpus Haliarto ablatum, in socio Panopaeorum agro fuiffe sepultum, ejusque monumentum secus viam, quae Delphis Chaeroneam fert, confpici. Attentione digna sunt verba Plutarchi in Lyfand. (p. 196) p. 448. de tempore mortis ἐτελεύτησε δὲ πρὶν ἐξ Ἀσίας ἐπανελθεῖν τὸν Ἀγησίλαον, ἐμπεσὼν εἰς τὸν Βοιωτικὸν πόλεμον, ἢ μᾶλλον ἐμβαλὼν τὴν Ἑλλάδα. in Agefil. pag. 600. haec adnotat de Lyfandro ἐδόκοι μεγάλην ἂν ἀπεργάσασθαι κίνησιν ἐκ ταύτης τῆς διαφορᾶς (nempe inter Agesilaum et Lyfandrum) εἰ μὴ πρότερον ἐτελεύτησεν, εἰς Βοιωτίαν

meniis missus subsidio, occisus est a Thebanis apud Haliartum. Quam vere de eo foret judicatum, oratio indicio fuit, quae post mortem in domo ejus reperta est, in qua suadet Lacedaemoniis, ut, regia potestate dissoluta, ex omnibus dux deligatur ad bellum gerendum, sed ita scripta, ut deorum videretur congruere sententiae, quam ille se habiturum, pecunia fidens,

*σρατεύσας.* quem motum adhuc post Lysandri mortem exstare expertus fuit Agesilaus ex Asia reversus, sed quem prudenter composuit. vid. Eumd. p. 606. Voss. C. *Orchomenis.* et pro *vere, fere.* Nec *fuit* post *indicio* reperitur in Voss. A. [ Ed. Ult. Arg. Long. Mag. *Quam vere foret de eo j.*]

*A Thebanis* ] Ab Haliartio cive, Neochoro dicto, ut Plut. Lys. pag. 450. Hanc gloriam Atheniensibus vindicat Aristides Panathen. Sive Oration. Tom. I. pag. 167. *Ed. Oxon.* Vide clar. Wess. ad Diodor. Siculum. Lib. XIV. cap. 81. num. 69.

*Dissoluta* ] V. Ind. *Bosius.*

*Ex omnibus dux delig.* ] Ms. Boecl. *dux* aberat. *Bosius. Dux* abest Voss. A. et B. et Aven. Pro *deligatur* Voss. C. *eligatur.*

*Sed ita scripta, ut deorum videretur congruere sententiae, quam ille* ] In Ms. Boecl. desunt, quae de oratione hic habentur: statim enim post vocem *gerendum*, sequitur, *quo ille se habitur.* In Schotti codice erat: *sed scripta, ut dicit, non videntur congruere sententiae.* Inepte utrumque. *Bosius. Ita* abest Vossianis A. C. in Voss. B. non reperiuntur: *Sed ita s. u. d. v. c. s.* Pro *quam* idem *quo,* C. et A. *quod.* sed in Voss. A. supra notatum erat *quam.* Pro *Deorum* Voss. C. *dicit.* pro *videretur, non videntur.* Plut. Lys. pag. 447. refert Lysandrum, ratum non satis sibi praesidii ad tantam rem perficiendam fore in hac oratione licet facundissima, civium animos metu quodam Dei et superstitione statuisse prius tenere occupatos, quae oratio post mortem Lysandri ab Agesilao ex Asia reverso lecta et in publicum prolata sedavit et exstinxit factionem, quam Lysander vivus contra Agesilaum, simul atque ex Asia revertisset, conflaverat. Vide Plut. Ages. p. 606. in fine. [ A Cod. Guelph. Edit. principe, Arg. Paris. a. 1520. Ald. Ult. Long. et Mag. *ita* abest, quod a Lambino additum videtur, nec sane deesse potest.]

*Quam ille se habiturum pecunia fidens non dubitabat*] Quam oraculi sententiam pro se obtenturum non diffidebat. Ad verbum fere *Diodorus. Διὰ δὴ τύτυ (ξένυ πατρικῦ Λίβυος) καὶ τῶν κομιζομένων χρημάτων ἐλπίσας πείσειν. Gebhardus.* Unde has opes sibi fecit Lysander, quibus memoratos sacerdotes corrumpere tentavit? *ἐτράφη ἐν πενίᾳ* juxta Plut. pag. 434. Hoc verum est, contra Lycurgi quidem legem (de qua praeter alios ex professo egit Cragius Lib. III. de Rep. Lac. Tab. X. Institut. I.) magnam auri argentique vim Spartae intulit post Athenienses feliciter debellatos. Sed ne dragmam quidem e tanta praeda sibi servavit, et in summa paupertate decessit. Hoc testatur Theopompus apud Plut. p. 450. testatur hoc Aelianus Lib. VI. V. H. c. 4. Lib. X. c. 15. et Periz. ad Lib. XIV. c. 29. num. 1. unde

[redacted]



non dubitabat. Hanc ei scripsisse Cleon Halicarnasseus dicitur.

Plut. Lyc. pag. 58. de eo adfirmat, *αὐτὸς ὢν ἀνάλωτος ὑπὸ Χρημάτων ἐνέπλησε τὴν πατρίδα φιλοπλουτίας, καὶ τρυφῆς, καὶ Χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἐκ τοῦ πολέμου καταγαγὼν, καὶ τοὺς Λυ-* (p, 197.) *κούργου καταπολιτευσάμενος νόμους.* Adde Eumdem in Lys. pag. 434. De summa a Lysandro Spartam missa, v. Plut. in Nicia p. 542. Sed per Gylippum turpiter diminuta. in Lysand. pag. 442. attamen nostro praeivit Diodor. Siculus L. XIV. c. 13. et ei Ephorus apud Plut. pag. 447. Pausanias Lib. X. c. 9. pag. 820. dicit, Athenienses jactare, Lysandrum etiam donis corrupisse Tydeum et Adimantum. Si haec vera sint, patet Lysandrum acquisitam pecuniam in publicos, non in privatos usus convertisse, quod ultimum ei capitale fuisset. Vid. eumdem Cragium Lib. IV. de Rep. Lac. c. 2. Nonnulla de Lysandri paupertate jam olim notavi ad c. 4. Ad bellum tamen gerendum pecuniam accepisse dicitur a Cyro, qui eum Sardes evocaverat. Hinc Schol. Aristophanis in Ranis scribit vs. 368. *Κῦρος γὰρ Λυσάνδρῳ ἔπεμψε Χρήματα τότε εἰς πόλεμον δανείου Χάριν.* Confer Plut. in Lysand. pag. 435. 437. in Alcib. pag. 211. Sed *δανείου Χάριν* quod addit Scholiastes, non invenitur in Plutarcho, neque in Diodoro Siculo Lib. XII. c. 70. qui rem pluribus enarrat, et c. 104. de qua pecunia Noster etiam in Alcib. c. 8. §. 2. *quod ipsis pecunia a Rege suppeditabatur.* ubi si codices addicerent, pro *ipsis* legi posset *ipsi* sc. Lysandro, quamvis eodem redeat, ubi Lambinus per *Regem* recte intelligit Cyrum Darii filium, sed huic filio id mandatum a patre fuerat. Verba Diodori enim hoc indicant: *ἐντολὰς γὰρ ἔΧειν* (de Cyro agentis) *παρὰ τοῦ πατρὸς, ὅπως ὅσα ἂν προαιρῶνται Λακεδαιμόνιοι Χορηγῆσαι αὐτοῖς.* ergo ibi Nepos non male dicit, pecuniam ab ipso Rege Lacedaemoniis, sive Lysandro fuisse suppeditatam, id quod etiam dixit Plut. in Alcib. pag. 211. *οὐΧ ὑπολογιζόμενοι τὴν ἀΧρηματίαν, ἀφ᾽ ἧς πολεμοῦν πρὸς ἀνθρώπους ΒΑΣΙΛΕΑ ΜΕΓΑΝ ΧΟΡΗΓΟΝ ἔΧοντας.* Sed deinceps addit: *Λυσάνδρου γὰρ ἐπὶ τὴν ναυαρΧίαν ἀποσταλέντος ὑπὸ Λακεδαιμονίων, καὶ τετράβολον ἀντὶ τριωβόλου τῷ ναύτῃ διδόντος, ἐξ ὧν ἔλαβε ΠΑΡΑ ΚΥΡΟΥ* (Hujus Regis Magni filio) *Χρημάτων* (Hic Cyrus fuit filius *Δαρείου τοῦ ΑρταξέρΞου.* v. Schol. Thucydidis Lib. II. c. 65. n. 28.) Post victoriam ad Aegos potamos reportatam pecuniam tamen non semper in publicos usus convertit, nam juxta Plut. pag. 443. C. *Αντιλόχῳ δὲ ποιήσαντι μετρίους τινὰς εἰς αὐτὸν σίΧους ἡσθεὶς ἔδωκε πλήσας ἀργυρίου τὸν πῖλον.* et hac pecunia fidens se sacerdotes corrupturum speraverat. Sed quae pecunia ubi remanserit, incertum est, si in summa paupertate decesserit. An vero pecunia Lysandri fuerit, quae in Thoracis ejus amici, per Ephoros necati, domo inventa fuit, ut refert Plut. pag. 444. non dijudico. Qua pecunia sacerdotes, et ante Adimantum et Tydeum Atheniensium duces corrumpere potuit. Hic Cyrus huic Lysandro misit quoque victoriae caussa gratulatoriam triremem sacratam bicubitalem, ex auro et ebore factam, quae fuerat in Brasidae et Acanthiorum thesauro. Vide Eumd. pag. 443.

*Hanc ei scripsisse Cleon Halicarnasseus dicebatur.*] Usur.

patus enim ille mos in Graecia, ut oratores et sophistae aliis orationes scriptitarent, unde λογογράφοι; quae vox, cum re, postea in contemtum adducta. Vid. *Cresoll. Theatr. Rhetor.* 3, 2. Boeclerus.

*Halicarnasseus*] Ita et *Plutarchus* vocat, ubi hanc rem narrat. At MSS. Dan. Gif. Savar. Put. [Gu.] *Alicarnas.* corrupte, credo, ut solent in nominibus propriis codices manu exarati, quantumvis optimae notae. *Bosius. Halicarnas* etiam Voss. A, C. *Alicarnaseus* B. [Ax. *Alicarnasus.*]

## CAP. IV.

Atque hoc loco non est praetereundum factum Pharnabazi, satrapis regii. Nam quum Lysander praefectus classis in bello multa crudeliter avareque fecisset, deque his rebus suspicaretur ad cives suos esse perlatum, petiit a Pharnabazo, ut ad ephoros sibi testimonium daret, quanta sanctitate bellum gessisset, sociosque tractasset, deque ea re accurate scriberet: magnam enim ejus auctoritatem in ea re futuram. 1

(p. 198.) *Hoc loco*] τὸ *loco* aberat Leid. Ms. *Bosius.* Pro *cum*, *quum* Voss. A. qui sic semper solet. Pro *satrapis* B. *strapis*, pro *Pharnabazi* C. *Barnabazi*, et pro *regii*, *regis.* [Ult. *satrapae.* Gu. *regis.*]

*Multa crudeliter*] Vid. *Plutarch.* pag. 443. *Bosius.*

*Avareque*] Continentiam tamen ejus, et opum munerumque contemtum laudat *Plutarchus* pag. 434. et 450. *Bosius.* Vide Perizon. ad Aelian. Lib. III. V. H. c. 20. et hoc patet ex ejus paupertate, de qua v. Kuhn. ad Eumdem Lib. VI. cap. 4. et ego paullo superius ad c. 3. hujus vitae. *Que* abest Voss. B.

*Deque his rebus*] *Plutarchus* haec prolixe, sed tamen paullo aliter, narrat, pag. 444. Vid. et *Polyaen.* 7. *in Pharnabazo.* Bosius. [Ult. *a Pharn. petiit.*]

*Ad ephoros*] A quibus, scytala missa, revocatus fuerat, ut narrant *Plut.* et *Polyaenus ll. citt.* Bos. Voss. B. *aut Ephoros.* sed a m. s. *aput.*

*Quanta sanctitate bellum gessisset*] Justitia, moderatione atque integritate. Valer. 4, 14. *Cypriacam pecuniam maxima cum diligentia et* sanctitate *in urbem deportaverat.* Hinc *sanctae manus*, non pollutae captandis et acceptandis muneribus provincialium apud Valer. l. 2. c. 2. *Tum continentia inerat imperatoribus nostris, quam* sanctas manus *habere deberent, apud ista altaria discentibus.* Gebhardus. V. Cl. Duker. ad Florum 2, 6, 40. Pro *Socios* Voss. C. *Socio.*

[redacted]



2 Huic ille liberaliter pollicetur, librum gravem 1
verbis conscripsit, in quo summis eum fert lau
Quem quum legisset probassetque, dum sigı
alterum pari magnitudine, tanta similitudine, ut
cerni non posset, signatum subjecit, in quo ac
3 tissime ejus avaritiam perfidiamque accusarat.

*Liberaliter pollicetur*] Plutarchus: *ὑποσχόμενος ἅπαντα ποιήσειν. Lambinus.* Ut solent falsi falsimoniis. Curtius 8, 2, 17. *Polydamas tanto liberatus metu, inpensius etiam, quam exigebatur, promittit operam.* Loquitur autem ad eum modum crebro Caesar: libro 4. de B. G. c. 18. et c. 21. ubi Graecus interpres reddit *φιλοφρονεῖσθαι. Gebhard.* Pro *in ea re* Voſſ. C. *in ejus re.*

*Librum gravem*] Mſſ. Gif. Dan. [Leid. 1.] et Ed. Ultraject. *grandem*, quod probabat *Gebh.* Altera tamen lectio etiam in Ms. Boecl. [Ax. Gu.] reperitur, nec mutatione opus. *Gravem*, scil. pondere; quippe *multis verbis conscriptum. Plutarchus* (p. 199.) et *Polyaenus* modo *ἐπιστολάς*, modo *γράμματα*, modo *βιβλία* vocant. *Bosius.* [Cod. Dan. Gu. Ult. *verbis multis.*]

*In quo summis etc.*] Cod. Gif. et Ed. Ultraj. *in quibus eum summis fert laudib.* Bos. Leid. m. et Voſſ. B. *effert laudibus.* Voſſ. A. [Gu.] *fert.* C. *fere*, corrupte pro *fert.* Utrumque recte. Virg. 1. Aen. vs. 629.

*Ipse hostis Teucros insigni laude* ferebat.

Servius explicat per *laudabat*, *praeferebat.* Livius 2. cap. 49. *Fabios ad coelum laudibus ferunt.* lib. 4. c. 41. *Tempanium meritis laudibus* ferens. Aliquando *laudibus* subintelligitur, ut *ad coelum ferre* sc. *laudibus.* v. Cort. ad Salluſt. Catil. c. 53.

num. 1. plene dixit iteru
ſter in Attico c. 10. *Q*
*gubernator praecipua lau*
tur. et ita alii passim. ]
*quo* Voſſ. C. *in quibus.* [
*quibus summis eum affer*
*in quo s. e. offert*) *laudibu*
bendi vitio pro *effert. M*
Leid. 1. *s. eum fert lau*
Ita etiam codex Dan. atq
tio Ultraj. non: *eum s*
Tum in duobus his libris
Gu. Ed. principe, Argent.
a. 1514. (falso enim ex E
cipe et Arg. Fischerus, e
ſina Heuſingerus in Adden
proferunt) Ald. et Long
*bus* legitur. Sed praefer
rum, quod ob ea, qua
ceſſerunt: *multis verbis*, 
librariis mutari potuit, et
edit. Mag. et Baſil. item,
ri fide, in Paris. a. 1520. le

*Dum obsignatur*] Ms.
et alii *Lambino* laudati
*signatur.* Quomodo mo
natum *subjecit.* Et *Ma*
*Jam* ſignat *meus annulu*
*nam.* Bos. *Signatur* etia
B. C. [Ed. princ. utraqu
et Ald. *dum designatur*
Baſil. *dum signaretur.* Hi
binus, obsecutis reliquis
*dum obsignatur.* Sed 
Ed. Arg. Ult. et Long. 
*gnatur*, quod, quamqu
*natum* sequitur, in Corn
minem offendere poteſt.
1, 2.]

*Tanta similitudine*] 
Boecl. Leid. et, *Magi*
Burgensis ac Venetus.

**Lysander domum quum redisset, postquam de suis rebus gestis apud maximum magistratum, quae voluerat, dixerat, testimonii loco librum a Pharnabazo datum tradidit. Hunc, summoto Lysandro, quum ephori cognossent, ipsi legendum dederunt. Ita ille imprudens ipse suus fuit accusator.**

aliter habuiſſe codicem Danielis, ex eo colligo, quod in Excerptis illius non adnotatur, haec verba, quae in edit. Longolii, cum qua collatus eſt, habebantur, adfuiſſe. In aliis tamen defuere, credo, quod ob ſimilem vocum terminationem alterutrum membrum, ut fieri solet, a librariis omiſſum eſſet. Ejicere igitur nolui; praesertim cum et apud *Plutarch.* ac *Polyaenum* Lyſander dicatur commutaſſe *βιβλία μηδὲν διαφέροντα τῇ ὄψει*, quod non tam ad *magnitudinem*, quam ad *similitudinem* pertinet. Immo si maxime *pari magnitudine* fuiſſent, facile discerni poterant, ni et *similitudo* interceſſiſſet. Uncis tamen inclusi, ut intelligeret lector, a quibusdam libb. abeſſe. *Bosius.* Reperiuntur et in tribus Voſſianis, [Gu. Ult.] Recte Auctor utitur verbo *subjecit. Subjicere* enim saepius notat falsum pro vero subponere. v. Torr. ad Val. Maxim. Lib. III. c. 2. n. 92. Pro *accusarat* Voſſ. C. *accusavit.* Pro *hinc*, *hunc* Voſſ. A. B. et pro *librum*, *libro.* Pro *summoto*, *submoto* Voſſ. C. in quo Cod. *dederunt* non reperitur. Pro *cognossent* Voſſ. B. *cognovissent.* et pro *ipsi*, *ipsae.*

*Cum Ephori cognossent*] Legiſſent. *Cognoscere*, *ἀναγινώσκειν.* Supra Pausania: *vincula epistolae laxavit, signoque detracto* cognovit. Conone: *Quibus* cognitis *rex tantum auctoritate ejus motus est.* Datame: *Talibus ille litteris* cognitis *cum jam ad exercitum Aceñ venisset.* Gebhardus.

(p. 200.) *Suus*] Cur non dixit *sui accusator*, sed *suus*? ita scil. ut *meus* et *tuus defensor* dicitur. qui me et te defendit. *Imprudens* autem, quia litteras in caput suum scriptas, quasi Bellerophon, aliter exiſtimans ad suos tulit. *Lambin.* Polyaenus *αὐτὸς λάϑ' αὐτῷ γράμματα ἐκόμισε.* *Gebhard.* Pharnabazus itaque Lyſandro inpoſuit ſecundum ipsius sententiam, *pueros talis, viros jurejurando decipiendos.* Si modo hoc dictum sit Lyſandri; nam alii, ut Plut. Lib. IX. Symp. quaeſt. 6. fragm. quaeſtionis 12. pag. 741. ſive Glaucias apud eumdem hoc tribuit Polycrati tyranno: alii Dionyſio tyranno: alii Philippo; unde Plut. in Lyſ. p. 437. addit: *ὥς φασι.* (*Λύσανδρος*) *ἐκέλευε γὰρ (ὥς φασι) τοὺς μὲν παῖδας ἀστραγάλοις, τοὺς δὲ ἄνδρας ὅρκοις ἐξαπατᾷν.* v. interprr. ad Aelian. Lib. VII. V. H. c. 12. [Ax. *ipse sui f. ac.* exquiſitior lectio, quam quae a librario proficiſci potuerit. *Mosche.* Gu. Ult. vulgatae accedunt.]

[redacted]



# VII. ALCIBIADES.

## Cap. I.

1 ALCIBIADES CLINIAE F. ATHENIENSIS. In hoc natura, quid efficere possit, videtur experta. Constat enim inter omnes, qui de eo memoriae prodiderunt, nihil illo fuisse excellentius vel in vi-
2 tiis vel in virtutibus. Natus in amplissima civitate,

(p. 201.) ALCIBIADEM memoravere *Plutarchus in vita*, *Diodor.* 12. et 13. *Thucydides* 6. et 6. *etc. Xenophon hist. Gr.* 1. *et alibi. Polyaenus* 1. *Aelianus var. hist.* 11, 7. 13, 38. *Isocrates oratione de Bigis*, *Athenaeus* 12. *Plato*, *Suidas*, *Justinus* 4. et 5. *Val. Max.* 1, 7. *ext.* 9. 3, 1. *ext.* 1. 6, 9. *ext.* 4. *Frontinus* 2, 5, 44. et 45. 2, 7, 6. 3, 2, 6. 3, 6, 6. 3, 9, 6. 3, 11, 3. 3, 12, 1. *Cicero aliquoties*, *etc.* Boeclerus.

*Alcibiades Cliniae f.*] Vide Aelian. l. 2. V. H. c. 1. et Dion. Chryf. Orat. 25. Qui eum vocat Ἀλκιβιάδην τὸν Κλεινίυ. Suidas autem υἱὸν Κλεινίυ. Nomen esse Laconicum *Alcibiadem*, observavit Cael. Rhodigin. Lib. 13. Lect. Antiq. c. 37. Alios de hoc Imperatore scriptores vide citatos a Boeclero. *Ernst.* De quatuor diversis hoc nomine vocatis *Meursius Att. lect.* 6, 12. Bosius. De pluribus Fabric. Bibl. Gr. Lib. 11. cap. 26. pag. 885. Hujus Alcibiadis mater a Plinio Lib. xxxiv. Sect. 19. §. 31. num. 188. Demarate vocatur: sed Plutarcho habenda fides, eam Dinomachen appellanti.

(p. 202.) *In hoc natura*] V. Ind. v. *natura*. Ms. Leid. *In quo natura*. Bosius. Hic tacet Vossianus Codex C. usque ad vitam Timoleontis. [Ax. Gu. Ed. Ult. omnesque ante Bosium, *nihil illo*, sed Bos. secunda, *nihil eo*, operarum vitio, quod nimis reverenter ab Editoribus Cornelii propagatum est.]

*Natus*] Schoppi Veteres membranae (Lib. 4. Verisim. c. 2.) legunt: *Natus in amplissima civitate.* Quocum consentit Ms. meus. [Leid. 1. Gu. Ult.] Lectionemque hanc comprobant haec ejusdem Cornelii sub fin. hujus vitae: *Cum Athenis, splendissima civitate, natus esset.* Ernstius. Sic Mss. et vulgati, praeter Ald. et Lamb. qui *nam* legunt. Infra c. 11, 2. *cum Athenis, splendidiss. civitate, natus esset.* Savaro. Hinc Plut. in Demosthene statim in initio p. 846. dicit: Ὁ μὲν γράψας τὸ ἐπὶ τῇ νίκῃ τῆς Ὀλυμπίασιν ἱπποδρο-

**summo genere, omnium aetatis suae multo formosissimus, ad omnes res aptus, consiliique plenus. Namque Imperator fuit summus et mari et terra; di-**

*μίας εἰς Ἀλκιβιάδην ἐγκώμιον* — *φησὶ Χρῆναι τῷ εὐδαίμονι πρῶτον ὑπάρξαι τὴν πόλιν εὐδόκιμον.*

*Summo genere*] Genus Alcibiadis copiose exponit *Isocrates in orat. περὶ ζεύγυς*, quae habetur ab Alcibiadis filio, et *Plut. in Alcib.* Lambinus. Adde *Meursium l. c.* Bosius. A Cicerone Lib. III. Tusc. Disput. c. 32. vocatur *summo loco natus*. a Thucydide Lib. V. c. 43. vocatur *ἀξιώματι προγόνων τιμώμενος*. De Alcibiadis Stemmate Valesius in notis Maussaci in Harpocration. p. 86, 87. Duk. ad Thucydid. Lib. VIII. cap. 6. et Interpretes ad Herodot. Lib. VIII. cap. 17.

*Omnium aetatis suae m. formosiss.*] Diodorus. L. 13. *ἦν δὲ τὴν ὄψιν καθ' ὑπερβολὴν εὐπρεπής. Gebhardus.* Ita ut in proverbium abierit *κατὰ Ἀλκιβιάδυ μορφή.* Aristaenet. Lib. I. Ep. 17. Formosissimum fuisse non ignoravit Socrates, cujus amasius dicitur apud Suidam. Quo Petronii illud in Satyrico cap. 128. pertinet: *Non tam intactus Alcibiades in praeceptoris sui lectulo fuit.* Vide quae infra §. 2. cap. 2. apud Nepotem de eo dicuntur. *Ernst.* Unde et sculptores Athenis Hermas Alcibiadi adsimilabant, ut refert *Clemens Alexandrinus Admonit. ad Gentes* pag. 35. Add. not. *Ernstii.* Imaginem ejus e gemma exhibent *Ursinianae* num. 4. De aliis vide *notas Jo. Fabri.* Est et in nummo, qui penes me est, caput Alcibiadis imberbe cum inscr. *ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ*: in postica parte Cupido avem manibus dimittens; pone fax, Pharetra et arcus, Amoris insignia. *Bosius.* Aelian. Lib. 12. V. H. cap. 14. *Ἐρασμιώτατον καὶ ὡραιότατόν φασιν Ἑλλήνων μὲν γενέσθαι Ἀλκιβιάδην.* Hinc in Curia Octaviae Romae Alcibiades conspicitur repraesentatus sub effigie Cupidinis fulmen tenentis, ut refert Plinius Lib. XXXVI. c. 3. sect. 4. §. 8. pag. 728. id quod illustratur a Plut. in Alcib. pag. 198. de Alcibiadis dissoluta vita, et ejus clypeo agente, *ἀσπίδος τε διαχρύσυ ποίησιν ὀυδὲν ἐπίσημον τῶν πατρίων ἔχυσαν, ἀλλ' ΕΡΩΤΑ ΚΕΡΑΥΝΟΦΟΡΟΝ.* De quo clypeo consulendus Spanhemius Diss. VII. de praest. et Usu Numism. Antiqu. Tom. I. p. 433. De praestanti ejus corporis forma Plut. pag. 192. *Suae* abest Vossiano A. Ms. Oxon. pro *aetatis*, *civitatis*, et paullo post pro *consiliique*, *consiliisque.*

*Formosissimus, ad omnes res apt. etc.*] Inerant Alcibiadi omnia, quae magnis viris auctoritatem et benevolentiam populi solent conciliare, quibus etiam effecit Alcibiades, ut populus Atheniensis reliqua ei condonaret, vitiisque ejus semper levissima nomina imponeret, ludos (p. 203.) ea, animi remissiones et facilitatem interpretaretur. Secus tamen de his omnibus judicabat Socrates, exprobans Alcibiadi suum ob istaec fastum, uti constat ex *initio Alcibiadis primi Platonis:* secus alii viri prudentes, uti notat *Plutarchus in ejus vita:* ex quorum sententia de magnis viris et rebus judicandum est, non calculis strepituque multitudinis. *Loccenius.*

*Imperator summus*] Diodor. 13. *κατὰ τὴν στρατείαν ἄριστος. Gebhardus.* De Alcibiadis doti-

3 sertus, ut in primis dicendo valeret, quod tanta erat commendatio oris atque orationis, ut nemo ei dicendo

bus plura Diodorus I. I. cap. 68. Hinc Romani Alcibiadi statuam posuere in cornibus Comitii, jussi bello samnitico ab Apolline Pythio fortissimo Grajae gentis simulacrum dicare. V. Plinium Lib. XXXIV. Sect. 12. Plut. in Numa pag. 65. refert *αὐτοὶ δὲ ἀκηκόαμεν πολλῶν ἐν ῥώμῃ διεξιόντων, ὅτι Ῥωμαίοις ποτὲ χρησμοῦ γενομένου τὸν φρονιμώτατον καὶ τὸν ἀνδρειότατον Ἑλλήνων ἱδρύσασθαι παρ' αὐτοῖς, ἔστησαν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς εἰκόνας χαλκᾶς δύο, τὴν μὲν Ἀλκιβιάδου, τὴν δὲ Πυθαγόρου.* Sed addit *ταῦτα μὲν οὖν ἀμφισβητήσεις ἔχοντα πολλὰς καὶ τὸ κινεῖν διὰ μακροτέρων, καὶ τὸ πιστεύεσθαι, μειρακιώδους ἐστὶ φιλονεικίας.*

*Et mari* Reposui copulam e Cod. Leidensi, [Ax. Gu.], quae a reliquis libris et edd. aberat. *Bosius.* [Abest etiam ab Ult.]

*Dicendo valeret*] Sic in Dione c. 3. dixit *valere eloquentia.* Vide Celeb. Burmann. ad Quinctilian. lib. 2. Institut. Orator. cap. 17. Qui oratores a Graecis *δυνατοὶ ἐν λόγῳ* vocantur. Vide Raphelium ad Evang. Lucae c. 24. com. 19. et cl. Burmann. ad Petron. Satyric. c. 89. pag. 431. sive *κράτιστοι λέγειν* ut de Pericle Eupolis apud Schol. Aristoph. Ach. vs. 529. nec hoc mirum est, quum Homeri versus semper in summo habuerit pretio. Vide Aelian. l. 13. V. H. cap. 38.

*Quod tanta*] Sic opt. notae MSS. Boecl. Gif. Dan. [Gu.] bene. caussam enim ejus, quod dixerat, subjicit. vulgati [etiam Ult.] *et tanta.* Bosius. *Quod* etiam Leid. et Voss. A. Noster Alcibiadem *disertum* vocat, hoc est, plane loquentem, ut docet Servius ad Virgil. lib. 2. Aen. vs. 149. cum Aristophanes eum ut blaesum balbumque traducat in Vespis vs. 44. quasi, ut Schol. inquit, λ pro ρ dixerit. Nihilominus tamen Plutarchus in Alcibiade p. m. 192 B. blaesa lingua sua, quae vulgo blanda esse solet, magnam sibi gratiam conciliasse Alcibiadem nobis narrat. Quidquid sit: Alcibiades quidem eloquentia valuit, linguae tamen vitio non caruit. Et sic satis conjici potest, Auctorem nostrum, ad sensum ejus verborum efficacissimum, quae vera est facundia, non vero eloquium sive pronunciationem respexisse, idque patet ex locutione sequenti. Itaque *disertus* eamdem, quam Servius ei tribuit, hic tamen retinet significationem, scilicet loquentis verba ordine disposita, neque longis ambagibus involuta, sed sensu efficacia ac plana, quae dos in homine blaeso locum habere potest. Eodem vitio laboravit summus orator Demosthenes. vide Menag. ad Diogen. Laert. Lib. II. c. 108. pag. 125. et Davis. ad Cic. Lib. II. de Divinat. c. 46. nec non Aristoteles. vide Menag. ad Diogen. Laert. Lib. V. c. 1, Nonnulla etiam de Alcibiadis eloquentia post me notavit Wess. ad Diod. Sicul. Lib. XIII. c. 68. num. 5 Adde cl. Rubnken. in Hist. Critic. Oratorum Graecorum, praefixa Rutilio Lupo p. 38. 39. (p. 204.)

*Ut nemo ei dicendo poss. resist.*] *Ἦν γὰρ καὶ λόγῳ δυνατώτατος* et statim *δεινότατος ἦν εἰπεῖν. Gebh.* Quare apud Suidam vocatur *ἀθηναῖος φιλόσοφος καὶ ῥήτωρ. Ernstius.* Itaque belli Siculi suasor et auctor fuit, Nicia frustra dissuadente. Thucyd. lib. 6. *Lambinus.* [In his verbis repetitum illud *dicendo — dicendo* Interpretes offendit. Sed non satis sibi Cornelius Nepos a talibus cavit. Exemplis ab Heu-

Posset resistere; deinde, quum tempus posceret, 8
laboriosus, patiens, liberalis, splendidus non minus

fingero ad 19, 3, 2. *facto* — *factus* — *factionis* prolatis: 14, 9, 4. *faciebat* — *facere* — *fecissent*; 16, 2, 5. *exissent* — *exierunt*, et 18, 8, 2. 3. *faciunt* — *faciant* — *fecerunt* — *fecerint* — *facta*, adde 2, 3, 3. *periculum* — *periculo*; c. 10, 1. *ille* — *illud*; 8, 1, 3. *ille* — *ille*; 17, 6, 1. *exeundum* — *exitu* — *exire*; 18, 2, 3. *magno* — *magnam* — *magno* — *magnis*; 19, 2, 1. *pervenisset* — *pervenit*, et locum inprimis insignem 10, 5, 5. *qui sub adversarii fuerant potestate* — *quae sub Dionysii potestate fuerat*. Itaque hic etiam *dicendo* — *dicendo* ferri poteſt, quamquam poſteriore loco *dicenti* malim.]

*Dives, cum tempus poscerct, laboriosus*] Emendatio Lambiniana: *Idem, cum tempus posceret*. Alii libri, *Deinde, cum tempus*. Iterum alii: *Dives cum tempus posceret*. Diſtinguendum: *Dives, cum tempus posceret*. Quasi caeteroqui inter se pugnarent divitiae ac labor, dicit, utraque in Alcibiade conveniſſe. Diodor. *ἐνδ' ἐυγενεία καὶ πλέτῳ πρῶτος Ἀθηναίων*. *Gebhard*. Non potui, quin reponerem lectionem, quam dudum e libris suis produxerant *Gifanius*, *Schottus*, et *Pet. Daniel*, probavitque et *Gebhardus*. Neque enim ullam rationem animo poſſum concipere, qua factum sit, ut librarii pro *Deinde*, quod in aliis codicibus et edd. legitur, *Dives* rescripserint. Sed nec ita ſolet *Nepos*. Denique, ut e *Diodoro Siculo* conſtat, Alcibiades non modo *nobilitate*, sed etiam *divitiis*, (*πλέτῳ*) primus *Atheniensium* fuit. quod a Noſtro omiſſum eſſe, quis credat? Ceterum, ut recte *Gebhardus* adnotavit, illa *cum tempus posceret* ad sequentia referri debent, quanquam illius explicatio subtilior, quam verior, videtur. *Tò idem*, quod *Lambinus* repoſuit, non fert continens periodus, ab eadem voce incipiens. *Bosius*. Voſſ. A. [Gu.] *dives*. B. *deinde*. Quod amplectitur Heuſingerus, quia, ut ait, Nepos c. 2. de Alcibiadis divitiis agit, sed ibi Auctor loquitur de Hipponici, ejus soceri, divitiis, si locus ita sit reſtituendus, ut ſtatuit Heuſingerus, quod ab hiſtorica veritate non abhorret. vide not. meas poſt. et Val. Maxim. Lib. VI. c. 9. Ext. 4. ubi *abundantes ejus divitias* vocat. Quot jugera poſſederit agrorum, et ubi, docet e Platone Meurſius in Reliquis Atticis c. 5. p. 19. Patrem ejus Cliniam ſuiſſe jam divitem patet ex iis, quae narrat Plut. in Alcib. pag. 191. utpote qui *ΙΔΙΟΣΤΟΛΩ ΤΡΙΗΡΕΙ περὶ Ἀρτεμίσιον ἐνδόξως ἐναυμάχησεν*. [Ax. [Ult.] *deinde*, quod, non quo codici huic temere faveam, sed quod *dives* huic loco omnino non aptum videtur, unice probo. Nonne enim auctor nunc in eo eſt, ut Alcibiadis *naturae* ac ingenii bona enumeret? Contra de iis, quae a *fortuna* habebat, mox sequuntur haec: *Educatus est* etc. in quibus recte divitiarum quoque mentio fit, quarum nunc nullus locus eſt. *Mosche*. Lambinus ad h. l. *Omnes*, inquit, *libri vulgati habebant* deinde, *praeter unum, in quo erat* id eſt; *ego excudendum curavi* Idem, *recte, nisi fallor*. Haec librorum varietas facit, ut cum Bremio Tzschuckioque utramque vocem, et *dives* et *deinde*, vitiatam eſſe suspicer. Interim *deinde*, quod aptius eſt huic loco, repoſui, quamquam etiam mihi languere videatur.]

*Non minus in vita quam victu*]

[redacted]



in vita quam victu; affabilis, blandus, temporibus
4 callidissime inserviens. Idem, simul ac se remiserat, neque caussa suberat, quare animi laborem perferret, luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperans reperiebatur, ut omnes admirarentur, in uno homine tan-

Praeclare haec mihi, ut spuria et aliunde inculcata, in Ultraj. editione omissa videntur. Diodor. τὴν ψυχὴν λαμπρός καὶ μεγαλεπήβολος. *Gebh.* Cui ego adsentiri non possum. V. Ind. v. *victus*. Bosius. Huc spectat oratio, quam de se ipso habuit apud Thucydid. Lib. VI. cap. 16. inter alia: διότι ἅρματα μὲν ἑπτὰ καθῆκα, ὅσα οὐδείς πω ἰδιώτης πρότερον, ἐνίκησα δε, καὶ δεύτερος, καὶ τέταρτος ἐγενόμην, καὶ τ' ἄλλα ἀξίως τῆς νίκης παρεσκευασάμην. Athenas Olympia reversus duas tabulas etiam dedicavit, de quibus Meursius L. III. Athen. Att. cap. 9. sed ipsa verba Gebhardo et aliis suspecta sunt, unde vir quidam vere doctissimus suam conjecturam mecum communicavit, legens: *non minus in victu quam amictu.* Cui lectioni favere videtur ipse auctor in Agesl. c. 7. §. 3. *nihil de victu, nihil de vestitu mutavit.* item Sallustius Catilin. B. c. 38. num. 6. *uti regio victu atque cultu aetatem agerent.* ubi vid. Cortium. [Ax. *in victu*, quem Bremius tacite secutus est. v. ad 9, 5, 2.]

*Inserviens* ] Excerpta Dan. [Gu. Ult.] *serviens*, quod *Gebhardus* praefert; allegans illud *Lucani: Temporibus servire decet;* et *Ciceronis* ad Atticum: *Servire tempori cum necesse sit;* itemque quod noster infra 22, 1, 3. *paci servire* dicit. Sed *in-* (p. 205.) *serviendi* voce *hac* ipsa *vita* noster ea ratione usus est c. 11, 3. *Bosius.* Pro *callidissime* Voss. A. *calidissime.* Pro *inserviens* Leid. *serviens.*

*Idem simul ac se remiserat* ] A negotiis in otium, a labore in voluptates se transdederat. Hinc *remissiones* Tacito Agr. 9, 3. *Tempora curarum remissionumque divisa;* quae 2. A. 33, 5. *delinimenta curarum et periculorum* vocat. *Gebhardus.* Voss. A. *praemiserat.*

*Neque* ] Sic Exc. Dan. Vulgo est *nec*. Bosius. *neque* Leid. [Gu. Ax. Ult.]

*Luxuriosus, etc.* ] V. *Plutarchum in vita*, et *Athenaeum* 12, 9. et alibi. *Bosius.*

*Tantam inesse dissimil.* ] MSS. *Schotti* et *Boecl. t. esse diss.* Gebhardus *inesse* mavult ex Tacit. l. 4. Histor. *Tanta illi exercitui diversitas inerat licentiae patientiaeque.* Quod elegantius nemo negaverit, quamquam et altera lectio satis latina sit. A quibusd. libris verbum hoc plane abesse, notat *Lambinus:* neque necessarium existimat *Schottus.* De re v. *Athenaeum* et *Plutarch. ll. cit.* Similia fere de Catilina prodidit *Cicero in Coeliana* c. 5. et 6. Bosius. Leid. Voss. A. B. Ox. *tantam esse*, sed quia Noster gaudet praepositionum duplicatione, *tantam inesse* omnino hic retinendum est. Vide Cel. Burmann. ad Petronium Satyric. c. 74. p. 367. et ad Quinctilian. Lib. 2. Institut. Orator. c. 17. prope finem, et Cortium ad Sallust. Catil. c. 15. in fine. Cicero Lib. 1. de Divinat. c. 9. ut Davisius legit: *Inest in istis etiam ranunculis natura quaedam significans aliquid.* Non nego tamen alios aliter locutos esse. Livius L. 3. cap. 31.

tam esse dissimilitudinem tamque diversam naturam.

*In Fabio minus in bono constans, quam gnavum in malitia ingenium esse,* et ita in Attico cap. 2. ex Mss. Cod. *praeter gratiam, quae in adolescentulo magna erat.* Vide Cl. Cortium ad Sallust. Catil. cap. 51. n. 42. et Waſſe ad Jugurth. cap. 30. pag. 312. Adde Ciceron. 3. in Verrem c. 2. *Ego in uno homine omnia vitia, quae possunt in homine perdito nefarioque esse, reprehendo.* De ſimilibus vero loquendi modis consule Celeb. Broukh. ad Prop. Lib. 2. El. 13 vs. 74. Interea nec Magius nec Schottus audiendi, qui *tantam inesse* delendum cenſent. Eodem modo locuti fuere Graeci. Euripides in Supplic. vs. 250. *Ἐν νέοισιδ' ἀνθρώπων τόδε Ἔνεςι. In juvenibus autem hoc inest.* et in Androm. vs. 450. *τίδ' ὐκ ἐν ὑμῖν ἐςὶν, ὐ πλεῖσοι φόνοι. Quid sceleris non est in vobis? nonne plurimae caedes.* Val. Maxim. Lib. VI. c. 9. Ex. 6. locus huc facit. *Quae tam diversa, tamque inter se contraria si quis apud animum suum attentiore comparatione expendere velit, duos in uno homine Sullas fuisse crediderit.* [*Inesse* primus edidit Lambinus, atque ita Guelph. cod. habere videtur. cum nulla inde lectionis varietas enotata ſit. Ed. princeps, utraque Paris. et Ald. verbum plane omittunt. Ed. Long. *tantam esse morum dissim.* Ed. Mag. *tantam morum diss.* Sed Cod. Schott. Boecl. Leid. 2. Voss. A. B. Axen. Oxon. Ed. Argent. et Ult. *esse*, quod Nepoti familiare eſt. V. Ind. v. *esse.*]

## CAP. II.

Educatus est in domo Periclis (privignus enim ejus fuisse dicitur) eruditus a Socrate. Socerum ha-

(p. 206.) *Educatus.*] Infans nutritus eſt a muliere Lacaena nomine Amycla. v. Plut. Alcib. pag. 192. qui in Lycurgo p. 49. cauſſam docet, ubi de Lacaenis nutricibus agit, *ἦν δὲ περὶ τὰς τροφὰς ἐπιμέλειά τις μετὰ τέχνης, ὥςε ἄνευ σπαργάνων ἐκτρεφύσαις τὰ βρέφη τοῖς μέλεσι καὶ τοῖς εἴδεσιν ἐλευθέρια ποιεῖν* (mos iſte hodie et apud plures populos invaluit, et jam ad noſtrates quosdam peregrinorum admiratores transiit, quibus precor ne educent filios Alcibiadem moribus aequentes) *ἔτι δὲ εὔκολα ταῖς διαίταις, καὶ ἄσικχα, καὶ ἀθαμβῆ σκότυ, καὶ πρὸς ἐρημίαν ἄφοβα, καὶ ἄπειρα δυσκολίας ἀγεννῦς καὶ κλαυθμυρισμῶν* (hoc egregium eſt) *διὸ καὶ τῶν ἔξωθεν ἔνιοι τοῖς τέκνοις Λακωνικὰς ἐωνῦντο τιτθάς. καὶ τήν γε τὸν Ἀθηναῖον Ἀλκιβιάδην τιθεύσασαν Ἀμύκλαν ἱςορῦσι γεγονέναι Λάκαιναν.* qui addit, Periclem Alcibiadi dediſſe paedagogum Zopyrum, *ὐδέν τι τῶν*

*ἄλλων διαφέροντα δούλων.* de quo et idem in Alcib. pag. 192. quid Plato de hoc Zopyro dixerit, jam docui in not. poſt. Hic a Spencero ad Origen. in Celsum creditur fuiſſe ille Zopyrus Phyſiognomon, de quo agit Cicero Lib. IV. Tusc. Disput. c. 37. contra Daviſii sententiam, cui ſubſcribo.

*Periclis*] Ms. *Pericli*, ut sup. *Neocli* pro *Neoclis*, *et Procli* pro *Proclis* in Ageſilao. *Gebhardus.* Nominis hujus duo fuerunt clari viri. Hujus, de quo Nepos heic scribit, fuit aequalis et aemulus Thucydides, non autem, quo in errore multi verſantur, Thucydides hiſtoricus. Vide Annot. in Plutarchi Periclem Xylandri. Hujus Periclis inter multos scriptores meminit etiam Cicero apud Auguſtin. Lib. 9. de Civ. Dei cap. 9. *Ernstius.* Vid. not. ad 2, 1, 1. *Bosius. Pericli* etiam Leid. [Gu.] Conſule notas Abr. Gronovii ad Juſtinum L. 3. c. 7. num. 4. In notis poſt. pag. 81. lin. 2. deleantur a *nempe* usque ad *Diod. Sic.* Lib. XI. c. 27. et 34. et repone *quia maternum Periclis genus erat ex iis, qui piaculi Cylonei erant affines. Vide Thucydid.* Lib. 1. c. 127. *Marsham. Chronic.* Sec. XVIII. pag. 638. *et de infamibus Cylonis posteris egit Spanhemius a Dukero ad Thucydidis locum laudatus. Agarista ejus mater fuit. Plut. Pericl.* pag. 153. *de qua Herodot.* Lib. VI. c. 130. 131. *Pluribus haec exsequerer, sed non ferunt notarum angustiae.* In Periclis laudes exſpatiatus eſt quoque Ariſtides Oration. Tom. II. pag. 118. et ſeqq.

*Privignus en. ej. f. d.*] Immo, si credimus Diodoro Sic. 12. et *Suidae*, ſororis ejus filius. Unde *Valerius Max.* 3, 1. *ext.* 1. *et Gellius* 15, 17. Periclem *avunculum* ejus vocant. Videri tamen Periclem, si non Alcibiadis, ejus tamen uxoris, vitricum fuiſſe, notat *Magius*; cum Alcibiades in matrimonio habuerit Hipparethen, filiam Hipponici, cujus uxorem poſtea Pericles duxit, ut *Plutarchus in Pericle* scribit. *Bosius.* Plut. in Alcib. pag. 191. *Τοῦ δὲ Ἀλκιβιάδου Περικλῆς καὶ Ἀρίφρων ὁ Ξανθίππου, προσήκοντες κατὰ γένος, ἐπετρόπευον.*

*Ejus*] Ita libb. meliores. [Dan. Ax. Gu. Ed. Ult. Lamb. et recentt.] alii *suus*: quomodo locutus 5, 3, 1. 13, 3, 4. et 25, 10, 4. v. Ind. *Bosius.*

*Eruditus a Socrate*] Licet hoc ex *Platone* et *Xenophonte* cognoscere; quanquam Socrates, in (p. 207) *Apologia* a *Platone* scripta, negat se cujusquam magiſtrum fuiſſe. *Lambinus.* Cum discipulus prius fuiſſet Sophili. Suidas. *Ernstius.* Socratis discipulum etiam faciunt *Xenophon.* lib. 1. *Memorabil.* pag. 711. et *Lactantius Div. Instit.* 3, 19. quod tamen negat quoque *Isocrates in Busiride*, Polycratem id adserentem redarguens. *Bosius. a Societate* Voſſ. A. Plut. in Alcib. pag. 191. dicit, *λέγεται δ' οὐ κακῶς ὅτι τῆς Σωκράτους πρὸς αὐτὸν εὐνοίας καὶ φιλίας οὐ μικρὰ πρὸς δόξαν ἀπέλαυσεν* Alcibiadis adolescentis animo omnem populi, in cujus concionem prodire verebatur, exemit metum, graphice deſcribens Athenienſium populum. v. Aelian. Lib. II. V. H. c. 1. Superbiam ejus vaniſſimam ei mirum in modum ob oculos posuit. v. Lib. III. cap. 28. cujus praecepta nisi deseruiſſet, cum numquam varios variorum mores fuiſſe expreſſurum refert idem Lib. IV. cap. 15. cum Perizonii nota. Aelius Ariſtides Oration. Tom. II. pag. 124. dicit de eo *Ἀλκιβιάδης δ' ἑταίρῳ χρώμενος Σωκράτει, μικρά, μᾶλλον δ' οὐδὲν ἀπώνατο τῆς συνουσίας.* Solummodo haec adſero, ut oſtendam, quid hi ſcriptores in Socratis gratiam adnotaverint.

buit Hipponicum, omnium Graeca lingua loquentium divitissimum, ut, si ipse fingere vellet, neque plura bona reminisci, neque majora posset consequi, quam

*Omnium Gr. ling. eloquentia ditiss.*] *Disertissimum* non solum vulgg. libri, sed etiam optimae notae cod. Boecleri exhibet, quod cum *Lambinus* parum latine dictum, et praeterea falfum, neque a quoquam memoriae proditum, poftremo nihil ad rem pertinere, exiftimaret, ejectis duabus vocibus, ac totidem immutatis, corrigebat: *omn. Graecorum divitissimum*. Sed ei nemo doctorum aufcultavit. Ut nos edidimus, legunt Mff. Daniel. Schotti et Gifanii. *quae lectio*, ait *Gebhardus*, *cum sit stabilita Vett. libris*, *cur conjecturis nihili lectoribus imponatur? Intelligit vero Hipponicum eloquentia istas luculentas opes acquisivisse.* Sed *Schottus* ac *Gifanius Ind. Lucret. ditissimum* de facultate dicendi accipiunt, quomodo Ovidius *divitem ingenio* dixit. Utcunque legas, certum eft, Hipponicum a *Plutarcho in vita Alcibiadis*, *Lysia orat. ὑπὲρ τῶν Ἀριςοφ. Χρημ. Isocrate orat. περὶ ζεύγυς* aliisque, ut opibus abundantem, ac *divitiis Graecorum primum*, et qui *plurima omnium Graecorum possidere existimatus sit*; ut eloquentissimum vero a nemine, quod sciam, praedicari. *Bosius*. Voff. *A.* [Gu.] *omnium Graecae linguae eloquentia ditiss.* B. [Ax] *Omnium Graecae linguae eloquentia disertissimum.* Opulentiffimum tamen prae caeteris praedicari Graecis, recte notavit Bofius. Vide Cel. J. Perizonium ad Aelian. L. 14. V. H. c. 16. Adde not. poft. Ult. *omnium graecae linguae eloquentia ditissimum*, et in margine: *Al disertissimum.*]

*Neque plura bona reminisci*] Neque plura bona excogitare. Senfus eft: Si Alcibiades sibi ipfe fortunam fabricare atque componere vellet, non poffet memoria ac mentis discurfu plura bona excogitare. Bona veluti uno fasce comprehendit *Valerius Max.* 6, 9. *ext.* 4. *Nobilitatem eximiam*, *abundantes divitias*, *formam praestantissimam*, *favorem civium propensum*, *summa imperia*, *praecipuas potentiae vires*, *flagrantissimum ingenium*. Gebhardus. Leid. *quae vel fortuna vel natura* (p. 208.) *tura tribuerant.* Nihil muta. imitatus eft Ciceronem de Amicitia cap. 27. *Ex omnibus rebus*, *quas mihi aut fortuna*, *aut natura tribuit. Fortunam* et *Naturam* saepius conjungit Cicero, ut velut quodammodo sibi oppofitas, ut in Orat. pro Lig. cap. ult. *Nihil habet nec Fortuna tua majus*, *quam ut possis*, *nec natura tua melius*, *quam ut velis conservare quam plurimos.* De verbo *reminisci* quod quidem Nepoti familiare eft, sed non eo sensu, quo hic utitur Nepos, meam sententiam non interpono, quum plures scriptores Latini perierunt, e quibus unum vel alterum Nepos imitari potuerit. praeterea inter codices de scriptura convenit. Obsoletum verbum *eminisci* puriffimo huic fcriptori, licet nonnulla peculiaria habenti, obtrudere non audeo. [Gu. *tribueret.* C. Dan. et Ult. *quam vel natura vel fortuna tribuerat* (Dan. *tribueret*). Heufingero, qui Cornelium h. l. *eminisci* fcripfiffe exiftimat, affentitur Bremius, eamque conjecturam et ipfe veriffimam effe judico.]

[redacted]



2 vel fortuna vel natura tribuerat. Ineunte adolescentia amatus est a multis more Graecorum, in eis a Socrate, de quo mentionem facit Plato in Symposio.
3 Namque cum induxit commemorantem, se pernoctasse cum Socrate, neque aliter ab eo surrexisse, ac filius

*More Graec.*] De flagitioso hoc amore Cic. 5. Tusc. quaest. haec refert: *cum abundaret*, nempe Dionysius Tyrannus, *et aequalium familiaritatibus et consuetudine propinquorum, haberet etiam more Graeciae quosdam adolescentes amore conjunctos, credebat eorum nemini.* Xenophon. lib. 2. *Παιδείας* dicit *κατὰ τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον*. Alii legunt: *amore Graecorum*. Socratem libidinosum et impurum fuisse hominem et flagitiosi amoris justas dedisse poenas, testatur Tertullianus in Apologet. ubi dicit, se legisse partem sententiae Atticae in Socratem, *qua corruptor adolescentium pronunciatur*. Magnum crimen, ob quod merito Athenis, sunt verba A. Gellii, *capitis damnatus est, et in carcere veneno necatus*. Lib. 17. Noct. Att. cap. 21. Et tamen spurcum hunc hominem imprudentes magistri discipulis suis commendare solent. *Ernstius*. De quo supra *praef.* 4. Cicero quoque in Fragmentis libri 4. *de republica: Apud Graecos*, inquit *opprobrio fuit adolescentibus, si amatores non haberent.* adde *not. ad praef.* et, praeter ibi laudatos, *Xenophont. de repub. Lacedaem.* ac *Aelian. var. hist.* 3, 12. In MSS. Dan. [Gu.] et Gif. erat: *amore Graec.* quod praeter illos etiam tuentur *Schottus*, et *Gebhardus*. Sed pro vulgata lectione facit cum *Cicero Tusc.* 5, 20. cum ait, *Dionysium, Syracusanorum tyrannum, habuisse* MORE *Graeciae quosdam adolescentes amore conjunctos;* tum *Xenophon*. lib. 2. *Cyropaedias* p. 50. *edit. Leunclau.* apud quem Cyrus ad manipularium quendam, nomine Sabaulam: *ἢ καὶ σὺ, κατὰ τὸν ἙΛΛΗΝΙΚΟΝ ΤΡΟΠΟΝ, ὅτι καλόν ἐστι, περιάγεις τοῦτο τὸ μειράκιον, τὸ παρακατακείμενόν σοι.* Ceterum de casto ac honesto amore loqui *Nepotem*, indicare videntur, quae de Socrate subjicit. Confer tamen, quae ad h. l. annotavit Ampliss. *Ernstius. Bosius.* Leid. *amore.* Voss. A. B. *more*. Notandus hic est loquendi modus Nostro familiaris *a multis more Graecorum, in eis a Socrate*, ut in Milt. cap. 4. num. 4. *Domi autem creant decem praetores, in eis Miltiad.* Vide J. Fr. Gron. ad Liv. l. 6. cap. 14. Itaque *a Socrate* retinendum.

*A Socrate*] Praepositio aberat Ms. [Gu. et] Danielis. *Bosius.* Etiam Vossiano B. qui pro *Socrate*, *Socratem*.

*Neque al. ab eo surrexisse*, (p. 209.) *ac filius a par. deb.*] Haec vel per *εἰρωνείαν* a Platone dicta sunt, vel certo per mendacium. De Socratis enim turpitudine a libidine nata nemo dubitare potest, qui supra a nobis dicta legerit. Neque Graeci in vitio ponebant deperdere honestatem adolescentulorum, quibus laudi ducebatur, quam plurimos habere amatores, ut ipse Corn. in Praef. §. 4. testatur. Confer. 4, 4, 1. ubi ego *amore venereo* reperi in omnibus MSS. et Editis, quos mihi inspicere licuit. An religiosae devotionis pars est, Socratem eximere e numero paganorum, de quibus vide, quae vir Sanctus ait Rom.

a parente debuerit. Postea quam robustior est factus, 3
non minus multos amavit, in quorum amore, quoad licitum est, odiosa multa delicate jocoseque fecit, quae referremus, nisi majora potioraque haberemus.

1, 27.? *Ernstius.* Ita et *Plutarchus orat.* 1. *de fortuna Alex. M.* et *Petronius in Satyrico.* Accusatum tamen Socratem, quod adolescentulos corrumperet, e *Diog. Laërtio in vita ejus*, et *Xenophonte* 1. *Memorabilium* cognoscimus, qui posterior tamen eum prolixe ab hoc crimine vindicat. *Bosius.* Confer Menagium ad Diog. Laërt. Lib. 11. sect. 38. et Auctorem Vitae Virgilianae pag. 3. et forsan Ernstii de Socrate judicium displicebit. conferatur Davisius ad Ciceron. L. iv. Tusc. Disput. c. 34. adde tamen, quae notavi jam ad praefat. Leid. pro *debuerit*, *debuerat.*

*Robustior*] De hac voce cl. Gronov. ad Justin. Lib. 3. c. 1. num. 2. quibus locutionibus Graeci de hujusmodi aetate fuerint usi, docet cl. Valcken. ad Herodot. Lib. iv. c. 9. num. 36.

*Odiosa*] Nob. *Barthius* malebat *otiosa.* Bosius. Pro *delicate* Voss. B. *delicata.* [Ult. *odiose.*]

*Potioraque*] Ms. Dan. *potiora*, omissa copula. *Bosius.* [Ita etiam Gu. et pro *haberemus* idem *haberem.*]

## CAP. III.

Bello Peloponnesio hujus consilio atque auctoritate 1

*Peloponnesiaco*] Cod. Dan. *Peloponnesio.* Bosius. Sic et Leid. Voss. A. *Peloponnesso* B. *Peloponnessio.* Si Codices sequamur, *Peloponnesio* scribi posset, ut jam edidit Heusingerus. et fateor in Conone c. 1. nulla Codicum esse varietas, nisi quod *Peloponnessio* scribatur vitiose pro *Peloponnesio.* Attamen incolae vocantur *Peloponnesii*, bellum vero ipsum *Peloponnesiacum.* Graeci autem dixerunt τὸν Πελοποννησίων πόλεμον. v. Herodot. Lib. vii. c. 137. Thucydid. Lib. 1. c. 1. Plut. Tom. II. de Exilio pag. 605. vel Πελοποννησιακὸν πόλεμον, ut Diodorus Siculus Lib. xiv. c. 10. v. Stephan. Byz. in v. Πελοπόννησος, et ita Plinius vocat Lib. xxix. c. 1. sect. 2. et Lib. xxx. c. 1. sect. 2. p. 524. ubi de tempore hujus belli agit, et cur per duplex nn, scribatur, ex aliis docebit Strabo Lib. xii. pag. 919. Hoc bellum vocatur etiam *Archidamium.* vide Suidam. Plut. in Pericle pag. 156, 170. Thucydid. Lib. iii. cap. 1. [Gu. Ax. Ult. *Peloponnesio*, ut aliis locis Cornelius. v. Ind.]

*Hujus consilio atque auct.*] Nempe post mortem Periclis. v. (p. 210.) Thucydid. L. ii. c. 65. Aristidem Orationem. Tom. II. pag. 124, 125. et Plutarch. in Alcib. pag. 199.

[redacted]



Athenienses bellum Syracusanis indixerunt, ad quod gerendum ipse dux delectus est, duo praeterea colle-
2 gae dati, Nicias et Lamachus. Id quum appararetur, prius quam classis exiret, accidit, ut una nocte omnes Hermae, qui in oppido erant Athenis, dejiceren-

*Duo praeterea collegae dati*] Praefectus classis aliquando solus imperium tenebat, sed frequenter cum collegis pari potestate praeditis: ut hic Alcibiades cum Nicia et Lamacho. Qua de re *Scheffers* noster in *de militia navali* 4, 5. pag. 288. Caussa erat, ne imperii summam uni, si dominationem affectaret, infeliciter committerent; sed ejus cupiditates, collegis additis, cohiberent. *Plutarchus in Alcib. Loccenius.* Duo non plures collegae dari solebant. v. Thucyd. L. II. cap. 58, 79. caussam docet Lib. IV. cap. 38. cum Dukeri nota. Leid. *Micia et Lamauchus.* Voss. A. *Nitia et Lam.* B. *Nisias et Lam.* [Ax. *Nitias et Lamacus.* Gu. *Mitia et Lammachus.*]

*Hermae*] Statuae sic dictae ab Hermete. Vide Becmannum de Originib. in voc. *Mercur.* Ernstius. Macrob. Lib. I. Sat. c. 19. pag. 241. *Pleraque etiam simulacra Mercurii quadrato statu figurantur solo capite insignita, et virilibus erectis. quae figura significat, solem mundi esse caput, et rerum satorem, omnemque vim ejus non in quodam divisorum ministerio membrorum, sed in sola mente consistere, cujus sedes in capite est.* Servius ad Virg. VIII. Aen. vs. 138. dicit *Hermas* etiam vocari *quosdam stimulos in modum signorum sine manibus.* Adde Hudson. et Duker. ad Thucydidis L. 6. c. 27. Ab hoc casu factum est, ut haec vana et ridicula inciderit suspicio, *τῇ περικοπῇ τῶν Ἑρμῶν προσημαίνειν αὐτοῖς τὸ δαιμόνιον ὡς ὑπὸ Ἑρμοκράτους τοῦ Ἕρμωνος* (qui a Diod. Sic. Lib. XIII. c. 96. vocatur *ὁ καταπολεμήσας Ἀθηναίους*) *πλεῖστα πείσονται παρὰ τὸν πόλεμον*, altera, *τοῖς Ἀθηναίοις, οἰωνὸν ἡγήσασθαι γεγονέναι, τὸν ἀπὸ τῆς νίκης ἔχοντα τοὔνομα στρατηγὸν, ἀντειπόντα πρὸς τὴν στρατηγίαν.* Sed de Auctore hujus suspicionis utriusque Plut. in Nicia pag. 523. Hic Nicias, de quo in not. post. jam egi, a Diod. Sic. Lib. XIII. cap. 12. vocatur *φύσει δεισιδαίμων.* sed Plut. in Nic. pag. 524. adnotat *τῇ φύσει ἀθαρσὴς καὶ δύσελπις, ἐν μὲν τοῖς πολεμικοῖς ἀπέκρυπτεν εὐτυχίᾳ τὴν δειλίαν. (κατώρθου γὰρ ὁμαλῶς στρατηγῶν).* Polybius contra L. IX. quantum damni suo exercitui, *δεισιδαιμονήσας τῆς Σελήνης ἐκλιπούσης, ὥς τι δεινὸν προσημαινούσης* adtulerit, clare demonstrat. De Niciae hujus morte non convenit inter antiquos. v. Wess. ad Diod. Sicul. Lib. XIII. c. 33. num. 4. et Wasse ad Thucydid, Lib. VII. cap. 86. sed uterque oblitus est, quae Plut. pag. 542. scripsit: *Δημοσθένην δὲ καὶ Νικίαν ἀποθανεῖν Τίμαιος οὐ φησὶν ὑπὸ τῶν Συρακουσίων καταλευσθέντας, ὡς Φίλιστος ἔγραψε, καὶ Θουκυδίδης, ἀλλ' Ἑρμοκράτους πέμψαντος, ἔτι τῆς ἐκκλησίας συνεστώσης, καὶ δι' ἑνὸς τῶν φυλάκων παρέντων, αὐτοὺς δι' ἑαυτῶν ἀποθανεῖν. τὰ μέντοι σώματα πρὸς ταῖς πύλαις ἐκβληθέντα κεῖσθαι φανερὰ τοῖς δεομένοις τοῦ θεάματος.* id quod non omisit Fabricius ad Orosium Lib. II. c. 14. num. 31. De altero

[redacted]



tur, praeter unum, qui ante januam erat Andocidis.

collega Alcibiadis Lamacho plura dedit Perizonius ad Aelian. Lib. II. V. H. c. 43. num. 5. in not. post. pro cl. *Duker.* repone *Wasse.*

*Athenis*] Vereor, ne glossema sit; nam Athenas *oppidum* (p. 211.) absolute vocare solet, supra 1, 5, 2. et 2, 10. 3. *Bosius.* In not. post. legendum conjeci, *qui in foro erant Athenis.* Plut. Tom. II. de x. Orat. et quidem de hoc Andocide pag. 834. e Cratippo refert *νύκτωρ τοὺς περὶ τὴν ἀγορὰν Ἑρμᾶς περιέκοψαν.* de illustrium virorum statuis in foro poni solitis v. Bosium ad Chabr. c. 1. num. 3.

*Dejicerentur*] Immo circumciderentur aut mutilarentur. Sic enim *Thucydides* 6. *Diodorus* 13. *pr. Plutarchus in Alcib.* et *Andocides orat. de mysteriis.* qui omnes *περικοπὴν* vocant. Modum circumcidendi *Scholiastes Thucydidis eo loco* tradit. In Cod. Dan. fuit *deiceretur.* Unde legerim *deicerentur.* Ita enim scribebant veteres. *Bosius.* Leid. etiam *deicerentur*, item Voss. B. [Gu. Ax.] legendum forsan *deciderentur*, cum Nepos Thucydidem sequatur. Veteres vero unica tantum litera *i.* verba cum *jacio* composita scribere fuisse solitos docebunt, quos laudat Celeberr. Dukerus ad Florum L. 1. c. 10. num. 5. [De significatione verbi *dejicere* v. Goerenz. ad Cic. De Legg. 2, 26. pag. 204.]

*Qui ante jan. erat Andocidi etc.*] Plerique vulgati habebant, *qui ante jan. ejus erat, Andocidesque vocatus est.* Atqui ex *Aeschine orat. adversus Timarchum, Plutarcho in Alcibiade, Nicia et vitis Rhetorum, Andocide* ipso in *orat. de mysteriis*, et *Harpocratione* in *Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς*, constat, hunc lapidem prope domum Andocidis, non Alcibiadis, et a tribu Aegeide positum, ac *Andocidis Hermem* dictum fuisse. *Lambinus* historiam et veritatem sequutus emendabat: *qui ante jan. Andocidis erat, Andocidisque Hermes vocatus est.* recte, quod ad priora; non item quod ad posteriora; quibus et historia repugnat, ut mox dicemus; et libri manu exarati, quorum nullus, quod sciam, aut *τὸ Hermes*, aut copulam agnoscit. Ampliss. Boecleri liber, *qui ante jan. erat, Andocides vocitatus est.* Sed longe auctius Ed. Ultraj. et cod. P. Danielis. Nam illa: *Itaque ille postea Mercurius Androclidis vocatus est.* Hic: *erat Androcidi. Itaque ille postea Merc. Androcydes vocitatus est.* Unde vix dubito, sic scripsisse Nepotem: *qui ante januam erat Andocidi. Itaque ille postea Mercurius Andocidis* (vel *Andocides*) *vocitatus est.* quare et in textu fidenter ita rescripsi. Nam ad hunc plane modum *Plutarchus in Alcib.* p. 201. ubi de Andocide ob Hermas truncatos in vincula conjecto: *ὕποπτον δὲ οὐχ ἥκιστα τῆς τῶν Ἑρμῶν περικοπῆς ἐποίησεν ὁ μέγας Ἑρμῆς, ὁ πλησίον αὐτοῦ τῆς οἰκίας, ἀνάθημα τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς ἱδρυμένος. ἐν γὰρ ὀλίγοις πάνυ τῶν ἐπιφανῶν, μόνος σχεδὸν ἀκέραιος ἔμεινε. διὸ καὶ νῦν Ἀνδοκίδου καλεῖται, καὶ πάντες οὕτως ὀνομάζουσι, τῆς ἐπιγραφῆς ἀντιμαρτυρούσης.* Vides, postea demum ita dictum, quam ceteri dejecti essent. id quod indicant, quae in Ed. Ultraj. et msc. Dan. sunt adjecta. Ea ut in aliis codd. omitterentur, fecit repetitio nominis *Andocidis.* Saepe enim librarii, cum vox aliqua in eadem periodo, vel etiam pagina, bis occurreret, quae interjacebant, festinatione vel errore omiserunt. cujus rei illustre ex-

Itaque ille postea Mercurius Andocidis vocitatus est.
3 Hoc quum appareret non sine magna multorum consen-

emplum praebet *Josephi* liber *περὶ λογισμοῦ ἀυτοκράτορος*, sive, ut vulgo inſcribitur, *de Maccabaeis*. nam is hac una cauſſa in editis codd. miſere mutilatus eſt, ut e membr. vett. apparet, e quibus eum brevi, *σὺν Θεῷ*, auctiorem multo, purioremque dabimus. Id ergo heic quoque factum. Certe in codice Boecleri hac ratione peccatum eſſe, manifeſtum eſt. Ceterum Nepos *Andocidi* ſcripſit, ut alibi *Neocli*, *Procli*, ut item alii *Thucydidi*, *Euripidi*, *Archonidi*, *Timarchidi*, *Persi*, *Demostheni*, *Aristoteli*, etc. gignendi caſu dixerunt; de quo videndus *Vossius de analog.* 2, 9. Quanquam autem in eo Herma non *Andocidis* nomen, sed aliud, erat inſcriptum, ut e *Plutarcho* col. (p. 212.) ligitur: attamen in alio fuit, quem capite truncatum *Fulvii Ursini Imagines Illustrium* num. 13. exhibent, cum inſcriptione: *ΑΝΔΟΚΙΔΗΣ ΛΕΩΓΟΡΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΣ*. *Bosius*. *Androclides* Leid. in Voſſ. A. non legitur. B. *Andocidis*. a Leid. *Andocidisque Hermes* abſunt. Voſſ. A. *Androclides vocitatus* absque verbo ſubſtantivo. B. *Androcly Hermes vocitatus est*. Oxon. *Ante januam Androclidi*, *Androclidisque vocatus est*. Pro *Andocidi* lego nunc *Andocidis*, nam licet non negem, antiquum illum genitivum poſſe ferri, hic tamen locum habere nequit, quia ſtatim ſequitur: *itaque ille postea Mercurius Andocidis vocitatus est*. *ὁ Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς* ſatis eſt deſcriptus a J. Meurſio Lib. III. Athen. Att. cap. 3. et Att. Lect. Lib. IV. c. 14. et Lambino ad h. l. De ipſo Andocide haec addit Plut. Alcib. pag. 201. *καὶ Ἀνδοκίδης ἦν ὁ ῥήτωρ*. v. et Bibl. Coiſlin. pag. 597. ubi inter novem Rhetoras numeratur. (unde factum eſt, ut nonnunquam confundatur cum Antiphonte Rhetore. v. Fabric. Tom. I. Bibl. Gr. Lib. II. c. 26. pag. 881. *ὃν Ἑλλανικὸς ὁ συγγραφεὺς εἰς τοὺς Ὀδυσσέως ἀπογόνους ἀνήγαγεν*. sed Pſeudo Plut. Tom. II. pag. 834. scribit *γένους Εὐπατριδῶν, ὡς δὲ Ἑλλανικὸς, καὶ ἀπὸ Ἑρμοῦ*. quod eodem redit, ut patet ex Hygini fab. 201. et figmentum hoc eſt, quia, ut Plutarchus addit, *καθήκει γὰρ εἰς ἀυτὸν τὸ Κηρύκων γένος*. sed confer Ruhnken. in Hiſtoria Critica Orat. Graecor. p. 59. adde Suidam. A vulgo continuo vocatus eſt *Mercurius Andocidis* magis ad infamandum, quam honorandum Andocidem, et ideo Nepos dicit *vocitatus est*, nempe a populo ſuſpectum Andocidem habente, nam, ut ex Plutarchi loco jam adnotavit Boſius, alio nomine haec ſtatua inſcripta fuit, nam Andocides hanc ſtatuam non poſuerat, alioquin ſtatuae a ponentibus cognominabantur, ut *Ἑρμαῖ ἱππάρχειοι*, de quibus J. Meurſius Lib. V. Att. Lect. c. 7. sed quia haec Mercurii ſtatua, quae erat ante domum, quam tum inhabitabat Andocides, (hoc enim indicant verba Plutarchi in Nicia, pag. 531.) sola manſerat illaeſa, caeteris ſtatuis, quae erant *περὶ τὴν ἀγορὰν*, ut dicit Pseudo Plut. de X. Orat. Tom. II. pag. 834. una nocte mutilatis, et ita Mercurii ſtatuam iſtam Andocides creditur violari vetuiſſe, quia aedibus ipſius erat proxima, unde ipse conſcius, particeps, et auctor hujus sacrilegii habebatur, et ob hanc ſuſpicionem in vincula publica conjectus erat, sed quomodo se hoc judicio liberaverit, refert Plut. in Alcib. p. 202. multa de Andocide con-

[redacted]



sione esse factum, quod non ad privatam, sed ad publicam rem pertineret, magnus multitudini timor est injectus, ne qua repentina vis in civitate exsisteret, quae libertatem opprimeret populi. Hoc maxime con- 4

gessit Photius Biblioth. Canon. CCLXI. Sed an crimen committeretur, si in Nepote legeretur *qui ante januam erat Andocidae*, et deinde *Mercurius Andocidae*. quomodo *Tissaphernes*, *Tissaphernae*. v. Oud. ad Frontin. Lib. 1. Strateg. c. 8. §. 12. tum omnis lis de lectione *Andocidi* et *Andocidis* dirimitur. Nam e codicibus veritas scripturae elici nequit; hi enim somniant de *Androcly*, *Androclidi* et *Androclidis*, e quibus *Androclis* confici posset; sed Androcles hic non habet locum, licet hoc tempore famosissimus; nam erat acerrimus hostis Alcibiadis, et ejus amicorum, vindex status popularis. v. Thucydid. Lib. VIII. c. 65. et Plut. in Alcib. pag. 200. quae loca jam citata vidi a cl. Ruhnkenio in Historia Critica Oratorum Graecorum pag. 43. Andocides vero, qui a Plut. in Alcib. p. 201. vocatus est *μισόδημος ὀλιγαρχικός*. in Them. pag. 128. dicitur *περὶ δὲ τῶν λειψάνων* (Themistoclis) *οὔτ' Ἀνδοκίδῃ προσέχειν ἄξιον, τῷ πρὸς τοὺς ἑταίρους* (quales Pisandri in statu populari (p. 213.) evertendo socii proprie appellabantur, ut docet Ruhnken. l. l. pag. 52.) *λέγοντι φωράσαντας τὰ λείψανα διαῤῥῖψαι τοὺς Ἀθηναίους, ψεύδεται γὰρ ἐπὶ τὸν δῆμον παροξύνων τοὺς ὀλιγαρχικούς.* Pro *consensione* Leid. *confusione*. [Gu. *qui ante januam erat Androclydes vocitatus est.* Ult. *qui a. j. e. Androclidis. Itaque ille postea Mercurius Androclides* (non *Androclidis*) *vocatus est*, et in margine: *Andocides apud Plutarchum leg.*]

*Quod non*] Msc. Boecl. *quae non*, sc. consensio, quod a librarii ingenio est, ut opinor; qui putabat, vocem hanc ad praecedens *consensione* pertinere, ac pronomen esse; cum sit conjunctio, caussam indicans, cur hoc facto *magnus sit multitudini timor injectus*: quia scil. *multorum* in hac re *consensio ad publicam rem*, quippe conspirationem prae se ferens, *pertinebat*. Bosius. Etiam *quae non* Voss. B. [Ax. tamen *quod non*]. Pro *sed ad publicam rem*, Leid. *sed publicam rem.* [Ita et Gu. atque ed. Magii. v. ad 9, 5, 2.]

*Magnus multitudini tim.*] *Plutarchus l. c.* paullo aliter: *multos etiam eorum, qui talia contemnunt, perturbavit.* Lambinus. Sic loquitur infra Dione: *Quod factum. omnibus maximum timorem injecit.* Iphicr. *Ut ipso adspectu cuivis injiceret admirationem sui.* Curt. L. 9. cap. 8. *Affirmatio Pori multiplicem animo regis injecerat curam.* Caesar Lib. 1. Comm. c. 46. *Multo major alacritas studiumque pugnandi majus exercitui injectum est.* Gebhardus. *timor* abest a Leid.

*Ne qua repentina vis in civitate existeret*] De hac phrasi consule Wasse ad Sallust. Jugurth. cap. 53. pag. 370.

*Populi*] *Lambinus* contra libros expungit: quanta fide, ipse viderit. *Schottus.* [Lambinus vocem *populi* non expunxit, sed in alium locum transtulit, ita edens: *quae populi libertatem opprimeret.* v. tamen infra ad cap. 8, 2.]

*Hoc maxime convenire in Alcibiadem videbatur*] Aliter *Dio-*

venire in Alcibiadem videbatur, quod et potentior et major, quam privatus, existimabatur. Multos enim liberalitate devinxerat, plures etiam opera forensi suos reddiderat. Quare fiebat, ut omnium oculos, quotiescumque in publicum prodisset, ad se converteret, neque ei par quisquam in civitate poneretur. Itaque non solum spem in eo habebant maximam, sed etiam ti-

*dorus* 13. cap. 2. *ὗτος* (privatus quidam et inquilinus) *ἀυτὸν* (Alcibiadem) *ἐξελέγξας κατεψευσμένος ἐυρέθη τῶν δὲ ἄλλων ὐδ᾽ ἴχνος τῆς πράξεως ὐδεὶς ἐυρεῖν ἠδυνήθη.* Et paullo post, odio privato plurium hoc periculum Alcibiadi intentatum innoxio, addit, et calumniae non levem adjecisse speciem factum Argis, quo quidam, qui privato ejus hospitio continebantur, populi imperium dissolvere agressi, universi a civibus concisi sunt. *Gebh.* Phrasis Ciceroniana 3. in Verrem cap. 10. *Tametsi omnia in istum hominem convenire putetis.* quam latius illustrat Clariss. Burmann. ad Vellej. Paterculum. Lib. 2. cap. 29. p. 252. Pro *videbatur*, Leid. *videbantur*. Thucydides Lib. VI. c. 61. *πανταχόθεν τε περιειστήκει ὑποψία ἐς τὸν Ἀλκιβιάδην.* ubi v. Duker.

*Quod et potentior e. m. q. priv. exist.*] Hinc Aristophanes in Ranis eum Leoni comparabat, quem in urbe ali haud expediret; si vero aleretur, obsequendum ejus moribus esse. *Loccenius.* Locus Aristophanis est in Ranis v. 1478. Graeci eum etiam aliam ob caussam Leoni comparavere, quam profert Plutarchus in ejus vita pag. 192. C.

*Multos liberalitate devinxerat*] Liberalitatem populus largitionem indigetat, et istis largitoribus crimen rerum novarum affingit. M. Manlius Capitolinus cum addictos propria pecunia liberaret, regni affectati suspicione in carcerem est conjectus. Vide *Livium* 6, 14. etc. *Liberalitas* ergo pro Largitione. Utitur sic *Caesar* 1. B. G. 18. *Ipsum esse Dumnorigem summa audacia, magna apud* (p. 214.) *plebem propter liberalitatem gratia, cupidum rerum novarum.* Gebhardus.

*Opera forensi*] *Opere*, Ms. meus. Non ita recte. *Savaro.* v. Ind. *Bos.*

*Suos reddiderat*] Sic legendum, quomodo habent codices emendati; non, quomodo alii mendosi, *reduxerat.* Licet etiam legere *redegerat*, idque ex vestigiis antiquae scripturae: quomodo interdum loquitur *Caesar.* Lambinus. Loquuntur et hunc ad modum Graeci, *ἰδίυς κατασκευάζεσθαι.* *Herodianus* l. 1. *Χρήματα δωρησάμενον (ὡς ἔθος ἐπὶ τοῖς βασιλείαν διαδεχομένοις) μεγαλόφρονι ἐπιδόσει ὀικειώσηται τὸ στράτευμα.* Diodorus: *Τύς τε ἐν Γέλα στρατιώτας, καὶ τὰς μεθ᾽ ἑαυτῦ, ταῖς ἐυνοίαις ἰδίυς κατέστησεν.* *Gebhardus.* Adde Ind. *suus.* Bosius. [In una Ald. editione vitiose *reduxerat* legitur.]

*Quotiescunque in publicum prodisset*] Pro *Quotiescunque* Voss. A. B. [Ax. Gu.] *quotienscunque.* Pro *prodisset* Leid. *prodissent.* Pro *par quisquam in civitate*, *par in civitate*, omisso *quisquam* Leid.

*Sed etiam timorem*] Non est nove dictum, ut censet Mon-

morem, quod et obesse plurimum et prodesse poterat. Aspergebatur etiam infamia, quod in domo sua facere 6
mysteria dicebatur, quod nefas erat more Atheniensium; idque non ad religionem, sed ad conjurationem pertinere existimabatur.

ſtrolienſis. Propert. 3, 11, 6. *Vulneribus didicit miles habere metum.* Gebhardus. Pro *in eo spem*, [quod in Ed. Mag. Steph. Gebhard. et Keuchen. legitur, omnes reliqui libri, etiam Gu. Ult. et] Leid. *spem in eo*. Recte hanc locutionem illuſtrat Heusingerus. [Saepe verbum duobus nominibus aptari docens, quod uni tantum conveniat. v. 1, 2, 2. 8, 4, 1. 23, 8, 2. et adde 5, 3, 2. 14, 8, 4. 18, 8, 2.]

*Obesse plur.*] Hinc Timon ille, quem *μισάνθρωπον Lucianus sing. libello* inducit, Alcibiadem adamabat, quod praeſagiret magno illum malo fore aliquando Athenienſibus; ut refert *Plutarchus*. Boſius. Vide Plut. in Antonio pag. 948. Reſpexit Timon praecipue bellum Peloponneſiacum, in quod Alcibiades Athenienſes erat conjecturus. Plutarchi locus in Alcib. legitur pag. 199.

*Adspergebatur etiam infamia*] Curt. lib. 10. F. *Haec utcunque sunt tradita, eorum, quos rumor adſperserat, mox potentia exstinxit.* Apul. lib. 8. *Judicio morum tamen improbatus, repulsae contumelia fuerat adspersus.* In Vatinium. *Ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aſpergatur.* *Gebhardus.*

*Mysteria*] Sacra Cereris, ſive Eleuſinia. vid. Ind. *Bosius.*

*Quod nefas er.*] Erat enim capitale, myſteria evulgare: de quo vide praeter ſcriptores in Indice laudatos, *Bernegg. ad Justin.* 5. cap. 1. Ceterum Alcibiadem hoc crimine accuſatum, scribunt etiam *Xenophon* 1. *de reb. Graec. Thucyd.* 6, 10. *Diodorus* 13, 5. et *Plutarchus Lysandro.* A quo tamen eum purgat *Isocrates Orat. de Bigis.* Boſius. *Facere mysteria* dixit more Graecorum, qui eodem modo *ποιεῖν* adhibuerunt. *ποιεῖν διονύσια* Thucydid. lib. 2. cap. 15. *ποιῆσαι ἑορτὴν* Lucas in Actis Apoſt. cap. 18. comm. 21. v. Raphel. ad Matth. cap. 26. comm. 18. De Cereris sacris non evulgandis, vide Cel. Broukh. ad Tibull. lib. 3. lib. 5. vs. 7. adde Notas ad Ariſtidem Oration. Tom. I. pag. 323. ſive 556. [In verbis *idque non ad religionem* etc. *que* explicativam eſſe et idem fere, quod *nempe*, valere, docet Goerenz. ad Cic. de Fin. 1, 10. pag. 43.]

## CAP. IV.

1 Hoc crimine in concione ab inimicis compellabatur. Sed instabat tempus ad bellum proficiscendi. Id ille intuens, neque ignorans civium suorum consuetudinem, postulabat, si quid de se agi vellent, potius de prae-

*In concione ab inimicis compellabatur*] Hanc correctionem ingenio *Claudii Puteani* debitam produxit *Lambinus*, firmavitque partim auctoritate *Thucydidis*, *Diodori*, *et Plutarchi*, qui perspicue ostendunt, Alcibiadem accusatum esse apud populum, atque adeo *in concione*: partim tribus locis *Ciceronis*, quorum duobus, puta *Epist. ad familiar.* 8, 12. et *Orat. pro domo sua*, verbum *compellare* eodem significatu usurpetur; tertio, nempe Epist. ad Attic. 2, 2. dicatur, *Nigidium minari*, *in concione se judicem*, *qui non adfuerit*, *compellaturum*. quae tamen verba aliter distinguuntur in edit. Gruteri, ac illud *in* concione non cum verbo *compellare*, sed *τῷ minari* jungitur. A populo, et in *concione* damnatum Alcibiadem, etiam e Nostro cap. 6, 4. colligas. ibi ergo et accusatus fuit. In vulgg. et msc. Schotti erat: *in contentionem ab in. compelleba-tur.* h. e. ut *Schottus* et *Gebhardus*, (qui ab hac scriptura, tanquam latinissima et elegantissima, ne latum quidem unguem discedendum censent) exponunt, ab adversariis, Thessalo Cimonis F. et Androcle, cogebatur et quasi obtorto collo trahebatur ad dicendam caussam. At meliores libri, puta Dan. Gif. Boecl. legebant, ut etiam *Longolius* ediderat: *in contentione ab inimic. compellabatur*, h. e. *Schotto* interprete, forensi in lite appellabatur. Quod si quis reponi velit, equidem non multum repugnaverim: certe *Schottianae* lectioni anteferendum puto. *Lambinianam* tamen, ut ingenue dicam, veriorem existimo. *Bosius*. In Leid. *in contentione ab inimicis compellebatur*. Voss. A. B. *in contentionem ab inimicis compellabatur*. [ Ax. non *contentione*, sed *contione*, i. e. concione. Ubique fere in his *t* pro *c* uti solet. *Mosche*. Pro *concione* Gu. Ult. *contentione*.]

*Id ille metuens*] Ita msc. Boecl. Alii *intuens*, ut inf. 10, 8, 1. 12, 2, 3. Mox idem msc. *postulabat, si quid d. s. a. v.* Bosius. vid. not. post. *Ut* abest et a Leid. et a Voss. A. et facile desiderari in similibus supra ostendimus. Pro *de praesenti*, *de praesente* Voss. A. [ Axen. etiam *metuens* habet. Quod si quis quaerat, quid Alcibiadi *metuendum* fuisset, in promtu est, quod respondeamus. *Metuenda* ipsi erat ad bellum profectio, cum crimine illo in concione esset compellatus. *Mosche*. Gu. Ed. Ult. omnesque ante Boecler. *intuens*, quod recte a recentioribus Nostri interpretibus revocatum est. Pro *praesente*, quod in Cod. Dan. Leid. 1. et Gu. est, Ax. Ult. *praesenti*. *Ut*, a Lambino inculcatum, in Gu. Ax. Ult. reliquisque antiquioribus deest.]

sente quaestio haberetur, quam absens invidiae crimine accusaretur. Inimici vero ejus quiescendum in 2
praesenti, quia noceri non posse intelligebant, et illud tempus exspectandum decreverunt, quo exisset, ut sic absentem aggrederentur; itaque fecerunt. Nam post- 3
quam in Siciliam eum pervenisse crediderunt, absen-

*Quam absens*] Quod tamen contra legem Atheniensium erat. Vide *Raevardum* 5. *Varior.* 8. Loccenius.

*Invidiae crimine*] Pertinent huc verba Diodori lib. 13. de Alcibiade: alii libri tamen *invidia criminis.* Gebhardus. Editio Ultrajectina: *invidia criminis.* Bosius.

*In praesenti*] Sic Mss. *Magius* edidit *in praesentia.* Venit *Schotto* in mentem rescribere (p. 216.) *in praesens rati.* Nugae. Similiter loquutus *Nepos* infra 25, 12. 5. *Bosius.* [Ult. *et* ante *illud* omittit, atque ad verba *in praesenti* hanc in margine notam addit: *Forte in praesens rati.*]

*Noceri non posse*] Ita Mss. Gif. Dan. Boecl. Alii, in his Ed. Longol. et Ms. Leidensis *nocere non posse.* Lambinus duobus vocabulis auctius: *nocere se ei non posse.* Primusne, et cur, juxta cum ignarissimis scio. nam ipse tacet penitus. *Bos.* Leid. meus *noceri non posset.* Unde video, alium esse Codicem Leidensem, quo viri docti ante me usi sunt. Voss. A. *noceri non posse.* sed supra scriptum erat *nocere.* B. *noceri non posse.* [Vulgatam lectionem, *q. noceri n. p. i.* mancam esse, quisque facile sentiet. Ax. habet: *quare noceri n. p. i.* quod, et ipsum corruptum, veram tamen lectionem continere videtur: *quia ei noceri n. p. int.* Mosche. Gu. *quia noceri non p. int.* ut in textu legitur. Ult. cum antiquioribus Edd. *quia nocere n. p. i.* quod Heusingerus non improbat, quum *se* ante infinitivos frequentissime subaudiatur, et Tizius in textum recepit. v. Staver. supra ad 1, 1, 5. et confer 4, 4, 6. 23, 7, 3. Mihi Cornelius *quia noceri ei non posse intelligebant* scripsisse videtur. Ita facillime apparet, cur in aliis libris *noceri*, in aliis *nocere* expressum sit.]

*Quo exisset, ut sic abs. agg.*] Cod. Leid. *quo si ex. a. a.* msc. Boecl. et Ed. Paris. *quo si ex. ut a. a.* An legendum, *quo sic exisset, ut absentem aggrederentur;* h. e. quo tam longe recessisset Athenis, ut tueri se non posset. Neque enim statim atque urbe exisset, sed *postquam in Siciliam eum pervenisse crediderunt*, reum fecerunt, ut mox sequitur. *Bosius.* Pro *quo exisset*, Voss. B. *quo si exisset.* Voss. A. *quo si existet.* et pro *ut sic absentem* Leid. *ut si absentem.* Voss. A. B. *ut absentem.* [Gu. Ult. omnesque ante Lamb. editi: *quo, si exisset, ut absentem aggred.* Heusinger. hoc loco: *Leid.* 1. quo, si exisset, absentem aggr. *Bene. Illud* ut *ex glossa est, superscriptum fortasse pronomini* quo; sic *a Lambino invectum, cum* ut si *in Mss. aliquibus sit.* Ego Lambini lectionem, quamquam conjectura repertam, meliorem esse existimo.]

*Postquam in Siciliam eum pervenisse crediderunt.*] Justinus Lib. v. cap. 1. dicit hoc accidisse, *dum Athenienses in Sicilia bellum per biennium cupidius, quam felicius gerunt.*

[redacted]



tem, quod sacra violasset, reum fecerunt. Qua de re quum ei nuntius a magistratu in Siciliam missus esset, ut domum ad caussam dicendam rediret, essetque in magna spe provinciae bene administrandae, non parere noluit, et in triremem, quae ad eum

saltem Alcibiades non rediit, nisi poſtquam Athenienses in Sicilia ingentem cladem accepissent. Sic Plut. in Lys. p. 434. *ἐπεὶ δὲ τȣ̃ Πελοποννησιακȣ̃ πολέμȣ μῆκος λαμβάνοντος, καὶ μετὰ τὴν ἐν Σικελίᾳ τῶν Ἀθηναίων κακοπραγίαν, ἀυτίκα μὲν ἐπιδόξων ὄντων ἐκπεσεῖσθαι τῆς θαλάσσης, ὀυ πολλῷ δὲ ὕςερον ἀπογορεύσειν παντάπασιν Ἀλκιβιάδης ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐπιςὰς τοῖς πράγμασι* etc. Thucydides Lib. VI. c. 52. et 53. poſtquam de contentionibus inter Niciam, Lamachum, et Alcibiadem disputaſſet, et quid inter Catanaeos, Camarinaeos, et Athenienses fuiſſet geſtum, memoraſſet, addit *καὶ* (Athenienſes) *ἀποβάντες κατά τι τῆς Συρακȣσίας, καὶ ἁρπαγὴν ποιησάμενοι, καὶ τῶν Συρακȣσίων ἱππέων βοηθησάντων, καὶ τῶν ψιλῶν τινὰς ἐσκεδασμένȣς διαφθειράντων, ἀπεκομίσθησαν ἐς Κατάνην. Καὶ καταλαμβάνȣσι τὴν Σαλαμινίαν ναῦν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἥκȣσαν ἐπὶ τε Ἀλκιβιάδην* etc. Plut. Alcib. pag. 201. *καὶ Νικίȣ μὲν ἀντιλέγοντος, Λαμάχȣ δὲ προσθεμένȣ, πλεύσας* (Alcibiades) *εἰς Σικελίαν προσηγάγετο Κατάνην, ἄλλο δ' ὀυδὲν ἔπραξε, μετάπεμπτος ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἐπὶ τὴν κρίσιν ἐυθὺς γενόμενος.* in Nicia pag. 532. addit, quod *ἔτι τȣ̃ Ἀλκιβιάδȣ παρόντος ἑξήκοντα ναυσὶ πλεύσαντες ἐπὶ Συρακȣ́σας, τὰς μὲν ἄλλας ἀνεῖχον, ὑπὲρ τȣ̃ λιμένος ἔξω παρατάξαντες, δέκα δὲ κατήλαυνον εἴσω κατασκοπῆς εἵνεκα.* deinde pag. 533. *ἀποπλεύσαντος δὲ τȣ̃ Ἀλκιβιάδȣ μετ' ὀλίγων ἐκ Σικελίας.* De paucis his tacet Nepos, de quibus agit quoque Thucydides l. l. cap. 61. nempe *ξυνδιαβεβλημένοις.* qui una cum eo fugerunt *δείσαντες τὸ ἐπὶ διαβολῇ ἐς δίκην καταπλεῦσαι*, de quibus vide quoque Diod. Sic. Lib. XIII. cap. 5.

(p. 217.) *Qua de re quum ei nuntius a m. i. S. missus esset*] In Ed. Oxon. pro *esset*, *est* legitur, ut in Voſſ. B. cl. Schefferus ad Phaedr. lib. 4. fab. 9. hunc locum ita diſtinguendum cenſet, *qua de re, cum ei nuncius missus esset, non parere noluit.* Ubi vide plura de phrasi *qua de re.*

*Non par. noluit*] Perperam alii *voluit*. Praeter *Plutarchum* et *Diodorum* ſtabilit hanc lectionem *Polyaenus*. lib. 1. *Ἀλκιβιάδης ἀπὸ Σικελίας ἀναχθεὶς, ἐπὶ τὴν κρίσιν τῶν περὶ τῶν ἑρμῶν, καὶ τῶν μυςηρίων.* *Gebh.* *Voluit* leg. Voſſ. A. [Cod. Dan. Gu. ut editum eſt: *non parere noluit.* Ult. *parere noluit*, sine *non.*]

*Trierem*] Ita *Gifanius* laudat in *Observation. Lat. linguae*, voce *Tristis*; haud dubie sui codicis fide. Vulgo erat *triremem*. vid. Ind. *Bosius*. Praepoſitionem *in* omittit Leid. non male, vide ad Themiſtocl. c. 8. Heuſingerus ad h. l. adnotat: IN TRIREMEM *in omnibus et scriptis et vulgatis est; Bosius, Gifanio auctore,* TRIEREM *legit, cum tot aliis locis* TRIREMEM *ferat. Nec scio, quis e Latinis voce Graeca usus fuerit, nisi forte Ascon. Pedian. ad Ciceron.* L. 1. *in Verr.* c. 20. *in Ms. Grae-*

*vii*, *etsi et ibi* TRIREMIS *editur.* TRIREMES *non* TRIERES *in columna rostrata*, *et in monumento Ancyrano dicuntur.* Sed consule tu Lector Oudendorpium ad Hirtium de B. Africano cap. 44. et Drak. ad Livium Lib. xxx. cap. 25. jam a me citatos ad Themistocl. cap. 2. in not. post. In MSS. quos ego vidi, h. l. *escendit* non reperitur. Cur autem Heusingerus hic fert *adscendit*, cum in Themist 8. 6. legat *escendit*, ubi etiam de navi agitur, ut hoc loco? Responsum, sat scio, referam: quia hic nulla Codicum est varietas. Sit sane. Sed eadem tamen est locutio; nec quaestio est, utrum *escendere* verbum sit probae notae, sed an Nepos *escendere* adhibuerit in re nautica, et, cum ibi *escendere* scripserit, cur hic posuerit *adscendere*. [Axen. etiam [Gu. Ult.] *triremem*, quod omnino retinendum. *Mosche.* Cum lectio *trierem* idoneis testibus careat, neque enim Gifanius diserte dicit, se codicis sui fidem in scribenda hac voce secutum esse, nos ex omnibus et codd. et editt. *triremem* revocavimus. Pro *ascendit* Ult. *conscendit.*]

*Quae ad eum erat deport. missa*] Alii nave Salaminia reduci jussum esse Alcibiadem tradunt. *Scholia in Aristophanis Aves*: Ἀθηναῖοι γὰρ πέμπουσι τὴν σαλαμινίαν, Ἀλκιβιάδην μεταστελλόμενοι ἐπὶ κρίσει τῆς τῶν μυστηρίων ἐκμιμήσεως. Et superius addiderunt, δια τὴν περικοπὴν τῶν ἑρμῶν. Quae fuerit autem *Salaminia* Navis, paucis est explicandum. Habebant Athenienses duas in parato naves, quarum quae *Salaminia* nominabatur, adhibebatur ad adducendos eos, qui in jus erant vocati, extraque urbem rebus praeerant: altera vero, *Πάραλο* dicta, serviebat sacrificiis. Auctor *Scholiorum in Aristophanis* Ὄρνιθας: *Δύο εἰσὶ νῆες ὑπηρέτιδες παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις*, ἡ Πάραλος καὶ ἡ Σαλαμινία. ὧν ἡ μὲν Σαλαμινία τοὺς ἐκκαλουμένους εἰς κρίσιν ἦγεν, ὁ δὲ Πάραλος τὰς θεωρίας ἀπῆγεν, τουτέστι τὰ εἰς θυσίαν πεμπόμενα. Vide *in Ranas* eundem. Unde et haec *sacra navis* appellatur. *In Comici Acharnenses*: καὶ ἱερὰ ναῦς τῶν Ἀθηναίων Πάραλος καλεῖται. Inde intelligendus *Polyaenus in Lysandro*: Ὅτι μὴ μία ἡ πάραλος ἔφυγεν Ἀθήναζε μόνη τῆς ἥττης ἄγγελος. alibi vocat *ναῦς* sive *τριήρεις δημοσίας ταχυναυτούσας*: item *ὑπηρέτιδας*, h. e. ἐπὶ τὰ τῆς πόλεως χρείας πεμπομένας. Restat, ut quaeram, an eadem vel alia navi restitutos civitati arcessierint? quandoquidem Justinus 13, 5, 11. *Ob quod factum, missa ab Atheniensibus obviam nave, ab exilio revocatur De-* (p.218) *mosthenes.* Ut eamdem in revocando adhibuisse eos credam multa persuadent, quae alibi promam. *Gebhardus.* De nave Salaminia ad Alcibiadem missa, adde *Thucydidem* 6. *Diodorum* 13. *Plutarchum in Pericle* et *Lysandro*, *Suidam*, etc. De utraque *Petitum ad leges Attic.* 3, 2. pag. 253. Thucydides tamen et Diodorus scribunt, eum in propria navi, sed una cum Salaminia, vectum. *Bosius.* Plut. Alc. pag. 202. vocat Salaminiam navem triremem καὶ ἀποβὰς τῆς τριήρους. facilis autem Alcibiadi fuit fuga, nam juxta Thucydid. Lib. vi. cap. 61. εἴρητο δὲ προειπεῖν αὐτῷ ἀπολογησομένῳ ἀκολουθεῖν, ξυλλαμβάνειν δὲ μὴ θεραπεύοντες τό τε πρὸς τοὺς ἐν τῇ Σικελίᾳ στρατιώτας τε σφετέρους καὶ πολεμίους μὴ θορυβεῖν etc. Haec pluribus confirmat Plut. pag. 202. unde dicit non φύλακας, sive custodes, ut Nepos, sed ἔκρυψεν ἑαυτὸν, καὶ διέφυγε τοὺς ζητοῦντας. qui ζητοῦντες erant in navi Salaminia, non in navi, qua Alcibiades vehebatur juxta Diodorum l. l. unde simpliciter refert hic, μετὰ τῶν

[redacted]



4 deportandum erat missa, ascendit. Hac Thurios in Italiam pervectus, multa secum reputans de immoderata civium suorum licentia crudelitateque erga nobiles, utilis-

συνδιαβεβλημένων διαδρὰς ἐκποδὼν ἐχωρίσθη. [Cod. Dan. Ed. Bos. 2. *erat deportandum.* Sed reliqui omnes, etiam Gu. atque Ultr. *deportandum erat*, quod jam Harlesius restituit.]

*Ac*] Msc. Boecl. *hac*, scil. navi. Nisi tamen adspiratio a librarii manu est, ut saepe alias. *Bos.* Leid. *haec*, Voss. B. *hac*. quod non spernendum. [Ita etiam Gu. Ult.]

*Utilissimum ratus*] V. *Plutarch. in Alcib.* pag. 202. et *apophth. regiis*, *Aelianum* 13, 38. *Bosius.* Pro *ratus* Leid. *raptum.* Diod. Siculus Lib. XIII. c. 5. dubitare videtur, utrum Alcibiades religionis violatae sibi conscius, an inpendentem sibi tempestatem evitare conatus, fugerit: quem secutus est Justinus Lib. V. cap. 1. cum Nepote Plutarchum et Aelianum facere post Bosium P. Wesseling ostendit ad Diod. l. l. num. 47. Quidquid sit, fuga Alcibiadis turbavit Niciam, nam solus tum supererat ibi, collega Lamacho interempto quoque, et quidem valetudine non satis firma, ut Diod. Siculus Lib. XIII. cap. 8. et Thucydides Lib. VI. c. 103. (*Νικίας*) *δὴ μόνος εἶχε Λαμάχου τεθνεῶτος τὴν ἀρχήν*, de hoc ejus morbo etiam Plut. in Nicia pag. 534. unde literas misit Atheniensibus, novos collegas, triremes, et pecuniam petens. Diod. l. l. morbum, quo laborabat, vocat *νόσον νεφρῖτιν* in sua epistola apud Thucydid. Lib. VII. c. 15. quae integra legitur et legi digna est a c. 11. ad c. 16. Quam egregie tamen post Lamachi mortem sese gesserit, refert idem Lib. VI. cap. 101, 102. unde non est, quod Orosius Lib. II. cap. 14. in fine dicat: *Nicias indignam turpemque vitam dedecore captivitatis adcumulat*, secutus Justinum Lib. IV. cap. 5. in fine; sed modestius tamen locutum: *Nicias autem ne Demosthenis quidem exemplo, ut sibi consuleret, admonitus, cladem suorum auxit dedecore captivitatis.* Accurate de Niciae interitu scribens Thucydides Lib. VII. c. 86. de eo testatur ἥκιστα δὴ ἄξιος ὢν τῶνγε ἐπ' ἐμοῦ Ἑλλήνων ἐς τοῦτο δυστυχίας ἀφικέσθαι, διὰ τὴν νενομισμένην ἐς τὸ θεῖον ἐπιτήδευσιν. ubi vide Duker. Non igitur ejus vita fuit indigna et turpis. Sed contempta quodammodo propter deditionem sui, quam fecit nimis fisus fidei Gylippi. v. Thucyd. l. l. et hinc Philisti de eo judicium apud Pausaniam Lib. I. cap. 26. a clar. Haverkampio ad Orosium laudatum, unde nondum facti me poenitet, quod in not. post. ad c. 3. scripserim *infelici, et praeclare rebus gestis egregiisque animi dotibus indigna cum morte vitam commutavit.* Jure merito Athenienses *Siciliae amissum, et La-* (p. 219.) *cedaemoniorum victorias culpae suae tribuerunt*, ut Noster cap. 6. adnotat, nam si non statim revocassent domum Alcibiadem (v. Fabric. ad Orosium l. l. num. 16.) melius ipse Nicias rem gessisset, aut saltem Alcibiades rem Niciae superstitione fere perditam restituisset, licet variae contentiones inter utrumque fuerint, de quibus Plut. in Alcibiade pag. 190. et pag. 200, 201. Pelop. pag. 279. et in Arist. pag. 322. praecipue Thucydid. Lib. VI. cap. 15, 16. et seqq. Dedidit sese Nicias non nisi postquam Demosthenis, novi

simum ratus, impendentem evitare tempestatem, clam

sui collegae, post Lamachi caedem una cum Eurymedonte ab Atheniensibus ad se missi, (v. Justinum Lib. IV. cap. 4. et Thucyd. Lib. VII. cap. 16, 17.) milites sese dedidissent. v. Thucydid. Lib. VII. cap. 82. et seqq. et Eurymedon jam quoque caesus esset in prima acie fortissime dimicans. v. Justin. L. I. cap. 15. et Diodor. Lib. XIII. c. 13. et Thucydid. Lib. VII. c. 52. cum Plut. in Nic. pag. 539. quibus adde Fabric. ad Orosium L. II. cap. 14. num. 27. quidquid tamen sit, hinc pessime semper audiit Nicias. v. Aristid. Rhet. Tom. I. pag. 75. licet, quum ad arma venit, strenue semper et supra vires, quae tenues erant, pugnaverit, sed rem cunctando restituere conatus de sua spe saepius deciderit. v. Plut. in Nicia pag. 533, 534. et seqq. infelicior sane, quam segnior, cujus fortunae antea secundae inviderunt Athenienses, ut Plut. Nic. pag. 536. Niciae adjuncti quoque fuerant ab Atheniensibus Menander et Euthydemus ante adventum Demosthenis et Eurymedontis, ut Thucydides Lib. VII. cap. 16. refert, sed juxta Plut. pag. 536. Ἐυρυμέδων δὲ διὰ Χειμῶνος προεξέπλευσε, Χρήματα κομίζων, καὶ συςρατήγυς ἀποφαίνων, ᾑρημένυς τῷ Νικίᾳ τῶν ἀυτόθι ςρατευομένων Ἐυθύδημον καὶ Μένανδρον. Sed quam imprudenter et infeliciter hi praelio navali, invito Nicia inito, dimicaverint, idem Plut. ibi narrat. Adde Thucydid. Lib. VII. cap. 69. Nicias vero licet summa necessitate coactus, voto suo potitus fuit, nam juxta Plut. pag. 538. ὁ δὲ Νικίας Χαλεπῶς ἤκυε τὴν φυγὴν, καὶ τὸν ἀπόπλυν, ὐ τῷ μὴ δεδιέναι τὺς Συρακυσίυς, ἀλλὰ τῷ μᾶλλον τὺς Ἀθηναίυς, καὶ τὰς ἐκείνων δίκας καὶ συκοφαντίας φοβεῖσθαι. δεῖν μὲν ὐν ὐδὲν ἀυτόθι προσδοκᾶν ἔφασκεν. ἐιδὲ συμβαίη, μᾶλλον αἱρεῖσθαι τὸν ὑπὸ τῶν πολεμίων θάνατον, ἢ τὸν ὑπὸ τῶν πολιτῶν. Interea, si verum dicere liceat, Nicias suum interitum debuit Alcibiadi, qui in suo exsilio Spartanos impulit, ut mitterent Gylippum ducem, ad convellendas Atheniensium, quae tum in Sicilia essent, vires. Plut. Alcibiad. pag. 203.

*Impendentem evitare tempestatem*] Calamitatem atque infortunium capiti imminens et intentatum. Valer. Maxim. L. VI. cap. V. *Eaque justitia illa* tempestas *ab utriusque fortunis et capite depulsa est.* Claud. de B. Getico v. III.

*At vero Italiam quoties circumstetit atrox*
Tempestas, *ipsumque caput laesura pependit.*

Tacit. Lib. XI. Annal. cap. 31. *Ferunt Vettium Valentem lascivia in praealtam arborem connisum, interrogantibus, quid aspiceret, respondisse,* tempestatem *ab Hostia atrocem, sive coeperat ea species, seu forte lapsa vox in praesagium vertit.* Curt. Lib. X. cap. 3,4. figura suavissima, *quantam,* inquit de Vespasiano, tempestatem *subita serenitate discussit.* Patercul. II. cap. 72. F. *Exitialem* tempestatem *fugientibus statio pro portu fuit.* Gebhard. Nihil Latinis familiarius. Vide Livium lib. 2. cap. 55. et 56. lib. 3. cap. 38. lib. 4. cap. 44. Manut. ad Ciceron. lib. 5. ad Fam. Ep. 13. cl. Duker. ad Florum lib. 2. cap. 6. n. et 9. et cl. Burmann. ad Phaedr. L. 3. f. 10. vs. 42. sic Graecis Χειμὸν pro calamitate et Χειμάζεσθαι pro calamitate affligi. (p. 220.) Vide Ill. Spanhem. ad Aristophan. Ran. vs. 364. unde

[redacted]



se a custodibus subduxit, et inde primum Elidem, deinde Thebas venit. Postquam autem se capitis damnatum, bonis publicatis, audivit, et, id quod usu venerat, Eumolpidas sacerdotes a populo coactos, ut se devoverent, ejusque devotionis, quo testatior esset memoria, exemplum, in pila lapidea incisum, esse posi-

et *Χειμέριος* pro calamitoso, ut docent Scholia Sophoclis Philoct. vers. 1191. vel, ut in aliis edd. vs. 1209. et ut *belli tempestas* Latini, sic *Χειμῶν δορὸς* dixere Graeci. Vide Scholia Sophoclis in Antigone vs. 681. et Pindari O. Iſthm. 7. vs. 53. pro quo *κλύδων δορὸς* usus Euripides Phoeniſſ. vers. 866. et in Supplic. vs. 474.

*Inde primum Elidem*] Thucydides 6. *trajecit in Peloponnesum*. Diodorus 13. *Cum ex Italia in Peloponnesum trajecisset, Spartam se contulit*. Atque ita fere *Plutarchus*. Lambinus. Leid. *Eludem*. Plutarch. pag. 202. a Lambino citatus addit *ἐτύγχανε μὲν ἐν Ἄργει διατρίβων*. pergit pag. 203. *φοβύμενος δὲ τὺς ἐχθρὺς, καὶ παντάπασι τῆς πατρίδος ἀπεγνωκὼς, ἔπεμψεν ἐς Σπάρτην*. etc.

*Deinde*] Dan. *dein*. [Ita etiam Ult. Pro *a cust*. Gu. *ab cust.*]

*Postquam autem se capitis damn.*] Praeter *Thucydidem*, *Diodorum*, et *Plutarchum*, vide *Aelianum l. c.* et *Justinum* 5, 1, 3. *et* 4. Boſius.

*Capitis damnatum, bonis publicatis*] Nam capital erat, myſteria evulgare; et sacrilegii rei capite damnabantur, bonaque eorum publicabantur. vid. *Petitus ad LL. Attic.* 1, 1. pag. 33. et 8, 4. pag. 562. Alcibiadem autem *mysteria enuntiasse* creditum, e *Justino*; *sacrilegii damnatum*, e noſtro inf. cap. 6, 4. apparet. *Bosius*.

*Eumolpidas*] Sic recte *Aldus*, et qui eum secuti sunt; nam Eumolpidas devovere solitos, docent quae *Lambinus* e *Thucydidis* 8. et *Suida* in *Εὐμολπίδαι*, adduxit, quanquam scripti plerique *Olympidas*, quidam, *Longolio* teſte, *Molpades* legunt. Sed quod idem *Aldus*, et qui eum secuti sunt, expuncta voce *sacerdotes*, quae in Mſſ. habetur, *et Cerycas* repoſuerunt, id merito rejicit *Magius*. Etsi paſſim *Eumolpidas et Cerycas* Graeci, et hac ipsa in re *Plutarchus*, jungunt; quod fecit, credo, ut *Aldus* contra librorum fidem heic quoque reponeret; id, quod etiam infra cap. 6, 5. fecit, ubi eadem, quae hoc in loco, librorum scriptura, eademque ratione emendanda eſt. *Bosius*. Vide de Eumolpidis Torrent. ad Sueton. in Nerone cap. 12. Schol. Sophocl. Oed. Col. 1046. et Hudson. in Variis Lection. ad Thucyd. L. 8. cap. 53. Leid. *Olympiadas*. Voſſ. A. et B. *Olympidas* male. De hoc loco consule etiam Notas ad Juſtinum Lib. 5. cap. 1. num. 3. Falsterus in Amoenitatibus Philologicis legendum putat: *Eum. sac. a populo coactas*, quoniam ex ejus sententia nemo in dubium vocare poteſt, quin Eumolpidae fuerint feminae, quem docte refutarunt Eruditi Lipſienses in Actis M. Aprilis 1733. p. 175. [Leid. 1. *Olympidas*. Gu. *Olimpiadas*.]

*Testatior*] Leid. *testatio*. Mattaire *esse* pro *esset* edidit. [Ult. *ejus dev.* sine copula.]

*In pila lapidea incisum*] Infra

positum in publico, Lacedaemonem demigravit. Ibi, 6
ut ipse praedicare consueverat, non adversus patriam, sed inimicos suos bellum gessit, quod iidem hostes essent civitati. Nam quum intelligerent, se plurimum prodesse posse reipublicae, ex ea ejecisse, plusque irae suae, quam utilitati communi paruisse. Itaque 7
hujus consilio Lacedaemonii cum Persarum rege ami-

(c. 6, 5.) non unam, sed plures fuiſſe pilas demonſtrat, in quibus exsecratio eſſet inciſa. *Magius*. Videntur non solum damnationes capitales et proſcriptiones, (notum eſt Diagorae Melii caput in aenea columna fuiſſe venale propoſitum. Vide *Scholia in Aristophanis Aves*, pag. 592. F.) sed etiam multae a Graecis irrogatae pilis eſſe inciſae. *Diodorus* 16: *Ὁ δὲ φιλό-* (p. 221.) *μηλος ἐπαρθεὶς τῇ νίκῃ* (de Locris parta) *τὰς τῶν Ἀμφικτυόνων ἀποφάσεις ἐκ τε τῶν στηλῶν ἐξέκοψε, καὶ τὰ περὶ τῶν καταδίκων γράμματα. Gebhardus.*

*Lacedaem. demigr.*] Sic *Plutarchus in Alcibiade*, et *Diodorus Sicul.* Lib. 13. Hoc item *Polyaenus* refert pluribus verbis Lib. 1. *Strateg.* Lambinus. Add. *Justin.* 5, 1. *Bosius.*

*Praedicare consueverat*] Exſtat popularis concio de hac re apud *Thucydidem* 6. Longolius. [Ult. *consuerat.*]

*Non advers. patriam*] Imo Lacedaemonios impulit, Atheniensibus, adverso praelio turbatis, ultro bellum inferre (*Justin.* 5, 1, 4.) qui non magis Athenis ipſis quam civibus earum parcebant. Sic injuriam sibi, uti putabat, illatam alienis armis suoque ductu vindicatum ivit; obtentu belli non patriae, sed inimicis faciendi, quasi per eorum latus etiam patria non peteretur aut turbaretur. *Loccenius. Suos* poſt *inimicos* in Leid. non reperitur. Eodem modo dicit Hermolaus Alexandro apud Curtium Lib. VIII. cap. 7, 9, 12. *Persarum te vestis et disciplina delectat: patrios mores exosus es. Persarum ergo, non Macedonum, regem occidere voluimus, et te transfugam belli jure persequimur.*

*Quod iidem*] Dan. [Gu.] *quod eidem*. Bosius. Sic et Leid.

*Nam quum intelligeret*] *Longolius* contextum emendari volens, depravavit: sic enim legit, *Nam cum illi intelligerent se plur. obesse reip. quod ex ea illum ejecissent, videbat eos plus i. s. q. u. c. p.* quae emendatio nullorum codicum vetuſtorum fide adseri poteſt. *Magius.*

*Prodesse posse*] Sic MSS. Dan. et Boecl. Ab aliis *τὸ posse* aberat. *Bos.* Leid. etiam profert *posse*. Pro *ejecisse* Leid. *jecisse*. [Etiam Ax. Gu. et Ult. *posse* addunt.]

*Itaque hujus consilio*] Vid. egregiam rationem Alcibiadis. Primo firmat Lacedaemoniorum res amicitia Persarum, ut pares eſſent: deinde infringit Atheniensium res non ſtatim vi, sed consilio ante: primo Decelia munita, deinde Jonia abducta. *Buchnerus.* Vide *Plutarch. Alcib.* et *in apophthegm. reg. Thucyd.* 7. *Isocrates orat. de Pace* et *de Bigis*. *Scholiastes Aristophanis ad Ranas* 5, 4. v. 1469. *Aelian.* 13, 38. *Polyaen.* 1. etc. *Bosius.* Pro *Persarum* Leid.

[redacted]



citiam fecerunt; deinde Deceleam in Attica munierunt, praesidioque perpetuo ibi posito in obsidione Athenas tenuerunt. Ejusdem opera Joniam a societate averterunt Atheniensium. Quo facto multo superiores bello esse coeperunt.

*Persa*, sic et Vossian. A. [Ult. *Persa.*]

*Deceliam in Att. munierunt*] Nam eo pacto Atheniensibus reditus, cum e regione, tum ex argenti fodinis intercipiebant. *Polyaen.* l. 1. *Gebhard.* v. Thucyd. Lib. VI. cap. 91. et Duker. ad Lib. VIII. cap. 1. num. 30. et Wess. ad Herodot. Lib. IX. cap. 73. lin. 62. et not. post. nec non Aristidem Rhetorem Oration. T. I. pag. 370, 387. adde clar. Perizon. ad Aelian. Lib. II. V. H. cap. 5. num. 3. et L. 13. cap. 38. L. 6. Nota hic Hoogstratani errorem, qui Deceleam vocat Asiae minoris regionem, quum sit Atticae oppidum tribus Hippothoontidis. v. Meursii Reliqua Attica cap. 4. quae fuit inter duodecim illas urbes, quas in (p. 222.) unam coegit Theseus, ut e Strabone Lib. IX. pag. 609. jam ostendit Meursius idem in Theseo cap. 17. pag. 65. de ejus situ agit etiam mox Bosius. De historia hac post alios in Atheniensium laudem declamavit Aristides Oration. Tom. I. pag. 160. sive in Panathenaic. et notas ad eumd. pag. 554. *Munire* est Graecis ἐπιτειχίζειν. v. Duk. ad Thucyd. Lib. 1. cap. 122. L. 69. Leid. [Gu.] *Deinde Celeam*: Voss. A. [Ult.] *dein Deceleam.* B. [Ax.] *deinde Deceleam*; idque clar. Perizonius ad L. L. praeferre videtur: tamen *Deceliam* legendum docet clar. Oudendorp. ad Frontinum Lib. 1. cap. 3. num. 16. sed perinde est. Consule clar. Munckerum ad Hyginum fab. 243. ubi de *Anticlia* et *Anticlea* agit. [In Frontini Codicibus l. l. *Decelia* scribitur, sed apud Nostrum optimi libri, quibus Ed. Argentor. et Longol. accedunt, *Decelea* exhibent, idque, Heusingero etiam ac Moschio probatum, reposui.]

*In Attica*] Leid. in *Affrica.*

*Perpetuo ibi*] Dan. invertebat: *ibi perp.* Bosius. [Ita et Ax. Guelph.]

*In obsid. Ath. ten.*] *Scholia Aristoph. loco citato* ἡ δὲ Δεκέλεια χώρα ἐν Ἀττικῇ, ἧς τειχισθείσης μέγας ὁ κίνδυνος Ἀθηναίοις μὴ δυναμένοις ἐξελθεῖν. Aberat autem Athenis maxime stadia CXX. Testis *Thucydides* lib. 7. cap. 19. *Bosius.*

*Opera*] Hic notat *labore* et *auxilio*; vide clar. Scheff. ad Phaedr. Lib. 1. fab. 11.

*Joniam averterunt*] Et insulanos obsidione pressis haud in fide mansuros. *Polyaenus.* Cicero pro Sextio. *Qui mentem optimi viri fictis terroribus a defensione meae salutis averterant. Gebhard.*

## CAP. V.

Neque vero his rebus tam amici Alcibiadi sunt 1
facti, quam timore ab eo alienati. Nam quum acer-
rimi viri praestantem prudentiam in omnibus rebus cog-
noscerent, pertimuerunt, ne caritate patriae ductus
aliquando ab ipsis descisceret, et cum suis in gratiam
rediret. Itaque tempus ejus interficiendi quaerere in- 2
stituerunt. Id Alcibiadi diutius celari non potuit. Erat
enim ea sagacitate, ut decipi non posset, praesertim,
quum animum attendisset ad cavendum. Itaque ad Tis-
saphernem, praefectum regis Darii, se contulit. Cujus 3

*His rebus*] Voss. B. *His verbis rebus.*

*Nam cum*] Alias odii et timoris caussas vide apud *Plut. Alcib.* et *Thucydid.* 8. Adde *Justin.* 5, 2, 4. et 5. *Bosius.*

*Ab ipsis*] Ms. Boecl. *ab his.* Bosius. [Ita et Ax.]

*Tempus*] Occasionem et opportunitatem. Annibal. tempore *dato adiit ad regem.* Infra hac ipsa vita: tempus *rei gerendae non dimisit.* Gebhard. Vide Cort. ad Sallust. Catil. 20, 15.

*Interficiendi*] Ms. Dan. [Gu. Ult.] *interficiundi*, *ἀρχαϊκῶς.* *Bosius.* Leid. *interfaciendi.*

*Id Alcibiadi celari n. p.*] De constructione verbi *celari* confer (p. 223.) not. post. cum notis Heusingeri; et P. Burmann. Sec. in Antiklotzio pag. 26. [Latinae linguae regula poscit: *Id Alcibiades diutius celari non potuit.* Fieri potuit, ut sequentis vocis prior syllaba adjiceretur praecedenti. Certe, alium quemquam ita dixisse, nondum probatum est. Vid. dissertat. meam de error. grammat. in Exercit. Societ. Lat. Jenens. tom. 1. pag. 138. *Heusinger.* Confer Oudendorpium, a Staverio in not. post. laudatum, ad Hirt. de B. Alexand. cap. 7.]

*Erat enim ea sagac.*] Aliter *Justinus*, qui per uxorem Agidis, quam adulterio cognoverat, id eum rescivisse ait. *Bosius.*

*Tissaphernem*] Leid. *Thissaphernem.* B. [Ax.] *Tisaphernem.* Cod. P. Dan. Voss. A. *Thysaphernem.* Codicis Vossiani B. scriptura praeferenda est. Ita per unam litteram *S* in Mss. legitur apud Justinum L. 5. cap. 1. num. 7. teste a Gronovio. vel si per duplex *S* mavis, per me licet. Thucydides enim L. 8. cap. 5. et alibi hunc vocat *Τισσαφέρνην.* *Τισαφέρνην* vocat Plut. in Lys. pag. 435. Adde cl. Oudendorp. ad Frontin. Lib. 1. cap. 8. Strateg. num. 42. Darius hic Artaxerxis filius vocatur a Thucydide l. l. qui Artaxerxi Xerxis filio in regnum successerat: ut Fabric. ad Orosium Lib. II. cap. 15. a quo Tissaphernes praefectus Lydiae vocatur. Hunc Tisaphernem a Lacedaemoniis alienavit, et ad Atheniensium partes traduxit. v. Perizon. ad Aelian. L. IV. V. H. c. 9.

[redacted]



quum in intimam amicitiam pervenisset, et Atheniensium, male gestis in Sicilia rebus, opes senescere, contra Lacedaemoniorum crescere videret, initio cum Pisandro praetore, qui apud Samum exercitum habebat, per internuntios colloquitur, et de reditu suo facit mentionem. Erat enim eodem, quo Alcibiades, sensu,
4 populi potentiae non amicus, et optimatum fautor. Ab hoc destitutus, primum per Thrasybulum, Lyci filium, ab exercitu recipitur, praetorque fit apud Samum;

*Cujus cum in int. amic.*] Morum similitudo sc. eos conjunxit. Itaque (ut narrat *Plutarchus*) statim Alcibiades apud eum fuit primus et maximus. Nam cum Tissaphernes esset minime simplex, sed malitiosus et rerum improbarum amori deditus, mores Alcibiadis versatiles et varios, et inaequabiles, et singularem ingenii solertiam admirabatur. *Lambinus.* Alias intimae hujus amicitiae caussas adfert *Justinus* 5, 2, 5. *et seqq.* Bosius. Leid. *cujus quum intimam am. p.*

*Male gestis*] V. *Thucydid.* 7. *et* 8. *Diodor. Sicul.* 13. *Bosius.* Adde Aristidem Sophistam Oration. Tom. I. pag. 363, 364. *et seqq.* de navium in Sicilia amissarum numero vide Perizon. ad Aelian. L. v. V. H. cap. 10. num. 5.

*Opes senescere*] Minui ac debilitari. Diodor. *τὰ τῶν Ἀθηναίων πράγματα πεσόντα* dixit. Cicero dixit: *laudem senescentem*, quae decrescat vel exolescat, de Oratore. *Laudem alicujus jam prope* senescentem *ab oblivione hominum revocare.* Liv. Lib. 35. *Ut cunctando senescerent consilia. Gebhard.* Adde clar. Duker. ad Flor. prooem. lib. 1. num. 8.

*Contra Lacedaemoniorum*] Leid. *contra Lacedaemonium.*

*Pisandro*] Leid. *Pidico.* Voss. A. *Pysandro.*

*Erat enim eodem, quo Alcibiades*] Voss. B. [Ax.] *Erat enim eodem Alcibiades.*

*Ab hoc destitutus*] Schottus germanam codicis sui lectionem pro- (p.224) nunciat, *adhoc destitutus.* Id est, praeterea ab amicis desertus. Non semel vocula hac in eum significatum utitur Tacit. Lib. 1. Hist. cap. 6. *Multi* adhoc *numeri e Germania ac Britannia et Illyria.* lib. 12. Annal. cap. 20. *suscipi bellum avio itinere, importuoso mari:* adhoc *reges feroces, vagos populos, solum frugum egens.* Gebhardus. Immo a Pisandro adjutum auctor est *Thucydides* 8. Itaque *Schottus* e suo codice malebat, *Adhoc destitutus*, et exponebat, *Praeterea ab amicis desertus.* quod ineptum esse, cuilibet contextum recte inspicienti manifestum est. *Bosius.*

*Lycei*] Sic Dan. Gif. Sch. codices. Alii: *Lyci.* Bosius. Leid. *Licet filium.* Voss. A. B. [Gu.] *Lycei filium. Lyci* tamen praeferrem, licet Heusingerus illud ἀρχαϊκῶς dictum pronuntiet. Pro *Thrasybulum* Voss. A. *Trasybulum.* et paullo ante pro *Optimatum* Voss. A. [Gu. Ult.] *optimatium.* Pro *fautor* Voss. B. *fauctor.* [Ult. *Lyci,* quod 8, 1, 1. legitur, atque ex omnibus edd. ante Bos. ab Harlesio h. l. restitutum est.]

post, suffragante Theramene, populiscito restituitur, parique absens imperio praeficitur simul cum Thrasybulo et Theramene. Horum in imperio tanta commutatio rerum facta est, ut Lacedaemonii, qui paullo

*Theramene*] De Theramene pluribus egi in not. post. A Plutarcho in Lysandro male vocari *Anconis filium* Theramenem jam viderat Meursius Lib. v. Attic. Lect. cap. 14. qui pluribus de hoc Theramene agit, item de *Socrate*, et *Isocrate* confusis. Nepotem illustrat Diodorus Siculus Lib. XIII. cap. 38. καὶ γὰρ τὸν Ἀλκιβιάδην οὗτος μόνος (Theramenes) συνεβούλευσε κατάγειν, δι' ὃν πάλιν ἑαυτοὺς ἀνέλαβον. Adde Wess. ad lin. 72. qui e Thucydide ostendit, Thrasybulum militibus auctorem fuisse, ut Alcibiades in gratiam, et patriam reciperetur. Confer Lambinum ad h. l. de Theramenis morte etiam Orosius Lib. II. cap. 17. de Theramenis vario ingenio Suidas in Πρόδικον δικαστὴν ἐπὶ φίλων. unde exagitatus ab Aristophane in Ranis. vs. 546. et 998. cum Scholiis. Hic Theramenes h. t. auctor fuerat, ut optimates quadringenti Reip. praeficerentur, et idem paullo post impulsor fuit, ut de gradu hoc dignitatis dejicerentur. v. Wess. ad Diodor. l. l. lin. 68. et hinc Cothurnus fuit cognominatus, nempe propter τὸ μὴ μόνιμον, ἀλλὰ καὶ ἐπαμφοτερίζον ἀεὶ τῇ προαιρέσει τῆς πολιτείας. Plut. Nic. p. 524. de hoc Reip. Statu adde notas ad Aristidem. p. 280. sive in not. pag. 554. Est quoque, qui statuit Theramenem fuisse praecipuum auctorem triginta virorum constituendorum; alii vero adfirmant, eum huic consilio fortiter fuisse adversatum. vide Wess. ad Diod. Sicul. Lib. XIV. cap. 3. num. 90.

*Populiscito*] Reposui et heic vocem immerito ejectam, auctoritate codicum Gif. Dan. Leid. [Gu.] et Editionis Ultrajectinae adductus. nam in aliis omnibus erat *plebiscito*. vide supra *ad* 3, 1, 5. *Bosius*. Leid. *plebescito*, nec non Voss. A. [Ita etiam Ax. non *populiscito*.]

*Parique abs. imper. praefi- cit.*] Membr. Schotti: *parique abiens imp. reficitur*. Bosius.

*Horum imperio*] Ms. Boecler. *Horum in imp*. Bosius. *Horum in imperio* etiam Voss. A. B. Vide Cort. ad Ciceron. 1. ad Fam. Ep. 4. num. 6. [Ax. *Horum imperio*, non: *horum in imperio*. Etiam in Ed. principe, utraque Paris. Ald. et Mag. praepositio deest, sed Gu. Ed. Arg. Long. et Ult. *horum in imperio*, ut Staver. edidit.]

*Tanta rerum commutatio facta*] Quid et quantum profuerit Atheniensibus Alcibiadis reditus, multis verbis persequitur *Isocrates in Orat. περὶ ζεύγους*. *Lambinus*. Caesar. l. 3. Civil. c. 68. (p. 225.) (*fortuna*) *magnas rerum* commutationes *effecit*. L. 6. Comm. 12. *Adventu Caesaris facta* commutatione *rerum*. Μεταβαλόντων τῶν πραγμάτων. Attius Bruto.

> *Nam id, quod de sole ostentum est tibi,*
> *Populo* commutationem *rerum portendit fore.*

Infra Dione: *has tam prosperas res consecuta est subita* commutatio. Cicero: *O miseram et in brevi tam celerem Reip.* commutationem. *Gebhardus*.

[redacted]



ante victores viguerant, perterriti pacem peterent. Victi enim erant quinque praeliis terrestribus, tribus navalibus, in quibus ducentas naves triremes amiserant,
6 quae captae in hostium venerant potestatem. Alcibiades simul cum collegis receperat Joniam, Hellespontum, multas praeterea urbes Graecas, quae in ora sitae sunt Asiae, quarum expugnarant complures, in his Byzantium; neque minus multas consilio ad amicitiam adjunxerant, quod in captos clementia fuerant usi.
7 Ita praeda onusti, locupletato exercitu, maximis rebus gestis, Athenas venerunt.

*Perterriti*] Voff. A. *praeterriti.*

*Pacem peterent*] Poft pugnam sc. navalem ad Cysicum pugnatam, in qua Mindarus Laced. Imperator pugnans ab Alcibiade interfectus eft, ut tradunt *Xenophon.* 1. *de reb. Gr.* Diodor. 13. *et Plutarch. in Alcib.* p. 207. Lambin. Add. *Polyaen.* 1. Bofius. Plut. in Lys. pag. 434. dicit *Ἀλκιβιάδης ἀπὸ τῆς φυγῆς, ἐπιςὰς τοῖς πράγμασι, μεγάλην μεταβολὴν ἐποίησε, καὶ κατέςησε τὰς ναυτικὰς ἀγῶνας εἰς ἀντίπαλον ἀυτοῖς.*

*Victi enim erant*] Lege *Diod. l. c.* Lambin. [Ult. *amiserunt.*

*In ora sitae sunt Asiae*] Pro *ora* Cod. P. Dan. [Gu.] *hora.* Pro *sitae* Voff. B. *sita.*

*Quarum expugnarant complures*] Sic et Ms. Dan. ac Sch. praeferebatque etiam *Lambinus.* Alii: *quamplures. Pet. Daniel* putabat leg. *quas exp. complures:* sed invitis libris. *Bosius.* Confule Lector, clar. Oudendorp. ad Frontin. lib. 2. Strateg. cap. 12. num. 15. *Quamplures* Leid. et Voff. B. Pro *expugnaverant* Leid. *expugnarant,* item Voff. A. et Cod. P. Dan. [Codex Schott. *quarum expugnarant quamplures* (non: *complures*) Ita etiam Gu. Sed Ult. *quarum expugnaverunt complures.* Pro *expugnarant* Axen. *expugnaverant.*]

*In his Byzantium*] Vide auctores modo laudatos. *Bosius.* Pro *Byzantium* Leid. *Bacantium.* Voff. B. *Bisantium.*

*Quod in captos clementia fuer. usi*] Quomodo consilio Alcibiades multas urbes sibi adjunxerit, vid. *Front. Strateg.* 2, 5, 44. et 3, 2, 6. et 3, 9, 6. Qua clementia erga Athenienses et Byzantios fit usus, *Diodorus Siculus* 13. tradit. *Loccenius.*

*Inde* Quaedam edd. *Ita.* Bosius. *Onusti* propric. Vide Servium ad Virgil. 1. Aen. vs. 293. Tennul. et Oudendorp. ad Frontin. lib. 1. cap. 4. Strateg. n. 6. Voff. B. *honusti.* Pro *locupletato* Voff. A. *locupleto.* Diodor. Siculi a Lambino ad h. l. citati de hac praeda locus eft L. XIII. cap. 68. v. Weff. ad num. 93. [Ax. Gu. Ed. Argent. Long. Mag. et Ult. *Ita pr. on.* quod Heufingerus merito praefert, et Titzius jam in textum recepit.]

[redacted]



## CAP. VI.

His quum obviam universa civitas in Piraeeum descendisset, tanta fuit omnium exspectatio visendi Alcibiadis, ut ad ejus triremen vulgus confluеret, proinde ac si solus advenisset. Sic enim populo erat 2
persuasum, et adversas superiores, et praesentes secundas res accidisse ejus opera. Itaque et Siciliae amissum, et Lacedaemoniorum victorias culpae suae tribuebant, quod talem virum e civitate expulissent. Neque id sine caussa arbitrari videbantur. Nam postquam exercitui praeesse coeperat, neque terra neque mari hostes

(p.226.) *His quum obviam*]Lege quae de magnifico et glorioso Alcibiadis reditu *Xenophon* 1. *rer. Graec. Justinus* 5. 4, 9. *seqq.* et *Plutarchus in vita*, scripta reliquerunt. *Magius.*

*Piraeeum*] Leid. *Pyreum.* Voss. B. *Piraeum.*

*Perinde*] Msc. Dan. *proinde*; ut 6, 2, 2. et infra v. 4. *Bos. Proinde* etiam Leid. Vide clar. Burmann. ad Quinctilian. l. 5. Instit. Orat. cap. 9. Cur Heusingerus hic retineat *perinde*, cum in Lys. cap. 2. §. 2. *proinde* reposuerit, caussam video nullam, nam §. 4. hujus capitis iterum retinet *proinde*, et ita in Nepote legendum jam vidit Oudendorpius ad J. Caesarem Lib. III. de B. Civ. cap. 1. §. 5. ut in not. post. jam ostendi; de *proinde* et *perinde* in Mss. saepius confusis clar. Ruhnken. ad P. Rutilium Lupum Lib. 1. §. 8. pag. 31. [Ax. Gu. Ult. *perinde.*]

*Sic enim populo*] Praeter scriptores modo laudatos, v. *Isocrates Orat. ad Philipp.* Bosius.

*Amissum*] Sic *Aldus* edidit, firmantque Mss. meliores, in his Dan. et Gif. vid. *Gif. Ind. Lucr.* v *Refutatus.* Dictum vero, ut *emissus* apud *Lucretium*, 4, 205. et similia alia, collecta eidem *Gifanio* in *conjectus*, et eruditiss. *Gronovio Observ.* 3, 21. *Magius* tamen et Schedae Schotti: *admissum*; quod possis exponere, peccatum, erratum; nam *admittere*, interdum est committere, perpetrare. Sed altera lectio haud dubie melior. *Bosius.* Westerhovius ad Terent. Eun. 1, 2, 81. legit *Siciliam amissam*, sed non producit Codicis cujusdam auctoritatem: et quae ibi vir iste disputat de voce *talis*, occupaverant jam dudum clar. Schopp. et Burmann. ad Phaedr. lib. 3. fab. 9. vs. 10. Leid. *Siciliae amissum.* Voss. A. *Siciliae amissum imperium.* Pro *talem virum e civitate expulissent* Voss. A. *talem virum ex civitate expulissent.* v. Broukh. ad Propert. I. III. 36. [Etiam Gu. Ult. *amissum*, quod jam in utraque Paris. edit. legitur.]

*Neque id sine caussa*] Leid. *sine causa.*

3 pares esse potuerant. Hic ut e navi egressus est, quamquam Theramenes et Thrasybulus eisdem rebus praefuerant, simulque venerant in Piraeeum, tamen illum unum omnes prosequebantur, et, id quod numquam antea usu venerat, nisi Olympiae victoribus,

*Potuerant*] Alii, [Ed. Arg. et Long.] *potuerunt*. Bosius.

*Hic ut navi*] Leid. *Ut e navi*. (p. 227.) Mox Dan. *unum illum*. Bosius. *Ut navi* tamen Leid. meus, sed ut Cod. Dan. *unum illum*, ita et Vossian. A. Plut. Alcib. pag. 209. contra Durim Samium, haud vero similia de Alcibiade referentem, adnotat, quod Alcibiades *ὃν πρότερον ἀπέβη τῆς τριήρους, πρὶν στὰς ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ἰδεῖν Εὐρυπτόλεμόν τε τὸν ἀνεψιὸν παρόντα, καὶ τῶν ἄλλων φίλων, καὶ οἰκείων συχνοὺς ἐκδεχομένους, καὶ παρακαλοῦντας.* [Leid. 1. *ut e navi*, probe. *Heusinger*. Ita etiam Gu. Ult. v. supra ad 2, 7, 1. Tum Gu. *tamen unum omnes illum*. Sic et Ax. non: *unum illum omnes*.]

*Prosequebantur*] Quidam libri, teste *Lambino*, *persequebantur*. Bosius. Leid. *persequebantur*, et *omnes* abest.

*Olympiae victoribus*] Non attendo clar. Schotto, *Olympia vincentibus* supponenti. Quia sic locutus est *Ennius*, non continuo ita loqui placet *Cornelio* nostro. Quod autem *Magius*, *Et id quod illi nunquam antea usu venerat*, *nisi Olympiae victori*, corrigit, recte idem aspernatur: sed mallem additas rationes. Enimvero non negat, honoratos fuisse priores Duces coronis: sed nulli praeter Alcibiadem in ingressu esse promiscue a vulgo ingestas. Quod *Magius* ex *Plutarcho* objicit, *Thesei praeconem*, *qui de Thesei adventu et salute nuncium obtulerat*, *plausu coronisque fuisse exceptum*, nihil ad *Cornelium* nostrum; quippe diversi sunt Praeco et Praetor, sive Imperator; deinde quid saeculo fabuloso cum historia? *Gebhard.*

*Nisi Olympiae victoribus*] *Atqui nemo* (*ni fallor*) *coronas Olympicas aureas aeneasve fuisse litteris prodidit; in reliquis quoque sacris Graeciae agonibus nullus dicit*, *victoribus tales datas esse coronas. Nam* (*ut a quibusdam scriptum invenio*) *qui Olympicis certaminibus vicisset*, *coronam ex olea*, *ut aliis placet*, *ex oleastro reportabat: qui Pythiis*, *lauream coronam cum malis: qui Isthmiis*, *ex pinu confectam*: *qui vero Nemmaeis*, *apio coronabatur*. Ita *Magius ad h. l.* (quem et *Lambinus* sequitur.) Quare ita existimat, *Nostrum non innuere*, *consuetudinem in Graecia fuisse*, *ut Olympiae victores aureis aeneisque coronis donarentur; sed genera duntaxat coronarum in Alcibiade expressisse*, *in Olympionicis vero non item: ad hos enim genus*, *ad Alcibiadem species intendere*. Olympionicas tamen denique non oleaginis modo coronis, ut antiquitus, sed aliquando aureis quoque donatos fuisse, etiam e *Pindaro Olympior. od.* 8. *stroph.* 1. *Thucydide lib.* 4. *subfin.* et *Tertulliano de anima* c. 29. pridem docuerunt viri docti, in his *Muretus Var. lection.* 15, 7. et *Pet. Faber Agonistici* 2, 22. Quamquam apud *Pindarum ἀέθλους χρυσοστεφάνους*, quorum *mater* Olympia dicitur, καλλιστεφάνους interpre-

coronis aureis aeneisque vulgo donabatur. Ille lacrimans talem benevolentiam civium suorum accipiebat,

tantur non modo recentiores Interpretes, sed etiam *Scholia Graeca* vetera, ipsamque oleam victoribus datam καλλιστέφανον cognominari volunt; quod prolixe refellit *Faber*. Bosius.

*Coronis aureis*] Duces ob res praeclare gestas, aliosque magnos viros ob merita insigniora, coronis aureis adfectos fuisse, vulgatissimum est. *Diodorus* lib. 13. de Dionysio superiore, cum Italiotas praeter spem dimisisset incolumes, et sine lytro: Ἐπὶ δὲ τούτοις, exsequitur, ἐπαίνου τυχὼν ὑπὸ τῶν εὐπαθόντων χρυσοῖς στεφάνοις ἐτιμήθη, καὶ σχεδὸν τοῦτ' ἔδοξε πράττειν ἐν τῷ ζῇν κάλλιστον. Curtius 4, 5, 11. *Iisdem fere diebus solenne erat ludicrum Isthmiorum, quod* (p. 228.) *conventu totius Graeciae celebratur. In eo concilio decernunt, ut duodecim legarentur ad regem, qui ob res pro salute Graeciae ac libertate gestas coronam auream donum victoriae ferrent.* Vide *Aristophanem Avibus* pag. 600. G. Nec viri solum, sed et feminae iisdem donis ornatae. *Diodorus* lib. 11. Οἱ δὲ καρχηδόνιοι τῆς σωτηρίας παραδόξως τετυχότες τάντατε δώσειν προσεδέξαντο, καὶ στέφανον χρυσοῦν τῇ γυναικὶ τοῦ Γέλωνος Δαμαρέτῃ προσωμολόγησαν. *Gebhardus.* Plura *Freinshemius ad Curtii* 4, 5, 11. De Romanis exempla habes apud *Plinium Natur. histor.* 33, 3. *extremum* et *ejusd.* lib. cap. 4. *Bosius.* Vide, Quos laudat clar. Burmann. ad Petron. Satyric. cap. 60. pag. 303.

*Aeneisque*] *Muretus*, loco paullo ante laudato, cum haec Nepotis verba adduxisset, *Cur*, inquit, *aeneas quoque coronas addat, non immerito quaeri potest. Nam ut Glauci Homerici vecordia ridetur, permutantis* χρύσεα χαλκείων; *ita ridicula videri potest haec* χρυσέων καὶ χαλκείων *permistio. Ego vero non dubito, quin verba corrupta sint, ita ut legendum sit* taeniisque. *Solebant enim fere taeniae cum coronis conjungi. Empedocles:*

Ταινίαισί τε περίστεπτος στέφεσίν τε θαλείοις.

*Idque manifesto confirmat, quod apud Thucydidem* lib. 4. c. 121, *de Brasida legitur: quem Scionaei, re praeclare gesta, ut Olympionicen excepisse, et ut Graeciae liberatorem corona aurea et taeniis revinxisse dicuntur.* Athletam *enim cum dicit, Olympionicen intelligit.* Haec *Muretus*, quem, sed suppresso illius nomine, sequitur nuperus scriptor *Agonisticae sacrae*, *Jacobus Lydius*, c. 45. pag. 175. *Gebhardus* tamen ineptum censebat, cogitare, Historicum brevitatis diligentem, prolixum esse voluisse in commemorandis coronarum accessoriis, quae adesse, illis temporibus nemo ignoraret. Quare tuebatur vulg. lectionem, et explicabat, Alcibiadem a populo duplici coronarum genere, pro facultatibus cujuslibet, esse donatum: a divitibus, *aureis*; a pauperibus, *aeneis*. Ampliss. *Boeclerus* aliquando legendum arbitrabatur *coronis aureis aeneisque statuis*, ductus similitudine loci 16, 5, 5. ubi Pelopidam interfectum *coronis aureis et statuis aeneis donaverunt.* Quam emendationem idcirco rejicit nuperus *Corneliani Indicis interpolator*, quod *Nepos* vocem *statuis* praemissurus potius fuerit; quo modo in duobus alteris locis 16, 5.

[redacted]



4 reminiscens pristini temporis acerbitatem. Postquam astu venit, concione advocata sic verba fecit, ut nemo tam ferus fuerit, quin ejus casum lacrimarit, inimi-

23, 9, 3. hoc modo, *statuisque aeneis*: praesertim cum h. l. aliud substantivum jam praemiserit adjectivo, scripseritque *coronis aureis*, non *aureis coronis*. At quis nescit, plerosque scriptores veteres non adeo accurate semper verba ordinare? Quod autem ipse mavult τὸ *aeneis* absolute positum, subaudiendumque substantivum *statuis*, ut in illo *Varronis* apud *Nonium*: *Hic Demetrius aeneas tot aptu'st* (sic scribere debebat) *Quot luces habet annus absolutus*: id quam ineptum sit, nemo non videt; quis enim credat, tam obscure et ambigue loqui potuisse Nostrum? nemo enim haec lecturus erat, quin τὸ *aeneasque* ad *coronas* referret. Mihi, dum melior nulla suppeditat, expositio *Gebhardi* placet. praesertim cum *aeneis coronis* veteres usos fuisse, clare appareat e *Plinio Natur. histor.* 21, 2. et 34, 8. quamquam *idem* inter Romanos usitatas lib. 22, 3. non memorat. *Bosius*. Locis, quos *Muretus* citat, adde Festi testimonium in voce *Taenia*, ubi inter alia verba haec Ennii leguntur: *Volans de coelo cum corona et taeniis*. Ernstius. Ego cum Mureto praeferrem *taeniisque*. Plut. in Pericle pag. 167. Periclem mulieres *στεφάνοις ἀνέδουν, καὶ ταινίαις, ὥσπερ ἀθλητὴν νικηφόρον*. Hae taeniae describuntur a Servio ad Virg. (p. 229.) v. Aen. 269. et a Festo et aliis. Plut. in Alcib. pag. 210. simpliciter scribit *στεφάνοις μὲν ἐστεφανώθη Χρυσοῖς*, et addit, *ᾑρέθη δὲ καὶ κατὰ γῆν ἅμα, καὶ κατὰ θάλασσαν στρατηγὸς αὐτοκράτωρ*. id quod confirmatur, praeterquam a Nepote cap. 7. a Diodoro Siculo Lib. XIII. c. 69.

*Lacrimans*] Etiam Voss. A. Cod. P. Dan. *lacrumans*. sic mox *Lacrimarit* Voss. A. et B. Pro *benevolentiam* Leid. et Voss. A. B. *benivolentiam*.

*Reminiscens*] In Phocione, *Cum alii reminiscentes veteris famae, aetatis miserarentur*. Gebhardus. Cod. Dan. [ Gu. ] *reminisci*. An igitur expungendum τὸ *accipiebat*, et verbum *lacrimans* active, ut commate sequenti, accipiendum? *Bosius*.

*Astu venit*] Cod. P. Dan. Leid. Voss. A. [ Gu. Ult. ] *astum venit*. Voss. B. *astu cepit*, *venit e concione advocata*, et mox pro *verba fecit*, *verba facit*. *Advocata* vero *concione* propria est locutio. Virgil. lib. 5. Aen. 44.

*— Socios in coetum littore ab omni*
*Advocat Aeneas*.

Ad quem locum Servius dicit. Advocat Aeneas, *advocata enim concio proprie dicitur*. Front. lib. 1. Strateg. cap. 8. Ex. 5. *Concione* advocata *aptari jussit milites ad pugnam*. Consule clar. Burmann. ad Phaedr. l. 1. fab. 14. vs. 13. [ Ax. *verba fecit*; simul autem *e* puncto est notatum, signoque superimposito commendatur *a*, *facit*. Quae lectio est Voss. 2. *Mosche*.]

*Concione*] In qua pro se dicens, ostendit, se nihil impie fecisse, et contra jura omnia e civitate exterminatum esse. *Xenophon* lib 1. *de reb. Graec.* Lambinus.

*Casum*] Sic meliores edunt Ultraject. *causam*; alii *causa*. Schottus.

[redacted]



cumque his se ostenderit, quorum opera patria pulsus fuerat, proinde ac si alius populus, non ille ipse, qui tum flebat, eum sacrilegii damnasset. Restituta ergo huic sunt publice bona, iidemque illi Eumolpidae Sacerdotes rursus resacrare sunt coacti, qui eum devoverant, pilaeque illae, in quibus devotio fuerat scripta, in mare praecipitatae.

*His se ostenderit*] Voss. A. *iis se ost.* pro *patria pulsus* Voss. B. *patria epulsus.* forsan *expulsus.*

*Ac si alius populus*] Similiter *Tacitus* 1. *Hist.* 45. 1. ubi de Othone ad imperium evecto: *Alium crederes senatum, alium populum*, etc. Et 2. Hist. 90, 1. de Vitellio: *tanquam apud alterius civitatis senatum populumque magnificam orationem de semet ipso promsit.* Gebhard. Apud eundem primores civitatis 2. Hist. 64. 3. *Populi mobilem animum; et si se ducem praebuisset, easdem illas adulationes pro Vespasiano fore.* Simile inconstantiae popularis exemplum in Cicerone habes, olim expulso, et post humeris totius Italiae reportato. *Bosius.* Vid. Periz. ad Aelian. Lib. XIII. V. H. cap. 38. num. 12. [Ult. *perinde ac si.*]

(p. 230.) *Sacrilegii*] Sacrorum violatorum seu profanatorum, nam *Sacrilegus* non tantum qui sacras res rapit et compilat; sed quacunque ratione violat, latine dicitur. Tibull. lib. 3. El. 5.

*Nec nos* sacrilegos *templis admovimus ignes.*

Quem locum tali correctione deformarat Scaliger.

*Nec nos* Sacrilegi *templis admovimus ergo.*

Florus lib. II. cap. 17. *non sine quodam* Sacrilegii *metu et horrore.* Gebhardus. V. Ind. *Bos.*

*Eumolpidae*] MSS. *Olympidae.* sed vide ad cap. 4, 5. dicta. *Bos.* Leid. [Gu.] et Voss. A. B. *Olympidae.* Pro *iidemque* Leid. [Gu.] et Voss. B. *eidemque.* paullo ante *ergo* abest a Leid. [Ult. *iidem Eum. sac.* sine *que* et *illi.*]

*Rursus resacrare*] *Rursus* deest in Ms. Cod. De verbo *resacrare* vide Petri Pithoei lib. 1. Adversar. subsecivor. cap. 10. et Heraldi animadv. ad Arnobii l. 1. p. 33. *Ernstius. Lambinus* mallet *resecrare.* v. Ind. Ms. Ernstii vox *rursus* aberat. Sed vide denuo indicem, voce *Rursus.* Bosius. Leid. et Voss. A. B. et Cod. P. Dan. *resacrare; Rursus* omnibus meis MSS. adest, et adesse debet. Pleonasmus hic optimis scriptoribus familiaris satis notus est. Vide praeter alios Doctiss. Snakenburg. ad Curtium lib. 3. cap. 11. §. 14. Ut vero *resacrare* pro *resecrare* in MSS. sic *interfaciendi* pro *interficiendi* Leid. m. supra cap. 5. num. 4. et *dejurare* in MSS. pro *dejerare* scribitur. Vide Gronovium ad A. Gellium lib. 1. N. A. cap. 3. *detractare* pro *detrectare*; et *dispartiri* pro *dispertiri* Cort. ad Sallust. Jugurth. cap. 53. in fine. Neque semper in compositis Veteres sonum simplicis vocis mutasse, docet Broukhus. ad Propert. II, XXIV, 22. [Ult. *resecrare.*]

*Pilaeque illae, in q. d. f. s. in m. praecipitatae*] Msc. *praecipitare.* Unde alia manus cor-

[redacted]



rexit, *pilasque illas.* Boeclerus. Supra cap. 4. 5. unam pilam duntaxat commemoravit. *Diodorus* autem dicit, non pilas in mare praecipites actas, sed *δίκας*, *sententias et lites.* Lambinus. Consule Weff. ad hunc Diodori locum, qui eſt Lib. XIII. cap. 69. num. 27. Voff. B. *Pilasque illas, in quibus devotio fuerat scripta, in mare praecipitare.*

## CAP. VII.

1 Haec Alcibiadi laetitia non nimis fuit diuturna. Nam quum ei omnes essent honores decreti, totaque respublica domi bellique tradita, ut unius arbitrio gereretur, et ipse postulasset, ut duo sibi collegae darentur, Thrasybulus et Adimantus, neque id negatum esset, classe jam in Asiam profectus, quod apud Cymen minus ex sententia rem gesserat, in invidiam

*Non nimis*] Vide Isocratis Orat. ad Philippum. p. 94. *Ernst.* Sic reposui e MII. Gif. Schott. [Gu. Ult.] et Boecl. apparentque hujus lectionis veſtigia etiam in (p. 231.) Excerptis Dan. quae habent *nimis.* Vulgo erat *minus.* Bofius. In aliis legitur *minus*, sed *non nimis* Leid. et Voffian. A. B.

*Omnes essent*] Sic Dan. [Gu. Ult.] Alii invertunt. *Bos.* Sic et Leid. cui *τὸ ei* abeſt; et *essent* abeſt Voff. B. qui pro *Haec Alcibiadi*, exhibet *hoc Alcibiadi.*

*Ut duo sibi collegae*] V. sup. ad cap. 3, 1. *Bosius.*

*Thrasybulus et Adimantus*] Voff. A. *Trasibulus et Adamanthus.* v. Not. poſt.

*Classe jam in Asiam*] Ita Ms. Boecl. Aliis *τὸ jam* abeſt. *Bosius.* adeſt Voff. B. [Deeſt in Gu. Ult.]

*Quod apud Cymen minus ex sentent. rem gess.*] A Cymaeis enim, cum eorum agros vaſtasset, multosque captivos abduxiſſet, coacti sunt Athenienſes captivis relictis ad naves confugere, ut narrat *Diodor.* 13. Nil igitur attinet, haec ad pugnam navalem, ab Antiocho gubernatore, absente Alcibiade, cum Lysandro haud procul Lesbo ad Notium commiſſam, referre, quod faciebat *Lambinus.* Quid enim illa ad Alcibiadem, qui interdixerat Antiocho, ne pugnaret? *Bosius.*

*In invidiam*] Diodorus *ἡ δόξα ἐθραύετο.* *Gebhard.* Ita et *Xenophon.* *Plutarchus* ait, a Thrasybulo accusatum, idque multis criminibus; *Diodorus* partim a Cumaeis, quod urbem sociorum oppugnaſſet, agrumque vaſtaſſet; partim a militibus quibusdam, quod Lacedaemoniorum rebus ſtuderet, et amicitiam cum Pharnabazo coleret. *Bosius.* Praepoſitio *in* abeſt codici Leidensi. Juxta Plut. in Alcibiad. pag. 210, 211. Alcibiades jam in invidiam incidit et odium suorum adversariorum,

recidit. Nihil enim eum non efficere poſſe ducebant. 2
Ex quo fiebat, ut omnia minus proſpere geſta ejus culpae tribuerent, quum eum aut negligenter aut ma-

quod urbem Andrum non ceperit, quam cur non ceperit, cauſſam refert Diod. Sicul. Lib. XIII. cap. 69. Caſtello hujus urbis impoſuerat Thraſybulum Thraſonis filium, teſte eodem Diodoro, sed qui ei inimiciſſimus Athenas profectus, Alcibiadem variis obruit criminibus. v. Plut. p. 211. Haec Andros defecerat ab Athenienſibus. v. Xenophont. Lib. I. Hiſt. Gr. pag. 342, 343. qui Alcibiadem ad Gaurium, Andri caſtellum, ſtatuiſſe tropaeum refert.

*Ejus culpae* ] Vide *Plutarchum* pag. 211. Ms. Boecl. *ejus* aberat. *Boſius*. *Ejus* abeſt Voſſ. B. [Ult.] et Leid. pro *loquerentur* Leid. *loqueretur*.

*Negligenter, aut malitioſe* ] Vid. *Juſtin*. 5, 5, 4. *et seqq.* Boſius. Leid. *quum aut eum*. ita et Voſſ. B. Negligentia Alcibiadis haec sane dici poteſt, quod in Cariam ad colligendos nummos, quibus indigebat, contendit, classi praefecto Antiocho sibi chariſſimo propter receptam coturnicem, quae ex Alcibiadis pallio avolaverat. Plut. Alcib. pag. 195. Sed qui bonus quidem gubernator, sed homo inprudens, et inportunus contra Alcibiadis (p. 232.) praeceptum apud Epheſum Lyſandri classi inſultavit, qui Lyſander, Alcibiadis abſentia cognita, vanum hunc hominem navali praelio vicit, et Athenienses ingenti clade affecit. v. Plut. pag. 211. et in Lysand. pag. 435. et Pausan. Lib. III. cap. 17. et Lib. IX. cap. 32. Diodor. Siculus vero Lib. XIII. cap. 71. refert Alcibiadem cum longis navibus Clazomenas petiiſſe, quia haec urbs in Athenienſium societate permanens, exſulum quorumdam populationibus graviter adfligebatur; attamen hac clade audita, quam celerrime poterat, revertit, et Lyſandrum ad pugnam provocavit, verum juxta Plut. Lyſander *ἠγάπα νενικηκὼς καὶ ὐκ ἀντανήγετο*. Juxta Diodorum non auſus eſt in aciem progredi Lyſander. Xenophon Lib. I. H. Gr. pag. 344. scribit *Ἀλκιβιάδης δὲ ἀκύσας, Θρασύβυλον ἔξω Ἑλλησπόντυ ἥκοντα τειχίζειν Φώκαιαν διέπλευσε πρὸς αὐτὸν, καταλιπὼν ἐπὶ ταῖς ναυσὶν Ἀντίοχον τὸν αὐτῦ κυβερνήτην ἐπιςείλας μὴ ἐπιπλεῖν ἐπὶ τὰς Λυσάνδρυ ναῦς*. Sed huic praecepto non paruit Antiochus, ut idem cum aliis memorat, qui etiam agit de Alcibiade reverso, *ἐλθὼν εἰς Σάμον ἀνήχθη ταῖς ναυσὶν ἁπάσαις ἐπὶ τὸν λιμένα τῶν Ἐφεσίων, καὶ πρὸ τῦ ςόματος παρέταξεν, εἴ τις βύλοιτο ναυμαχεῖν. ἐπεὶ δὲ Λύσανδρος ὐκ ἀντανήγαγε διὰ τὸ πολλαῖς ναυσὶν ἐλαττῦσθαι, ἀπέπλευσεν εἰς Σάμον*. unde videmus inter hos scriptores non convenire de Alcibiadis itinere. Plutarch. Lyſ. pag. 435. simpliciter dicit *Ἀλκιβιάδης εἰς φωκαίαν ἐκ Σάμυ διέπλευσεν*. Nonnulla de hac hiſtoria dedere ad h. l. Lambinus, Interpretes ad Juſtinum L. v. c. 5. et Fabricius ad Oroſium L. II. cap. 16. num. 17. De tempore itineris agit Xenophon l. l. his verbis: *Καὶ ὁ μὲν Λύσανδρος, ἐπεὶ αὐτῷ συνετέτακτο ἀνελκύσας τὰς ἐν τῇ Ἐφέσῳ ναῦς, ὔσας ἐννενήκοντα, ἡσυχίαν ἦγεν ἐπισκευάζων καὶ ἀναψύχων αὐτάς*. [Ax. *cum autem eum*. In quibus *autem* aperte falsum: debebat eſſe *aut*, sed nec id suo loco poſitum. *Moſche*. Gu. Ult. omnesque ante Lambin. edd. *aut eum*, quod recte a Lambino mutatum eſt.]

[redacted]



litiose fecisse loquerentur, sicut tum accidit. Nam corruptum a rege capere Cymen noluisse, arguebant.
3 Itaque huic maxime putamus malo fuisse nimiam opinionem ingenii atque virtutis. Timebatur enim non minus, quam diligebatur, ne, secunda fortuna magnisque opibus elatus, tyrannidem concupisceret. Quibus

*Sicut tum accidit* ] Leid. *Sicut tamen accidit.* Voff. A. B. [Gu.] *Sicut tum accidit.* [Ult. *Sic et tum accidit.* In Ed. principe, utraque Paris. Ald. Mag. et Lamb. *tum* omittitur.]

*A Rege*] Aut ab ejus Satrape Pharnabazo, cui arguebant ejus inimici eum effe amicum. *Diodorus l. c.* Lambinus.

*Capere Cymen noluisse*] Atqui foederata urbs Cyme, ac proinde capi ne quidem debuit. Et accusatum idcirco a Cymaeis Alcibiadem *Diodorus* ait. Quid igitur? An legendum *voluisse* ? Atqui repugnant, quae praecessere. Neque Diodorus ait, *capere voluisse Cymen*, sed agros eorum vaftaffe, ipsosque ad pugnam provocaffe. An de alia urbe cogitabimus ? Ita volebat vir doctus. Sed quid prohibet, etiam foederatam urbem tentatam Atheniensium arcano juffu credere? Certe *Diodorus* non ait idcirco dejectum imperio, quod Cymaeos aggreffus fuiffet, sed tantum ob *τὰ περὶ τὴν Κύμην ἡμαρτημένα*, *ea quae circa Cymen peccasset.* Bosius. Weffelingio ad Diodor. Sicul. L. XIII. cap. 74. Bosii conjectura de arcano Atheniensium juffu videtur improbabilis, ut jam monui in not. poft.

*Maxime putamus malo fuisse nim. opin.*] Sic *Lambinus* edidit. Dictumque, ut *esse calamitati*, *invidiae*, *gloriae*, *opprobrio*, *perniciei*, *praesidio*; quarum locutionum exempla vide in Ind. v. *Esse. Cicero ad Att.* 14, 21. de Caesare: *clementiam illi malo fuisse, qua si usus non esset, nihil ei tale accidere potuisse.* Vulgati fere omnes: *imputamus malo caussam fuisse*, plane inepte et soloece, *Lambini* judicio. A codice tamen Danielis *τὸ caussam* aberat. Msc. Boecl. *huic maximo malo*, *imputamus caussam fuisse nim. opin.* Locus haud dubie corruptus, cui vix (p. 233.) medeare sine meliorum codicum auxilio. *Bos.* Leid. *imputamus.* Voff. A. *putamus*, B. *imputamus*, qui pro *maxime*, *maximo.* Agnoscunt tamen *caussam* Leid. meus et Voff. A. B. *τὸ caussam* ab aliis in exsilium ejectam codicum arbitrio revocavi. adde quae notavi ad Pausan. cap. IV. §. 5. in prioribus et pofterioribus notis. [Gu. ut Dan. codex: *Itaque huic maxime imputamus malo fuisse nimiam op. i. a. v.* Recepta lectio non Lambinum auctorem habet, sed jam in optima Ult. edit. reperitur.]

*Nimiam opinionem ingenii atque virtutis*] *Nepos* non Alcibiadis ipfius, sed populi *opinionem* de ingenio ac virtute ejus defignat. *Bos.* Hanc vocem illuftravit Tennulius ad Frontinum Lib. 1. Strateg. cap. 1. n. 58.

*Tyrannidem concupisceret.*] Hoc incertum effe dicit Plutarch. in Alcib. pag. 210. [Pro *opibus elatus* Ed. princeps, Arg. Paris. 2. Ald. Ult. Long. et Mag. *elatus opibus*, quod Fischerus melius putat. E codd. nulla varietas allata eft.]

rebus factum est, ut absenti magistratum abrogarent, et alium in ejus locum substituerent. Id ille ut audi- 4
vit, domum reverti noluit, et se Pactyen contulit,

*Ut absenti magistratum abrogarent*, Plut. Lys. pag. 435. ita rem narrat: postquam de Antiocho gubernatore classi praefecto egisset, suis ludibriis Lysandrum incendente ad pugnam navalem *τέλος ἐναυμάχυν συμπεσόντες*, nempe Lysander et Antiochus, *ἐνίκα δὲ Λύσανδρος, καὶ πέντε καὶ δέκα τριήρεις λαβὼν, ἔστησε τρόπαιον. ἐπὶ τύτῳ τὸν Ἀλκιβιάδην ὁ μὲν ἐν ἄστει δῆμος ὀργισθεὶς ἀπεχειροτόνησεν.* [Ult. *Quibus rebus factum*, sine *est.*]

*Alium*] Imo alios, eosque decem; quorum nomina commemorant *Xenophon Hist. Graec.* 1. et *Diodorus* 13. Lambinus. Cononem suffectum ait *Justin.* 5, 5, 4. et 5, 6, 1. *Bosius.*

*Et se Pactyen. cont.*] Longolii est emendatio: *Et se Perinthum contulit*, qua Lambinus cum Savarone acquiescunt. At non Abrahamus Ortelius, qui ex Ptolemaei Thraciae descriptione et Plutarchi Alcibiade legit, *Et se Pactyam contulit, ibique tria castella communivit, Bornos, Bisanthen et Macrontichos.* Gebhardus. Mira in libris varietas. Vulgati ante Longolium *Pataram* exhibent, quod merito suspectum *Longolio. Patara* enim Lyciae civitas, ut e *Scylacis periplo, Strabone* 14. *Mela* 1, 15. *Plinio* 5, 17. *Ptolemaeo* 5, 3. *Eustathio ad Dionysium*, aliisque cognoscimus. At Alcibiadem *in Thraciam se contulisse*, sequentia docent. Et *Patara* longius distabant Hellesponto, circa quem hucusque egerat. Praeterea *Patara* plurali, non singulari numero dicta, Graece *τὰ πάταρα.* nullus ergo locus *τῷ Pataram* relinquitur. Idem *Longolius* ait, vet. codicem habuisse *Parinthum.* Itaque legendum putabat *Perinthum;* quod in textum recepere *Lambinus, Savaro*, et quicunque post eos Nepotem ediderunt. etsi jam *Magius* monuerat, se in nullo exemplari *Parinthum* aut *Perinthum* legisse; quod neque postea quisquam, quod sciam, reperit. neque juvat *Longolium*, quod *Byzia*, cujus mox Noster meminit, haud longe Perintho absit. nam et falsum hoc, cum Byzia haud procul Salmydesso sinu ad Pontum Euxinum; Perinthus haud longe ab ostio Propontidis sita fuerit: et corruptam esse eam vocem mox patebit. Denique veteris editionis, in qua *Lambinus* ait fuisse *Peritam*, non major est auctoritas, quam aliarum, quae *Pataram* habent. E manu exaratis Puteaneus habuit *patere pactis*; Savaronis *Petyc*; Danielis optimus, *Pactyae.* Unde non dubitavi cum Ortelio reponere *Pactyen.* Fuit autem *Pactye*, Graecis *Πακτύη*, (p. 234.) urbs in Isthmo Chersonesi Thraciae haud procul ore Propontidos sita: cujus meminere *Periplus*, qui vulgo sub nomine *Scylacis Caryandensis* circumfertur pag. 27. *Scymnus Chius* in fragmento *Peripli*, ab *Hoeschelio* primum sub nomine *Marciani Heracleotae* edito, *prope finem, Excerpta Strabonis sub fin. libri* 7. *Solinus cap.* 16. *Ptolemaeus* 3, 11. Corruptum ejus nomen apud *Plinium* N. H. 4, 11. *Illustrant duae urbes utrinque littora, quae haud dissimili modo tenuere: Pactiae a Propontide, Cardia a Melane.* Legendum, *Pactye.* Huc se contulisse Alcibiadem, facile sibi persuadebat, qui in *Thraciam* eum *introiisse*, sive

[redacted]



ibique tria castella communivit, Bornos, Bysanthen, Ne-

*ad castella sua* in Chersonesum navigasse; et, cum frustra Cymaeorum agrum vastasset, *Mytilenem*, Lesbi urbem, *regressum;* denique paullo post *propinquum* classe Atheniensium, quae ad Aegospotamos subsistebat, fuisse, cogitaverit, quorum illud *Nepos*, et *Xenophon Hist. Graec.* istud *Diodorus*, hoc *Plutarchus* pag. 212. tradunt. Et dubitationem omnem tollit *Diodorus*: qui, cum retulisset, *Alcibiadem*, *magistratu cedentem*, *Cononi* novo praetori, *tradidisse exercitum*, diserte subdit, *desperato Athenas reditu, cum una triremi Pactyen Thraciae concessisse. Μετα δὲ τριήρυς μιᾶς εἰς Πακτύην τῆς Θράκης ἀπεχώρησε.* quem locum miror viros doctos non observasse. *Magius* tamen opinabatur, *Nepotem* regionem quandam potius, quam urbem, significare voluisse: quod addat, Alcibiadem *ibi tria castella communivisse.* Absurdum enim esse censere, ea fuisse in urbe communita. At quis dubitet, posse *τό ibi* et tractum circumvicinum, ut alibi, significare? Non magis probare possum, quod addit, videri castella haec non in Thracia, sed alibi, munita: cum *Nepos* dicat, Alcibiadem postquam ea munivisset, *manum collegisse, et in Thraciam introiisse.* Nusquam enim ait, id *postea* demum factum: sed solummodo, *primum* Graecorum *manu collecta in Thraciam introiisse.* Et statim illuc transiisse, clare docent verba *Diodori* modo adducta. *Plutarchus* quoque in *Lysandro* pag. 435. *e castris in Chersonesum* (Thracicam puta) *navigasse*, ait. *Bosius.* Leid. *Pactyes.* Voss. A. *Pethye.* Voss. B. *Paterum.* ubi pro glossa in marg. notatum erat *proprium nomen loci. Pactyen* retine. v. not. post. [ Gu. *Pactyen.* Ult. *Patara*, et in margine: *Al. Pactiae.* ]

*Tria castella*] Quae in Chersoneso Thracica habebat. *Xenophon* 1. *Hist. Graecae: Λαβων τριήρη μίαν, ἀπέπλευσεν ἐς Χεῤῥονησον, ἐς τα ἑαυτȣ͂ τείχη. Plutarchus Lysandro* pag. 438. *ἐτύγχανε* (*Ἀλκιβιάδης*) *περὶ Χεῤῥόνησον ἐν τοῖς ἑαυτȣ͂ τείχεσι διαιτώμενος.* Prope Bysanthem sita fuisse, ex eodem *Plutarcho in Alcibiade* colligas: qui ait inter capita accusationis Alcibiadis fuisse et *τῶν τειχῶν κατασκευὴν, ἃ κατεσκεύασε ἐν Θράκῃ περὶ Βυσάνθην* (seu ut in Codice Vulcobiano fuit, *περὶ Θράκην ἐπὶ Βυσάνθην*) *ἀυτῷ καταφυγήν.* Nisi tamen *τείχη* illa de muris aut propugnaculis circa ipsam Bysanthen exstructis, accipienda sunt. *Bosius.*

*Bornos*] Nusquam alibi, quod sciam, hujus loci mentio. Itaque verane sit lectio, an corrupta, affirmare non possumus. *Ornos* inter XIV. urbes Provinciae Thraciae Europae recenset *Notitia veterum Provinciarum et urbium Imperatori Romano Constantinopoli sedenti subjectarum*, apud *Carolum a S. Paulo* in *Parergo Geographiae sacrae*, pag. 20. Qui an heic reponi possint, dispiciant doctiores. *Bosius.*

*Bysanthen, Neontichos*] Vulgo est *Byziam*, *Themeonticos*; Alii *Bizam* habent; vetusti codices, *Magio* teste, *Byram. Byziam* Thraciae urbem, et quondam arcem regum Thraciae significari volunt *Longolius* et *Lambinus*. (p. 235.) Meminere ejus *Plinius Nat. Hist.* 4, 11. et *Solinus* cap. 16. Graeci *Βιζύην*

scribunt, ut *Ptolemaeus* 3, 11. *Stephanus*, et *Notitia provinciarum* paullo ante laudata. *Notitiae Patriarchatuum et Episcopatuum Vaticana* et *Parisiensis*, apud *Carolum a S. Paulo*, et *Nilus Doxapatrius* apud *Leon. Allatium de Consens. Eccles. Orient. et Occident.* 1, 24. inter sedes Archiepiscopales Thraciae Europae recensent. Episcopos ejus, *Lucianum* Acta *Concilii Chalcedonensis actione* 16. (quae et *parte* 3. epistolam ejus ad Leonem Imp. exhibent) *Theodorum*, acta *Synodi quintae Generalis*, *collatione* 8. memorant. Sed vix credibile est, hanc ab Alcibiade munitam; cum ad sinum Halmydessum, ut diximus, et versus Haemum montem sita, eoque remotior a Pactye, quo concesserat, fuerit, quam ut *ibi* communita possit dici. *Bizae* et *Byrae* nemo veterum meminit. Circa Bysanthen exstructa ab Alcibiade τείχη, supra e *Plutarcho* diximus. Itaque *Abr. Ortelius* putabat legendum, *Bysanthen*, *Macrontichos*. *Bysanthen*, Thraciae oppidum, medio fere inter Perinthum et Pactyen collocat *Ptolemaeus* 3, 11. aitque et *Rhaedeston* dici. *Mela* 2, 2. vocat *Bysanthen Samiorum*, quomodo et *Epitomae Stephani* est ἄποικος Σαμίων: sed perperam *Macedoniae urbs* κατὰ Θρᾴκην ἑλληνὶς dicitur. *Plinius* quoque ad Propontidem in finibus Chersonesi constituit, *Nat. Hist.* 4, 11. Ac, nisi fallor, *idem* mox *Resiston* vocat, in Chersoneso ad Propontidem *ex adverso Coloniae Pariae* sitam: quam *Itinerarium*, quod *Antonino* tribuitur, semel iterumque inter Apion et Heracleam interponit. Quanquam non ignoro, *Ortelium* in *Tab. veteris Thraciae* Resiston a Bysanthe distinguere, ac in interioribus ad flumen Arzum collocare. *Macrontichos*, Graecis μακρὸν τεῖχος, *Mela* inter Bysanthen ac Cypsellam et Lysimachiam; *Ptolemaeus* (quem sequitur *Graecia Sophiani*) inter Bysanten et Pactyen ponit. *Plinius* cum Cypsella et Bisanthe conjungit, sed addit, *a Propontide ad Melanem sinum inter duo maria porrectis muris, procurrentem excludere Chersonesum.* Et mox *Longos muros* vocans, quinque millibus passuum Lysimachiam inde distare scribit. Atque hunc sequi videtur Ortelius, Macrontichos aequali fere spatio a Cardia et Lysimachia removens, inque medio Isthmo constituens. *In Tabulae Peutingerianae segmento* 6. corrupte *Macronteros* dicitur, poniturque inter Heracleam et Callipolin. Potuit igitur, si locorum situm respicimus, et *Bysanthe* et *Macrontichos* esse inter castella ab Alcibiade prope Pactyen communita. Sed quoniam posterior a vulgata lectione aliquanto longius recedit, potius est, ut cum doctissimo viro, et de vetere Geographia egregie merito, *Isaaco Vossio* in *not. ad Justini* 9. legamus *Bysanthen*, *Neontichos*. Fuit autem Νέον τεῖχος Thraciae oppidulum, haud procul Heraclea et Perintho. Docet *Periplus*, quae sub *Scylacis* nomine circumfertur. in descriptione Thraciae: Μετὰ τὴν Χεῤῥόνησον ἐστι Θρᾴκια τείχη τάδε. πρῶτον, Λευκὴ ἀκτὴ, Τειρίσασις, Ἡράκλεια, Γάνος, Γάνιαι, Νέον τεῖχος, Πέρινθος πόλις καὶ λιμὴν, etc. *Ortelius* in *tabula Thraciae* inter Bisanthen et Pactyen collocat, vocatque *Novum murum Xenophontis.* Eodem nomine fuit oppidum quoddam Aeolidis. *Plinio* 5, 30. *Stephano*, *et Suidae*; et aliud in Isthmo Chersonesi Tauricae, *Ptolemaeo* 3, 5. memoratum. Fuit qui legeret, *Byzantium*, *Macronticos.* quam bene, satis docent quae diximus. *Bosius.* Leid. *Bizium*. Vossian. A. B.

[redacted]



Neontichos; manuque collecta primus Graeciae civitatis

*Byzam.* Pro *Macrontichos* Leid. et Voss. A. *Themeontichos.* B. *Themeonticos.* [Ax. *Bisan Themeontichos*, quod aperte est: *Bisanthem*, *Neontichos.* Mosche. Gu. *Bizam. themeonticos.* Ult. *Bisam*, *Themeontichos.* Pro *communivit* Gu. *communiit.*]

*Manuque collecta*] Etiam *Plutarchus: συναγαγὼν ξένους, ἐπολέμει τοῖς ἀβασιλεύτοις Θρᾳ-* (p. 236.) *ξὶν ἰδίᾳ.* Nihili igitur est, quod in MSS. Dan. et *Schotto* inspectis fuit, *manuque conjecta.* v. Ind. *Bosius.* Leid. et Voss. A. [Gu.] *conjecta.* Quae verba a Librariis saepius confunduntur. Hic vero *collecta* retinendum. Phrasis est nota; contra ap. Caesarem l. 2. de Bell. Gall. cap. 28. pro *collectos, conjectos* recte censet legendum Celeb. Drakenborch. ad Silium Italicum lib. 17. Punic. vers. 93. qui plura hujus confusionis exempla plena manu lecturo dabit. Iterum apud Ciceron. lib. 1. de Divinat. cap. 54. legendum esse, *Permulta* collecta *sunt ab Antipatro, quae mirabiliter a Socrate divinata sunt*, pro *conjecta* recte ostendit clar. Davisius.

*Primus Graeciae in Thraciam introiit*] Alii libri, *Primus Graeciae civitatis in Thraciam introiit*, quam lectionem mordicus Schottus contra Lambinum defendit. *Gebhard.* Non passus sum diutius exulare vocem *civitatis*, quam libris invitis primus ejecerat *Lambinus:* quem postea reliqui secuti sunt. *Civitas Graeciae* sive *Graecia*, vel gens Graecorum universe est; quomodo *Caesar* 1. *Bell. Gall.* 12. dixit *omnem civitatem Helvetiam in quattuor pagos divisam esse:* vel aliqua e Graeciae civitatibus; ut sensus sit, primum fuisse Alcibiadem ex Graecarum civitatum civibus, qui manu collecta Thraciam ingressus sit. Fateor tamen, suspectum mihi hoc esse; cum tot coloniae ante Alcibiadem a Graecis in Thraciam deductae sint, ut vel e *Nostri Miltiade* constare potest. An igitur legendum *civitates in Thracia;* ut intelligantur liberi Thracum populi, nec regibus subjecti? *Plutarchus* sane scribit, Alcibiadem *τοῖς ἀβασιλεύτοις Θρᾳξὶ*, *liberis Thracibus bellum intulisse.* Bos. Leid. *Primus Graeciae civitatis.* Item Vossian. A. et B. [Gu. Ult.] Si MStorum auctoritati paremus, *civitas* hic recte a Bosio explicatur per regionem. Consule clar. Graevium Epist. 630. ad N. Heinsium, et Cortium ad Sallust. B. Cat. cap. 40. num. 2. nec non Th. Munckerum ad Hyginum fab. 261. Bosii conjecturam probo; sed, ne ullo quidem codice Ms. adstipulante, in textum recipere nondum sustinui. Sed quaestio est, an, si jam legamus *civitates*, sive *civitatis* pro *civitates, in Thracia*, totus locus sit sanatus. Diodorus Siculus XIII. 74. simpliciter narrat (Alcibiades) *τὴν μὲν εἰς Ἀθήνας ἐπάνοδον ἀπέγνω, μετὰ δὲ τριήρους μιᾶς εἰς Πακτύην τῆς Θρᾴκης ἀπεχώρησε.* Plut. in Alcibiad. pag. 211. jam a Bosio partim citatus *ἃ δὴ πυνθανόμενος ὁ Ἀλκιβιάδης, καὶ δεδοικὼς, ἀπῆλθεν ἐκ τοῦ στρατοπέδου παντάπασι, καὶ συναγαγὼν ξένους, ἐπολέμει τοῖς ἀβασιλεύτοις Θρᾳξὶν ΙΔΙΑ.* i. e. proprio marte, suo nomine, et hinc forsan primus Graecorum civitates Thraciae introiisse dici potuit praedandi nempe caussa, tamquam latro, nulla auctoritate publica munitus, quum Miltiades antea in Thraciam descendit Atheniensium jussu. Videant acutiores; nam, quocumque mo-

in Thraciam introiit, gloriosius existimans, barbarorum praeda locupletari, quam Grajorum. Qua ex re 5
creverat cum fama tum opibus, magnamque amicitiam sibi cum quibusdam regibus Thraciae pepererat.

do legas, Alcibiades non primus Graecorum in Thraciam introiit. Hunc vero vexatissimum locum egregia emendatione jam illustratum vidi a Claudio Civili, sive cl. Withofio in Obs. Misc. Nov. A. 1740. pag. 153, 154. legente *primus Graeciae privatus in Thraciam introiit*. Ut jam in not. post. ostendi. [Sensus est: Alcibiadem ex Graeciae civitatis civibus primum fuisse, qui Thraciam collecta manu ingressus sit. Objicit quidem Bosius, jam ante Alcibiadem colonias in Thraciam a Graecis deductas esse; sed de ea parte Thraciae, in qua coloniae Graecorum erant, non est sermo. Alcibiades in eam partem Thraciae introiit, in qua *barbari* habitabant, et ab *horum* injuriis Graecos in Thracia habitantes liberavit, uti diserte testatur Plutarchus in vita Alcib. c. 36. ἐπολέμει τοῖς ἀβασιλεύτοις Θρᾳξὶν ἰδίᾳ. Alcibiades ergo primus in liberam Thraciam cum exercitu hostili ingressus est. *Kappius*. Ed. Ald. ut Bosius conjecit: *G. civitates in Thracia*. Pro *Graeciae* Ult. *Graecae*, et pro *introiit* Ax. *introivit*.]

*Gloriosius existimans*] Leid. *gloriosus ex*. Pro *in Thraciam* Cod. P. Dan. *in Threciam*. *Grajorum* pro *Graecorum* amant Noster et alii. Vide clar. Graevium ad Suetonium in Tiberio 46.

(p. 237.) *Creverat cum fama tum opibus*] Sic opt. liber Danielis, probante *Gebhardo*. [Gu. Ult.] Etiam Leidensis: *Crev. tum fama, tum opibus*. [Lamb. et] Vulgati: *Crev. ejus fama cum opib*. Bosius. Leid. meus. *Creverat fama magnamque* etc. Voss. A. *Creverat cum fama tum opibus*. B. *Creverat fama tum opibus*. [Ax. tamen *creverat fama cum opibus*, non *tum*.]

*Cum quibusd regib. Thraciae*] Cum Medoco et Seuthe. *Diodorus* 13. Lambinus. [Gu. *Threciae*.]

## CAP. VIII.

Neque tamen a caritate patriae potuit recedere. 1
Nam quum apud Aegos flumen Philocles, praetor Atheniensium, classem constituisset suam, neque longe abesset Lysander, praetor Lacedaemoniorum, qui in

*Philocles*] Leid. *Philopedes*. Voss. A. *Phylocles*. Voss. B. *Philocles*. Qui pro *potuit recedere* exhibet *recedere potuit*.

*Neque longe abesset*] Erat enim Lampsaci, quod paullo ante ceperat. Lampsacus autem distat ab Hellesponto, ut ait *Xenophon*, stadia circiter xv. ubi erat Alcibiades. *Lambinus*.

[redacted]



eo erat occupatus, ut bellum quam diutissime duceret, quod ipsis pecunia a rege suppeditabatur, contra Atheniensibus exhaustis praeter arma et naves nihil erat

*Ut bellum quam diutissime duceret*] Protraheret, proferret. Datame: *Autophradates, cum bellum duci majore regis calamitate, quam adversariorum videret.* Tacit. Lib. XII. Annal. cap. 29. *Vannis manus propria pedites, equites e Sarmatis Jazygibus erat, impar multitudini hostium: eoque castellis sese defensare, bellumque* ducere *statuit.* l. 11. Histor. cap. 32. *Proinde* duceret *bellum.* Caesar. lib. 1. Civil. 61. *Hinc magnos equitatus magnaque auxilia expectabant, et suis locis bellum in hiemem* ducere *cogitabant.* Lib. II. Civil. cap. 18. f. *In insula frumento navibusque comparatis bellum* duci *non difficile existimabat.* cap. 37. *castra erant ad bellum* ducendum *aptissima, natura et munitione et maris propinquitate et aquae et salis copia. Itaque suorum omnium consensu Curio reliquas copias expectare et bellum* ducere *parabat.* lib. III. cap. 42. Civil. *Caesar longius bellum ductum iri existimans.* Gebh. *Ducere* saepius pro protrahere, moras nectere ponitur. Vide Broukh. ad Prop. 2, 19, 17. sed in primis *ducere bellum* pro trahere, prorogare adhibetur. Vide Eruditos Lipsienses in Actis M. Aprilis 1731. pag. 188.

*A rege*] Cyro Darii filio. *Plutarchus in Lysandro* et *Diodorus* 13. Lambinus. Vide notas meas ad Lysand. cap. 3. Cyrus Lysandro miserat statim μυρίους Δαρεικοὺς, in stipendia militum, jussus deinceps a patre Lacedaemoniis necessarios sumptus suppeditare. Diodori locus est cap. 70. Libri XIII. et Plutarchi pag. 435. adde Pausan. Lib. IX. cap. (p. 238.) 32. pag. 774. Ad Lysandrum dixi, si codices addicerent, pro *ipsis* legi posse *ipsi* scil. Lysandro, et in eadem permaneo sententia, nam quidem Lacedaemoniis haec pecunia suppeditabatur; attamen praecipue Lysandro, v. Plut. pag. 437. D. dum deinceps Callicratidas, ejus successor, ab eodem Cyro pecuniam petens, impetravit nihil. Hanc rem latissime narrat Plut. pag. 436. et Xenophon. Lib. 1. H. Gr. pag. 345, 346. Hic Callicratidas erat vir *πάντων ἄριστος, καὶ δικαιότατος.* sed populo invisus. Caussam docet Plutarch. pag. 435, 436. qui etiam descripsit ibidem paullo post optimi hujus viri mortem in praelio navali ad Arginussas. Confer de hujus viri dotibus et interitu Xenophont. l. l. pag. 348. Diod. Sic. Lib. XIII. cap. 96, 97, 98. adde Cic. Lib. 1. de off. c. 2. jam citatum a Periz. ad Ael. L. XII. cap. 43. num. 21. Post Callicratidae mortem socii, imo ipse Cyrus legatos misit Spartam, qui postularent iterum classi praefectum Lysandrum; sed quia lege prohibebantur eidem bis classem committere Lacedaemonii, aliam viam sociis gratificandi invenerunt, de qua Plut. l. l. Diod. Sic. Lib. XIII. c. 100. e quibus patet quam gratus fuerit Cyro Lysander, qui mirum in modum ejus favorem sibi conciliare noverat. v. Xenophont. Lib. 1. H. Gr. pag. 343. et Diodor. Sic. Lib. XIII. 70. Pro *pecunia* Leid. *pacientia.* pro *naves* Voss. B. *navis.*

*Nihil erat super*] V. Ind. *super.* Bosius.

super, Alcibiades ad exercitum venit Atheniensium, 2
ibique praesente vulgo agere coepit: si vellent, se coacturum Lysandrum aut dimicare aut pacem petere; Lacedaemonios eo nolle confligere classe, quod pedestribus copiis plus quam navibus valerent, sibi autem 3
esse facile, Seuthen, regem Thracum, deducere, ut eos terra depelleret; quo facto necessario aut classe conflicturos, aut bellum compositurus. Id etsi vere 4

*Ad Athen. ven. exerc.*] Cod. Dan. transponebat, *ad exerc. venit Atheniensium*: et mox: *nolle classe confligere.* Bos. Etiam Leid. [Ax. Gu.] et Voss. A. B. *ad exerc. venit Atheniensium.* [Verissime Heusingerus: *Auctori nostro hoc maxime familiare fuit, ut secundum casum postponeret.* v. *praefat. fin.* 1, 1, 4. supra c. 3, 3. 15, 1, 3. 18, 8, 6. 22, 1, 2. 3. c. 3, 3. 25, 6, 5. Adde not. infra ad c. 11, 2. et ad 12, 2, 1. Ult. tamen: *ad Atheniensium venit exercitum.*]

*Praesente vulgo*] Παρόντος πλήθους, praesentibus militibus. *Lamb.*

*Se coacturum Lys.*] Repete heic, quae sup. notavi ad Lysand. cap. 1, 2. *Ernstius.* Paullo aliter *Plutarchus* pag. 212. et *Diodorus* 13. Bosius. Leid. *se co. Lys. dimicare, aut pacem petere responderet.* cui consentit Voss. A. [In Gu. Ed. Ult. ceterisque ante Lamb. prius *aut* omittitur.]

*Lacedaemonios*] Inepte quaed. edd. praeponunt verbum *respondent.* Bosius. [Ab Axeniano abest *respondent*, quod vulgo huic codici tribuunt. *Mosche.* Abest etiam ab Ed. Ult. nec, quod Heusingerus opinatur, primum a Lambino omissum est. Gu. *respondit Laced.*]

*Seuthen*] Sic legendum ex *Xenophonte*, *Plutarcho*, *Diodoro;* non ut vulgo, *Scotym*, aut *Seucem.* Lambinus. *Seuthem* legunt Voss. A. et B. item Leid. Saepe isti Accusativi variantur in MSS. Cod. Consule Abr. Gronovium ad Iustin. Lib. 3. cap. 6. num. 12. pro *facile* Leid. *fatale.* [Ax. *se Uthen.* Gu. ut Cod. Dan. *n. classe confligere*, et pro *Thracum* idem *Threcum.*]

*Deducere*] Ultraj. *inducere;* quod esset subdolis artibus permovere. Infra 23, 8, 1. Tacit. 12. A. 9, 1. *Memmium Pollionem ingentibus promissis inducunt.* Ita *Gebh.* sed nulla mutatione opus v. Ind. *Bos.* De verbo *inducere* Cl. Oudendorp. ad Frontin. Lib. 4. strateg. in praefatione.

*Ut eos terra depell. etc.*] Msc. Boecl. *Ut eum ex terra depelleret, q. f. n. a. c. conflicturum a. b. compositurum*, (p. 239.) ut ad Lysandrum referatur. Similiter Excerpta Dan. nisi quod τὸ *ex* omittunt: et in glossa pro *eum* adscribunt *eos.* Bosius. Leid. etiam *conflicturum* et *compositurum.* Voss. B. [Ax.] *ut eum ex terra depelleret q. f. n. a. c. conflicturum aut b. compositurum.* [Cod. Dan. habet: *conflicturos* et *compositurus*, sed in glossa: *conflicturum* et *compositurum.* Gu. *ut eum terra dep.* et supra scriptum: *eos.* Tum: *conflicturum* et *compositurum*, et supra scriptum: *t ros. t ros.*]

*Bellum compositurus*] finituros et quasi sepulturos. sic loquitur Hamilcare, et Hannib. quod

[redacted]



dictum Philocles animadvertebat, tamen postulata facere noluit, quod sentiebat, se, Alcibiade recepto, nullius momenti apud exercitum futurum, et, si quid secundi evenisset, nullam in ea re suam partem fore; contra ea, si quid adversi accidisset, se unum ejus delicti
5 futurum reum. Ab hoc discedens Alcibiades, quoniam, inquit, victoriae patriae repugnas, illud moneo, juxta hostes castra habeas nautica. Periculum est enim, ne immodestia militum nostrorum occasio detur Lysandro
6 nostri opprimendi exercitus. Neque ea res illum fefellit. Nam Lysander, quum per speculatores comperisset, vulgum Atheniensium in terram praedatum exisse,

Lambinus adnotavit. *Gebh.* Vide Servium ad Virg. Ecl. 3. vs. 108. et ad 1. Aen. vs. 378.

*Philocles*] *Xenophon hist. Gr.* 2. *Diodorus* 13. et *Plutarchus Alcibiade*, tradunt, Atheniensium praetores, et maxime Tydeum ac Menandrum, jussisse eum abire: *se enim, non illum, exercitui praeesse.* Bosius. Leid. *Philodes.* Voss. A. *Phylocles.* Voss. B. *Philocles.*

*Si quid secundi evenisset, etc.*] *Τὰ δ' ἐπιτεύγματα προσάφειν ἅπαντας Ἀλκιβιάδῃ.* Diod. lib. 13. *Gebh.* Haec de cunctis Atheniensium praetoribus, non de solo Philocle, *Diodorus* tradit. *Bosius.* De hac re v. Wess. ad Diod. Sic. jam citatum cap. 105. num. 21. Hic Philocles, a Lysandro in urbem Lampsaci abductus, jugulatus est, et quidem, ut Pausanias et Plutarchus referunt, cum tribus vel quatuor millibus captivorum Atheniensium. vide Eumd. ad cap. 106. num. 56. adde Xenophontem L. II. Hist. Gr. pag. 356, 357. [Ult. contra, sine *ea.*]

*Juxta hostes*] Voss. B. [Gu. Ult.] *juxta hostem.* Quae lectio mihi arridet, idque nulli mirum videbitur, quum inter omnes satis constet, quoties Latini in similibus numero singulari pro plurali fuerint usi, ut *eques* pro equitibus. Broukh. ad Propert. 2, 8, 17. *miles* pro *militibus*. vide J. Fr. Gronovium ad Livium L. 7. cap. 35. Eodem fere modo *Romanus* pro *Romanis*. v. J. Fr. Gronov. ad Livium L. 3. cap. 2. et infinita talia; a quo loquendi modo non abhorruerunt Graeci, qui pro Paeonibus *Παίων*, *Λακεδαιμόνιος* pro Lacedaemoniis, *Ἰλλυριὸς* pro Illyriis et sic porro dixere, vide Scholiastem Aristophanis Acharn. vs. 338.

*Ne immodestia militum, etc.*] Quod, ut praedixit, factum. Vide supra 6, 1. 2. *Bosius.*

*Nostrorum*] Msc. Dan. *vestrorum*; et mox: *vestri opprimendi ex.* Bosius. [Ax. *nostri oppr. ex.* non *vestri*, quamquam praecesserat: *vestrorum.*]

*Per speculatores*] Paullo aliter *Xenophon* lib. 2. *Diodorus* 13. et *Polyaenus* lib. 1. *Bosius.*

(p.240) *Vulgum Atheniensium in terram praedatum exisse*] Male Longolius *praedatam.* Lege *vulgum* (vel ut in Ultraject. Ed. *vulgus*) *Atheniensium in terram praedatum exisse.* Consule Cl. Burmann. ad Phaedr. Lib. 4.

navesque paene inanes relictas, tempus rei gerendae non dimisit, eoque impetu totum bellum delevit.

fab. 14. vs. 8. de verbo *exire* pro *e navi descendere* vide, quae notabo ad Thrafyb. cap. 2. num. 2.

*Totum bellum delevit*] Confecit. omnes enim naves in Lysandri poteftatem venerunt, novem aut decem exceptis, cum quibus fugit Conon ad Evagoram. Philocles et Adimantus imperatores vivi capti sunt, etc. quemadmodum narrat *Plutarchus in Lysandro*, et *Xenophon. 2. de reb. Gr.* Lambinus. add. *Diodor.* 13. *Justin.* 5, 6. Bofius. etiam Plut. in Alcib. pag. 212. qui addit, tria millia hominum vivos captos, et trucidatos fuiffe a Lyfandro, ipsasque poftea Athenas in Lyfandri poteftatem fuiffe redactas. ubi plura de hac victoria. [Cod. Dan. Ax. Gu. *bellum totum*, ut supra 6, 4, 2. in Dan. Gu. et Ult. *verbis multis* scriptum eft.]

## CAP. IX.

At Alcibiades, victis Atheniensibus, non satis tuta eadem loca sibi arbitratus, penitus in Thraciam se supra Propontidem abdidit, sperans, ibi facillime suam fortunam occuli posse. Falso. Nam Thraces, postquam eum cum magna pecunia venisse senserunt, insidias [ei] fecerunt, qui ea, quae apportarat, abstulerunt,

*Arbitratus*] Leid. et Voff. A. B. *arbitratus*. [Ita et Gu. sed Ult. omnesque editi ante Boecler. *arbitrans.*]

*Penitus*] Schottus mallet *penitius*. non opus. V. Ind. *Bosius*.

*In Thraciam*] *Plutarchus* eum in Bithyniam profectum effe, tradit: ibique a Thracibus, qui illic erant, spoliatum. Bithyniae autem partem Thraces incolebant. *Xenophon* 3. Ἑλληνικῶν: *ἐλθὼν ὁ Δερκυλλίδας εἰς τὴν Βιθυνίαν Θράκην. Lambinus.* Unde apud *Scylacem* pag. 32. et 33. *Θρᾶκες Βιθυνοί*, et *ἡ Βιθυνῶν Θράκη. Bosius.* [Gu. *Threciam*, et mox: *Treces.*]

*Sed falso*] Conjunctio *sed* abeft Leidensi et Voff. B. pro *Thraces* Leid. *Threces*. Ad h. l. Heusingerus haec adnotat: *Cod. Ax. sed falso. Sed Voss. B. Staverii fide sed omittit, cum raro alias discrepet.* Cur fidem meam sufpectam habeat Heufingerus, nescio.

*Ei fecerunt*] *Ei* abeft a Leid. Voff. A. et B. [Gu. Ed. principe, Arg. Paris. 2. Ald. Ult. Long. et Mag. A Lambino additum videtur. Quare uncis inclufimus.]

*Apportavit*] Leid. et Voff. B. item C. P. Dan. [Gu. Ult.] legunt *apportarat*. et
(p. 241.)

[redacted]



3 ipsum capere non potuerunt. Ille cernens, nullum locum sibi tutum in Graecia propter potentiam Lacedaemoniorum, ad Pharnabazum in Asiam transiit, quem quidem adeo sua cępit humanitate, ut eum nemo in amicitia antecederet. Namque ei Grunium dederat in Phrygia castrum, ex quo quinquagena talenta vectiga-
4 lis capiebat. Qua fortuna Alcibiades non erat contentus, neque Athenas victas Lacedaemoniis servire poterat pati. Itaque ad patriam liberandam omni fereba-
5 tur cogitatione. Sed videbat, id sine rege Persarum non posse fieri, ideoque eum amicum sibi cupiebat adjungi; neque dubitabat, facile se consecuturum, si modo ejus conveniendi habuisset potestatem. Nam Cyrum fratrem ei bellum clam parare, Lacedaemoniis

Leid pro *qui ea*, *quia ea*. pro *abstulerunt* Voss.B. *abstulerant*.

*Propt. potent. Laced.*] Qui terrae et maris imperium obtinebant. *Lambinus*.

*In Asiam*] In Phrygiam, in qua erat Pharnabazus, quo adjutore et interprete sperabat fore, ut sibi ad Artaxerxen aditus pateret. *Lambinus*. Pro *transiit* Leid. *transivit*, et Voss. A. *transit*.

*Adeo cepit sua humanitate*] Seu potius singulari vi animorum attractrice. *Bosius*.

*Grunium*] Sic legendum, non, ut habent Libri quid. vulgati, *Grimium*. Quanquam licet etiam *Grynium* legere, ut est in exemplis Basilienfibus. [Gu.Ult.] Commemorat hunc locum et *Xenophon* 3. ἑλλην. *non longe a principio*. Lambinus. Approbat hanc lectionem Ortelius. *Gebh*. *Grinium* etiam Leid. et Voss. B. sed Voss. A. *Grimium*. [Ax. *Grinum*.]

*Quinquagena*] Rectius *capiebat*: sic Cicero contra Rullum. *Majores nostri non solum id, quod a Campanis* ceperant, *non imminuerunt*. Vectigal scilicet. *Gebh*. Sic Mss. Dan. [Gu.] ac Schotti, et Ed. Ultraj. quomodo et sup. 3, 3, 1. in Gif. Sch. Boecler. erat *quadringena et sexagena*. Vulgo [ut in Ax.] est *quinquaginta*. Pro *capiebat*, alii *habebat*: sed alterum libri meliores firmant. *Bosius*. Cel. Perizonius ad Sanctii Minervam L. 2. cap. 3. num. 7. illustraturus *talenta vectigalis* citat *accipiebat*. [*Capiebat* etiam Leid. 1. Dan. Ax. Gu. Ult.]

*Sine rege Pers.*] Artaxerxe, Darii F. *Lambinus*. Plut. Alcib. pag. 212. Paulo ante [pro *servire pati*, quod in Ed. Keuchen. operarum vitio legitur,] Leid. Voss. A. B. *s. poterat pati*.

*Persarum*] Ms. Dan. *Perse*. Bosius. *Perse* etiam Leid. Voss. A. *sine Perse*. Leid. etiam exhibet *fieri non posse*. [Ax. *rege per se*, ut infra Chabr. 3, 1. pro *regis Persiae* habet *regis per se*. Gu. *Perse*. Pro *conveniendi* Dan. Gu. Ult. *conveniundi*.]

*Cyrum fr. ei bellum clam parare*] De quo *Xenophon*, sive

adjuvantibus, sciebat. Id si aperuisset, magnam se initurum gratiam videbat.

potius *Themistogenes Syracusanus* (ejus enim hos libros esse vult *Usserius ad ann. per. Jul.* 4313.) *principio operis de expeditione Cyri*, *Plutarchus Ar-* (p. 242.) *taxerxe*, *Ephorus* apud *Diodor. Sicul.* 14. *Justinus* 6, 8. Bosius. [Confer *Ephori Fragmenta* a Marxio collecta p. 236. seq.]

*Id si ei aper.*] *Tò ei* aberat Ms. Boecl. *Bosius. Ei* abest etiam a Voss. A. Jam saepius ostendimus ex Codicibus MSS. hujus pronominis Ellipsin, et quidem bis terve in hoc capite. in Themistocle cap. 10. num. 3. et in Alcibiade cap. 7. aliquoties. in Datame cap. 5. ex MSS. *Qui diceret, ne ab exercitu discederet*, vulgo *ei diceret*. quare plerisque in locis adstipulantibus MSS. e textu ejicere non vererer. et hic certe vel *tò ei* vel *ab eo*, quod non agnoscunt C. Boecler. Leid. Bosii et meus, nec quoque Voss. A. B. facile abesse potest. Si *ei* hic deleamus, firmare lectionem possumus etiam ex Attico cap. 4. *Tanta autem erat suavitas sermonis Latini* (omisso *ei* sc. Attico), *ut appareret, in eo nativum quemdam leporem esse, non adscitum.* De ellipsi vero hujus pronominis per omnes fere casus consule cl. Burm. ad Phaedr. L. 5. fab. 3. vs. 11. et Cort. ad Sallust. Catil. c. 9. num. 1. si quis tamen *ab eo* delere et *ei* retinere malit, non refragabor. [Et *ei* et *ab eo* in Ax. Gu. Ult. omnibusque edd. ante Lamb. abest.]

*Ab eo*] Uncis inclusi haec duo vocabula, quod a melioribus libris Boecl. et Leid. abfuerint: *Bosius.*

## CAP. X.

Haec quum moliretur, peteretque a Pharnabazo, 1
ut ad regem mitteretur, eodem tempore Critias ceteri-

*Haec*] Dan. *Hoc*. Bosius. Pro *peteret* Leid. *preter*. pro *Haec* Voss. A. [Gu.] *hoc*. pro *moliretur* Voss. B. *molliretur*.

*Critias*] Unus ex xxx. tyrannis, de quo *Xenophon* 2. *de reb. Gr.* et *Plutarchus Lysandro*. Lambinus. Leid. *Chrysias*. Consule de *Critia* cel. J. Perizonium ad Aelian. lib. 4. V. H. cap. 15. n. 10. Fabric. Bibl. Gr. Tom. I. Lib. 11. c. 19. pag. 673. et cap. 26. pag. 885. Petitum ad LL. Att. pag. 390. et not. post. Propter hunc Critiam philosophum, sed simul triginta tyrannorum teterrimum, omnibus philosophis Graecis crudelitatem objicit, simul ac Remp. tractarent, Appianus Al. de Bell. Mithrid. pag. 322, 323. sed conferat juvenis lector Aelianum Lib. 111. V. H. cap. 17. contraria docentem. Critias, ut Aristides Rhetor. Oration. Tom. II. pag. 83. ait, ἐν τριάκοντα τοῖς πονηροτάτοις

que tyranni Atheniensium certos homines ad Lysandrum in Asiam miserunt, qui eum certiorem facerent, *nisi Alcibiadem sustulisset, nihil earum rerum fore ratum, quas ipse Athenis constituisset. Quare, si suas*
2 *res gestas manere vellet, illum persequeretur.* His Laco rebus commotus statuit, accuratius sibi agendum cum Pharnabazo. Huic ergo renuntiat, quae regi cum La-

τῶν Ἑλλήνων πρῶτος ἦν. pag. 247. vocatur filius Calaeschri. ubi plura. et pag. 248. et seqq. fuit et alius Critias, scriptor celebris, de quo Periz. ad Aelian. Lib. I. V. H. cap. 13. num. 1. fuit et poeta Critias quidam Callaeschri filius. v. G. J. Vossium L. III. de Hist. Gr. pag. 348.

*Certos homines*] *Plutarchus* tradit, non ante adductum esse Lysandrum, ut Alcibiadem de medio tollendum curaret, quam id nominatim ab Ephoris ei mandatum esset. *Lambinus*

(p. 243.) *His Laco rebus*] Inspecti Savaroni libri *his latoribus commotus*, sed exstitit ab ignorantia alterius. Probo alio-rum librorum scripturam *Laco.* Ad eum modum Graeca terminant Latini. Sic Statio *Agamemno.* Per Laconem intelligit Lysandrum, et ita bis infra vocat Agesilaum; itaque recte scriptum est in Timotheo: *A quo cum Laco pecuniam numeratam accepisset.* Diodor. lib. 13. de Gylippo ταῦτα διαλεχθέντος τοῦ ΛΑΚΩΝΟΣ. Flaccus lib. I. Argon. vs. 421.

*Taurea vulnifico portat caelataque plumbo.*
*Terga* Laco.

Priscianus l. I. Expellitur *n* a Graecis in ων desinentibus, quum in Latinam transeunt formam, ut Demipho, Simoleo, draco. *Gebhardus.* Veteres membranae Schoppii pro *Lacon rebus* legunt *latoribus. Lator* pro tabellario etiam a Suetonio dicitur in Caligula cap. 44. Ubi tamen in quibusdam libris editis, et uno Medicaeo, quo olim usus sum, scriptum exstat *speculatoribus. Lacon* praefert Savaro et rationem addit. Vide Nepotis alia exempla infra 13, 1, 3. et 17. 2, 3. 5. c. 3, 6. *Ernstius.* Sic MSS. Dan. Savar. alii. At Gif. Put. et membranae Bavaricae *Schoppio verisimil.* 4, 8. laudatae: *His latoribus*, quod recte sprevit cum *Savarone Gebhardus. Laconem* vocat Lysandrum, ut infra 13, 1, 3. et 17, 2, 3. Agesilaum. Similiter de Gylippo *Diodorus* 13. ταῦτα διαλεχθέντος τοῦ Λάκωνος. *Bosius.* Leid. et Voss. B. [Gu. Ult.] etiam *Laco.* Vide cl. Oudendorp ad Lucan. l. I. vs. 214. ita apud Virg. lib. 7. Aen. vs. 533. in Ms. Codice a Ger. J. Vossio inspecto pro *Almon* legitur *Almo*, ubi vide Pierii notas. [Pro *miserunt* Ax. Gu. Ult. *miserant.*]

*Accuratius*] Leid. *accurantius.* Pro *agendum cum Pharnabazo* Voss. B. [Gu. Ult.] *agendum cum Pharnabazo societatem.*

*Huic ergo renuntiat, etc.*] *Huic ergo renuntiat, societatem, quae regi cum Lacedaemoniis esset, stare non posse, foederaque irrita futura.* Lambini hoc proluvium est infectis verbis Nepotis concinnitatem expandentis. Schoppius dudum quaedam reciderat: *Huic ergo*

cedaemoniis essent, [irrita futura,] nisi Alcibiadem vi-

*renuntiat, societatem stare non posse; quae regi cum Lacedaemoniis essent, irrita futura.* Revocavi lectionem, quam Savaro exprimendam curaverat, approbaveratque Schottus: *Huic ergo renuntiat, quae Regi cum Lacedaemoniis essent, nisi Alcibiadem vivum aut mortuum tradidisset.* Nam *renuntiare* est vel nuntio vel verbis irritum facere, de quo convenit. Sic Cicero dixit, *renuntiare hospitium alicui, et domo emigrare,* et ad Atticum, *renuntiare conductionem.* In Verrem: *Renuntiat Rabonius illam decisionem tutoribus, accurrunt tamen ad tempus tutores, digitum tollit Junius Patruus.* Gebh. [Typis ante Lambinum excusi: *st. a. s. a. c. Pharnabazo societatem. Huic. e. r. q. r. c. L. essent, irrita futura, n. A. v. a. mortuum tradidisset, stare non posse.*] Haec verba Schoppius ex MSS. libris ita corrigit: *Huic ergo renuntiat, societatem stare non posse, quae regi cum Laced. essent, irrita futura.* Sed recte dicit Schoppius 4. Veris. 8. se leviter ita corrigere. Mihi placent priora, habeat ipse sibi leves suas correctiones. In postrema Boecleri editione est: *Huic ergo renuntiat, quae regi cum Lacedaemoniis essent, irrita futura.* Ernstius. Ita libri meliores; nisi quod Boecleri cum Leidensi post nomen *Pharnabazo* (p. 244.) addit *societatem,* et ante τὸ *tradidisset* cum Exc. Dan. interponit *sibi. Lambinus* partim conjectura ductus, ut ait, partim ex vestigiis antiquae scripturae, locum mire contaminatum perpurgasse sibi visus, pluscula infersit, hoc modo: *Huic ergo renuntiat, societatem, quae regi cum Lacedaemoniis esset, stare non posse, foederaque irrita futura, nisi etc.* quorum partem dudum auctoritate MSS. Bavaricorum recidit *Schoppius loco modo laudato:* illa tamen, *societatem stare non posse,* retinet. A MS. Schotti et Ed. Ultraject. etiam illud *irrita futura* aberat: atque sic et *Savaro* edidit, *Schotto* et *Gebhardo* probantibus. *Bosius.* [Ax. *statuit, accuratius sibi agendum cum Pharbaso societatem, huic ergo renuntiat, quae regi cum Lacedaemoniis essent, irrita futura, nisi.* In vulgata lectione inprimis me male habent verba: *quae regi cum Laced. essent.* Quis enim umquam in tali re dixit: *sunt quaedam cuidam cum altero?* Scio, his uti in rebus privatis, levibus, obscenis adeo, at profecto nusquam de rege ac populo, societate cum altero quodam juncto. Bosius in Indice subintelligi vult *pacta;* quis autem hoc ab Auctore omissum putet? Quid itaque faciendum? Redeundum est ad codices. In quibus omnibus cum adsit *societatem,* id quidem non negligere, deinde, cum sibi in his, *irrita futura, stare non posse,* non satis constent, de his dubitare mibi liceat. Quid autem, si *societatem,* quod omnes Codices agnoscunt, sive eo, quo in Axeniano exstat, loco, sive post verbum *renuntiat,* oratio prorsus sibi flagitet? nonne omnino retinendum contendamus? At sic optime carere possumus iis, in quibus vacillant codices, *irrita futura, stare non posse.* Utrumque enim additum, ut, quae difficiliora videbantur, intellectu faciliora fierent. *Societatem renuntiat* recte aliquis interpretatus est: *societatem stare non posse, irritam futuram, renuntiat.* v. Liv. 38, 31. Quorum cum mox aut alterutrum aut utrumque in textum se insinuasset, et signum, quo in exprimi-

[redacted]



3 vum aut mortuum tradidiſſet. Non tulit hoc satrapes, et violare clementiam, quam regis opes minui, maluit. Itaque misit Suſamithren et Bagaeum ad Alcibiadem interficiendum, quum ille eſſet in Phrygia,
4 iterque ad regem compararet. Missi clam vicinitati,

tur, in verbis *irritam futuram* (*irritā futurā*) negligeretur, atque *irrita futura* legeretur, neceſſe fuit, *esset* mutari in *essent*. Locus itaque, ut mihi videtur, sic legendus: *statuit, accuratius sibi agendum cum Pharnabazo. Societatem huic ergo renuntiat, quae regi cum Lacedaemoniis esset, nisi.* Quamquam fateor, me, si liberius agere liceret, malle haec: *Huic ergo renuntiat, societatem, quae regi cum Lacedaemoniis esset, irritam futuram, nisi.* Modo haec maneant, *societatem* reducendum eſſe, haec autem: *irrita futura*, emendanda. *Mosche.* V. supra ad 2, 4, 5. et Ind. v. *esse.* Verba *irrita futura* etiam a Leid. 1. ac Gu. abſunt, et abeſſe poſſunt, si *renuntiat* cum Gebhardo explices: *irrita futura denuntiat.*]

*Mortuum tradidisset*] Leid. *tradidissent.* Voſſ. A. [Dan. Boecl. Ax. Gu. Ult.] *sibi tradidisset.*

*Hoc satrapes*] Leid. *hunc.* Voſſ. B. *hanc.*

*Sysamithrem*] Adducunt ex Plutarcho, *Susamithrem* Pharnabazi patruum fuiſſe. Mihi quoque verisimile ſit, fidiſſimis hoc facinoris commiſſum a Pharnabazo fuiſſe. Legendum autem heic videtur *Sysamithrem,* quod eſt nomen Perſicum. Eo nomine quoque compellabatur Naurae ſatrapes, de quo Curtius lib. 8. cap. 24. *Gebhardus.*

*Bagaeum*] Magius ac Longolius ex Plutarcho *Magaeum* reponunt. Ego sequor hoc loco Schotti judicium et veteris libri Dan. auctoritatem. Diod. nomina percuſſorum non exprimit, contentus monuiſſe, ἐπαποστεῖλαι τοὺς ἀνελόντας κατὰ τὴν ὁδὸν τὸν Ἀλκιβιάδην. *Gebh.* Sic libri meliores: atque ita fortaſſis et apud Plutarchum reſcribendum, qui Μαγαῖον vocat. Notum, μ et β litteras saepe in Mſſ. confundi. Lambinus edidit *Bagoam*, quod nomen et in libro *Judith* cap. 12, 10. ac apud *Josephum* 17, 13. *Strabonem* 15. *Arrianum de rebus Alex.* lib. 4. *Diodor. Sic.* 16. et 17. *Plutarchum Alexandro, et Orat.* 2. *de fort. Alexandri, Athenaeum* 13, 8. *Curtium* 6, 3, 12. 6, 4, 10. 6, 5, 23. 10, 1, 25. Persis plerumque et Eunuchis tributum legitur. Ac Perſas ita vocare spadones, ait *Plinius Nat. Hist.* 13, 4. Bosius. Leid. *Susametrem et Calgenem.* Voſſ. A. *Susametrem et Bageum.* B. *Susamithren et Bageum.* [Ax. *Susametrem et Bageum.* Gu. *Susametren et Bageum.* Ult. *Susamithrem et Magaeum.* Etiam in Cod. Dan. Schott. Ed. Arg. Long. Mag. et Savar. hoc nomen, ut in Plutarcho, per *u* expreſſum eſt.]

*Compararet*] Ed. Longol. *pararet*, quomodo 14, 4, 1. *Aegyptumque proficisci pararet.* Bosius. Leid. *compararet*, ut et Voſſ. B. [Ax. Dan. Gu. Ult.]

*Missi clam vicinitati, etc.*] Codex Burgensis sic habet: *Missi clam in civitatem, in q. t. A. erat, introeunt; quibus datum negot. ut. e. i.* Sed haec lectio improbanda. *Magius.*

*Vicinitati*] *Plutarchus* et *Diodorus* κώμη. Sic et *M. Tullius* uſurpavit nomen *vicinitatis.*

in qua tum Alcibiades erat, dant negotium, ut eum interficiant. Illi quum [eum] ferro aggredi non auderent, noctu ligna contulerunt circa casam eam, in

Hanc vicinitatem, seu hunc vicum, *Melissam* scribit esse apellatum *Athenaeus* lib. 13. Lambinus. Voss. A. *in civitatem.* Sed (p. 245.] in Marg. *vicinitati.* Pro *dant negotium* Leid. [Ax.] et Voss. B. *datum negotium.* Pro *erat* Diodor. Lib. xiv. cap. 11. *κατεσκηνωκότα.* Idem ex Ephoro *Φαρνάβαζον ἐπαποστεῖλαι τοὺς ΑΝΕΛΟΝΤΑΣ* (lege *ἀνελοῦντας.*) *κατὰ τὴν ὁδὸν τον Ἀλκιβιάδην* i. e. *submisisse*, vel *insuper misisse Alcibiadem in via interfecturos*, vel ad *Alcibiadem interficiendum.* Hic loquendi modus Diodoro familiaris, ut plus semel ex eodem capite patet. Videtur Nepos interpretatus *ἐπαποστεῖλαι* per *Missi clam*, unde distingui posset *Missi clam*, *vicinitati*, *in qua tum Alcibiades erat*, *dant negotium.*

*Cum eum ferro aggr. non aud.*] Libri quidam Vett. *Lambino* teste, *cum securo aggredi.* Msc. Leid. *Illi cum ferro non auderent*, omisso altero verbo. Quam lectionem si admittas, *audere* absolute dictum erit, ut saepe apud Tacitum. Hist. 1, 35. 2. *Ignavissimus quisque*, *et in periculo non* ausurus, *nimii verbis.* 2. H. 25, 4. *modica silva adhaerebat: unde rursus* ausi *promtissimos praet. equit. interfecere.* Eod. lib. cap. 71, 4. *ingratus Principi*, *ut adversus Neronem* ausus. 5. H. 11, 1. *Judaei sub ipsos muros struxere aciem*, *rebus secundis longius* ausuri. Nil tamen muto. *Bosius.* *Eum* abest a Leid. meo et Voss. B. sed *aggredi* agnoscunt duo Voss. et Leid. meus. Si quis *eum* deleri velit, concedam. *Audere* absolute etiam ab aliis praeterquam a Nostro et Tacito ponitur. ut Tibull. lib. 1. El. 2. vers. 16.

> *Tu quoque ne timide custodes, Delia, falle.*
> *Audendum est. Fortes adjuvat ipsa Venus.*

Sall. Hist. Fragm. lib. 4. cap. 8. Audendo, *et fallendo*, *et bella ex bellis serendo magni facti.* Eodem modo verbum *Sustinere* cum quarto casu pro audere positum sine infinitivo adhiberi docet Cel. Burm. ad Petron. Satyric. cap. 116. pag. 538. Sic etiam cum Accusativo *audere ultima* dixit Liv. lib. 1. cap. 48. Justinus lib. 4. cap. 3. Ausi *facinus nulli tyranno comparandum.* lib. 5. c. 9. Audendum *aliquid pro patria et pro salute communi*, et sexcenta talia, sub quibus infinitivus modus subintelligitur, repetendus nonnumquam ex praecedenti quodam verbo, aliquando non. Si quid praeterea de verbo *audere* scire desideras, adi, Lector, cl. V. V. Duker. ad Florum lib. 1. cap. 17. num. 3. et Oudendorp. ad Frontin. Lib. 1. cap. 12. num. 4. Sed licet lectio mihi quoque ista placeat, et satis, ut ex adlatis locis liquet, defendi queat, tamen unius codicis auctoritate fretus verbum *aggredi* delere non audeo. [*Eum*, a Lambino additum, nec in ceteris, nec in Axen. membranis reperitur. Potuit tamen absorberi a *quum* vel *cum.* Heusinger. Abest etiam a Gu. Ult. In ed. principe et utraque Paris. *cum securo aggr.* legitur.]

*Circa casam eam*] Sic, Gifanio praeeunte, *Schoppius* emendavit Verisim. 4. 8. probatque

[redacted]



qua quiescebat, eamque succenderunt, ut incendio conficerent, quem manu superari posse diffidebant.

*Gebhardus.* Et favent libri, in quibus fere legitur *sammeam*, *samenam*, *samineam*. Quod postremum *Longolio* placebat, cum ita vocetur oppidulum Phrygiae Pacatianae, juxta quod vicus Melissae, in quo Alcibiades obiisse dicitur. Sed recte notavit *Magius*, absurdum esse dicere, ligna circa oppidum allata, oppidumque hac una caussa incensum a vicinis, ut Alcibiadem interficerent; praesertim cum *Plutarchus* non oppidum, sed *τὴν οἰκίαν*, *domum*, in qua (p. 246.) erat, succensam dicat: praeterea illud *in qua quiescebat*, domum aut cubiculum innuere: denique *Justinum* 5, 8, 14. Alcibiadem *in cubiculo crematum* scribere; *Athenaeum* 13, 4. in Melissa Phrygiae vico occubuisse. Quare *Lambinus* edidit *circa domum stramineam*; ita tamen ut non rejiceret, quod alius conjecerat, *circa casam stramineam*; (quomodo et *Ovidius Amorum* 2, 9, 17. et *Propertius* 2. *eleg.* 13. (aliis 16.) vs. 20. locuti;) vel, quod ipse, *circa scenam stramineam.* Quam temeritatem merito castigat *Schottus*: cujus tamen conjecturae *circa scanduleam*, vel *circa scamillum, quo quiesc.* legentis, etiam ipsius judicio, incertae sunt. Vir summus in *notis ad Justin.* 5, 8. legit *circa domum Sanisenam. Sanisena,* inquit, *appellatur tractus in confinio Phrygiae et Galatiae.* Sed voci *domus*, quod etiam *Boeclerus ὁ πάνυ* annotat, nullus heic locus, sicut omnes testantur, qui mss. codices inspexerunt. Et quomodo *domui* nomen integri tractus tribueret? Praeterea *Strabo* l. 12. qui solus, quod sciam, *Sanisenes* meminit, non in confinio Galatiae et Phrygiae ponit; sed partem Paphlagoniae Bithyniae conterminam facit. Mihi tantisper emendatio *Schoppii* placet, dum alii meliorem adferant. Et valde verisimile est, quod ille existimat, syllabam *ca*, quae bis scribenda fuerat, semel omissam culpa librarii. Caeterum *Aristoteles histor. animal.* 6, 29. in Arginusa, ubi Elaphus mons, Alcibiadem occubuisse scribit. *Bosius.* Per *casam* villa stramine tecta intelligitur, quo sensu aliquando a Poetis *tectum* vocatur. Consule Celeb. Broukh. ad Tibull. l. 1. El. 1. vs. 37. Leid. *sarmeam.* Voss. A. *samineam.* B. *sanneam.* vide not. post. Erant vero apud Antiquos multae domus arundineae et lateritiae arundine tectae. Herodot. Lib. v. cap. 101. *ἔσαν ἐν τῇσι Σάρδισι οἰκίαι, αἱ μὲν πλεῦνες καλάμιναι. ὅσαι δὲ αὐτέων καὶ πλίνθιναι ἔσαν, καλάμου εἶχον τὰς ὀροφάς.* De Carthaginiensium hibernaculis Polybius L. xiv. cap. 1. *διότι συμβαίνει τοὺς μὲν Καρχηδονίους ἐκ παντοδαπῶν ξύλων καὶ φυλλάδος ἄνευ γῆς ἐν τῇ παραχειμασίᾳ κατεσκευακέναι τὰς σκηνάς. Τῶν δὲ Νομάδων τοὺς μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐκ καλάμων, τοὺς δὲ συναγομένους ἐκ τῶν πόλεων κατὰ τὸ παρὸν ἐξ αὐτῆς τῆς φυλλάδος σκηνοποιεῖσθαι.* *οἰκίαν* simpliciter vocat Plut. in Alcib. pag. 213. ut Bosius jam vidit. [ Gu. *circa sammeam.* Ult. *circa samineam*, et in margine: *Al. sammeam. Utrumque prave.* MS. Venetus (non, ut Fischerus scribit, Voss.) apud Magium *circa Sameum.* ]

*Conficerent*] Ita libri meliores. Alii, *conficeretur.* Bosius. Voss. B. etiam *conficeretur.* [Gu. Dan. Ult. *conficerent.* Ed. Arg. Long. et Mag. *conficeretur.* ]

*Quem manu superari posse*

Ille autem ut sonitu flammae est excitatus, etsi gladius ei erat subductus, familiaris sui subalare telum eripuit. Namque erat cum eo quidam ex Arcadia

*diffidebant*] Non tam ob ejus solertiam et artes cavendi, quod vir doctus putabat: quam ob fortitudinem ejus. nam, ut *Plutarchus* refert, barbaros conſpectu suo diſſipabat: neque quisquam praeſtolabatur eum, vel comminus congredi audebat. *Bosius.*

*Ille autem ut sonitu fl. est excitatus*] Strepitu. Curt. lib. 7. *Sonabant incendio silvae.* Gebhardus. Sic Mſſ. Boecl. et Leid. probante *Boeclero.* Liber quoque Bavaricus habuit, *ut in sonitu fl. est excit.* quomodo et *Magius* haec verba mox *ad v.* 6. laudat, ubi *τὸ in* a librariis inculcatum putabat *Schoppius l. c.* Vulgo [poſt Lambinum] legitur: *Ille autem sonitu fl. excitatus.* Boſius. Leid. *Ille autem ut sonitu flammae est excitatus*, cui lectioni favent Vossiani A. B. [Gu. Ult.]

*Etsi gladius*] Sic omnes libri et edd. vett. nec satis cauſſae habuit *Lambinus*, cur *τὸ etsi* in *quod* mutaret; quod et in aliis editionibus perperam retentum (p. 247.) eſt. *Bosius.* Leid. pro *quod gladius*, *etsi gladius*, ut et Voſſ. A. B. [Leid. 1. Gu. Ult.]

*Subalare telum*] Dictum, ut *subalares* sive *plumae* sive *culcitrae* (varie enim diſtinguunt locum) ap. *Lampridium Elagabalo* c. 19. *Plutarchus* ἐνχειρίδιον vocat. Non eſt igitur cur vel *subulare*, quod *Barthio* in mentem veniebat; vel, quod nuperrimo interpreti, *subarmale* reponamus. praesertim si *subarmalia* sive *subarmales* genus veſtis *Spartiano in Severo* c. 6. *Trebellio Pollioni in Claudio* cap. 14. et *Vopisco in Aureliano* cap. 13. memoratum, non inde dictum sit, quod sub armos rejiceretur, vel fibula sub armis annecteretur, ut visum *Casaubono ad Severum*, et *Salmasio ad Pollionem*: sed, quod cum *Turnebo Adversar.* 18, 19. mavult *Ferrarius de re vestiaria* 6, 17. quod sub armis more tunicae geſtaretur, ut illa melius corpori insiderent. *Bosius.* Pro *eripuit* Voſſ. B. *erripuit.* [Ax. *suo alare telum arripuit.* Contra mox: *et id, q. i. p. v. fuit, eripuit.* Quorum neutrum negligendum puto. *Mosche.*]

*Ex Arcadia hospes*] MS. Sluisken. *Arcadia hospes*, omiſſa praepoſitione: quod dictum fuerit, ut *hospes Zacyntho*, *Epheso* apud *Plautum*, et similia alia, quae ad ea Plauti loca collegit *Taubmannus.* Boſius. Leid. *Quidam cum eo ex Arcadia hospes.* Praepoſitionem etiam agnoscunt praeter Leidensem Voſſiani A. B. [Gu. Ult.] Apud A. Gellium Lib. 3. N. A. cap. 15. ex veteribus libris Carrio legit, et Gronovius in textum recepit *Polycritam nobilem feminam Naxo insula.* Attamen Codicum Mſſ. auctoritate firmatam lectionem hic praefero. Audiamus praeterea Donatum ad Terentium Eun. Act. 1. Sc. 2. vs. 85. *Ex Aethiopia ancillulam. Non Aethiopissam: sed honestius ex Aethiopia.* Quamvis non diffitear, praepositionem aliquando omitti. Eodem modo locuti fuere Graeci. Sophocl. Philoct. vs. 1330. Ἀνὴρ γὰρ ἡμῖν ἐστιν ἐκ Τροίας ἁλούς, *vir enim nobis est ex Troja i. e. Trojanus captus.* Vide Suidam in ἐν Κλάρῳ et Schol. Airſtophan. Ran. vs. 504.

[redacted]



hospes, qui numquam discedere voluerat. Hunc sequi se jubet, et id, quod in praesentia vestimentorum fuit, arripuit. His in ignem ejectis, flammae
6 vim transiit. Quem ut barbari incendium effugisse viderunt, telis eminus missis interfecerunt, caputque ejus

*Discedere*] Plenius est in membranaceo meo Cod. *Qui nunquam abeo disc. vol.* sed praefero priorem lectionem propter, *namque erat cum eo*, quod praecedit. Est enim elegans ellipsis. *Ernstius.* Addunt quidam MSS. et edd. *ab eo*; sed melioribus absunt. v. not. *Ernstii.* Bosius. [Absunt etiam a Dan. Gu. Ult. atque in sola Longol. editione leguntur.]

*Arripit*] Ita Exc. Dan. [et Ult.] melius, quam vulgati *arripuit.* Bosius. Codices mei [Gu.] *arripuit.* Sed hujusmodi non sunt magni momenti.

*Ejectis*] Extrorsum nempe ex illo loco, in quo quietem ceperat. Quare vana est *Lambini* curiositas, *injectis*, seu *conjectis* substituentis. Frontinus, 2. 9. 2. *Cl. Nero caput Asdrubalis in castra Annibalis ejecit.* Gebhardus. Adde cl. Oudendorp. ad l. l. Frontini. Pro *transit*, [quod Ed. Ult. et Heuchen. habet, Gu. Ax.] Leid. *transiit.* item Voss. A. B. et pro *flammae vim* Voss. A. *flammium.* [Ult. *ejectis*, ut omnes libri, sed in margine: *Fort. injectis. Plutarchus* ἐπέῤῥιψε τῷ πυρί.]

*Incendium effug. eminus vid.*] Malo distinguere, *effugisse viderunt*, *telis eminus missis.* Curt. lib. 8. cap. 66. eminus *obruti telis.* Nepos Chabria. *Cominus pugnans telis hostium interfectus est.* Gebhardus. *Eminus*, quod MSS. Dan. et Leid. transponunt, et voce *telis* subjiciunt, (quod etiam *Gebhardo* (p. 248.) placebat) a Boecleriano codice plane aberat. *Plutarchus* tamen *Gebhardo* favet: ἀποςάντες, inquiens, ἔβαλον ἀκοντίοις καὶ τοξεύμασιν. *Bosius.* *Eminus* legitur saltem in Codice Leidensi meo eo loco, quo editum est. Collationes Codd. Voss. A. B. frustra quaesivi, sed, quidquid mihi objiciat Heusingerus, certus sit lector, varietatem nullam esse Codicum meorum, quum nihil adnoto. Τὸ *eminus* mihi quoque non placet, et ideo cum Bosio uncis inclusi. [Ax. *Quem barbari ut incendium effugisse viderunt*, sine *eminus.* Ult. *Q. u. b. i. eff. eminus viderunt.* Sed Gu. ut Dan. et Leid. 1. *inc. eff. viderunt*, *telis eminus missis int.* Optime.]

*Telis missis interf.*] Adstipulantur *Plutarchus* et *Diodorus.* *Justinus* vero 5, 8, 14. et *Orosius* 2, 15. vivum Alcibiadem in cubiculo, in quo dormiebat, crematum ajunt. *Bosius.* Quid Ephorus (non Libro VII. ut Fabricius ad Orosium Lib. II. cap. 17. dicit, sed Lib. XVII.) narraverit, docet Diodorus Siculus L. XIV. cap. 11. Quidquid sit, Laconum instinctu a Pharnabazo, licet per alios, est interfectus. v. Periz. ad Aelian. Lib. IV. V. H. cap. 15. num. 9. Diodorus l. l. simpliciter narrat Φαρνάβαζος ὁ Δαρείου τοῦ βασιλέως σατράπης Ἀλκιβιάδην τὸν Ἀθηναῖον συλλαβὼν ἀνεῖλε, χαρίσασθαι βουλόμενος Λακεδαιμονίοις. [Confer *Ephori Fragm.* pag. 236. sq.]

ejus ad Pharnabazum retulerunt. At mulier, quae

*Caputque ejus ad Pharn. retulerunt*] In caedibus injunctis capita referebantur fidei peracti sceleris acquirendae ad mandatores. v. Curt. 7, 2, 32. et 8, 3, 13. *Tacit. Annal.* 14, 57, 8. Hostium vero invisorum Principi referebantur ad gratiam praemiumve consequendum. v. *Tacit. Histor.* 2, 16, 6. *Curt.* 3, 13, 17. 8, 12, 3. Quandoque una cum capite dextra relata ad Regem, a quo mercedem lator spectabat. *Polyaenus* lib. 8. *Τὸν δὲ Κράσσον Ἐξαίθρης ἀνεῖλε παρθυαῖος, καὶ την δεξιαν ἀποκόψας ἐκόμισε πρὸς μέγαν βασιλέα τῶν παρθυαίων.* Notandum quoque, recisa invisorum hostiumve capita potentibus mulieribus oblata, ut hac crudeli laetitia impotentem animum titillarent. *Tacit. Annal.* 14, 64, 4. *Additur atrocior saevitia, quod caput amputatum latumque in urbem Poppaea vidit.* Sic crudele et atrox spectatum ab aemula Octaviae demtum caput. Quid de Fulvia dicendum est, quae Ciceroni exsectam linguam aciculis compunxit? Quid de Alcmena, Jovis pellice, quae caput Eurysthei ad se ab Hyllo Nepote delatum, cum nesciret, qua contumelia tractaret, *κερκίσι τὺς ὀφθαλμὺς ἐξώρυξεν αὐτόυ*, ut habet *Zenobius Centur.* 11, 61.? *Polyaenus* lib. 7. Tithraustes *ἀποτεμὼν Tissapherni τὴν κεφαλὴν, ἀνεκόμισε βασιλεῖ, βασιλεὺς δὲ ἔπεμψε τῇ μητρὶ Παρυσάτιδι.* Hostilibus vero ducibus ideo praeciduntur cervices, et capita adversae partis stationibus ingeruntur, ad infringendum animum. v. *Ammian. Marcellin.* 26, 29. *Auctor. de Vir. Illustr.* cap. 48. *Frontin.* 2, 11, 2. et *Justin.* 24, 5, 6. Hoc antiqui vocabant *ἀκρωτηριάζειν*, cum in signum victoriae hostium capita ac manus praecisas referrent. v. *Diodor.* lib. 13. *Gebhard.* Adde Servium ad Virgil. Aen. 2, 553. et 558. ibique Cerdam, et quos laudat cl. Cortius ad Sallust. Jugurth. cap. 12. num. 6.

(p. 249.) *At Mulier*] Mulierem hanc Plutarchus *Timandram* vocat, et Laidis Corinthiae matrem fuisse refert. Athenaeus vero lib. 13, 12. *Theodotam* nuncupat. *Magius.* v. not. post. jam viva legitima uxore Hipparete vivere consuevit cum meretricibus peregrinis, et urbanis. Rem latius describit Plut. in Alcib. p. 195. quae uxor vita excessit haud diu, quam Ephesum navigavit. v. ibid. et multi ex Atheniensibus hanc libidinem ejus blandis nominibus texerunt, ut Plut. pag. 199. refert *καὶ τὸ Μηλίαν γυναῖκα ἐκ τῶν αἰχμαλώτων ἐξελόμενον, καὶ συνόντα θρέψαι παιδάριον ἐξ αὐτῆς τῦτο φιλάνθρωπον ἐκάλυν.* qui paullo ante caussam hujus rei memoravit, *ἐπιδόσεις γὰρ, καὶ Χορηγίαι, καὶ φιλοτιμήματα πρὸς τὴν πόλιν ὑπερβολὴν μὴ ἀπολείποντα, καὶ δόξα προγόνων, καὶ λόγυ δύναμις, καὶ σώματος εὐπρέπεια, καὶ ῥώμη μετ' ἐμπειρίας τῶν πολεμικῶν, καὶ ἀλκῆς, πάντα τ' ἄλλα συγΧωρεῖν ἐποίει, καὶ φέρειν μετρίως τὺς Ἀθηναίυς, ἀεὶ τὰ πραότατα τῶν ὀνομάτων τοῖς ἁμαρτήμασι τιθεμένυς παιδίας καὶ φιλανθρωπίας.* Quem Atheniensium morem acceptum retulit Solonis *σοφίσματι* Plut. idem in Solone pag. 86. verum haec perniciosa consuetudo corrupit et perdidit sine dubio Alcibiadem; quamquam quoque fuerunt, qui hanc ejus vitam damnarunt, in quibus Archestratus dixit, *ὡς ἡ Ἑλλὰς ὐκ ἂν ἤνεγκε δύο Ἀλκιβιάδας.* Non anxie inquirendum, qualis ipse Archestratus fuerit, de quo egit Perizonius ad Aelian. Lib.

cum eo vivere consuerat, muliebri sua veste contectum aedificii incendio mortuum cremavit, quod ad vivum interimendum erat comparatum. Sic Alcibiades annos circiter quadraginta natus diem obiit supremum.

XI. V. H. cap. 7. recte tamen observat Plut. eum hoc *ὀυκ ἀπὸ τρόπυ* sibi visum esse dixisse. Attamen omnibus, quae de eo vulgaverunt Athenienses in contraria partium studia scissi, et *δεινῶς ὑπὸ τῶν δημαγωγῶν παροξυνθέντες* adversus Alcibiadem, ut verbis Diodori Sic. Lib. XIII. cap. 5. utar, non est habenda fides, unde prudenter addidit Nepos, quid de eo tres gravissimi Historici literis mandaverint.

*Quae cum eo vivere consueverat*] *To vivere* expungit Ed. Ultraj. probantque post *Schottum Pascasius Grosippus in Paradox. literar. Epist.* 8. et *Buchnerus in accessionibus ad Fabrum.* quomodo *Plautus* Cistell. 1, 1, 88. *tun' unquam cum quiquam viro consuevisti? Terentius* Phorm. 5, 6, 33. *cum ejus consuevit olim matre in Lemno clanculum.* Hecyra 4, 1, 40. *quicum tot consuesset annos.* Ubi *Donatus: Consuesset proprie dicitur in stupro. Cicero* Verr. 5. *mulieres, quibuscum iste consueverat.* adde *Gell.* 2, 23. et 4, 3. Subaudiendum autem verbum *concumbere, rem habere*, aut simile: quemadmodum et ad verbum *solere* in illo *Plauti* Cistell. 1, 1, 37. *viris cum suis praedicant nos solere*: de quo *Scaliger ad Catullum.* adde *Schoppium l. c.* Pro *consueverat* Exc. Dan. *consuerat.* bene. *Bosius. vivere* agnoscunt Leid. [Gu.] et Voss. A. B. [Ult. non *consuerat*, sed *consueverat* habet, ut omnes ante Bosium, etiam Cod. Gu.]

*Muliebri sua veste*] I. e. pallio, ut ait *Cicero* 2. *de divinat.* cap. 69. *Valerius Max.* 1, 7. *ext.* 9. Qui et Alcibiadis ea de re somnium narrant: de quo praeter ea apud *Plutarchum* et *Suidam* legimus. *Bosius.*

(p. 250.) *Veste contectum cremavit*] Vel quod nudus, aut saltem tunicatus esset (in sonitu enim flammae expergefactus, lecto exsurgens, vestimentis, quae in praesentia erant, in ignem conjectis, flammam per mediam evaserat:) vel ex antiqua consuetudine in funeribus et cremandis cadaveribus servata. Solebant namque antiqui cadavera exornare pulchrisque integere vestibus, cumque his rogis exurenda exponere; vel, ubi non cremarentur corpora, sepulchris condere, ut auctorum testimoniis est manifestum, *Homeri Odyss.* ω. v. 131. *et seqq. Valerii Max.* 5, 1. *Virgilii Aen.* 6, 220. *Plutarchi in Bruto, Othone, et Arato Sicyonio.* Romae qui in magistratu constituti vita excedebant, praetexta amicti, in rogum portabantur. Adnotare hoc licet apud *Livium* 34, 7. Magius. adde *Kirchm. de Funerib. Rom.* 1, 10. Bosius.

*Cremavit*] More Graecorum, de quo idem *Kirchmannus*, 1, 2. Bos. Plut. p. 213: dicit *ἐκήδευσε λαμπρῶς καὶ φιλοτίμως.*

*Annos circiter quadraginta natus.*] De Alcibiadis aetate disputat Dukerus ad Thucydid. L. v. cap. 43.

## CAP. XI.

Hunc, infamatum a plerisque, tres gravissimi historici summis laudibus extulerunt: Thucydides, qui ejusdem aetatis fuit, Theopompus, qui fuit post aliquanto natus, et Timaeus, qui quidem duo maledi- 1

*Infamatum a plerisque*] Cum ab aliis, tum ab Antiphone, qui librum scripſit contumeliae in Alcibiadem, ut *Athenaeus* teſtatur 12, 4. et Lysia oratore, qui orationem contra Alcibiadem compoſuit: teſtatur idem *Athenaeus* 13, 4. Magius.

*Summis laud. extul.*] Sic Ephorus laudavit Philiſtum Hiſtoricum. v. Plut. in Dione p. 974.

*Qui ejusd. aetatis fuit.*] Hinc ab Ariſtide Oration. Tom. II. p. 121. vocatur *πρῶτον μὲν κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον γεγονὼς, καὶ συγγεγονώς.*

*Theopompus, qui fuit*] Poſtrema duo vocabula non agnoscebat Cod. Leidenſis. *Bos. Fuit* abeſt Leid. meo, et Voſſ. A. B. [Ax. Gu.]

*Duo maledicentissimi*] Plura hac de re *Vossius de hist. Graec.* 1, 7. et 12. et *in Addendis ad locum posteriorem.* Bos. Pro *Timaeus* Leid. et Voſſ. A. *Thymaeus.* Scio quidem, Theopompum una cum Timaeo calumniae crimine fuiſſe accusatum; sed omnes veraces auctores, praecipue, qui clavum clavum et scapham scapham appellant, non sunt habendi maledici; veritatis enim Theopompus fuit ſtudioſiſſimus, ut Vossius oſtendit. Maxima vero ei fides habenda eſt, res bellum Peloponneſiacum spectantes deſcribenti, qui ad reliqua belli Peloponneſiaci detexenda animum appulit. v. Weſſ. ad Diod. Sicul. Lib. IV. cap. 1. orſus enim eſt inde, ubi Thucydides deſiit. v. inter alios Polybium in Exc. de virtut. et vitiis pag. 1379. Sed et veritatis ſtudium saepe ei diverſa ab aliis de viris illuſtribus teſtimonia quasi extorsit. Audiamus de Lyſandro Plutarchum pag. 450. *Καὶ γὰρ ἡ πενία τȣ̃ Λυσάνδρȣ τελευτήσαντος ἐκκαλυφθεῖσα, φανερωτέραν ἐποίησε τὴν ἀρετὴν, ἀπὸ Χρημάτων πολλῶν, καὶ δυνάμεως θεραπείας τε πόλεων, καὶ βασιλείας τοιαύτης, μηδὲ μικρὸν ἐπιλαμπρύναντος τὸν οἶκον εἰς Χρημάτων λόγον, ΩΣ ΙΣΤΟΡΕΙ ΘΕΟΠΟΜΠΟΣ.* Ultima Plutarchi, quae nunc sequuntur de Theopompo verba, loco suo relinquo, *ᾧ μᾶλλον ἐπαινȣ̃ντι πιϛεύσειεν ἄν τις, ἢ ψέγοντι. ψέγειν γὰρ ἥδιον, ἢ ἐπαινεῖν.* De Agesilao etiam alia alios latentia detexit. v. Plut. p. 614. Neque video cauſſam, cur vitio ei fuerit verſum, quod contra Epheſiorum sententiam evulgaverit primus Heroſtrati nomen. v. Val. Maxim. Lib. VIII. c. 14. Ext. 5. scio quidem, scriptorem graviſſimum Polybium, qui Lib. XII. cap. 15. prudens Theopompi dictum de optimo Hiſtorico cum poſteris communicavit, Lib. XVI. cap. 11. et (quod jam notavit Torrenius ad Val. Maximum) in Exc. de Virtut. et Vitiis a pag. 1375. ad pag. 1380. in eum quam plurima evomuiſſe. varias variorum de Theopompo sententias Perizonius etiam re-

[redacted]



centissimi, nescio quo modo, in illo uno laudando
2 conscierunt. Namque ea, quae supra diximus, de eo praedicarunt, atque hoc amplius: quum Athenis, splendidissima civitate, natus esset, omnes splendore

fert ad Aelianum Lib. III. V. H. cap. 18. in fine. cl. Wesseling tamen jure adfirmare se posse opinatur, Diodorum Siculum in Philippi rebus describendis Theopompi vestigia potissimum legisse. vide Eum ad Lib. XVI. cap. 3. n. 43. adde Vossium Lib. I. de Hist. Gr. cap. 7. pag. 32. In quem Philippum tamen plurima fuit invectus, unde asperrimum dicendi genus *Theopompinum* vocatur. v. Popm. ad Cic. Lib. II. ad Attic. Ep. 6. sed quaestio est, vere an false scripserit. certe Diodoro Siculo igitur fides ejus non fuit suspecta. et inter decem historicos non spernendos numeratur in fragm. Bibliothecae Coislin. pag. 597. et ipse Nepos h. l. eum jungit cum Thucydide, qui accurata rerum descriptione omnibus Historicis antecellit, ut dicit Aristides Oration. Tom. II. pag. 120. De Theopompo vide Bosium ad Iphicrat. cap. 3. §. 2. Nonne egregie et vere descripsit mores Eubuli. v. cl. Ruhnk. in Hist. Crit. Orat. Gr. pag. 66, 67, 85, 87. Recte vocavit Agesilaum τῶν τότε ζώντων ἐπιφανέστατον. v. Plut. pag. 601. Praeterea factiosis, ut tum erant, temporibus non omnia eodem modo referuntur. Phrynichus Comicus carminibus perstrinxit Alcibiadis accusatores. v. Periz. ad Aelian. Lib. III. V. H. cap. 8. [De *Timaeo* praeclare disputavit ejusque librorum fragmenta collegit Franciscus Goeller in doctissimo libro: *De Situ et Origine Syracusarum ad explicandam Thucydidis potissimum historiam scripsit atque Philisti et Timaei Rerum Sicularum Fragmenta adjecit Fr. Goeller. Lipsiae.* 1818. 8. pag. 179. sqq.]

*Consenserunt*] Libri MSS. P. Danielis et Gifanii, *laudando consuerunt.* alii *conscierunt.* aliquid latet, quod sine indicio melioris codicis vix ac ne vix quidem detegetur. *Gebhardus.* Leid. *In illo laudando conscierunt.* Voss. B. etiam *conscierunt. Conscierunt* legendum. v. cl. Oud. ad J. Caesarem Lib. I. B. G. cap. 28, 32. quem jam in post. not. citavi. adde Heus. ad h. l. [Codices *conscierunt* vel corrupte *consuerunt.* Illud etiam in Axen. est, nec aliquid latet, quod Gebhardus suspicatur, sed nihil melius excogitari posse patet. *Conscierunt* est, *inter se consenserunt*: id enim aliquando significat verbum *consciscere*, male plerumque a librariis habitum, et hic etiam ab editoribus fere oblitteratum. v. Drakenb. ad Liv. 1, 32, 12, et 13. 10, 18, 2. 26, 16, 7. Heins. et Scheffer. ad Phaedr. fab. 4, 24, 32. *Heusinger.* Gu. *consuerunt.* Ult. *conscierunt*, et in margine: *Al. consuerunt.*]

*Nam ea*] Voss. A. B. *namque.* [Ax. *Namque ea, quae supra scripsimus*, satis bene. *Mosche.* Ita etiam Gu. Pro *nam* etiam Ult. *namque*, quod post Harlesium restitui.] pro *praedicarunt* Voss. B. *praedicatur.*

*Atque hoc amplius*] De hoc loquendi modo Perizonius ad Sanctii Min. Lib. IV. cap. 2. n. 1. pag. 530.

*Splendidiss. civitate*] Nescio, (p. 252.) cur haec *Lambino* ac *Gebhardo* suspecta fuerint; cum in MSS. Codd. habeantur. Et similiter supra locutus Noster c. 1, 2. et infra 8, 2, 1. *Bosius.*

*Omnes Athenienses*] MSS. Dan. Boecl. Leid. posterior, iis, quos

ac dignitate superasse vitae; postquam inde expulsus 3
Thebas venerit, adeo studiis eorum inservisse, ut nemo eum labore corporisque viribus posset aequiparare (omnes enim Boeotii magis firmitati corporis, quam ingenii acumini inserviunt); eumdem apud La- 4
cedaemonios, quorum moribus summa virtus in patien-

*Magius* inspexit, utraque vox abfuit. Igitur hic utramque ab *Aldo* confidentius aequo additam, *Lambinus* quoque delendam putabat, sed ita, ut in praecedentibus legatur, *cum Athenis natus esset, splendidissimam civitatem splendore ac d. v. s.* quod recte lubidini ejus imputat *Gebhardus*: qui tamen posterius nomen retinet. Ego prius malim; praeeuntibus optimis, quos dixi, libris. neque video, quomodo utroque ejecto sensus sibi constet. *Bosius*. *Athenienses* abest a Leid. meo et Voss. A. [Ax. Gu. Ult.] haud necesse, ut addatur. De re vide Aristidem Orat. Tom. II. pag. 125. *superasse vitae* exhibent Voss. A. B. paullo post pro *inserviisse* Leid. *inservisse*. item Voss. A. B. [In edit. principe, utraque Paris. et Mag. verba *omnes Athenienses* omittuntur. Pro *vitae superasse* etiam Gu. Ult. omnesque ante Lamb. *superasse vitae*, qui verborum ordo temere a Lambino mutatus est. v. supra ad cap. 8, 2. Pro *inserviisse*, quod in Keuchen. Ed. expressum est, reliquae omnes cum Ax. Gu. et Ult. *inservisse*.]

*Magis firmitati corporis*] Corporum Boeotiorum robur ac firmitudinem aliquoties commendat *Diodorus* Lib. 15. *Οἱ Θηβαῖοι*, inquit, *τῇ τε ῥώμῃ τῶν σωμάτων καὶ ταῖς ἀλκαῖς διαφέροντες*. Sensus Nepotis est: Boeotii majus studium plusque operae ponunt in acquirendo confirmandoque corporis robore, quam in excolendo ingenio. Epaminonda: *Namque illi genti* (Thebanorum) *plus inest virium quam ingenii*. Hinc alii *Βοιωτοὺς βόας* denominatos volunt, ὡς οὐκ ὄντας ταῖς διανοίαις ἄγαν εὐκινήτους ob crassitiem ingenii. *Gebhardus*. Adde ad 15, 5, 2. *Bosius*. Pro *Boeotii* Leid. et Voss. A. B. [Ax. Gu.] *Boetii*. Sed haec obprobria Boeotiis Attici objecerunt, caussamque praecipuam addit Plutarchus Orat. 1. de Esu Carn. pag. 995. *Τοὺς γὰρ βοιωτοὺς ἡμᾶς οἱ Ἀττικοὶ καὶ παχεῖς, καὶ ἀναισθήτους καὶ ἠλιθίους, μάλιστα διὰ τῆς ἀδηφαγίας, προσηγόρευον. οὗτοι δὲ ἂν σῦς. καὶ ὁ Μένανδρος, οἱ γνάθους ἔχουσι.*

*Eumdem apud Lacedaemon. etc.*] Eadem referunt *Athenaeus* 12, 9. *Plutarchus in Alcibiade* pag. 203. et in *lib. de adul. et amici discr.* pag. 52. Bosius.

*Quorum moribus summa virtus in patientia*] Legas *Plutarchum* in *Lycurgi vita*, et in *Laconum institutis*. Recte autem *ponebatur* ait, non vero *ponitur*: quia sua aetate, multoque ante, dura Laconum instituta in desuetudinem abierant. *Magius*. Leges tamen Lycurgi valere perseverarunt, ab ipsis Imperatoribus Romanis ne quidem sublatae. unde Dion Cassius L. LXIII. cap. 14. de Nerone narrat πλὴν Ἀθηνῶν, καὶ Λακεδαιμονίων. ταύταις γὰρ μόναις οὐδὲ ἐπεφοίτησε τὴν ἀρχὴν, τῇ μὲν, διὰ τοὺς Λυκούργου νόμους, ὡς ἐναντίους τῇ προαιρέσει αὐτοῦ ὄντας etc. Vide Fabric. Bibl. Graec. Lib. II. cap. 14. pag. 541. Ego

[redacted]



tia ponebatur, sic duritiae se dedisse, ut parsimonia victus atque cultus omnes Lacedaemonios vinceret; fuisse apud Thracas, homines vinolentos rebusque Venereis deditos, hos quoque in his rebus antecessisse; venisse ad Persas, apud quos summa laus esset fortiter

Nepotem credo *τὸ ponebatur* posuisse, pro *poni solet.* quo sensu Graeci aoristis secundis saepius utuntur, et nullam suae aetatis habuisse rationem, ut §. 5. *venisse ad Persas, apud quos summa laus esset fortiter venari, luxuriose vivere.* Cur Nepos ibi non posuit *est*, nam hunc vivendi (p. 253.) modum Persae Nepotis aetate non mutarunt. De Laconum vicissitudinibus singula nota e Polybio, Plutarcho et aliis, quos jam citarunt, qui de Laconum rebus ex professo egerunt.

*Duritiae se dedisse*] Ita exhibent Leid. et Voss. A. B. praeterquam quod in Leid. *duritie* legitur. Vocem *duritiae* illustrant, quae proferunt Broukh. ad Propert. Lib. 1. El. 16. vs. 29. et Dukerus ad Florum lib. 2. c. 3. num. 4.

*Cultus omnes*] Ms. Boecler. *omnis cultus.* Bosius. *Cultus* hic de vestibus sumitur. Vide Servium ad Virgil. 1. Georg. vs. 3. quomodo a Livio, Suetonio, aliisque adhibetur: de Lacedaemoniorum vili vestitu vide praeter alios Thucydid. lib. 1. cap. 6. et Cel. J. Perizon. ad Aelian. L. 9. V. H. cap. 34. num. 2. et ad lib. 14. cap. 7. num. 6. *Omnis cultus* etiam Voss. B. [Ax.] *victus* vero de necessariis ad vitam sustinendam, parcis, et aridis alimoniis dici, nemo ignorat. Vide Broukhus. ad Tibull. L. 2. El. 1. vs. 43. et Cel. Burm. ad Petron. cap. 55. pag. 267. de re v. Cl. Periz. ad Aelian. l. l. n. 7.

*Thraces, homines vinolentos*] *Plato* 1. *de legibus*, et *Torrentius noster* ad illud *Horatii* 1. *od.* 27.

*Natis in usum laetitiae scyphis*
*Pugnare Thracum est.*

Schottus. Leid. *violentos.* Sed hoc nihili; idem testatur de Scythis Herodot. Lib. VI. c. 84. v. Bern. Martinum Lib. 1. Var. Lect. cap. 21. De Thracia, licet frigida vini ferace, Celeberr. Schraderus Lib. 1. obs. cap. 1. et cap. 4. Alcibiadem meri potu superasse Thracas antiqui prodiderunt. v. Hard. ad Plinium Lib. XIV. Sect. 28. num. 19. pag. 729.

*Rebusque venereis deditos*] Suspectum hoc *Schotto*, cum Thraces simplici ingenio homines, et frigido coelo nati sint: quare *reique veterinae deditos* reponebat: eoque referebat, quod *Plutarchus* Alcibiaden *ἐν Θράκῃ μεθυσικὸν* et *ἱππαστικὸν* fuisse scribit. Sed intercedit *Gebhardus*, et postquam e *Martiali*, *Varrone*, *Scholiaste Aristophanis in Acharn. Tacito* 14. 2, 1. *Valerio Max.* 2, 1, 5. Ebrietatis pedisequam Libidinem esse, neque fortius homines in Venerem stimulari, quam cum mero incaluerunt, ostendisset, idem de Thracibus existimandum subdit. Cur, inquit, Thracas aliter affectos putemus? An sunt simplici ingenio et frigido coelo nati? Prius nego; alterum intendendam ad libidinem non minimum conferre, norunt omnes; praesertim cum interiore parte per frigus cohibitus calor vino, quasi suffuso oleo, gravius succendatur. Nesciisse hoc dicemus Ovidium, qui Thraces gentili vitio libidinosiores canit? lib. 6 *Metam.* de Tereo.

*Digna quidem facies, sed et*
*hunc innata libido*

venari, luxuriose vivere, horum sic imitatum consuetudinem, ut illi ipsi eum in his maxime admirarentur. Quibus rebus effecisse, ut, apud quoscunque esset, 6
princeps poneretur, habereturque carissimus. Sed satis de hoc, reliquos ordiamur.

*Exstimulat; pronumque genus regionibus illis*
*In venerem est, flagrat vitio gentisque suoque.*

Bosius. [Cod. Dan. *veneriis*. Gu. utraque lectione conjuncta: *venereiis*.]

*Venisse ad Persas*] De Persarum venatione et luxu *Strabo* lib. 15. et *Horatius* 1. *Od. ultima*:

*Persicos odi puer apparatus.*

(p. 254.) Ibidemque post *Lambinum Torrentius* praeclare, ut mittam *Brissonii commentarium* ac *Petri Bizari Liguris de rebus Persicis*, itemque *Jo. Drusium lib.* 12. *Observationum.* Schottus. [Ult. *luxurioseque v.*]

*Apud quoscunque esset*] Alcibiades instar versipellis omnium ac moribus et ingeniis quocunque loco et tempore absque discrimine accommodavit. Unde *Plutarchus* in ejus vita illum Chamaeleonti comparat, omnes colores praeter album, ut ferunt, induenti. *Loccenius.*

*Princeps*] Male q. libri *principes*. Bosius. [*Principes* est in Ed. principe et Paris. 2. Pro *princeps poneretur* Ed. Ald. et Lamb. *poneretur princeps.*]

*Carissimus*] Cod. Dan. [Gu.] *karissimus*, ἀρχαικῶς. *Bosius.* Leid. et Voss. A. B. *habeturque carissimus.* Pro *ordiamur* Voss. B. *ordinamur.* [Ax. *haberetur charissimus.*]

# VIII. THRASYBULUS.

## Cap. I.

1 THRASYBULUS LYCI F. ATHENIENSIS. Si per se virtus sine fortuna ponderanda sit, dubito, an hunc primum omnium ponam. Illud sine dubio, neminem huic praefero fide, constantia, magnitudine
2 animi, in patriam amore. Nam, quod multi voluerunt, pauci potuerunt, ab uno tyranno patriam libe-

(p. 255.) DE THRASYBULO vide *Diodorum* 13. et 14. *Xenoph. H. Gr.* 1. *et* 2. *Thucydidem* 8 *Plutarchum in Alcibiade*, *Lysandro*, *Pelopida*, *Politicis. Clem. Alexandr. stromat.* 1. *Pausan. Atticis*, *Justin.* 5, 9, et 10. *Val. Max.* 4, 1. *ext.* 4. 5, 6. *ext.* 2. *Cic. epist. ad Att.* 8, 3. *Oros.* 2, 17. Boeclerus. Ejus penes me nummus, in cujus uno latere caput imberbe, et *ΘΡΑΣΥΒΟΥΛΟΥ*; in altero inter capram et supervolantem cum caduceo in capite ciconiam: *TH APETH. Bosius.*

*Dubito*] Hoc verbum illuſtrat Cel. J. Perizon. ad Sanctii Minerv. lib. 3. cap. 3. pag. 331. [Pro *pond. sit* Ax. *pond. est.*]

*Primum omnium*] Leid. *omnium primum.*

*Illud sine dubio, neminem huic praefero fide*] Sic lego e MſT. Gif. Dan. Schott. [Gu.] Leid. et Ed. Ultraject. probabatque *Gebhardus*, hac mente, eſſe apud sapientes extra dubitationis aleam, quod virtus seorſim sine intuitu fortunae sit ponderanda: idcirco se anteferre Thrasybulo virtute clarum neminem. Ego malim ad sequentia referre, hoc senſu: si maxime non debeatur primus Thrasybulo locus inter illuſtres imperatores; id tamen certum eſſe, neminem ei illis, quas ſubjicit, virtutibus praeferendum. Atque sic paſſim loquuntur boni scriptores. Etiam Noſter ad eum fere modum 23, 12, 3. *His Prusias negare ausus non est, illud recusavit, ne id etc.* Et 25, 11, 3. *Difficile est omnia persequi: illud unum intelligi volumus, etc.* Quod si vulgata lectio retineri debeat, legerim: *nam illi neminem praefero etc.* Ut particula *nam* ab ultima syllaba vocis praecedentis absorpta fuerit. *Bosius.* Leid. meus et Voſſ. B. *illud sine dubio, neminem huic praefero.*

*In patriam amore*] Unde φιλόπολις et φιλόπατρις inter ejus elogia. *Gebhardus.*

*Pauci*] Dan. *paucique.* Boſius. *Paucique* etiam Leid. meus et Voſſian. A. B. Non ineleganter. Pro *a triginta* Leid. *triginta.*

rare, huic contigit, ut a triginta oppressam tyrannis ex servitute in libertatem vindicaret. Sed, nescio quo 3 modo, quum eum nemo anteiret his virtutibus, multi nobilitate praecucurrerunt. Primum Peloponnesio bello

Pro *vindicaret* Voss. B. [Ax.] *vendicaret*, quod est nihili. Elegantissime autem dixit *e servitute in libertatem vindicare*, quo- (p. 256.) modo etiam locutus est in Epam. cap. 8. Est Ciceroniana locutio lib. 2. ad Fam. Ep. 5. *Qui sit remp. afflictam et oppressam miseris temporibus ac perditis moribus in veterem dignitatem ac libertatem* vindicaturus. Ad quem locum Manutius ante alios jam monuit *vindicare* non *vendicare* scribendum, quem ibi consule de hoc verbo, et Servium ad Virg. lib. 4. Aen. vers. 228. nec non Cort. ad Cic. L. L. et ad Sall. Catil. cap. 20. num. 6. ita et Livius l. 3. cap. 45. *Me* vindicantem *sponsam in libertatem vita citius deseret quam fides*. De triginta tyrannis, qui patriam ejus ita obpresserant, ut nec Archontes, nec Strategi, nec populus hiscere auderent, unde annus iste *ἀναρχία* dictus, consule Celeb. J. Perizon. ad Aelian. Lib. 5. V. H. cap. 13. num. 7. et Justin. lib. 5. cap. 9. et 10. [Cod. Ax. *Namque multi voluerunt paucique potuerunt*, ex qua lectione loci sententia optime constat. *Mosche.* Cicero Brut. cap. 58. *Qui* ex dominatu *Tib. Gracchi privatus* in libertatem *rem publicam* vindicavit. Pro *pauci*, quod in reliquis Edd. legitur, Ult. et Gu. *paucique*. Tum Ax. Ult. *e serv.*]

*Nobilitate*] Celebritate, gloria. v. Ind. Neque enim de nobilitate sanguinis, quod nonnullis visum, hoc accipi debet. *Bosius. His* abest a Leid.

*Praecurrerunt*] Recte Editiones veteres [Gu. Ult.] *praecucurrerunt.* Est autem translatio a certantibus cursu in stadio. Horat.

— *Equis* praecurreret *albis*.

Cicero de Oratore: *Horum uterque Isocratem aetate* praecurrit. Et Attico: *Vobis vero illum tanto minorem* praecurrere *vix honestum.* Valer. Maxim. lib. 6. cap. 9, 13. *Crassum casus acerbitate* praecurrit. sic Graeci *παρῆλθον*. Demosth. *περὶ στεφάνου* in princip. *Gebhard.* Quaed. Edd. *praecucurrerunt*, assentiente *Gebhardo*; quomodo *Plautus Sticho* 2, 2, 67. *praecucurri, ut nuntiarem nuntium exoptabilem.* Et *Tertullianus* 1. *ad uxorem: oportebat legis adimplendae causas praecucurrisse.* Sic apud alios *decucurri, excucurri, procucurri, percucurri, concucurri.* de quo videndi *Lud. Carrio Antiq. lect.* 3, 5. *Vossius de analogia* 3, 19. et *Tho. Bangius observ. Philolog.* lib. 1. p. 597. et seqq. *Bosius.* De hoc verbo Passerat. ad Propert. 1, 23, 25. Graecos vero eodem modo *παρέρχεσθαι* per metaphoram a stadio desumtam pro vincere, superare, praecellere etc. posuisse, docent nos Scholia Homeri Iliad. A. vers. 132. et ad Odyss. N. vers. 291. quem imitatus est Callimachus H. in Dian. vs. 250. — *ῥέα κεν Πυθῶνα παρέλθοι* et sic alii. Vossian. B. exhibet *praecucurrerunt*, sic *decucurrit* ex MSS. legit cl. Oudend. ad Frontin. Lib. 1. Strat. cap. 1. n. 63. ad Lib. 2. cap. 2. num. 9. et ad cap. 4. num. 39.

*Peloponnesio*] Cod. Dan. *Peloponensio.* Quomodo passim in

[redacted]



multa hic sine Alcibiade gessit, ille nullam rem sine hoc, quae ille universa naturali quodam bono fecit
4 lucri. Sed illa tamen omnia communia imperatoribus cum militibus et fortuna, quod in praelii concursu abit

Mss. *Peloponense*, et alicubi *Proconense*, pro *Proconesio*. Bosius. Voss. A. *Peloponnessio*. B. *Peloponesi*.

*Multa hic sine Alcibiade*] Quae *Xenophon* 1. *de reb. Gr.* et *Diodorus* 13. narrant. *Lambinus*. Est autem elegans formula, qua etiam alii usi. *Cicero* pro Mur. cap. 9. *Maximo in bello sic est versatus, ut hic multas res et magnas sine imperatore gesserit, nullam sine hoc imperator.* De Parmenione Curtius 7, 2, 33. *multa sine rege prospere, rex sine illo nihil magnae rei gesserat. Sidonius Apollinaris* Paneg. ad Avitum:

*Nil sine te gessit, cum plurima tu sine illo.*

(p. 257.) Bosius. Plut. in Alcibiad. pag. 206. *συνέπραττε δ' αὐτῷ* (Alcibiadi) *καὶ Θρασύβυλος ὁ Στειριεὺς ἅμα παρών, καὶ κεκραγώς. ἦν γάρ (ὡς λέγεται) μεγαλοφωνότατος Ἀθηναίων.* Pro *quae ille un.* Voss. B. *quae illa un.*

*Abit res a consilio ad vires vimque pugnantium.*] Vulgati omnes, ut in textu. *Lambinus* legebat *ad vires virtutemque pugn.* Claud. Puteanus *ad vices vimque pugn.* ac *vices* exponebat partes, munus. In Mss. Codd. mira varietas. Schotti liber *ad vires cujusque pugnantium;* quod ille tuetur. Savaronis: *ad vires nostrum cujusque pugn.* Puteani: *ad vires undique pugnantium.* Leidensis: *ad vires usque pugn.* Boecleri denique: *in p. c. huit* (superducta lineola) *res a c. ad vires vimque pugn.* Primo certum est, *vires vimque*, cum eadem sit vox, inepta repetitione conjungi: ac proinde alterutrum in mendo cubare. Deinde, *vim* pugnantibus optime convenire; cum et supra 1, 5, 3. iis tribuatur. Praeterea ex iis, quae praecedunt ac sequuntur, colligere est, requiri hic aliquid, quod ad *fortunam*, et aliquid, quod ad *milites* pertineat; nam et caussam reddit, cur in bello multa *communia sint imperatoribus cum militibus et fortuna;* et hinc porro colligit, *jure suo nonnulla ab imperatore militem, plurima vero fortunam vindicare.* Ergo dubitari non debet, heic quoque *fortunae* mentionem a *Nepote* factam. Non displicet igitur, quod *Puteanus* conjicit, pro *vires* legendum *vices.* Nam ea voce subinde veteres de fortuna pariter ac bello utuntur. De fortuna *Lucanus* 2, 12.

*Sive nihil positum est, sed sors incerta vagatur,*
*Fertque refertque* vices, *et habent mortalia casum.*

Seneca controversia 1. *Venit subito deformis squalore, lacrymis. O graves, fortuna, vices tuae!* Ita recte emendavit *ὁ πάνυ Gronov.* cum vulgo pariter legeretur *vires.* Ejusdem epitome lib. 5. declam. 1. *Mutentur* vices *felicitatis humanae; proscriptus aliquando proscripsit.* De bello et praelio Virgilius Aeneid. 2, 432. *Testor in occasu vestro nec tela, nec ullas Vitavisse* vices *Danaûm.* Ubi *Servius.* Vices, *pugnas, quia per vicissitudinem pugnabatur.* Et mox: *De bello usurpatum est. Nullum enim praelium caret*

res a consilio ad vires vimque pugnantium. Itaque jure suo nonnulla ab imperatore miles, plurima vero for-

*periculo: ergo vices periculi.* Bene. *Vices* enim proprie vicissitudinem et variationem designant. Tacitus Ann. 6, 35, 2. *Modo equestris praelii more, frontis et tergi* vices. Idem Agric. 18, 1. *Hunc Britanniae statum, has bellorum* vices *Agricola invenit.* Statius: *bellica jura, vicesque armorum.* Hac voce in *vires* mutata, videntur librarii, animadverſo, inepte *vimque* addi, poſteriorem hancce in *usque, cujusque*, *undique* corrupiſſe. [*Vices*, etsi succeſſionis mutationem inferunt, nusquam tamen sic abſolute dicuntur, ut, ad quod pertineant, non adsit. *Tzschuckius.* Eadem de cauſſa Bremius Puteani conjecturam recte improbat.] *Tò huit* autem, quod in Boecl. fuit, et ex *habuit* abbreviatum videtur, ex ſimilitudine soni natum. Sed unde *tò nostrum*, quod in suo *Savaro* invenit? Ut ingenue fatear, haereo, et vereor, ne quid aliud lateat. *Bosius.* Voſſ. A. [Ax.] et Leid. meus *abiit.* Voſſ. B. *In praeliis concursu habuit.* J. J. Struchtmeyer Lib. 1. Animadvers. Critic. cap. 10. legit *vices fortunae.* Sed vide not. meas poſt. (p. 258.) codices mei [Gu. Ax. Ult.] legunt *vires vimque.* nequeo ſubſcribere ſententiae Heuſingeri legentis *ad vires utrimque pugnantium*, sed non alienus sum a scriptura duorum codicum legentium *abiit*, pro abire solet. quomodo et Virgilius saepe loquitur, ut inter alia 1. G. 49. *Illius immensae ruperunt horrea messes*, pro rumpere solent. Vide notas meas ad Alcibiad. cap. 11. §. 4. [Cl. Wenckius, illuſtr. paedagog. Darmſtadini prorector, *vires* capit de numero copiarum, de universi exercitus robore, *vim* de impetu animi et virtute pugnantium. Comprobat ejus interpretationem ὁ πάνυ Gesnerus. *Vires*, inquit, *sunt omnes copiae in praelio praesentes, hominum, equorum, cet. Vis pugnantium animus et robur praesens militum, quod in praelio actu ipso adhibent.* Heuſingerus in *Addendis.* Quamquam *vires vimque pugnantium* mihi displicet, in eo tamen errare interpretes video, quod quaedam de vi fortunae dicenda deſiderant. Potuit enim auctor vel sic de fortuna, quae sequuntur, adjicere. Mendum itaque verbo *vim* ineſſe puto, neque dubito, quin, modo codicum lectiones accurate noſſemus, verum inveniri poſſit. *Mosche.* In Ult. omittitur *omnia* ante *communia* ob syllabarum similitudinem. In eadem, ut in Ed. principe, Arg. Paris. prima, (fortaſſe et secunda) Ald. Long. et Mag. *abiit* legitur, quod tamen non praetulerim. Staverius in poſter. notis: *Adridet mihi*, inquit, *Lambini emendatio legentis* ad vires virtutemque pugnantium, *vel* ad vim virtutemque p. *Cicero in Verr.* 1, 21. *Regem Persen* vi et virtute *superavit; et paullo post: ex urbe hostium* vi et virtute *capta. Curtius, forsitan Nostrum imitatus, dicit* 9, 7, 16. *eximiam* virtutem virium, *ubi v. Interpretes.* Corruptum eſſe hunc locum apparet, quem sine meliorum Codicum auxilio emendare non possis.]

*Plurima vero fortuna*] Gloriam reſtituti hujus loci sibi vindicat Lambinus, quam neque ipsi invideo, aut intercipere cogito. Antehac vulgati *plurima vero a fortuna vindicat, seque his plus valuisse, quam Ducis prudentia, vere potest praedicare.* Unde altero periculo idem extricare conatur: Itaque jure

[redacted]



tuna vindicat, seque hic plus valuisse, quam ducis prudentiam, vere potest praedicare. Quare illud magnificentissimum factum proprium est Thrasybuli. Nam quum triginta tyranni, praepositi a Lacedaemoniis, servitute oppressas tenerent Athenas, plurimos cives, qui-

*suo nonnulla ab imp. mil. pl. vero fort. vindicat, seque his plus valuisse vere potest praedicare.* Comparat geſta Alcibiadis et Thrasybuli, hujusque longe praefert. Ratio, quia in rebus belli plurima sibi fortuna vindicat, et nihil prudentiae relinquit. Exemplum eſt apud Curt. lib. 3. cap. 33. *Destinata salubriter omni ratione potentior fortuna discussit.* Gebhardus. Locus obscurus, et quem vellem diligentius viri docti excusſiſſent. Vulgati fere sic habent: *plurima vero a fortuna vindicat, seque his plus val. qu. duc. prudentia vere p. praedicare.* Quod merito ſuſpectum *Lambino* fuit. Nam, ut e praecedentibus apparet, Nepos *imperatori militem* et *fortunam*, non *militem imperatori* et *fortunae* opponit, neque verum eſt, *plura* militem a fortuna, quam ab imperatore, multo minus, *plurima* cum *a fortuna* sibi *vindicare*, quin potius plurimum in bello fortuna sibi vindicat. *Cicero* pro M. Marcello c. 2. *Certe in armis militum virtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, commeatus, multum juvant: maximam vero partem quasi suo jure fortuna sibi vindicat, et quidquid est prospere gestum, id paene omne ducit suum.* Quem locum a noſtro expreſſum cenſebat *Schottus. Caesar* B. Civ. 3, 68. *Fortuna, quae plurimum potest, quum in reliquis rebus, tum praecipue in bello. Isocrates* Archidamo: *Τῶν μὲν ἐν πολέμῳ γιγνομένων τὸ πλεῖϛον μέρος τῇ τύχῃ μέτεϛι.* Recte igitur *Lambinus* aliique delerunt praepoſitionem; quae et Dan. codice aberat; reliqua idem *Lambinus*, *his* in *hic*, et *prudentia* in *prudentiam* (quod etiam in Longol. ed. haberi ait,) mutato, sic reſtituit: *seque hic plus valuisse, quam ducis prudentiam, v. p. praed.* ſuſpicatur tamen, cum *τὸ his* in omnibus libris inveniatur, totum illud, *quam ducis prudentia*, subditum, itaque legendum eſſe: *pl. vero fortuna vindicat, seque his plus val. v. p. praed.* Cui conjecturae parum abeſt, quin ſubſcribam. Certe sententia aperta eſt. Quoniam tamen omnes tam editi, quam MSſ. Codices haec verba habent, delere non auſim. *Τὸ his* autem vel mutari poteſt in *hic*, vel ad illud *plurima* referri: quanquam prius illud malim. In Ms. Boecler. erat *praedicari.* corrupte, opinor: nisi *τὸ se* ad fortunam referas: quod tamen duriusculum. *Bosius.* Voſſ. A. *Plurima vero a fortuna.* Pro *vindicat* Voſſ. B. *vendicat.* Pro *his valuisse* Voſſ. (p. 259.) A. B. *hic valuisse.* quae lectio videtur probae eſſe notae. Pro *praedicare* Voſſ. B. *praedicari.* Pro *nam quum trig.* Leid. *nam trig.* [Ax. *plurima vero fortuna vendicat, seque his plus valuisse, quam ducis prudentiam, vere potest judicari. His* vulgato *hic* poſtponendum puto. *Mosche.* Gu. et Ult. ut in textu legitur, nisi quod *his* pro *hic* exhibent.]

*Plurimos cives*] Vide *Justin.* 5, 8. et 9. *Oros.* 2, 15. *Boſius.*

**bus in bello parserat fortuna, partim patria expulissent, partim interfecissent, plurimorum bona publicata inter se divisissent, non solum princeps, sed et solus initio bellum his indixit.**

*Parserat*] Sic diserte Cod. Dan. [Gu. Ult.] idque a librarii manu esse, vix crediderim. Eumdem in modum Plautus Trinum. 2, 2, 35. *parsi sedulo.* Curcul. 2, 3, 11. *nisi eam mature parsit.* Trucul. 2, 4, 24. *rei parsissem meae.* Terentius Hecyra 3, 1, 2. *hanccine ego vitam parsi perdere.* Ubi Donatus: PARCO, *conservo*, PARSI *facit.* Phorm. 1, 9, 10. *quod ille unciatim vix de demenso suo comparsit miser.* Cornelius Fronto de differentiis vocum: *Parsi semel*, *peperci saepius.* Cato apud Festum: *meo labori non parsi.* Unde *Parsurus* apud *Livium* 35, 44. v. *Voss. de analog.* 3, 25. qui et apud *Gellium* 5, 14. ait legi *parsisse*, quod tamen in meis codicibus non invenio. *Bosius.* Leid. etiam *parserat*, item Voss. A. [Ax. *pepercerat.* Gu. *civis.*]

*Partim patria expuliss.*] In quibus et ipse Thrasybulus ob opes excidit patria. *Scholia in Aristoph. Plutum* vs. 50. *Ἔυπορος ὢν, καὶ ἐξ ἀυτῶν (τυράννων) ἐκπεσών. Gebhard.*

*Partim interfecissent*] Mille quingentos indicta causa necarunt, inquit *Aeschines de falsa legat. et adu. Ctesip.* Lambinus. Initium caedis ab Alcibiade factum, ait *Justin.* 5, 8, 13. *Bosius.* Plut. de solertia Animalium pag. 959. *Ἐν Ἀθήναις πρῶτος τις ὑπὸ τῶν τριάκοντα συκοφάντης ἀποθανὼν ΕΠΙΤΗΔΕΙΟΣ ἐλέχθη, καὶ δεύτερος ὁμοίως καὶ τρίτος. ἐκ τούτου δὲ κατὰ μικρὸν ἤδη προϊόντες ἥπτοντο τῶν ἐπιεικῶν, καὶ τέλος οὐδὲ τῶν ἀρίστων ἀπέσχοντο πολιτῶν.* Adde Eumdem Orat. 11. de Esu Carnium. pag. 998. Quot cives interfecti sint in Poecile, quae postea a Zenone *ἀπτρίσατος* facta est, refert Diogenes Laërtius L. VII. c. 5. Plutarchus modo laudatus agit de iis, qui ipsis Athenis interfecti sunt. Initium caedis, a Justino memoratae, ab Alcibiade quidem factum est, sed non Athenis, ut ex Nepote in Alcib. cap. 10. liquet.

*Princeps*] *Πρῶτος.* Hamilcare: Princeps *largitione vetustos pervertit mores Carthaginiensium.* Virgil. Lib. IX. Aeneid. Princeps *ardentem conjecit lampada Turnus.* Caesar. Lib. 1. Comm. cap. 12. *Quae pars civitatis Helvetiae insignem calamitatem populo Romano intulerat*, *ea* princeps *poenas persolvit.* c. 41. Princeps*que decima legio per tribunos militum ei gratias egit.* lib. 1. Civil. cap. 76. Princeps *in haec verba jurat.* Cicero in Antonium: *Ille* Princeps *fuit ad conatum exercitus comparandi.* Et in Verrem: *Sicilia* Princeps *se ad amicitiam populi Romani applicuit*, *et prima omnium Provincia est appellata.* Gebhard. Vide Bosium ad Agesilaum cap. 1. num. 2. et Davis. ad Caes. Lib. 1. B. G. cap. 12. et hinc *principes* dicuntur, quorum in unaquaque re est dignitas auctoritasve praecipua. Cort. ad Sallust. Catil. cap. 24. num. 2. Duker. ad Florum. L. 4. cap. 2. n. 92. et Wess. Lib. 1. Obs. cap. 8. [*Sed et* i. e. sed adeo. v. Goerenzium ad Cicer. De Legg. 3, 12. p. 255. Gu. tamen: *sed etiam solus.*]

*Bellum his indixit*] *Xenoph.* 2. *Diodorus* 14. *Valerius Max.* 5, 6. *ext.* 2. *Justin.* 5, 9 et ex eo *Oros.* 2, 17. Savaro.

## CAP. II.

1 Hic enim quum Phylen confugisset, quod est castellum in Attica munitissimum, non plus habuit secum, quam triginta de suis. Hoc initium fuit salutis Actaeorum, hoc

(p. 260.) *Phylen confugisset*] Quae eſt finitima Tanagriae, centum ſtadiis, teſte *Diodoro*, diſtans Athenis: praeterea Oeneidis tribus pars: *Scholia in Aristophanis Plutum*, *Act.* 5. *Sc.* 1. *φυλὴ δὲ δῆμος τῆς Ἀττικῆς καὶ οἱ ἐνοικοῦντες φυλάσιοι.* Quae et ad verbum in *Stephano* reperiuntur. Alluserat quoque superius: *μετὰ ταῦτα φυλὴν καταλαβὼν καθεῖλε τυράννους. Gebhard.* Biennio poſt urbem captam caſtellum hoc in finibus Atticis cum quibusdam exulibus occupavit, mox etiam Piraeeum, adjutantibus ipsum et opibus suis sublevantibus peregrinis etiam, ut Ismenia Thebano, et Lysia, oratore Syracuſano. Vide de eo Clem. Alexandr. Lib. 1. *Strom.* pag. 348. *Ernstius.* Plura *Meursius de populis Atticae* pag. 144. seqq. *Bosius.* Leid. *Phylem.* Voſſ. B. *Philen.* De Phyle nonnulla etiam Fabric. ad Oroſium Lib. II. cap. 17. num. 18. et Notae ad Ariſtidem Panathenaic. p. 288. sive in notis pag. 555. Plut. in Pelop. pag. 281. dicit (Thrasybulus) *ἐκ Θηβῶν πρότερον ὁρμηθεὶς κατέλυσε τοὺς ἐν Ἀθήναις τυράννους.* Huic enim et caeteris Thebani urbem suam aperuerant. v. Ariſtidem Oration. Tom. I. pag. 441, 442, 471.

*Quam triginta*] Imo circiter septuaginta tradit fuiſſe Xenophon. *Lambinus. Quam* agnoscunt nec Leid. nec Voſſ. A. B. *Τὸ quam* delendum nego, licet plerique codices non agnoscant. Non nego veteres *quam* saepius omiſiſſe, ut inter alios Terentium, *plus quingentos colaphos.* Vide Snakenburg. ad Curtium Lib. III. cap. 11. §. 16. Sed ibi codices agnoscunt *quam.* Heinsius primus conjecit in Curtio legendum: *Haud amplius regem mille equites sequebantur* pro *haud amplius regem quam mille eq. seq.* Sed si loca ab Heuſingero citata examinemus, particulam *quam* omitti videmus, si ſtatim praecedat numero, ut *plus trecenti, plus quingenti, plus triennium.* Vide quae notavi ad Datam. cap. 8. §. 3. Jam intercedunt h. l. duo vocabula *non plus habuit secum, quam triginta de suis.* Et in Curtio unum vocabulum: *Haud amplius regem, quam mille equites seq.* itaque neque in Curtio, neque in Nepote *τὸ quam* delere auderem. De numero vide not. poſt. cum Xenophonte et Plutarcho facit Ariſtides Oration. Tom. I. pag. 556. [*Quam* aberat a Ms. Ax. [Gu.] Ed. principe, Arg. et Long. v. Ruhnken. ad Vellej. 2, 1. qui *τὸ quam* retinet. *Fischer.* Eſt etiam in Ult.]

*Actaeorum*] Ita lego, secutus veſtigia codicis Dan. in quo fuit (p. 261.) *Acteorum. Actaei* enim dicti Athenienſes ab *Acte,* quod antiquiſſimum Atticae nomen fuit, ut pluribus auctorum locis docet *Meursius de Regib. Atheniens.* 1, 2. quibus addas licet *Suidam in Ἀκτῇ,* et *Eu-*

robur libertatis clarissimae civitatis. Neque vero hic 2
non contemtus est primo a tyrannis, atque ejus soli-

*stathium Schol. ad Dionys. Perieg.* pag. 60. *Stephanus: 'Ακτη, ὅτως ἡ 'Αττικὴ ἐκαλεῖτο, ἀπο 'Ακταίε τινός. Τὸ ἐθνικὸν, 'Ακταῖος, καὶ 'Ακταῖα*, etc. Unde *'Ακταίων λύκοι apud Lycophronem Cassandra*, hoc eſt, ut *Tzetzes* exponit, vs. 504. *οἱ τῶν 'Αθηνῶν ἅρπαγες*: et *Actaea Ceres* Statio Silv. 4, 8. *Actaea arva* Ovidio I. Metam. *juga* Claudiano 3. de raptu Proſerpinae; et *Actaeae orae* Val. Flacco L. 1. Adi *Meursium l. c. sub finem*. Bosius. Adde Perizon. ad Aelian. Lib. 6. V. H. cap. 1. n. 21. et ad Sanctii Minerv. Lib. 1. cap. 7. pag. 60. Miror tamen, Nepotem hac voce uſum, non niſi poëtis propria. Poſterioris aetatis scriptores dixere quidem *Athenaeus* pro *Athenienses*. v. Munck. ad Fulgent. Mythol. Lib. 1. pag. 608. imo Plinius dixit *probata* pro ovibus, *pyctam* pro pugile, *pallacas* pro concubinis. v. Harduin. ad Plin. L. VII. cap. 2. pag. 317. num. 21. et Lib. XVI. cap. 39. Sed non aureae. Noſter tamen cap. 3. ipse dicit *venit Atticis auxilio. Hoc in. f. s. A. h. robur* abſunt a Cod. Leid. [Ax. *Athicorum*. Ult. ut ante Bos. omnes: *Atticorum*. Sed Gu. *Actaeorum*, quod in hoc loco, qui poëticum quemdam colorem refert, retinendum eſſe exiſtimo.]

*Clariss. civitatis*] Vide ad 7, 11, 2. Male Ed. Longol. *carissimae*. Bosius. Hinc Ariſtides Oration. Tom. I. pag. 183. *'Αθηναῖος δὲ ὐδεὶς ἐςιν Ἑλλήνων, ὅςις ὐκ ἂν εὔξαιτο μᾶλλον, ἢ τῆς ὑπαρχύσης πόλεως πολίτης γεγονέναι.*

*Neque vero hic non cont. e. p. a. tyr. atque ejus solitudo*] Interpolatum a Lambino ita: *Neque vero hic contemptus est primo a Tyrannis, sed ejus solitudo*. Antiquae editiones: *Neque vero hic non contemptus est primo a tyrannis, neque ejus solitudo*. Lambini judicium, quo admodum faſtidit, impugnant consequentia: nam expreſſe indicant, eum fuiſſe despectum a triginta. Membranae Schotti, Savaronis atque Ultrajectina Editiones: *Neque vero hic non contemptus est primo a tyrannis, atque ejus solitudo*. Quam lectionem longe vulgata et commento Lambini potiorem pronuntiat politiſſimus Schottus. Caſp. Barthius Lib. 24. Advers. cap. 18. ut seriei ac rei convenientiſſimam Lambini commendat lectionem, immemor ejus eſſe Fabri, qui nummos plumbeos cudere soleat. Membrana Curioni collata: *neque vero hic modo contemptus est primo a Tyrannis, sed ejus solitudo*: hinc facit *sed et*, huicque se scripturae palam ſubſcribere teſtatur. Mihi Codicis Mendozani lectio arridet. Quamvis Clariſſimus Voſſius noſter pro *non*, malit reponere *tam*; dicatque *τὸ atque* heic valere *quam*. ut in illo Plauti Amph. Act. 1. sc. 1. *Nimis simil' est mei. Itidem habet petasum ac vestitum: tam consimil' est, atque ego.* Gebhardus. In Ms. noſtro eſt: *Neque vero hic contemptus est primo a tyrannis, sed ejus solitudo.* Nathan Chytraeus et alii legunt: *Neque vero hic modo contemptus est.* Lambinus aliter. Schoppius 4. Verisim. 2. quem Boeclerus in secunda editione sequitur, e veteribus libris legit: *Neque vero hic non contemptus est pr. a. tyr. nec ejus solitudo.* Quod cum Lambini scriptura convenit, nisi quod is pro *nec* legit *neque*. Barthius

[redacted]



tudo. Quae quidem res et illis contemnentibus perniciei, et huic despecto saluti fuit. Haec enim illos ad per-

addit: *sed et ejus solitudo.* Priorem tamen lectionem caeteris omnibus praefert, et recte. *Ernstius.* Lectio Mſſ. codicum Schotti [Gu.] et Leid. itemque Savar. ac Ultraj. editionum; quam, ut omnium optimam, poſt *Schottum et Gebhardum* probat Ampliss. *Boecler.* Conſentiunt edd. antiquae et Msc. Boecl. ac Bavarici *Schoppio verisim.* 4, 2. laudati: nisi quod pro *atque* habent *neque.* Qui negandi particulam ejiciunt, (ut *Lambinus* et *Barthius Advers.* 24, 18. itemque codex Ernſtianus) h. m. *neque vero hic cont. e. pr. a tyr. sed ejus solitudo,* eos continens verſiculus redarguit. Nam eo diserte *despectus* a tyrannis Thrasybulus dicitur. Nisi tamen, quod valde vereor, et illud *despecto,* et, quod praecedit, *contemnentibus* ab aliena sunt manu. Ms. Curionis, et quidam editi: *neque vero hic modo contemtus est pr. a t. sed ejus solit.* Unde *Barthius* faciebat: *sed et ejus solitudo. Vossius* pater malebat, *neque vero hic tam contemtus* (p. 262.) *est p. a tyr. atque ejus solitudo.* Sed vix ita loquutum crediderim *Nepotem.* Ceterum *Xenophon* 2. *Diodorus* 14. *Justinus* 5, 9. aliique hanc rem narrantes nihil de contemtu hoc, sed tyrannos ſtatim obviam Thrasybulo iviſſe, tradunt. *Bosius.* Leid. *neque vero hic neque.* Voſſ. A. *Neque vero hic non.* B. *neque vero hic modo.* [Ax. tamen: *Neque vero hic non c.*]

*Solitudo*] *Solitudinem* vocat inopiam sive infrequentiam vires conjungentium. Curt. Lib. IX. cap. 23. *Stabat enim in conspectu tanti exercitus veluti in solitudine destitutus.* Lib. V. c. 62. *Ingens ergo in tabernaculo* solitudo *erat paucis spadonibus* (*quia, quo discederent, non habebant*) *circumstantibus regem.* Tacit. Lib. XI. Annal. cap. 32. *Atqui interim tribus omnino comitantibus* (*id repente* solitudinis *erat* ) *spatium urbis pedibus emensa, vehiculo, quo purgamenta hortorum eripiuntur, Hostiensem viam intrat.* Lactantius Lib. 1. cap. 7. Inſtit. *Si Deus unus est, quae esse beata* Solitudo *queat? Tanquam nos, qui unum esse dicimus, desertum ac* solitarium *esse dicamus.* Apul. Apolog. vocat *solitatem* de Cratete, *multis servis a se remotis* solitatem *delegit.* Gebhard. Male alii *solicitudo,* ut antecedentia docent. *Bosius.* Leid. [Ax.] *neque ejus solitudo.* Voſſ. A. *atque ejus solitudo.* B. *sed et ejus solitudo.*

*Pernicii*] Sic e vet. codice laudat *Gifanius Ind. Lucret.* voce *Rabies,* reppéritque in suo et Pet. Daniel. Similiter Sisenna hiſtor. 6. *Romanos inferendae pernicii caussa venisse.* Cicero pro Roscio cap. 45. *quorum nihil pernicii caussa factum putamus,* etc. Ita utrumque locum laudat *Gellius* 9, 14. docetque ead. ratione ab aliis dictum *facii, dii, progenii, luxurii, acii, specii.* Add. *Voss. de analog.* 2, 19. et *Bangium* l. 1. pag. 98. Laudat utrumque locum et *Nonius* c. 8, 24. sed corrupte utrobique *pernici,* et in priore pro *inferendae, in re cerne* legitur. Mox. Dan. mutato verborum ordine, *segnes ad persequendum.* Boſius. [Gu. *pernicii,* sed Ax. *pernitiei.* Ult. cum reliquis edd. ante Bos. *pernicici* , quod reposui ob 12, 4, 2.]

sequendum segnes, hos autem, tempore ad com-
andum dato, fecit robustiores. Quo magis praecep- 3
ı illud omnium in animis esse debet: *Nibil in bello*
*rtere contemni*, nec sine caussa dici: *Matrem ti-*

*ſos autem tempore ad comandum dato fecit robustio-*] Nempe socios Thrasybuli: a non in eos inquirebatur aut madvertebatur, nacti sunt pus, quo compararent ne-äria ad subvertendos Tyran-. Curt. 6, 3, 11. *Hostem spreis, valentiorem negligentia ies.* *Diodorus* Lib. 18. *Ὅπως ἐν Ἀντίπατρος ῥαθυμότερον τεθῆναι πρὸς τὰς παρασκευὰς ἀφρονῶν τῦ Λεωσθένυς, οἱ Ἀθηναῖοι σχολὴν λάβωσι καὶ ὸνον προσκατασκευάσαι τῶν πόλεμον χρησίμων.* De M. inio Craſſo *Diod.* l. 21. *Ἀλτῇτε ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ διαβῇ ἀχθεσθεὶς, καὶ τῆς ἐν Συ ῥασώνης ἐπιθυμήσας, παρέσ-ο τοῖς Πάρθοις καιρὸν παρασκευάσασθαι.* Cicer. pro Quinct.: *'s autem id tempus impugnandetur, quum vitandi illorum νetus potestas adempta noerit.* Gebhardus. Pro *hos* ng. ed. *hostes.* Sed alterum liores libri ſirmant. *Bosius.* ssian. B. *rubustiores*, et paullo :e exhibet *segnes ad perse-ndum.* [Gu. *segnis ad pers.*] *Ad comparandum*] Suspectus *mbino* locus: legendumque letur *ad se comparandum*, seu, *comparandos*; vel *ad exerum comparandum*; vel hoc um, ut supervacaneum, delenm. cui recte *Gebhardus* cent dandum elleborum. Solent im hoc et aliis hujusmodi ver- scriptores absolute uti. Plane hunc modum Livius 35, 44. *ut omani tempus ad* comparanm *habeant.* Et 42, 52. *extracn hiemem, ut tempus ad* mparandum *haberet.* Idem 38. . *Attalum fratrem domum ad* (p. 263.) comparandum *dimittit.* Ita enim e MſT. legendum docuit *Gronovius.* Noſter infra 23, 7, 1. *Cum in apparando acerrime esset occupatus.* Subaudiendum autem vel *se*, vel *copias*, *exercitum*, *bellum*, aut aliquid ſimile. *Bosius.* Adi Graevium ad Ciceron. Lib. 15. ad Fam. Ep. 5. Perizon. ad Sanctii Minerv. Lib. 4. cap. 3. num. 13. et Cort. ad Salluſt. cap. 6. num. 5. Hinc posset confirmari Lectio codicis Ms. Oxoniensis in Miltiade cap. 5. *nova arte, vi summa commiserunt* omiſſo *praelium.* Nam Latini aeque ac Graeci similibus Ellipſeos generibus gaudent: itaque nec spernendae sunt duae Mss. Codicum scripturae in eodem Milt. cap. 7. Prima eſt ex Cod. Ms. Scheſſeri et Voſſ. B. *copias eduxit*: omittentibus *e navibus.* Eodem modo, quo in Themiſtocle cap. 8. in fine. *Ibique Themistoclem exponit.* scilicet e navi in terram. *Conscendere* pro navim conscendere dixit Cicero Lib. 6. ad Att. Ep. 8. ubi vide Notas. et contra *exire* et *egredi* pro e navi descendere Interpr. ad Lib. 9. ad Fam. Ep. 6. et Burm. ad Quinctil. Declam. 12. cap. 1. et quomodo Noſter in Alcibiade cap. 8. num. 5. locutus eſt. Altera in eodem Miltiadis capite ex Voſſ. B. *A rege corruptus, infectis rebus discessisset.* omittente *a pugna.* *Mittere* pro legatos mittere vidimus ad Themiſtocl. cap. 2. ibid. cap. 5. in Voſſ. C. pro *male rem gesserat*, *male gesserat* scriptum eſt. Adde Cort. ad Sall. Jug. cap. 92. in fine. De voce *segnis* vide Broukhusium ad Tibull. L. 2. El. 1. vs. 20.

[redacted]



4 *midi flere non solere.* Neque tamen pro opinione Thrasybuli auctae sunt opes. Nam jam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pug-
5 nabant. Hinc in Piraeeum transiit, Munychiamque munivit. Hanc bis tyranni oppugnare sunt adorti, ab eaque turpiter repulsi protinus in urbem, armis impedi-

*Nec sine caussa*] Voss. A. *neque sine caussa.* [Fortasse Voss. B. nam ita etiam Axen. itemque Gu. Ad vocem *praeceptum* in Ult. edit. margine haec nota additur: *Al. praeceptorum.* Eadem habet: *Timidi matrem.*]

*Neque tam. pro opin. Thrasybuli auctae sunt opes*] Tradit tamen *Diodorus* xiv. 33. brevi tempore convenisse homines mille et ducentos; et his copiis eductis cum irrupisse mane inopinato ac de improviso in xxx. tyrannorum castra, multisque eorum interfectis illos Athenas se recipere coegisse. *Lambinus.* Pro *tamen* Voss. B. *tum.*

*Jam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant.*] Ita Liv. 8, 22. *Graeci, gens lingua magis strenua quam factis.* et 31, 44. *Athenienses literis verbisque, quibus solis valent, bellum adversus Philippum gerebant.* Ovidius Fast. 3. *Facundum sed male forte genus.* Loccenius. Videtur autem *Nepos*, ut etiam *Magio* observatum, tecte carpere Romanorum ignaviam, qui Caesaris aliorumque tyrannidem verbis magis, quam facto, oppugnabant. Vide *Cicer. ad Attic.* 14, 6. et 15. Bosius. *Fortius* est hic constantius, majori ac fortiori animo. v. Duker. de Latinitate Ictorum pag. 377. et Burm. ad Quinctilian. Lib. 2. Inst. Orat. cap. 12. et ad Lib. 5. cap. 10.

*Hinc in Piraeeum*] Sic *Diodorus* 14. nisi quod tradit hoc factum esse post irruptionem illam nocturnam, seu potius matutinam, factam in castra adversariorum, quam modo retuli. Cum *Diodoro* congruit et *Xenophon* 2. Lambinus. *Pireum* Leid. et Voss. A. Strabo Lib. ix. p. 607. *φυλὴ δὲ, ὅθεν ἐπήγαγε τὸν δῆμον Θρασύβυλος εἰς Πειραιᾶ, κἀκεῖθεν εἰς ἄςυ.* addit Clemens Al. Lib. 1. Strom. pag. 348. *Θρασυβύλῳ τὺς ἐκπεσόντας ἀπο φυλῆς καταγαγόντι, καὶ βυλομένῳ λαθεῖν, ςύλος ὁδηνὸς γίνεται διὰ τῶν ἀτριβῶν ἰόντι, καὶ τῷ Θρασυβύλῳ νύκτωρ ἀσελήνυ καὶ τῦ καταςήματος γεγονότας πῦρ ἑωρᾶτο προηγύμενον, ὅπερ ἀυτὺς ἀπταίςως προπέμψαν κατὰ τὴν ΜυνυΧίαν ἐξέλιπεν. ἔνθα νῦν ὁ τῆς φωσφόρυ βωμός ἐςι.* Aliud quid narrat Diodorus Lib. xiv. cap. 32. *Πλησίον δὲ τῆς φυλῆς ἀυτῶν* (30 tyrannorum) *ςρατοπεδευόντων, ἐπεγενήθη πολὺς νιφετός. καὶ τινῶν ἐπιΧειρησάντων μετασκηνῦν οἱ πολλὸι φεύγειν ἀυτὺς ὑπέλαβον καὶ πλησίον πολεμίαν δύναμιν εἶναι. ἐμπεσόντος δὲ εἰς τὸ ςρατόπεδον θορύβυ τῦ καλυμένυ Πανικῦ, μετεςρατοπέδευσαν εἰς ἕτερον τόπον* etc.

*Munychiamque*] Corrupte Dan. [Gu.] *Minthiamque.* Bosius. Leid. et Voss. A. *Minthiam.* sed in Marg. al. *Munichiam.* paullo post pro *impedimentisque* Voss. A. *impedimentis.* De Munychia Strabo Lib. ix. p. 606. Interpr. ad Diogen. Laërt. Lib. 1. cap. 114. et Meurs. Lib. 1. Lect. Att. cap. 14. [Ax. *Mu-*

(p. 264.)

mentisque amissis, refugerunt. Usus est Thrasybulus non 6
minus prudentia, quam fortitudine. Nam cedentes violari vetuit. *Cives* enim *civibus parcere aequum* censebat. Neque quisquam est vulneratus, nisi qui prior impugnare voluit. Neminem jacentem veste spoliavit; nil attigit, nisi arma, quorum indigebat, et quae ad

*nichiamque.* Tum Ult. *adorti* sine *sunt.*]

*Non minus prudentia*] Nihilominus Conon Thrafybulum a nomine *temerarium in capiendis consiliis* appellabat, ut ait *Aristoteles Rhetoric.* 2. Magius. Ab Orofio Lib. II. cap. 17. vocatur *vir strenuus, et generis nobilitate inter suos clarus, qui* AUCTOR AUDENDI PRO PATRIA *fuit.* Nomen Thrasybuli proprie temerarium in capiendis confiliis notat. Variis tyrannis proprium fuit, ut Mileti. v. Herodot. Lib. v. cap. 92. Ariftotel. Lib. III. Polit. cap. 13. pag. 355. Lib. v. cap. 10. pag. 403. item Syracufarum. v. pag. 405. et cap. 12. pag. 411. adde not. poft. ad cap. 1. hujus vitae. prudentiam tamen cum fortitudine conjunctam ei non defuiffe satis clare adparet. Jam vero quaeftio eft, quando hic Nofter illud nomen acceperit, utrum a patre infans, an poft facta facinora. si poft illa, in malam partem sumi nequit, imo vox θρασὺς, quae etiam Epitheton eft Minervae, ut apud Pind. O. Nem. III. vs. 87. sumitur pro generofo O. Pyth. x. vs. 68. per ἀνδρεῖος explicatur a Schol. Apoll. Rh. II. Arg. vs. 118. et ab Euripide in Orefte vs. 1406. dicitur θρασὺς εἰς ἀλκάν. et eo sensu Αἴλιος θρασύχειρ, apud Suidam. Cononis autem verba a Magio laudata haec sunt apud Ariftotelem Lib. II. Rhetor. cap. 23. pag. 579. ὡς Κόνων Θρασύβουλον, θρασύβουλον ἐκάλει. sed sine dubio accepit hoc nomen a patre, ad quod nomen adlusit Conon. Hujus τόλμαν καὶ ἀρετὴν laudavit Pelopidas apud Plut. pag. 281. quam Invidia temeritatem vocat maligne.

*Violare*] Leid. Voff. A. et B. *violari.*

*Neque quisquam est vulner. nisi qui prior impugn. vol.*] V. *Cicer.* pro Marcello cap. 6. init. pro Ligar. cap. 6. fin. *Lambin. Impugnare* verbum quoque Ciceronianum, ut ad Atticum: *Sceleratos cives timore ab impugnanda Patria deterrere.* Gebh.

(p. 265.) *Neminem jacentem veste spoliavit*] Teftatur hoc et *Xenophon* 2. *de reb. Gr.* Lambinus. *Jacentem* hic proprie de interfecto ufurpatur. Livius L. 2. cap. 46. *Quum M. Fabius consul transiluit* jacentis *corpus.* Confule DD. VV. Scheff. et Burm. ad Phaedr. Lib. 1. fab. 24. vs. ult. ut κεῖσθαι apud Graecos. Eur. Hecub. vs. 695.

*Τίνι πότμῳ ΚΕΙΣΑΙ,*
*Πρὸς τίνος ἀνθρώπων.*

In Orefte vs. 1489. *Νεκροὶ δ' ἔπιπτον. οἱ δ' ἔμελλον, οἱ δ' ΕΚΕΙΝΤΟ.* Aelianus Lib. 13. V. H. cap. 1. pag. 791. Ed. Periz. *ἀφῆκε δὲ τὸ βέλος, καὶ ἔτυχε τοῦ πρώτου μάλα εὐκαίρως. καὶ ὁ μὲν ΕΚΕΙΤΟ.*

*Et quae ad vict.*] Cod. Dan. *quaeque ad vict.* Gebhardus. Pro *nil*, quod in Leid. et Voff. A. eft, Voff. B. *nihil.* pro *ad victum* Voff. A. *id v.* Voff. B. [Gu.] *quae ad victum*, omiffo *et.* [Ax.

[redacted]



7 victum pertinebant. In secundo praelio cecidit Critias, dux tyrannorum, quum quidem exadversus Thrasybulum fortissime pugnaret.

etiam *nihil*, ut semper Nepos. *Heusinger*. Ult. cum Dan. cod. *quaeque ad v.*]

*Cum quidem exadversus Thrasybulum fort. pugn.*] Libri omnes *exadversus*, quod verum eſt. Apul. Floridis. *Samos Icario in mari modica insula est*, exadverſum *Miletos ad occidentem ejus sita, nec ab ea multo pelagi dispescitur*. Terent. Andr. Act. 4. Sc. 2. Exadversum *ei loco Tonstrina erat quaedam*. utitur et Phormione Act. 1. Sc. 2. *Gebhardus*. Ms. Schoppii legit: *cum quo exadversus Thrasybulus fortissime pugnaret*. Quod Barthio non probatur L. XXIV. *Advers.* cap. XVIII. Verum, si pro *pugnaret* scribatur *pugnavit*, a Barthio quae contradicuntur, nihil valent. *Ernst*. Sic jam *Savaro* edidit, haud dubie MſT. codicum fide. Nec aliter Gif. Dan. Boecl. et quem *Schoppius veris*. 4, 2. laudat, nisi quod hic pro *quidem*, *quomodo*; et pro *Thrasybulum*, *Thrasybulus*, Boecl. vero pro *quidem*, *aliquid*; unde tentabam: *cum aliquandiu*, vel, *cum alioquin exadv. Thrasybulum s. p.* Praeſero tamen *cum quidem*: quomodo et 23, 2, 6. ac 24, 2, 2. loquutus. *Exadversus Thrasybulum* dixit, ut sup. 2, 3, 4. *exadversum Athenas*. ubi vide quae annotavimus. *Schoppianam* lectionem recte improbat *Barthius Advers.* 24, 18. Boſius. Voſſ. B. pro *Critias*, *Chritias*. Pro *quum quidem adversus* Leid. *exadverso*. Voſſ. B. *cum aliquid exadversus*. De *exadversus exadversum*, *exadverso*, praeter Burmannum ab Heuſingero citatum [ad Sueton. Tiber. c. 33.] adde Oudendorp. ad Suet. in Caeſare cap. 39. [Gu. *exadversus*. sed Ult. *adversus*. Ax. *cum quo exadv.*]

## CAP. III.

1 Hoc dejecto Pausanias venit Atticis auxilio, rex

*Hoc dejecto*] Immolato, mactato. Senec. Herc. Oetaeo vs. 921.

*Victima haud ulla amplior*
*Potest magisque opima mactari Jovi,*
*Quam rex iniquus.*

(p. 266.) Nam *dejicere* eſt verbum Sacrificiorum. Flaccus L. 1. Argonaut. vs. 191. et Lib. 2. vs. 333. Hanc meam interpretationem adjuvant Juſtinus Lib. 5. c. 10. *Tyranni ut pacis victimae trucidantur*; et Plutarchus Dione: ἐγχειριδίῳ καθάπερ ἱερεῖον τὸν Δίωνα ἀπέσφαξαν. Minucius Felix: *Miseri! in hoc altius tolluntur, ut decidant altius. Hi enim ut victimae ad supplicium saginantur, ut ho-*

**Lacedaemoniorum. Is inter Thrasybulum et eos, qui urbem tenebant, fecit pacem, his conditionibus:**

*stiae ad poenam coronantur.* Hoc verbum quoque locum sibi vindicat in pugnis, ubi alter ab altero prosternitur. Curtius L. 3. cap. 16. *Flentes querebantur, in tanto impetu cursuque rerum omnis aetatis ac memoriae clarissimum regem non in acie saltem, non ab hoste* dejectum; *sed abluentem aqua corpus ereptum et exstinctum.* Auctor Thebaidos vs. 637.

— *Exsultes licet*
*Victorque fratris spolia* de-
jecti *geras.*

Claudianus: *Tergeminique ducis numerosos* dejicis *artus.* Idem de B. Getico vs. 164.

— *Qualem Stilico* dejecerit
*hostem.*

Respondet huic Graecorum *καταβάλλειν*, quo primum in ea significatione usus Homerus Rhapsodia 2. Diod. Lib. 14. *καὶ σχεδὸν τριάκοντα ΚΑΤΕΒΑΛΟΝ.* Lib. 16. *καὶ τῶν ἐναντίων ὐκ ὀλίγυς ΚΑΤΕΒΑΛΟΝ.* Hinc invictus, qui a nullo est quasi dejectus ac humi stratus, *ἀκατάβλητος*, apud Aristoph. Nub. *ἀήττητος, ὁ μηδενὶ καταβαλλόμενος.* Translatum praeterea hoc verbum est ad venatus, in quibus ferae *dejici* dicuntur. Curt. Lib. 8. cap. 3. *Ille quatuor millibus ferarum* dejectis, *in eodem saltu cum toto exercitu epulatus est.* Phaedrus fabula 32. *Super Juvencum stabat* dejectum *Leo.* Gebhardus. h. e. interfecto, prostrato. Id enim saepe hoc verbi notat; v. Ind. Nimium subtilis h. l. *Gebhardus*, qui exponit *immolato ac mactato.* Nam *dejicere*, inquit, verbum est sacrificiorum. Tyranni autem, *ut pacis victimae, trucidantur;* quomodo hac ipsa in re *Justinus* loquitur 5, 10, 9. Quid attinet tam longe petere, quod in propinquo est? *Bosius.* Verbo *dejicere* tam de caede hominum quam ferarum in sacris, et in venatu veteres fuisse usos docet Burmannus ad Phaedr. L. 2. fab. 1. verbum *καταβάλλειν* de victore hostem in praelio prosternente poni docet J. Alberti in Apocalyps. Joannis cap. 12. com. 10. et esse Metaphoram a victimis desumptam patet ex Euripide in Oreste vs. 1605. *Καὶ σφάγια πρὸ δορὸς ΚΑΤΑΒΑΛΟΙΣ.* Bosius vero male Gebhardum hic nimiae subtilitatis incusat. Sine dubio hoc verbo fuit usus Auctor ad infamandum Critiam, tyrannorum horum pessimum. [Nos Bosii judicium cum Bremio amplectimur.] De verbo *dejicere* venatorum proprio v. Bunem. ad Lactant. Lib. 1. de Fals. Rel. cap. 9. §. 2.

*Pausanias venit Atticis auxilio*] Lambinus maluit: *venit aliis auxilio*, in hunc sensum: Critia interfecto venit aliis tyrannis auxilio Pausanias. Sed iis ipsis, quae ex *Xenophonte* citat, se jugulat. *Ἅμα δὲ ἰδίας ποιήσαιτο τὰς Ἀθήνας, πείσας τῶν ἐφόρων τρεῖς, ἐξάγει τὴν φρυράν.* Nam si tyrannos eorumque satellites urbe expulit; quibus aliis istud auxilium, quam Atticis expetiit. Vulgatam porro lectionem stabilit *Diodorus* 14. *Διόπερ Ἀθηναῖοι μὲν ἐκομίσαντο τὴν πατρίδα, καὶ τὸ λοιπὸν τοῖς ἰδίοις νόμοις ἐπολιτεύοντο*, *Gebhardus.* Voss. A. *Paus. v. Atticis rex auxilio.*

*Fecit pacem*] Non *Misericordia*, ut *Justin.* ait 5, 10, 7. sed *simul quod Lysandro*, (qui paullo ante Lacedaemone tyran-

[redacted]



*ne qui praeter triginta tyrannos et decem, qui postea praetores creati superioris more crudelitatis erant usi, afficerentur exsilio; neve bona publicarentur; reipubli-*

nis auxilio venerat) *invideret, simul etiam, quod Spartam male apud Graecos audire intelligeret. Diodorus* l. c. Adde *Xenophontem Hist. Graec.* 2. Bosius. Pro *ne qui* Voss. B. *neque*.

(p. 267.) *Qui postea praetores creati, superioris more crudelitatis erant usi*] Qui ad turbatas res amice componendas constituebantur, illi superiorum XXX. tyrannorum crudelitatem aemulabantur atque exercebant. *Diodorus* 14. *οἱ δὲ ἐν ταῖς Ἀθήναις τοὺς μὲν τριάκοντα τῆς ἀρχῆς παύσαντες ἐκ τῆς πόλεως ἐξέπεμψαν, δέκα δ' ἄνδρας κατέστησαν, εἰ δύναιντο μάλιστα φιλικῶς διαλύεσθαι τὸν πόλεμον. οὗτοι δὲ παραλαβόντες τὴν ἀρχὴν, τούτων μὲν ἠμέλησαν, ἑαυτοὺς δὲ τυράννους ἀποδείξαντες. Gebhardus.* Nepotem confundere decem magistratus, quos Athenienses, abdicatis triginta tyrannis, creaverant, cum decem magistratibus Piraeei ostendit H. Valesius Lib. 1. Emendat. cap. 33. sane hic nulla est Codicum varietas. Nepos secundum Xenophontem Lib. II. H. Gr. p. m. 373. scribere debuisset *praeter triginta t. et undecim viros, et decem, qui imperium in Piraeeo habuissent.* Sed si ex animi sententia loquor, tantum errorem in Nepote non agnosco, qui scivit probe discrimen inter decem illos magistratus post ejectos triginta tyrannos Athenis praefectos, et decemviralem istam potestatem in plerisque urbibus et Piraeeo a Lysandro constitutam, de qua in Lysandro cap. 1, 2, 3. egit, et Aristides Rhetor a me ad Lysandr. c. 2. citatus cum Harpocratione in voce *Δεκαδαρχία*, de qua Diod. Sic. L. XIV. cap. 13. *Λύσανδρος δὲ ὁ Σπαρτιάτης ἐπειδὴ πάσας τὰς ὑπὸ Λακεδαιμονίους πόλεις διῴκησε κατὰ τὴν τῶν Ἐφόρων γνώμην, ἐν αἷς μὲν δεκαδαρχίας, ἐν αἷσδε ὀλιγαρχίας καταστήσας, περίβλεπτος ἦν ἐν τῇ Σπάρτῃ.* Accuratius sane egisset Nepos, si Xenophontem fuisset secutus, quem ipse magni fecit, ut ostendit in Ages. cap. 1. *Ages. Lac. cum a c. scr. tum eximie a Xenophonte Socratico collaudatus est*, et qui diligentius quam caeteri hanc historiam descripsit. Sed, ut videtur, in Xenophontis verba jurare hoc loco noluit, alium imitatus. Ut rem paucis absolvam, idem Pausanias hos decem tyrannos superiores more crudelitatis usos quoque in exsilium misit, et quidem post patriam miseris civibus i. e. Atheniensibus restitutam. id quod Justinus refert Lib. V. cap. 10. rotundis verbis *decem tyrannos ex urbe Eleusina migrare ad caeteros* (i. e. triginta tyrannos paullo ante a reverso in urbem exercitu (Thrasybuli instinctu) emigrare Eleusina coactos) *jubet.* Ergo non tam absurde horum decem tyrannorum injicitur mentio, omissis undecim viris, et decem, qui in Piraeeo imperassent.

*Superioris more crudelitatis*] Hoc est, ut *Justinus* 5, 10, 5. de iisdem scribit, *nihil exemplo prioris dominationis territi, eandem viam crudelitatis aggressi.* Bosius. *Mos* pro exemplo saepius ponitur. Vide Vossium ad J. Caesarem Lib. 1. B. Gall. c. 8. et Dukerum ad Florum lib. 4. cap. 6. num. 3.

*Neve bona*] Ed. Lambini inserit *cujusquam*. Bosius. *Cujus-*

*curatio populo redderetur.* Praeclarum hoc quo- 2
ırasybuli, quod, reconciliata pace, quum plu-
in civitate posset, legem tulit: *ne quis ante*
*ı rerum accusaretur, neve multaretur*; eamque
*gem* ] *oblivionis* appellarunt. Neque vero hanc 3

bet editio Oxon. E tri-
rannorum bonis facta
uπεῖα. v. Meurs. Lib.
Att. cap. 15.
*arum hoc quoque Thra-*
Narrant *Xenophon Hi-*
*tec. 2. extr. Andocides*
*: mysteriis, Aeschines*
*ntra Ctesiphontem, Ci-*
d *Dionem Cassium* 44.
*Max.* 4, 1. *extr.* 4. *Ju-*
10, 11. et *Scholiastes*
*anis ad Plutum* 5, 1.
historicopolitica com-
ıe illustrarunt Viri doc-
*Boeclerus* in *Dissertat.*
*stia*, olim cum Vellejo
o. *Strauchius* in *Thra-*
*epotis*, Lipsiae, cum ibi
·es literas doceret, edi-
gloriosa Atheniensium
ensct *Plutarchus extr.*
*gloria Atheniensium.*
,cid. *praeclarum in hoc*
*hrasybuli.* Nihil muta.
*oc factum.* v. Periz. ad
lin. Lib. IV. c. 4. n. 30.
*tulit*] Cujus fragmen-
*'us* in *Commentario ad*
*ticas* 8, 4. putat legi a-
*ım Orat. contra Cte-*
*n*, in his verbis: *καὶ*
*ῶν ἄλλων Ἀθηναίων*
*ῶν οἱ πατέρες βοηθή-*
*ἴν ἔτι ζῶσι, ἀπειπεῖν*
*ιοις ΜΗΤΕ ΑΔΙΚΟΝ,*
*ΔΙΚΑΙΟΝ ΛΕΓΕΙΝ.*
te, viderint alii. *Bos.*
*: ante actarum rerum*
*ur. neve multaretur*]
Maximus: *ne qua prae-*
*: rerum mentio fieret.*
is haec aut similia vi-
sse verba: *μὴ μνησικα-*
*κεῖν ἀλλήλοις τῶν γεγενημένων*:
quod *Andocides l. c.* decretum
ait. *Scholia Aristophanis*: *ψη-*
*φίσασθαι ἔδοξε, μὴ μνησικακῆ-*
*σαι ἀλλήλοις καθάπαξ τὰς πο-*
*λίτας. Cicero* apud *Dionem*, *μη-*
*δὲν τὸ παράπαν μήτε ἐγκαλέσειν*
*ποτέ, μήτε μνησικακήσειν τινί.*
In formula quoque jurisjurandi,
quo legi illi cuncti cives se ob-
strinxerunt, quaeque apud *An-*
*docidem* pag. 217. (unde descrip-
sere *Petitus* l. c. et *Boxhornius*
*de Amnestia* §. 2.) habetur:
*ὐ μνησικακήσω τῶν πολιτῶν ὐ-*
*δενί.* quod etiam *Xenophon* et
*Aeschines* innuunt. *Bosius.*
*Legem oblivionis appellarunt*]
Quam Graeci *ἀμνηστίαν*, Latini
*oblivionis legem* interpretati
sunt. Valerius Max. 4, 1. ext. 4.
*haec oblivio, quam Athenien-*
*ses ἀμνηστίαν vocant. Muretus*
tamen *Var. Lect.* 2, 15. allusum
ad *τὸ μνησικακεῖν* exemplis *Xe-*
*nophontis* atque *Aeschinis*, jam
dudum a *Lambino* ad locum Ne-
potis allatis probat. Et, si ve-
rum fateri velim, habet ejus o-
pinio nonnullam veritatis speci-
em, locique a *Lambino* diligen-
ter congesti evincere videntur.
Perspicio tamen aliquod discri-
men. Lege sanciebatur *μὴ μνησι-*
*κακεῖν*. Legi autem nomen erat
*ἀμνηστία. Aristophanes Pluto* 5,
1. *Μὴ μνησικακήσῃς, εἰ σὺ Φυ-*
*λὴν κατέλαβες. Scholia*: *ὅτι με-*
*τὰ τὸ κατελθεῖν τὰς μετὰ Θρασυ-*
*βύλου Φυλὴν καταλαβόντας καὶ*
*νικήσαντας ἐν Πειραιεῖ τὰς τριά-*
*κοντα, ψηφίσασθαι ἔδοξε μὴ*
*μνησικακῆσαι ἀλλήλοις καθά-*
*παξ τὰς πολίτας. Diodorus Si-*

tantum ferendam curavit, sed etiam, ut valeret, effecit. Nam quum quidam ex his, qui simul cum eo in

*cul.* 14. μετὰ δὲ τὴν παράταξιν οἱ Κυρηναῖοι πρὸς ἀλλήλους διαπρεσβευσάμενοι, διηλλάγησαν ὁρκοτομήσαντες μὴ μνησικακεῖν, κοινῇ τὴν πόλιν κατῴκησαν. *Idem* 16. Ὁ δὲ Δίων λαμπρᾷ μάχῃ νικήσας οὐδὲν ἐμνησικάκησε τοῖς Συρακουσίοις, etc. Talem se erga Athenienses gessit Philippus apud *Justinum* 9, 4, 4. Ἀμνηστίαν venuste describit *Claudianus* 2. in *Ruffin.* vs. 125.

*Mens eadem cunctis, animisque recentia ponunt*
*Vulnera, non odit victus, victorque superbit.* etc.

*Flavius Vopiscus* in Aureliano cap. 39. *amnestiam fuisse decretam* refert *de exemplo Atheniensium.* Orosius 7, 6. *Claudius mox ut confirmavit imperium, biduum illud, quo de reip. statu infeliciter consultatum actumque fuerat, memoriae exemit, omniumque factorum dictorumve in eo veniam et oblivionem in perpetuum sanxit. Ita illam praeclaram et famosam Atheniensium amnestiam, etc. ultronea clementia, nullo expetente firmavit.* Gebhard. Adde, praeter ea quae paullo ante diximus, *Boeclerum de Amnestia cap.* 2, 1. *seqq. ab eoque laudatos, itemque Franc. Fabricium not. in Oros.* 2, 17. et *Nic. Abramum Commentario in Cicer. Philippic.* 1. p. 479. *et seqq.* Quid vero sit μνησικακεῖν, et quomodo a τῷ μνημονεύειν differat, docent *Scholia in Aristophanis Lysistratam* p. 874. et *Ulpianus in Demosthenis orationem contra Aristocratem*, cujus locum adduxit *Boeclerus* cap. 2, 14. Porro Mss. Dan. Leid. Boecl. aberat vox *legis*, quae ex proximo potest repeti. quare uncis inclusi. Fortassis autem *Nepos* scripsit, *eamque illi oblivionem appellarunt.* Nam id proprie ἀμνηστία est. Atque sic et *Valerius Max.* interpretatur; sicuti *Cicero Philipp.* 1, 1. *non recordationem*, uti quidem is locus in membranis nostris caeteroqui non malis legitur. Sic enim illae: *Graecum etiam verbum usurpavi amnestiam, id est, non recordationem, quo tum in sedandis discordiis erat usa civitas illa.* quae si genuina sunt, frustra disputaverint viri docti, quodnam vocabulum *Cicero* respexerit. sed vereor, ne glossema sit. In iisdem membranis paullo ante prima manus scripsit. *Ego cum sperarem aliquando ad vestrum consilium auctoritatemque revocatum.* fors non male. Vulgo est, *rempub. esse revocatam.* quod etiam in nostro codice superscriptum, nescio an satis congruat ad verbum *sperarem. revocatus* autem dictum fuerit, ut *amissus*, et similia, de quibus supra ad 7, 6, 2. Pro recepta tamen *Nepotis* lectione facit, quod etiam a *Plutarcho* in *praeceptis politicis* ψήφισμα ἀμνηστίας, et a *Vellejo decretum oblivionis* dicitur. *Bosius. Legem* abest a Leid. et Voss. A. pro *vero* Leid. *vere.* et pro *effecit*, *efficit.* Miror quoque, hic Nepotem non Graecum vocabulum posuisse, quod plures Latini adhibere non erubuerunt. v. Fabricium ad Orosium Lib. II. cap. 17. num. 36. hinc in Conone cap. 3. *quod προσκυνεῖν illi vocant*, a Librariis adsuta opinor. v. ibi notas meas, et ad Att. cap. 3. [*Legem* deest etiam in Ax. Gu. Ult. sed exstat in reliquis Edd.]

*Ut valeret*] Ut servaretur. Sic Graeci usurpant ἰσχύειν. Poly-

exsilio fuerant, caedem facere eorum vellent, cum quibus in gratiam reditum erat publice, prohibuit, et id, quod pollicitus erat, praestitit.

aen. Lib. 2. de Agesilao. ἐπειδὴ ἀπεδείχθη νομοθέτης, ὐ καινὺς νόμυς ἔγραφεν, ἀλλὰ τὺς παλαιὺς ἰσχύειν. Cicero: *Legem tribunus plebis tulit, ut Lex Aelia et Fusia ne* valerent. et pro Domo. *De agris ratum est, de civitate non* valuit. *Gebhard.*

*Nam quum quidam etc.*] Hoc cum impune facerent post Antalcidae pacem aliquot Graeciae civitates, multis ac magnis tumultib. ac periculis se implicuerunt. *Diodorus* lib. 15. Gebh. *Ex iis* Voss. A.

*Fuerant*] Dan. *fuerunt*. Bosius. Sic et Voss. A. et paullo post [in Ed. Keuchen. *facere* omissum est, sed] in Leid. et Voss. A. B. legitur.

*Publice prohibuit*] An nova lege, Archino rogante lata, de qua ex Isocrate *Petitus l. c?* Bosius. [ Schefferus ita interpungendum vidit: *c. q. i. g. r. erat publice, prohibuit.* Vulgo *publice prohibuit* conjunguntur; at Thrasybulus prohibuit potius eos trucidare, *cum quibus publice in gratiam reditum erat,* i. e. totius populi nomine et consensu. *Heusinger.*]

## CAP. IV.

Huic pro tantis meritis honoris corona a populo 1
data est, facta duabus virgulis oleaginis, quam

(p. 270.) *Honoris*] Vocula *ergo* a Lambino contra membranarum consensum intrusa eliminanda. Elegantissime enim a Nepote *Corona honoris* dicitur, quae honoris declarandi caussa oblata est. *Gebh.* Male *Lambinum* contra consensum librorum addidisse *ergo*, jam *Schotto* et *Gebhardo* annotatum. mox in ejusd. et aliis edd. legitur, *facta e duabus virg. ol.* Bos. Nec *ergo* nec *e* agnoscunt Leid. [Gu.] et Voss. A. B. [Ult. *honoris*, et in margine: *Deest, ni fallor, causa, vel gratia, vel ergo, vel simile quiddam.* Eadem ed. habet: *facta e duab. v. o.* ]

*Facta duabus virgulis oleaginis.*] Val. Maxim. Lib. 11. c. 6. Ex. 5. de Atheniensibus, qui primi bonos cives corona decorandi consuetudinem introduxerunt, agens dicit, DUOBUS OLEAE CONNEXIS RAMULIS *clarum Periclis cingendo caput.*

*Quae quod am. civ.*] *Lambinus* malit, *quae quod eam am. civ.* nulla necessitate. Msc. Dan. *quia quod amor. civ. expr.* An fuit, *quam quod am. c. e.* Bosius. Leid. meus *qui*. Sed Voss. A. B. [Ax. Gu.] *quam*, ut conjecit Bosius, quae lectio mihi perplacet. Elegans est antiptosis utriusque linguae scriptoribus admodum familiaris, et a Viris doctis satis illustrata. Vide Cl. V. V. Th. Munckerum ad Hyginum fab. 274. Manut. et

[redacted]



quod amor civium, non vis, expresserat, nullam ha-
2 buit invidiam, magnaque fuit gloria. Bene ergo Pittacus ille, qui septem sapientum numero est habitus, quum ei Mytilenaei multa millia jugerum agri munera

Cort. ad Ciceron. Lib. 4. ad Fam. Ep. 1. J. Fr. Gronov. ad Liv. Lib. 2. cap. 57. Burm. ad Petron. Satyr. c. 134. et Cort. ad Salluſt. Catil. cap. 11. n. 2. De Graecis vide Schol. Triclin. Soph. Ajac. vs. 103. et ad Eundem Stolbergium pag. 130. et 202. Kuſter. ad Ariſtophan. Plut. vs. 55. Periz. ad Aelian. L. 14. V. H. cap. 43. num. 1. Gron. ad Arrianum Lib. 3. de Exp. Alex. M. cap. 1. itaque recte contra Grotium hunc loquendi modum sacris scriptoribus usitatum defendit Raphelius ad Act. Apoſt. (p. 271.) cap. 15. comm. 36. Pro *non vis* Leid. et Voſſ. A. B. *et non vis*. Heusingeri sententiam de recipienda hac particula amplector. [Ult. *quae quod*. Eadem cum Ax. Gu. *et non vis*, quod Heusingerus probat, Staverius etiam in textum recepit. Sed veriſſime Tzschuckius: Et *arcui*, *quod sit* nec potius, *quum hic diversa indicet in oppositione constitutum*, *ubi nostri inserere solent* aber.]

*Quod amor civium*, *non vis*, *expresserat*, *nullam habuit invidiam*, *etc.*] Videtur et heic *Nepos* Caeſarem perſtringere, cui non amor civium, sed vis, et metus tot honores (de quibus ad 1, 6, 2.) peperit. *Bosius*. Verbum *habere* illuſtrarunt D. D. V. V. Scheff. et Burm. ad Phaedr. L. 1. fab. 19.

*Magnaque fuit gloria*] *Lambinus* praefert, quod in aliis codd. fuit, *magnaeque fuit gloriae*. Et ita plerumque noſter; utitur tamen alicubi et altera ratione. v. Ind. *Esse*. Bos. *Magnaque fuit gloria* Leid. Voſſ. A. et B. [Gu. Lambinus lectionem *magnaeque fuit gloriae* in emendatioribus Codicibus haberi dicit, atque ita in Ult. edit. expreſſum eſt.]

*Cum ei Mytilenaei*] Scriptores varie narrant. v. *Diogenes Laert.* lib. 1. in Pittaco, *Plutarchus praecept. polit.* et *Valerius Max.* 6, 5, *ext.* 1. Boſius. Leid. *Pithacus.* et pro *Mytilenaei* Leid. *Militeni*. Voſſ. A. *Mitileni*. De Mytilenaeis praeclare fuiſſe meritum Pittacum res eſt notiſſima. v. praeter alios Periz. ad Aelian. Lib. 11. V. H. c. 19. num. 1. [Pro *ei Mytilenaei*, quod et Ult. habet, Ax. *Mityleni ei*, Gu. *Mitileni ei.*]

*Multa millia jugerum agri muneri darent*] Aldina [et Lamb.] lectio: quae an et in Mſſ. reperiatur, ignoro. Illud scio, in aliis edd. legi, *multa millia jugerum agri et munera dar.* Exc. Dan. [Gu.] *multa millia jugerum et agri munera darent.* quod fortaſſe mutari non debuit. Nam utrumque Latine dicitur, *dare aliquid alicui munus*, et *muneri*. Propertius 2. eleg. 28. *Munera Dianae debita redde choros*. Vet. Inſriptio apud *Gruterum* pag. 16, 2. I. O. M. JUNIA. DONACE. CORON. ET. SCEPTR. EX. ARG. MUNUS. ADTULIT. Alia pag. 47, 10. *Sume libens simulacra tuis quae munera Cilo Aris Arbanus dedicat ipse sacris.* Sic *dare*, *ferre*, *ponere quid alicui donum.* In Priapeis: *obscoenas rigido Deo tabellas Dat donum Lalage.* Inſcriptio Auguſtana pag. 5, 6. JOVI. JUNON. MINER. ANTONIA. M. LIB. APHRODISIA. SCYPHOS. II. VENEREUM. SPECULUM. DONUM. DE-

darent, *Nolite, oro vos,* inquit, *id mihi dare, quod multi invideant, plures etiam concupiscant. Quare ex istis nolo amplius, quam centum jugera, quae et meam animi aequitatem, et vestram voluntatem indicent.* Nam parva munera diutina, locupletia non propria esse consueverunt. Illa igitur corona contentus Thrasybulus 3
neque amplius requisivit, neque quemquam honore se antecessisse existimavit. Hic sequenti tempore quum 4
praetor classem ad Ciliciam appulisset, neque satis

DIT. Eborensis p. 125. 3. VENERI. GENETRICI. CESTUM. MATRONAE. DONUM. TULERUNT. Livius 4, 20. *Dictator coronam auream in Capitolio Jovi donum posuit.* Bos. Lege *munera.* vide Oudendorp. ad Frontin. Lib. 2. Strateg. cap. 11. n. 17. ex Cod. Leid. qui *et agri munera.* cui consentiunt Vossiani A. et B. praeterquam quod *et* non addunt. De similibus consule Burmann. ad Phaedr. L. 3. fab. 10. vs. 42. [Ed. Princeps, Arg. utraque Paris. Ult. Long. et Mag. *m. m. jugerum agri et munera darent,* male addito *et.*]

*Nolite, oro vos, id mihi dare.*] Vulgo est, *Nolite, rogo vos, mihi dare.* Sed, ut edidi, legit Cod. Leidensis. Tò *oro* etiam in Dan. et Boecl. fuit. Tò *id* vero in iisd. et reliquis praeter Leidensem omnibus absorpsit ultima syllaba vocis *inquit.* Bos. *Oro* etiam Leid. meus, item Voss. B. [Gu. Ult.] pro *mihi dare* Leid. et Voss. B. *id mihi dare.* [Ax. non habet *id mihi dare,* sed *mihi dare,* quod praestat lectioni receptae. *Mosche.* Gu. Ult. ut editum est. Pro *mei animi aeq.* quod operarum vitio in Bos. secunda impressum est, Ax. Gu. Ed. Ult. omnesque ante Bos. *meam animi aeq.*]

(p. 272.) *Locupletia*] Proprie hic loquitur Nepos, quia agitur de agris. v. de voce *locuples* Nigidium apud A. Gellium Lib. x. cap. 5. Plinium Lib. xviii. cap. 3. Sect. 3. Tom. II. pag. 98. et alios. Hinc propter ingentem auri vim non *locuples*, sed *dives* a Romanis fuit cognominatus Crassus. v. Periz. ad Valer. Maxim. Lib. vi. cap. 9. num. 51. quamvis non negem τὸ *locuples* et *dives* saepe idem notare. *Dimidiam agri recuperati partem* vocat Val. Maxim. Lib. vi. cap. 5. Ext. 1. Nepotem a Diogene dissentire et Plutarcho vidit etiam Menagius ad Lib. 1. c. 75.

*Non propria esse consueverunt*] *Propria* eleganter heic dicuntur pro diuturnis. Exempla vide alia a Schoppio citata L. 2. Verisim. cap. 3. *Ernstius.* Nihil Virgilio familiarius est. Vide Servium ad Ecl. 7. vs. 31. ad 1. Aen. vs. 77. ad 3. Aen. vs. 85. et ad vs. 167. ad 6. Aen. vs. 872. et ad 7. Aen. vs 331. et Passerat ad Prop. Lib. 1. El. 2. vs. 6. item alios. Pro *consueverunt* Leid. [Gu.] *consuerunt.*

*Ad Ciliciam*] Sic legendum, e vestigiis sui codicis, in quo fuit *Silicium,* non *Siciliam,* ut est in plerisque MSS. et edd. vett. recte monuit *Longolius, Magio* et *Lambino* probantibus. Eurymedon enim et Aspendus, circa quem locum occisus est (ut e *Xenophonte h. Gr.* 4. et *Dio-*

diligenter in castris ejus agerentur vigiliae, a barbaris, ex oppido noctu eruptione facta, in tabernaculo interfectus est.

*doro* 14. cognoscimus) Thrasybulus, in Cilicia sunt, aut certe in Pamphylia, ad quam refertur a *Scylace*, *Dionysio* vs. 852. *Strabone* 14. *Mela* 1, 14. *Plinio* 5, 27. *Ptolemaeo* 5, 5. *Stephano*, aliis. Cilicia autem et Pamphylia sunt inter se finitimae; et in utriusque confinio ad Eurymedontem sita Aſpendus. confines autem provincias confundi ab hiſtoricis, nihil novum. Immo, si recte rem putamus, fieri potuit, ut caſtra Thrasybuli, in quae Aſpendii noctu irruperunt, *ad Ciliciam* (ita enim dixit *Nepos*, non *in Cilicia*) id eſt prope Ciliciam fuerint. *Bosius*. Leid. [Ax. Ult.] *Siciliam*. [Gu. *Syciliam*.] Voſſ. A. *Ciciliam*. B. *Ciliciam*. Pro *ejus ager*. *suis ager*. Leid.

*A barbaris*] Aſpendiis, ut e *Xenoph*. et *Diodoro ll. cit.* conſtat. *Bosius*.

*Interfectus est*] Sepultus Athenis in Ceramico extra oppidum, ut e Pauſania docet *Meursius in Ceramico gemino*, nuper edito, cap. 21. *Bosius*.

# IX. CONON.

## CAP. I.

**CONON ATHENIENSIS** Peloponnesio bello 1
accessit ad rempublicam, in eoque ejus opera magni

(p. 273.) De CONONE vide *Diodorum* 14. *Xenophontem Hist. Graec.* 2. et 4. praesertim *Plutarchum Lysandro*, *Polyaenum* 1. *Athenaeum* 1. *Isocratem Euagora*, *Demosthenem in Leptinem*, *Aristotelem* 2. *Rhetor. Justinum* 5. et 6. Boeclerus. Caput ejus exstat in nummorum meorum uno, cum inscr. *ΚΟΝΩΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥ.* In postica parte Mulier sedens, hastam puram sinistra tenens: pone eam thorax cum clypeo. Ante ara accensa, cui supervolat Victoria, lauream mulieri porrigens. Infra, ut videtur: *ΕΡΚΟΣ ΑΘΗΝΩΝ. Bosius.*

*Conon*] Timothei filius. *Lambinus.* Ab eo diversus Conon, Astrologus Samius, aequalis Archimedis et familiaris: cujus meminere cum alii, ut *Archimedes* ipse *praefatione libri de Sphaera et cylindro*, *Callimachus* apud *Theonem in Aratum*, *Ptolemaeus de apparentiis Inerrantium*, *Catullus carm.* 67. *Propertius* 4, 1. tum *Virgilius Eclog.* 3, 40. cujus verba perperam de nostro hoc accepisse *Servium*, observatum *Schotto*, et *Salmasio in Plinianis.* Bosius.

*Peloponnesio*] Voss. A. B. *Peloponnessio.*

*In eoque ejus opera magni fuit*] Laudat et adstruit hanc Puteani emendationem pluribus Savaro, vindicatque sibi ipse Nepos, nam quidam libri MSS. exhibent, *in eoque ejus opere magni fuit.* Infra Epaminond. tentat cl. Schottus. *At in Graecia utique olim magni erant,* quia *laudi* abest, et diphthongo *ae* superpositum *i. Gebhardus.* Sic restituit hunc locum Lambinus, Cl. Puteani conjecturam secutus, quam etiam *Savaro* et *Gebhardus* probant. Et juvant MSS. Gif. Dan. [Gu.] et Put. in quibus erat, *in eoque ejus opere magni fuit:* a quibus hoc uno differunt Ms. Savar. Ed. Ven. et antiquiss. exempla *Lambino* laudata [Arg. et utraque Paris.], quod pro *magni* habuerunt *magnus.* Corruptela haud dubie ex ignoratione elegantissimi loquendi modi nata. denique et infra Nepos ita locutus est 14, 1, 2. et 24, 1, 4. *Longolius* edidit *in eoque opere magnus fuit.* Aldus et alii: *in eoque ejus operae magnus fuit usus.* Utrique invitis libris; in quibus legitur *ejus*, abest *usus.* Bosius. Leid. pro

ſuit. Nam et praetor pedestribus exercitibus praefuit, et praefectus classis res magnas mari gessit. Quas ob caussas praecipuus ei honos habitus est. Namque omnibus unus insulis praefuit. In qua potestate Pheras

*magni*, *magna*. Voſſ. A. *in eoque ejus opere magnus fuit*: B. *in eoque ejus operae magni fuit*. Longoliana editio defendi poſſet loco Themiſtoclis cap. 6. *Magnus hoc bello fuit Themistocles*, *neque minor in pace*. tum *opus* saepius in Mſſ. cum *opera* confuſum notaret hic *bellum*. Vide Burmann. ad Ovidium Epiſt. 17. Heroid. vs. 256. Sic Graecis *ἔργον*. Vide Caſaubon. ad Polybium pag. 109. et Thucydid. Lib. 1. cap. 80. qui (p. 274.) ita saepius locutus eſt. Vulgatam tamen praefero.[Axen. codex ad verbum exhibet: *in eoque ejus opera magni fuit*, quem unum omnium haec habere, parum credibile eſt. *Mosche*. Etiam optima Ult. editio: *in eoque ejus opera magni fuit*.]

*Praetor pedestrib. exerc. praefuit*] Primum anno belli hujus XXII. cum Corcyram praeſidio firmaret. *Diodorus* 13. *Κόνων δὲ ὁ ϛρατηγὸς τῶν Ἀθηναίων πλεύσας εἰς Κέρκυραν*, etc. Dein anno XXV. cum aliis novem Alcibiadi suffectus, ut idem *Diodorus* cum *Xenophonte histor. Gr.* 1. et *Justino* 5, 5, 4. narrant. *Bosius*.

*Praef. class. res mag. mari gess.*] Ms. Dan. aberat *res*. Tentabam igitur: *classes magnas mari rexit*. Saepius enim hoc bello claſſibus Athenienſium praefuit. nam Corcyrae praeſidium illaturus cum XL. navibus, ut *Diodorus* ait, eo navigavit. Triennio poſt ab Alcibiade, et rursus anno XXVII. reliquis praetoribus poſt victoriam a Lacedaemoniis ad Arginuſas reportatam abdicatis, claſſem accepit. Nil tamen mutare audeo. *Bos*. Voſſ. B. *et res magnas mari gessit*. In Leid. *Et praef. cl. r. m. m. g. q. o. c. p. ei h. h. e. n. o. u. i. p.* haec verba non reperiuntur. [Gu. *et praef. classis magnas m. g.* ut Dan.]

*Namque omnibus unus insulis praefuit*] Hoc neque apud *Xenophontem*, neque apud *Diodorum*, neque apud alium quenquam repperi: nisi forte id tempus intelligamus, quo victis ad Cnidum Lacedaemoniis adjutore Pharnabazo, claſſi regis Perſarum praefectus omnes inſulas a Lacedaemoniis avertit, et Graecos superbo Lacedaemoniorum dominatu liberavit. *Lambinus*. Qua de re videndi *Diodorus* 14. et *Xenophon hist. Gr.* 4. qui poſterior et *Pheras navigasse eum*, ac *Pharnabazo pollicitum*, *velle se navales copias ex insulis alere*, scribit. Atqui *Nepos* ita hanc rem narrat, ut facile appareat, eum de tempore belli Peloponneſiaci, eoque *non extremo* loqui. Mox enim subjicit: *Fuit etiam praetor extremo Peloponnesio bello*. Quare paene eſt, ut vel tempora confudiſſe eum, vel de alia Pherarum occupatione loquutum credam. *Bosius*.

*Pheras cepit*] Reclamantibus fatetur *Pharas* reſtituiſſe se libris Lambinus; sed Rutgerſius variarum lectionum Lib. 4. cap. 10. propugnat *Theram*. Gebh. Ita conſtanter MSS. et edd. vett. nisi quod Boecl. *speras* habet, quod e soni affinitate, librario *Sphaeras* pro *Pheras* excipiente, natum vix dubito. quod autem *Rutgersius Var. lect.* 4, 10. laudat *Theras*, vellem addidiſſet, in qua editione id reppe-

cepit, coloniam Lacedaemoniorum. Fuit etiam extremo 2

risset. Atqui *Pherae urbs est Thessaliae, neque unquam eo colonia a Lacedaemoniis est deducta.* Ita *Lambinus*; qui proinde primo existimabat legendum *Patras*, (ea urbs Achaiae fuit) quo coloniam Lacedaemone ductam e *Pausania Laconicis* et *Plinio N. H.* 4, 4. constet: postea tamen *Pharas* praeferebat, urbem Achajae, *Pausaniae Achaicis* et *Stephano* memoratam. Idque nomen et apud *Xenophontem l. c.* ac *Plinium* 4, 5. putabat reponendum. *Rutgersius l. c.* et *Meursius Miscell. Laconic.* 1, 7. *Theram* reponi volunt, quam *Strabo* lib. 10. ἄποικον Λακεδαιμονίων, et apud eundem L. 8. *Callimachus* Θήρην Λακωνίδα vocat; *Pausanias* vero *Achaicis* et *Laconicis* a Thera Thebano, Autesionis F. qui uno seculo prius quam Jones Athenis proficiscerentur, Lacedaemonios et Minyas e Lemno ejectos eo deduxerat, nomen accepisse, scribit. Id quod pariter *Strabo* lib. 8. tradit. Atque sic et apud *Xenophontem hist. Gr.* 5. ubi Conon Persarum classi (p. 275.) praefectus φερὰς *delatus, oram illam vastasse* dicitur, legi vult *Meursius*, non, ut *Lambinus* arbitratur, φαρὰς. *Non enim*, inquit, *de urbe aliqua, sed de insula, loqui utrumque* (*Xenophontem* puta et *Nepotem*) *sat ex verbis utriusque, si attendas, manifestum.* At unde manifestum est, optime *Meursi?* An ex eo, quod *insularum* uterque meminit; *Nepos* quidem, cum *Cononem omnibus unum insulis praefuisse*, *Xenophon* autem, cum *insulas et oppida maritima circumvectum cum Pharnabazo, Harmostas Laconicos ejecisse*, et postea *per insulas cum classe Melon navigasse* ait? neque enim praeter haec quicquam apud eos de *insulis* legitur. Atqui neutiquam hinc sequitur, Cononem *insulas*; multo minus, nil aliud quam *insulas*; minime omnium, *Theram* aut *cepisse* in hac potestate, aut hoc itinere *devastasse*. Immo *Xenophontis* verba, si recte inspiciantur, clare ostendunt, eum non loqui de insulis. En ille: Ἅμα τῷ ἔαρι ναῦς τε πολλὰς συμπληρώσας, καὶ ξενικὸν προσμισθωσάμενος, ἔπλευσεν ὁ Φαρναβαζός τε, καὶ ὁ Κόνων μετ' ἀυτȣ̃, διὰ νήσων εἰς Μῆλον. ἐκεῖθεν δὴ ὁρμώμενος εἰς τὴν Λακεδαίμονα καταπλεύσας δὲ πρῶτον εἰς φερας, ἐδήωσε ταύτην τὴν Χώραν. ἔπειτα καὶ ἄλλοσε ἀποβαίνων τῆς παραθαλαττίας, ἐκακȣ́ργει, ὅ, τι ἐδύνατο. Φοβȣ́μενος δὲ τήντε ἀλιμενότητα τῆς Χώρας, καὶ τὰ τῆς βοηθείας, καὶ τὴν σπανοσιτίαν, ταχύτε ἀνέστρεψε, καὶ ἀποπλέων ὡρμίσθη τῆς Κυθηρίας εἰς Φοινικȣ̃ντα. Vides Cononem primo *per insulas* (Cycladas puta, quas eum adduxisse in partes suas, antequam Cythera navigaret, etiam *Diodorus Siculus* 14. refert) *Melon navigasse*; *inde profectum Lacedaemonem*; hoc est, ad Laconicam. Tota enim regio haec antiquitus *Lacedaemon*; urbs autem princeps *Sparta* appellata, (quomodo et *Xenophon* vocare solet), ut ex *Herodoto* l. 7. *Scholiaste Homeri*, *Strabone* 8. p. 253. *Pausania Laconicis* p. 179. et *principio Messenicorum* observatum *Cragio de Repub. Lacedaem.* 1, 1. Idem *Pausanias* et *principio Laconicorum* tradit, ac *Eustathius ad Homeri Iliad.* β. vs. 581. Praeter *Homerum* et *Herodotum* ita Geographi quoque antiquiores hoc nomine usi. *Periplus Scylacis*: Λακεδαίμων, ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν ἀυτῇ εἰσὶν αἵδε, Ἀσίνη, Μοθώνη, Ἀχιλλέως λιμὴν etc. *Scymnus Chius*,

ut volunt, in ſragmento *Periegeseos :*

*Ἤλιδος δ' ὑπάρχειν Ὄξυλον*
*Ἡγεμόνα, Κρεσφόντην δὲ τῆς*
*Μεσσηνίας,*
*Εὐρυσθένην δὲ καὶ Πρόκλην*
*Λακεδαίμονος.*

Unde *Spartani* a *Lacedaemoniis* olim diſtincti. *Diodorus Siculus* 11. *τῶν μὲν Λακεδαιμονίων ἦσαν Χίλιοι καὶ σὺν αὐτοῖς Σπαρτιάται τριακόσιοι.* quod etiam magno *Casaubono ad* 8. *Strabonis* annotatum. Ad Laconicam igitur profectus Conon, *primum Pheras navigans, regionem illam vastavit.* Erat illa pars Meſſeniae. *Strabo* 8. recitatis *Homeri* verſibus *Odyss.* φ, 15. et 16. *Τῆς Φηρῆς*, inquit, *τὴν Χώραν λέγει, ἣ μέρος ἦν τῆς Μεσσηνίας.* Ita recte Mſſ. Vulgo editur: *ἧς μέρος ἦν καὶ ἡ Μεσσηνία.* perperam. Meſſeniae enim longe ultra Pherarum ditionem et Pamiſum, in occasum et ſeptentrionem ad Nedam flumen et ſinum Cypariſſium usque porrigebatur. Idem *Strabo* paullo ante: *Διαβᾶσι τὸν Πάμισόν ἐστι πολλὴ τῆς Μεσσηνίας εἶθ' ἡ τῶν Φηρῶν ἐπαρχία ἅπασα.* Nomen accepit a Pheris, Meſſeniae oppido, de quo mox plura. Meſſenia vero olim pars Laconicae fuit. Rurſus docet *Strabo eod. libro : ἄυτη (Μεσσηνία) δ' ἐπὶ μὲν τῶν τρωϊκῶν ὑπὸ Μενελάῳ ἐτέτακτο, μέρος οὖσα τῆς Λακωνικῆς.* Et paullo poſt: *εἴρηται ὅτι καὶ ἄυτη μέρος ἦν τῆς Λακωνικῆς*, Meſſenia ſcilicet. Denuo, *ὅτι Λακεδαίμων ὁμωνύμως λέγεται, καὶ ἡ Χώρα, καὶ ἡ πόλις, δηλοῖ καὶ Ὅμηρος λέγω δὲ Χώραν σὺν τῇ Μεσσηνίᾳ.* Et mox comparatione ali- (p. 276.) quot verſuum *Homeri* docet, Pherarum ditionem, quae in Meſſenia eſt, *Lacedaemonis* nomine ab eo comprehenſam. Videri et *Eustathius* poteſt loco, quem paullo ante diximus. Atque hinc factum, ut in *periplo Scylacis* inter Lacedaemonis urbes recenſerentur *Asine*, *Mothone*, et *portus Achilleus*; quae Meſſeniae omnes accenſent. Recte igitur *Xenophon* ſcribit, Cononem ad Lacedaemonem navigantem, Pherarum regionem, partem videlicet Laconicae, vaſtaſſe. Perſequamur jam reliqua itineris. *Deinde et in alia loca orae maritimae descendens, damno adficiebat, quicquid poterat.* Oram maritimam intellige, quae ſinu Meſſeniaco alluitur, ad quem et Pherae ſitae, ut ſtatim dicemus. *Veritus* autem *regionem importuosam* (nullus enim in eo ſinu portus, quod ſciam, memoratur, quanquam Pheras *Strabo* ait habere *ὕφορμον θερινόν* :) *et auxilium* (vicinorum Lacedaemoniorum puta) *et commeatus penuriam* (aberat enim a Cycladibus, quas ſuas fecerat, aliquanto longius) *mox converso cursu discessit, et ad Cytheriae portum Phoenicunta appulit*; uti quidem poſtrema haec verba verti vult *πολυμαθέστατος Bochartus de coloniis Phoenicum* 1, 22. Equidem nusquam *Phoenicuntem portum* in Cythera inſula, ſed in Meſſenia tantum, Creta, Sicilia, Libya, denique in Aſia ad Mimantem montem, reperio. De primo *Pausanias Messenicis : Μετὰ δὲ τὸν Ἀκρίταν, λιμήντε Φοινικοῦς, καὶ νῆσος κατ' ἀυτὸν Οἰνοῦσαι.* Inter Acritan puta et Mothonem; non autem inter Aſinem et Colonides, ſive ad initium ſinus Meſſeniaci, quo loco a *J. Laurembergio* in *Tabula Peloponnesi* ponitur, id enim repugnat verbis *Pausaniae*, qui exadverſus Oenuſas ſitum ait. et mox de *Mothone* ſubjungit, quae ad occidentem Acritae eſt. Secundi meminit *Ptolemaeus* 3, 18. tertii, 3, 4. quarti, 4, 5. quinti *Thucydides* 8. cum ait, Athenienſium naves, quae tres Chias inſecutae fuerant, fugiſſe *ἐς τὸν*

ὑπὸ

ὑπὸ τῷ Μίμαντι λιμένα Φοινικοῦντα καλούμενον. Meminit et *Stephanus*, sed ejus verba hodie corrupta leguntur: Ἐστι καὶ φοινικοῦς λίμνη. Θουκυδίδης ὀγδόῳ. Legendum: Φοινικοῦς λιμήν. Εὐλίμενος tamen Cythera etiam a *Strabone* Lib. 8. pag. 250. vocatur. Et duos in eo portus recentiores Tabulae exhibent; unum S. Nicolai, ad septentrionem; alterum Delphinum ad austrum. Fieri itaque potuit, ut etiam horum alteruter *Phoenicus* diceretur, a Phoenicum appulsu, a quibus haec insula, ut *Bochartus* exiſtimat, aliquando occupata. Cytheram autem navigaſſe in hac expeditione Cononem, etiam *Diodorus* 14. teſtatur. Ceterum haec accuratius expendenti facile apparebit, *Pheras* Meſſeniae, non autem *Theram* inſulam, a Conone invaſam fuiſſe. Primo namque e Melo ad Laconicam profectus jam praetervectus erat Theram, quippe ad dextrum Meli latus eodem gradu longitudinis sitam. Non igitur in eo itinere vaſtare potuit. Deinde Χώραν illam vaſtaſſe dicitur; qua voce de insula tam parva *Xenophontem* uſum, vix crediderim. Potius dixiſſet ὅλην τὴν νῆσον. Χώραν autem φηρης, seu φηρῶν, partem Meſſeniae, adeoque Laconicae veteris, dictam, e verbis *Strabonis* paullo ante adductis manifeſtum eſt. Praeterea ora maritima fuit, quam invasit vaſtavitque Conon. Statim enim subjicit Xenophon: *eum et in alia loca orae maritimae descendisse.* Talis igitur et illa fuit, quam antea vaſtaverat. Atqui aliud eſt ora maritima, aliud inſula, diſtinguitque *Xenophon* ipse Libro 3. cum ait, πόλεσι παρήγγειλαν ταῖς ἐν ταῖς νήσοις, καὶ ταῖς ἐπιθαλαττιδίοις. add. lib. 4. pag. 534. Denique Conon regione, quam vaſtaverat, cum vicino littore relicta, *converso cursu* Cytheram contendit. Quod fieri non potuit, si Theram vicinamque oram vaſtavit. Haec enim e Cythera Iſthmum Corinthiacum naviganti demum praeternaviganda erat. At si *Pheras* retineamus, cuncta exacte congruunt. Nam ea maritima urbs fuit, ad oſtium Nedonis fluvii, et siniſtram Pamisi, quinque a mari ſtadiis diſtans, (p. 277.) aeſtivamque navium ſtationem habens; ut e *Strabone* lib. 8. cognoscimus. *Pausanias Messenicis* sex ferme ſtadiis eam a mari abeſſe scribit. *Ptolemaeus* quoque 3, 16. inter maritima Meſſeniae oppida recenſet. Eadem enim urbs eſt Φηραὶ, Φεραὶ, Φαραὶ, id quod *Homeri*, *Strabonis*, *Ptolemaei*, et praeſertim diversa *Pausaniae* loca inter se comparanti obſcurum eſſe non poteſt. Nam hic *initio Messenicorum* φηρὰς vocat. Τοῦ γὰρ, inquit, Ὀρτιλόχου τὸν οἶκον ἐν τῇ Μεσσήνῃ πόλισμα εἴρηκε (Homerus) τὰς Φηράς. Poſt paginas autem quattuor, Φεράς. Ἴσθμιος δὲ ὁ Γλαύκου καὶ ἱερὸν τῷ Γοργάσῳ καὶ Νικομάχῳ τὸ ἐν Φεραῖς ἐποίησεν. Denique in descriptione agri urbiumque Messeniae Φαρὰς subinde, incolasque Φαραιάτας appellat; nam hanc ipsam ab eo urbem deſignari, cum ex iis apparet, quae de Ortilocho, et Nicomachi Gorgaſique in ea urbe fano, refert: tum quod eodem fere spatio, quo *Strabo*, a mari; a Thuriatarum autem urbe circiter LXXX. ab Abea vero ferme LXX. ſtadiis diſtare scribit: nam et *Strabo* φηρὰς Thuriae Gereniisque confines facit; et *Ptolemaeus* φερὰς inter Abeam et Meſſenem collocat. Una ergo eademque urbs *Pausaniae*, *Pherae* et *Pharae* dicta: *Stephanus* quoque Φαρὰς dixit. Φαραὶ πόλις Μεσσήνης, ὅθεν ἦσαν οἱ Ἀφαριτιάδαι. Quae poſtrema vox haud dubie corrupta: legendumque fortaſſe φαραιάται, quomodo incolas vocat *Pausanias*; vel, quod gentile urbis ipse *Stephanus* paullo

Peloponnesio praetor, quum apud Aegos flumen copiae Atheniensium a Lysandro sunt devictae. Sed tum

poſt eſſe scribit, *φαραῖται*. Sic et Achajae oppidum, quod *Ptolemaeus* aliique *Pheras*, *Pausanias* et *Stephanus* *φαρας*, ejusque incolas *Strabo* 8. *φαρεῖς* appellat. Et *Homerus*, quod Theſsaliae oppidum in *Iliade* *Φηρὰς*, *Odyssea o.* *φερὰς* dixit, metri cauſſa, si *Eustathio* credimus. Sic enim ille: *Φερὰς, τὰς φηρὰς λέγει, συςείλας τὸ διὰ τὸ μέτρον, ὁμοίως τῷ ξηρον, ξερὸν, καὶ νοσηρὸν, νοσερὸν, καὶ ἀσκηθὴς, ἀσκεθης*. Meſſeniae vero oppidum *Homerus* nunc *φηρὰς* vocat, ut *Od. γ.* 489. nunc *φηρὴν*, ut *Iliad. ε.* 542. Unde *φηρῆς Χώρα* apud *Strabonem* 8. Maritima igitur urbs Pherae. Praeterea hinc Cytheram navigaturus Conon, qui a Melo insula venerat, *cursum convertere* debuit. Nam Cythera inter Melon et Pheras interjacet. Clarum ergo eſt, si quid aliud, apud *Xenophontem* non Theram insulam, sed Pheras Meſſeniae, earumque regionem retinendam eſſe. Quod si de eadem re *Nepos* loquitur, ut *Meursius* exiſtimabat, manifeſtum eſt, nec apud eum quicquam mutari debere. Sed fac, de alio tempore loqui *Nepotem*; nihilo tamen secius *Pheras* capere potuit Conon; quippe haud procul finibus Laconicae sitas, adeoque Lacedaemoniorum partibus bello Peloponnesio addictas. Itaque non eſt, cur *Pharas* Achajae cum *Lambino* reponamus: quod oppidum nimium ab insulis Archipelagi diſtat. Id unum objici video poſſe, *Pheras* Meſſeniae nusquam *coloniam Lacedaemoniorum* dici. Et certe, qui colonias Laconicas ex omne genus scriptoribus congeſſit, *Meursius* nullam ejus mentionem facit. Neque tamen hinc recte colligas, non fuiſſe illuc coloniam a Lacedaemoniis deductam. Id enim facile potuit fieri, cum Meſſenia non solum Menelai regis temporibus, sed etiam poſtea diu sub Spartanorum poteſtate fuerit. Quod autem nulla coloniae hujus memoria supereſt, in tanta antiquiſſimarum rerum ignorantia nemini mirum videri debet. *Bosius*. Leid. [Gu. Ult.] *Pheras*. item Voſſ. A. sed B. *Spaeras*. et paullo poſt pro *Peloponnesio*, *Peloponnessio*.

*Aegos flumen*] C. P. Dan. *Egos*. Leid. *egeos flumen*. sed vulgata lectio per se recta eſt. Noſter semper dicere solet *Aegos flumen*; alii Auctores Latini Graecorum more efferunt dicentes *Aegos potamos*. v. Oudendorp. ad Frontin. Lib. 2. Strat. cap. 1. num. 57. Ita et Plinius Lib. 11. N. H. cap. 58. (p. 278.) pag. 103. *In Thraciae parte ad Aegos flumen*.

*Devictae*] Penitus victae atque ad internecionem caesae, ut ad resurgendum nullae vires reſtarent. Sic loquitur Miltiade, Cimone et Chabria. Curt. lib. 9. cap. 10. *Cilicia inundata cruore Persarum et Arbela cujus campi devictorum a nobis ossibus strati sunt*. Gebh.

*Sed tum abfuit*] *Falsum est, quod dicit, siquidem vera sunt, quae Xenophon, Isocrates, Diodorus Siculus, et ceteri tradunt. Lambini* haec *κρίσις* eſt, *Longolii Magiique* vitula, ut solet, arantis. At vero, quid illi tradunt, o bone? *Cononem* ajunt, *cum videret adventum classis Laconicae, statim exclamasse, signumque dedisse, ut totis viribus ad naves opis ferendae caussa concurrerent, anxiumque eo malo hos vocasse, illos rogasse, alios coegisse*,

**abfuit, eoque pejus res administrata est. Nam et pru-**
**dens rei militaris, et diligens erat imperii. Itaque** 3

*ut naves complerent: verum dilapsis militibus et vectoribus nihil profecisse: itaque jam supervenientibus cum clamore et aquarum sonitu hostibus, cum octo navibus, quae solae vectoribus ac milite completae erant, et Paralo discessisse, ac postquam collegarum culpa esse perditas Atheniensium res animadvertit, ad Euagoram in Cyprum navigasse: in reliquas coortos cum Lysandro Peloponnesios, partim omnino vacuas cepisse, partim, dum complentur, lacerasae: milites apud naves inermes et sparsim advenientes interfectos, ac exscensione facta in fuga concisos.* An hinc sequitur, *adfuisse* Cononem. *cum copiae Atheniensium devincerentur?* Imo jam abierat, antequam naves Atheniensium a Peloponnesiis invaderentur, et vixdum clamore irruentium fluctuumque fremitu percepto, disceſſerat. Revera igitur, cum vincerentur Athenienses, *abfuit:* etsi conſpecto hoſtium adventu e longinquo, adfuerit. Quae non pugnant invicem, uti *Lambino Longolioque* viſum. *Bosius.* Cum Noſtro conſentiunt e Graecis Xenophon, Plutarchus, ac Polyaenus: e Latinis Juſtinus ac Frontinus. Vide Oudendorp. ad Frontinum Lib. 2. Strateg. cap. 1. num. 61. Habuerunt tum temporis ad Aegos Potamos Athenienſes claſſem centum et octoginta navium, ut e Xenophonte et Diodoro Siculo J. Perizonius ad Aelianum L. 5. V. H. cap. 10. num. 6. ipse vero Aelianus ducentarum navium dicit fuiſſe numerum, quod licet ei concedamus, non tamen ducentae periere. Vide Oudendorp. L. L. Plut. Alcib. p. 212. ita rem narrat *ἄφνω γὰρ αὐτοῖς καὶ ἀπροσδοκήτως τοῦ Λυσάνδρου προσπεσόντος ὀκτὼ μόναι τριήρεις ἐξέφυγον μετὰ Κόνωνος.* unde in Plutarcho in Lys. pag. 441. legitur *ὁδὲ οὖν Λύσανδρος ὡς παρέλαβε τάς τε ναῦς ἁπάσας, πλὴν δώδεκα,* adhuc miror, qui pag. 439. dixerat *ἅπαν δὲ τὸ ναύσταθμον, ἄνευ τῆς παράλου, καὶ τῶν μετὰ Κόνωνος ἐκφυγουσῶν* absque numeri definitione. sane de numero periculo ereptarum navium non convenit inter scriptores; nam Diodorus, Lyſias, et Pauſanias decem triremes evaſiſſe referunt. v. Weſſ. ad Diod. Sicul. Lib. XII. cap. 106. num. 49. adde Lambin. ad Alcib. cap. 8. in s. alii octo. adde not. ad Ariſtidem Panathenaic. ad pag. 286. sive in not. p 554. qui pag. 556. simpliciter narrat *ἐξ ὧν καὶ περὶ αὑτῆς βουλεύσασθαι, καὶ περὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐδυνήθη πάλιν ἡ πόλις, καὶ τὰ τείχη περιβαλέσθαι, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης ἀναλαβεῖν δι᾽ ἀνδρὸς ἑνὸς φυγάδος Κόνωνος, ὅς, ὅτε αἱ τριήρεις αὐτοῖς ἀπώλοντο ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς, μόνος ἐξ ἁπάντων ἀποδρὰς ᾤχετο* [Fruſtra Interpretes h. l. Lambino obloquuntur. Cornelium, qui toties ab hiſtoricorum, quorum scripta nobis servata sunt, narratione diſſentit, hic quoque alios Auctores nobis incognitos secutum eſſe, manifeſtum eſt ]

*Abfuit*] Propterea Isocrates in Orat. ad Philip. ait: non ejus sed *collegarum culpa male pugnatum est, quare domum redire erubuit.* pag. 94. ubi vide plura huc spectantia, eisque ad. de Xenoph. l. 4. Hiſt. Gr. Diodor. Sicul. 14. Juſtin. 6. Plut. (p. 279.) Ageſilao et Corn. Nepot. ejusdem Agesilai vitam. *Ernst. Lambinus* mallet *afuit.*

[redacted]



nemini erat his temporibus dubium, si adfuisset, illam Athenienses calamitatem accepturos non fuisse.

Bosius. Leid. [Gu. Ax. Ult.] *Abfuit.* item Voss. B. sed A. *affuit.* Sic mox C. P. Dan. *affuisset*, pro *adfuisset.*

*Diligens e. imperator*] Sic MSS. meliores et plerique omnes ante *Lambinum* editi. *Lambinus* et *Savaro* ediderunt *diligens imperii*, nec tamen addunt, cur mutarint. *Bosius.* Probae tamen notae meos, quos contuli, codices esse, satis, credo, probavi. Hi omnes, nempe Leid. meus et Vossiani A. et B. exhibent *diligens imperii.* Cum genitivo hanc vocem jungi notum est. Noster in Epamin. cap. 3. dixit *diligens veritatis. diligens* autem *imperii* hic est, qui diligenter et accurate cunctas prudentissimi imperatoris partes sustinebat, qui imperium suum diligenter exercebat. Vide cl. Burm. ad Phaedr. Lib. 5. Prol. vs. 4. Itaque Codices secutus sum. [Ax. ut Boecl. et Leid. 1. *imperator* habet, non *imperii.* Etiam Ult. *imperator*, sed *imperii* Gu. Ed. princeps, Paris. a. 1514. et Ald.]

## CAP. II.

1 Rebus autem afflictis quum patriam obsideri audisset, non quaesivit, ubi ipse tuto viveret, sed unde praesidio posset esse civibus suis. Itaque contulit se ad Pharnabazum, satrapen Joniae et Lydiae, eumdemque generum regis et propinquum, apud quem ut multum gratia valeret, multo labore multisque effecit

*Obsideri*] Ab Agesilao et Lysandro, ut supra dictum est 6, 1. *Lamb.*

*Non quaesivit ubi ipse tuto viveret*] Sic Cicero ad Attic. 8, 1. *Ei statim rescripsi, hominemque certum misi de comitibus meis, non me quaerere, ubi tutissime essem.* Lambinus. *Tuto* abest a Voss. B. Verbum *quaerere* illustravit Broukhusius ad Propert. Lib. 2. El. 2. vs. 5.

*Posset esse*] Q. edd. habent *esset.* Bosius. Omnes, quos contuli, codices habent *posset esse.* [Ax. *praesidium posset esse.* Gu. et Ult. ut editum est.]

*Contulit se ad Pharnab.*] Ut expetitus dux navalis, non sui sed patriae caussa regi adjutor esset in bello contra Lacedaemonios: idque beneficio et consilio Pharnabazi regi dato obtinuit. *Diodorus Sic.* 14. *Plutarchus in Artaxerxe*, *Justinus*, 6, 1, 7, 8. Loccenius. Cononem ad Pharnabazum se contulisse, licet et ex *Xenophonte* cognoscere l. 4. *de reb. Graec.* Lambinus. [Ax. Gu. Ult. *satrapem.*]

*Generum regis*] Sc. Artaxerxis, (p. 280.) qui ei Apamiam filiam suam in uxorem dederat, ut *Plu-*

periculis. Nam quum Lacedaemonii, Atheniensibus devictis, in societate non manerent, quam cum Artaxerxe fecerant, Agesilaumque bellatum misissent in Asiam, maxime impulsi a Tissapherne, qui ex intimis regis ab amicitia ejus defecerat, et cum Lacedaemoniis coierat societatem, hunc adversus Pharnabazus habitus est imperator, re quidem vera exercitui praefuit Conon, ejusque omnia arbitrio gesta sunt. 2

3 Hic multum ducem summum, Agesilaum, impedivit, saepeque ejus consiliis obstitit; neque vero non fuit

*tarchus* in *Artax.* scriptum reliquit. *Magius.*

*Devictis*] Voss. B. *victis.*

*In societate non manerent*] *Plutarchus Artaxerxe* dicit eam esse appellatam εἰρήνην τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου. Si fas est, inquit ille, contumeliam et proditionem *pacem* appellare. Hanc commemorat et *Xenophon* 4. *reb. Graec.* Sed haec pax posterius facta est, quam Agesilaus in Asiam classem exercitumque trajecisset, ut intelligere licet e *Plutarcho in apophthegm. Lacon.* Videtur igitur ea societas esse intelligenda, quam Lacedaemonii cum Dario II. hujus Artaxerxis et Cyri patre fecerunt: de qua *Thucydides* lib. 8. Sed discrepat a *Xenophonte* et *Plutarcho Nepos.* Illi enim narrant, Agesilaum eo in Asiam esse missum, quod audierant, regem Persarum Artaxerxem exercitum et classem adversus Graecos parare. Non igitur Lacedaemonii, sed Persae in Societate non manebant. *Lamb.* Quamquam quid prohibet eos *in societate non mansisse* dici, qui primi pacem aperte violarunt, bellumque alteri parti intulerunt? *Bosius.*

*A Tissapherne qui defecerat*] Paullo aliter *Xenoph.* 3. *Gr. rer. Diodorus* 14. et *Justinus* 6, 1. qui fidissimum regi fuisse, sed aliorum calumnia eversum innuunt. Unde videri possit, simulasse potius societatem cum Lacedaemoniis, quam revera coiisse. *Plutarchus* certe ait, eum hominem perditum, et universo Graecorum generi infestissimum fuisse. *Bosius.* Leid. *Tinsopherne*, et mox pro *Agesilaumque*, *Aagesilaumque.* Voss. A. Dan. [Gu.] *Hagesilaumque.* Voss. B. *Agesylaumque.*

*Re quidem vera exercitui praefuit Conon*] Quem de Pharnabazi consilio ab Artaxerxe imperio maris praefectum scribunt *Diodorus* 14. et *Justinus* 6, 1, 7. et 9. *Bosius.* *Re quidem vera* legendum est, ut in C. Leid. Voss. A. sed B. *re quid vera.* τὸ *quidem* hic notare *autem*, docet Perizonius ad Sanctii Min. L. III. cap. 14. num. 26.

*Multum*] Sic Mss. Dan. Sch. Boecl. et, e suis haud dubie codicibus, *Savaro.* Vulgati inepte: *militum.* Quid enim, ait *Gebhardus*, est *militum dux summus?* nisi quis forte anserum aut anatum aut gregis ducem comminisci velit. *Bos.* Leid. Voss. A. B. et Ms. Oxon. *multum.* [Ita etiam Gu. sed Ult. *militum.*]

*Ejus consiliis obstitit*] Inprimis cum Regi Persarum persuasit, ut concionatores Graecarum civitatum auro corrumperet: de

[redacted]



apertum, si ille non fuisset, Agesilaum Asiam Tauro
4 tenus regi fuisse erepturum. Qui posteaquam domum a suis civibus revocatus est, quod Boeotii et Athenienses Lacedaemoniis bellum indixerant, Conon nihilo secius apud praefectos regis versabatur, hisque omnibus maximo erat usui.

quo *Polyaenus* l. 1. *Plutarchus Artaxerxe*, *Pausanias Laconicis* (p. 281.) Quippe his artibus conflatum est Lacedaemoniis bellum domesticum, revocatique ad sua tuenda, qui aliena invaserant. *Bosius.*

*Apertum*] Leid. *apparatum.*

*Si ille non fuisset*] V. Ind. *esse*, et not. ad 15, 10, 4. *Bosius.*

*Agesilaum Asiam Tauro tenus fuisse erepturum*] Nam *quaecunque sub dio erant*, *in potestate habens*, *magnum Asiae tractum pervaserat*, *et*, *si ob urgentem domi necessitatem non revocassent eum Spartani*, *facile toti Persarum regno extremum periculum attulisset*; ut in elogio ejus scribit *Diodorus* 15. adde infra 17, 4, 2. *Bos.*

*Boeotii*] Leid. Voss. A. B. *Boetii.* et Leid. pro *Lacedaemoniis bellum*, *bellum Lacedaemoniis* [ut 7, 3, 1.]. Pro *nihil secius* Leid. Voss. A. B. *nihilo secius.* Pro *versabatur* Leid. et Voss. A. *versebatur.* [Ax. *revocatus est et Boetii et Athenienses.* Cum *quod* abesse nullo modo possit, nescio an scribendum: *quod et Boeotii et Ath.* Mosche.]

*Hisque omnibus maximo erat usui*] Q. edd. *iisque omnibus magno erat usui.* Bosius. Leid. *magno erant usui.* Voss. A. *magno erat usui.* [Ed. Lamb. *iisque* pro *hisque.* Pro *maximo* eadem cum Ax. Gu. Ed. princ. utraque Paris. Ald. et Ult. *magno.*]

## CAP. III.

1 Defecerat a rege Tissaphernes, neque id tam Artaxerxi, quam ceteris, erat apertum. Multis enim magnisque meritis apud regem, etiam quum in officio non maneret, valebat. Neque id mirandum, si non

*Tissaphernes*] Leid. *Thisaphernes.* Cod. P. Dan. *Thysiphernes.* Voss. A. *Tysaphernes.* [In Ax. verba *Defecerat — tam* desunt.]

*Neque id mirandum*] Sic e Ms. suo et Ed. Ultraj. Schottus, probatque et *Gebhardus*; ac in *ultima ed. sua* reposuit *Boeclerus.* Vulgo erat: *neque admir.* Plenius Leidensis: *neque id erat mirandum.* Bosius. Leid. meus, [Gu.] *neque id mirandum*, ut et Voss. A. B. [Ax. tamen *Ne*-

facile ad credendum adducebatur, reminiscens, ejus se opera Cyrum fratrem superasse. Hujus accusandi 2
gratia Conon a Pharnabazo ad regem missus, posteaquam venit, primum ex more Persarum ad chiliarchum, qui secundum gradum imperii tenebat, Tithrausten accessit, séque ostendit cum rege colloqui velle. Nemo 3
enim sine hoc admittitur. Huic ille, *nulla*, inquit, *mora est; sed tu delibera, utrum colloqui malis, an*

*que admirandum*, non *Neque mirandum.*] Pro *etiam cum*, Voss. B. *et cum.* Omnino *id mirandum* admittendum est, ut in Cimone cap. 4. num. 4. *Sic se gerendo, minime est* mirandum, *si et vita ejus fuit secura, et mors acerba.* Ubi vide notata.

*Inducebatur*] Exc. Dan. et Msc. Leid. *adducebatur.* Bosius. Leid. meus et Voss. B. [Gu.] *adducebatur.* A. *inducebatur.* Schefferus ad Phaedri Lib. 2. fab. 6. vs. 17. videtur *inducebatur* probare. *Adducere* tamen etiam pro *persuadere, inducere*, poni docet Burmannus ad Petron. Satyric. cap. 12. pag. 46. adde not. post. [Ult. *inducebatur.*]

(p. 282.) *Cyrum fratrem superasse*] V. *Plutarchum in Artaxerxe.* qui tamen Tissaphernis opera id factum, non ait: quemadmodum neque *Xenophon* hanc rem narrans. sed *Diodor. Sic.* 14. ejus in illo praelio operam, praemiaque idcirco a rege ei tributa, refert. *Bosius.* De pugna horum fratrum Wess. ad Diod. Sicul. Lib. XIV. cap. 23. num. 45.

*Posteaquam*] Sic ult. Boecl. et *Magii* editio. Alii, *postquam.* Bosius. [Gu. *posteaquam.* Ult. *postquam.*]

*Qui secundum gradum imperii tenebat*] Venusta figura dictum. Cicero Officiis: *tenere consularis dignitatis* gradum: et pro Plancio: *summum in aliquo loco tenere et dignitatis et gratiae.* Infra Phocione: *namque auctus adjutusque a Demosthene eum, quem tenebat, ascenderat* gradum. Sueton. Claudio cap. 4. *Quin per eosdem articulos et* gradus *producendus sit, per quos frater ejus productus sit.* Caeterum iste Chiliarchus alio nomine ob officium vocatur *εἰσαγγελεύς.* Diodor. Lib. 16. *Ἀριστοζάνης ἦν εἰσαγγελεὺς τοῦ βασιλέως καὶ πιστότατος τῶν φίλων μετὰ Βαγώαν.* Colligo tamen aliquando ista officia separata fuisse, et chiliarchi dignitatem internuncii sive *εἰσαγγελέως* honore ampliorem atque celsiorem. Nam ut patet ex L. 17. Aristozanes postea demum ad chiliarchi gradum ascendit. *Gebhardus.*

*Tithrausten*] Dan. *Tethrausten.* Longol. ed. *Titharsten.* sed Graecis ubique *Τιθραύστης* dicitur. *Bosius.* Tithraustae nobiles fuere inter Persas. De Tithrauste classi Regiae praefecto Ephorus agit apud Plut. in Cim. pag. 486.

*Nulla, inquit*] Sic Ms. Boecl. Reliqui invertunt: *inquit, nulla.* Bosius. Pro *Chiliarchum* Leid. et Voss. A. *Cheliarcum.* Pro *Tithrausten* Cod. Leid. [Gu.] *Tethraustem.* Voss. A. *Tetranstem.* B. *Tithraustem.* de hoc chiliarcho consule Perizon. ad Aelianum Lib. 1. V. H. cap. 21. [Gu. *cheliarchum.* Ax. *cheliarchon*, et *Thetrausten.* Ult. *Tithrau-*

*per litteras agere, quae cogitas. Necesse est enim, si in conspectum veneris, venerari te regem* (quod

*stem.* Tum etiam Gu. *nulla, inquit*, sed Ult. *inquit, nulla.*]

*Agere*] Libri P. Danieli et Schotto triti *agere*, malim *edere*. Curtius, qui eosdem dicendi flosculos quasi de industria mihi sectatus esse videtur, dixit quoque *edere mandata* lib. 1. cap. 81, 15. Noster paullo post. Nec non Liv. lib. 30. *Posteaquam* edita *mandata*. Gebhardus. Sic quoque MSS. Dan. Gif. Schotti, et Savaro. Vulgati, *edere;* quomodo *Livius* et *Curtius*, ac mox ipse *Nepos* dixere *mandata edere*. Edd. Ultraj. et Longol. utrumque expungunt nullo sensu. (p. 283.) *Bosius*. Leid. et Voss. A. [Ax. Gu.] *agere*. B. *arege* certe pro *agere*. *Per literas colloqui* dixit Cicero L. 1. ad Fam. Ep. 7. *Edere* tamen pro *significare*, ac per scriptum declarationem dare, sed alia in re, dixit Cicero 3. in Verrem cap. 10. ut Hottomannus et Manutius explicant.

*Necesse est, si in conspectum veneris, venerari te regem*] Id enim more Persarum cunctis, etiam peregrinis, et aliorum Principum civitatumque legatis, faciendum erat, si in conspectum colloquiumve Regis admitti vellent: ut e *Plutarcho in Themistocle, Pelopida, et Artaxerxe, Aeliano Variar.* 1, 21. *Herodoto* 7. *Athenaeo* 2. *et* 6. *Valerio Max.* 6, 3. aliisque scriptoribus docet *Brissonius lib.* 1. *de regno Persarum*. Bosius. Phoenices etiam Reges suos flexis genibus veneratos fuisse docet Scholiastes Euripidis in Phoenissis vs. 300.

*Venerari te regem*] Pronum atque prociduum in terram adorare. Hunc ritum quia florentissimus auctor *Q. Curtius* clarissimis coloribus depingit, totum locum enotabo, qui est 8, 5, 21. seqq. *Rex paullo post, quasi potiora quaedam egisset, convivium repetit. Quem venerantibus Persis, Polysperchon, qui cubabat supra Regem, unum ex his, mento contingentem humum, per ludibrium coepit hortari, ut vehementius id quateret ad terram, elicuitque iram Alexandri, quam olim animo capere non poterat. Itaque rex: Tu autem, inquit, non veneraberis me? an tibi uni digni videmur esse ludibrio? Ille nec regem ludibrio, nec se contemtu dignum esse respondit. Tum detractum eum lecto rex praecipitat in terram. Et cum is pronus corruisset, Videsne, inquit, idem te fecisse, quod in alio paullo ante ridebas?* Lib. 5, 2, 22. *Procumbens venerari me saepe voluisti: inhibui.* Ibid. cap. 40, 12. *Nabarzanes caeterique parricidae procumbentes humi, quem paullo post in vinculis habituri erant, sustinuere venerari.* Lib. 6, 6, 3. *Persicae regiae par Deorum potentiae fastigium aemulabatur. Jacere humi venerabundos pati coepit.* Lib. 8, 5, 6. *Itaque more Persarum Macedonas venerabundos ipsum salutare prosternentes humi corpora.* Unde clarum est, *venerationem* istam Persicam constitisse in dejectione corporis in terram proni, et adorationi Deorum fuisse simillimam. Nam et adorantes in faciem proni humi procumbebant, demissoque gestu Deorum majestatem venerabantur. *Juvenalis Satyra* 6.

*— Tarpejum limen adora*
*Pronus, et auratam Junoni*
*caede juvencam.*

προσκυνεῖν *illi* vocant). *Hoc si tibi grave est, per*

Alludit *idem* alibi:

> — *Pugnis concisus adorat,*
> *Quatuor ut liceat cum dentibus inde reverti.*

Ergo ubicumque vocabulum istud occurrit, de servili ista prostratione ac gestu adorandi Regem cape. Vide *Curtium* 3, 12, 17. et 10, 5, 33. Tacitus 2. A. 56, 3. *Caeteri venerantes regem Artaxiam salutavere.* Neque aliud innuit Justinus 1, 10, 9. *Tanta moderatio caeteris fuit, audito auspicio, ut confestim equis desilierint, et Darium regem salutarint.* Quia Deorum venerationi similis iste ritus erat, ideo *Adorationis* vocabulum ei inditum est, et *adorare* usurpatur pro pronum venerari. Justinus 6, 2, 13. *Conon a regis adspectu et colloquio prohibitus est, quod eum more Persarum adorare nollet.* Idem 12, 7, 1. *Alexander ex Persico superbiae regio more non salutari, sed adorari se jubet.* Et quia ista submissio nimis servilis, ideo *adulationis* nomine a scriptoribus latinis traducitur. Livius 9, 28. *Referre in tanto rege piget superbam mutationem vestis, et desideratas humi jacentium adulationes, etiam victis graves, nedum victoribus.* (p. 284.) Quamquam ibidem, si recte ex tanto temporis intervallo memini, MSS. Pall. habent *adorationes.* Sed nihil mutandum. Valerius Max. 4, 7. ext. 2. *Darii mater Hephaestionem more Persarum adulata, tanquam Alexandrum salutavit.* Lib. 6, 3. ext. 2. *Athenienses Timagoram, inter officium salutationis Darium regem more gentis illius adulatum, capitali supplicio affecerunt.* Videtur tamen ista *veneratio* etiam intra genuum saltem positionem stetisse. Curtius 8. 7, 13. *Tu Macedonas voluisti genua tibi ponere, venerarique te, ut Deum.* Si Justinum 12, 7, 1. audimus, civiliores reges solebant *salutari,* Barbarico inflati fastu *adorari.* Paullo post. v. 3. *Retentus tamen est a Macedonibus mos salutandi regis, explosa adoratione.* Gebhardus. Plura de hoc ritu *Brissonius loco supra laudato, Drusius adn. ad Esther.* 3, 2. *Grotius ad Matth.* 2, 2. *etc.* Bosius.

Προσκυνεῖν] Valido consensu libri veteres qua excussi qua scripti προσκύνησιν. *Gebhard.* Quid. MSS. et edit. προσκύνησιν, quod, *Schotti* judicio, perinde est. Ad τὸ *venerari* tamen propius accedit alterum. Atque sic et Plinius N. H. 11, 37. *Patentibus* (oculis) *dormiunt lepores, multique hominum; quod κορυβαντιᾶν Graeci dicunt.* Ita enim legendum puto hunc locum. *Bosius.* Leid. *prochynesin.* Voss. A. *proschynesin.* [In Axen. Codice cum verbo graeco *quod* omittitur. Dan. Schott. et Leid. 1. προσκύνησιν. Gu. *prochisnesin.*] Vide not. post. et percipies ab interpolatore fuisse adsuta; nam si a Nepote proficiscantur, culpandus est auctor; nam *το illi* respicit Persas, atqui Persae non expresserunt hanc venerationem per verbum προσκυνεῖν, sed Graeci. Idem offendit Clericum in Curtio L. III. c. 3. §. 15. *Doryphori vocabantur proximum his agmen,* de Persis agente. Snakenburgius Curtium defendere conatus est. Idem Curtius l. l. c. 13. §. 7. distinctius loquitur: *Gangabas Persae vocant humeris onera portantes.* locus libri VII. cap. 3. §. 1. *in Agriaspas, quos jam tunc mutato nomine Evergetas appellabant,* incurrit quoque in Clerici oculos. Sed injuria; nam Curtii verba indicant, Graecos

[redacted]



*me nihilo secius editis mandatis conficies, quod studes.*
4 Tum Conon: *Mihi vero*, inquit, *non est grave, quemvis honorem habere regi, sed vereor, ne civitati*

tunc temporis Persarum vocabulum interpretatos fuisse per *Evergetas*. Curtius non peccavit, quod Graecum vocabulum servaverit, ut Clericus putat. Lib. IX. cap. 1. §. 5. *Rhinocerotes quoque, rarum alibi animal, in iisdem montibus erant. Ceterum hoc nomen beluis eis inditum a Graecis: sermonis ejus ignari aliud lingua sua usurpant.* Haec Curtii verba sunt clara. Interim vide Fabric. T. I. Bibl. Gr. L. I. cap. 6. num. 11. pag. 42. Heusingerus nodum ita solvere conatur, dicens, auctorem per *illos* intelligere *vel Persas Graece loquentes, vel Cononem potius ejusque cives*. Posterius magis mihi placet, quam prius; nam Nepos agit de iis temporibus, quibus Persae nondum Graece loquebantur: imo Alexandri temporibus ut rarum quid adnotatur a Plutarcho p. 686. in Al. quemdam fuisse *δίγλωσσον ἄνθρωπον, ἐκ πατρὸς Λυκίου, καὶ μητρὸς δὲ Περσίδος γεγονότα*. Et si jam statuamus Cononis aetate Persas extitisse, qui Graece loquerentur, hos credo tunc non fuisse usuros verbo *προσκυνεῖν*, a Graecis in Persarum contumeliam invento, nec nisi a Graecis scriptoribus, hunc Persarum morem aversatis, usurpato. Sed ad Nepotem ipsum redeamus, qui non posterioris aetatis Graecos, sed antiquissimos auctores est secutus, non ita locutos. Herodotus Lib. VIII. cap. 85. *οἱ δ' εὐεργέται τοῦ βασιλῆος, Ὀροσάγγαι καλέονται Περσιστί.* L. IX. c. 20. *Μασίστιος, τὸν Ἕλληνες Μακίστιον καλέουσι.* c. 110. *οὔνομα δὲ τῷ δείπνῳ τούτῳ, Περσιστὶ μὲν, Τυκτά, κατὰ δὲ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν τέλειον.* Lib. I. cap. 7. *Κανδαύλης, τὸν οἱ Ἕλληνες Μυρσίλον ὀνομάζουσι.* Et ita debuerat loqui Nepos, et ita loqui solet, ut in not. post. ostendi. Plinius Lib. VII. cap. 2. pag. 372. de Indis agens *Philosophos eorum, quos Gymnosophistas vocant* sc. (p. 285.) *Indi*. Plura adderem, nisi jam nimius fuissem. [*Illi*, i. e. Graeci, ut verissime Bremius. v. supra 5,,3, 1. 8, 3, 2. Cornelium h. l. Graecos in animo habuisse, eumque Graeci alicujus Scriptoris verba accurate expressisse, vox *barbarorum* de Persis usurpata satis declarat.]

*Tum Conon*] *Plutarchus* hanc historiam Themistocli tribuit; nisi forte utrique acciderit. *Schottus.*

*Enimvero*] Sic Ms. Boecler. [Ax.] Alii, *Mihi vero.* Bosius. Voss. A. et Leidens. *mihi vero.* Pro *haberi*, quod legitur in Anglicanis Edd. Leid. Voss. A. et B. *habere.* [Ax. *habere honorem.* Pro *Enimvero*, quod primus in ultima sua editione Boeclerus reposuit, reliquae omnes cum Gu. Ult. *Mihi vero.* Id jure a Bremio Titzioque in possessionem suam restitutum est. Bene Titzius: *Mihi vero pulchre defendit locum. Distinguit enim inter se, Cononem, et Atheniensem.* In Ult. ed. *inquit* post *Mihi vero* deest.]

*Sed vereor, ne civitati meae sit opprobrio*] Graecis enim aut Atheniensibus, libero populo, turpis et indigna hujusmodi veneratio videbatur. Unde Athenienses legatum Timagoram inter officium salutationis Darium regem more gentis illius *adulatum* (pro eo habuere istam adorationem Persicam) capitali

*meae sit opprobrio, si, quum ex ea sim profectus, quae ceteris gentibus imperare consueverit, potius barbarorum, quam illius, more fungar.* Itaque, quae huic volebat, scripta tradidit.

supplicio affecerunt: unius civis humilibus blanditiis totius urbis suae decus Persicae dominationi summissum graviter ferentes. Quod inter severitatis exempla refert *Valerius Max.* 6, 3. *ext.* 2. *Aristoteles* 1. *Rhetor. ad Theodecten* hoc inter *barbaras venerationes* ponit. Qualem autem heic fucum Persarum oculis fecerit Ismenias, Thebanorum ad Artaxerxem legatus, in annuli e digito demissione et iterum sublatione, quo corporis gestu venerationem mentitus est, *Aelianus var. Hist.* 1, 21. et jam alii notarunt. Ceterum Ismeniae simulatio adorationis fictum obsequium erga regem ex metu quodam servili praetulisse videtur, quod sive deprehensum, sive minus, patriae suae decus magis imminuit, quam illustravit. Sed et Romanis hujusmodi veneratio pro adulatione habita est, et imperio indecora. Livius 30, 16. de Carthaginiensium Legatis ad Scipionem: *Qui ubi in castra Romana et praetorium venerunt, more adulantium* (ita in Gronov. edit. alii, *adorantium*) *accepto, credo, ritu ex ea regione, ex qua oriundi erant, procubuerunt. Conveniens oratio tam humili adorationi fuit.* Pompejus ad milites apud *Lucanum* 7.

*Imperii salva si majestate liceret,*
*Volverer ante pedes.*

Vide quoque Cl. *Gronovii notam ad Livii* 9, 18. *Loccenius.* Quam (p. 286.) indecora Graecis hujusmodi veneratio visa, pluribus exemplis docet *Brissonius l. c.* pag. m. 13. et seqq. Quid vero hoc casu Christiani veteres observarint, habes apud *Grotium ad Matth.* IV. 8. Bosius.

*Ex ea sim. prof.*] Sic MSS. Dan. ac Schotto inspecti, et quidam editi, nec aliter, puto, Boeclerianus. Alii: *ex ea civitate sim prof.* quod fortasse supervacaneum, et e proximo repetitum est. *Bosius.* Pro *consueverit* Leid. [Gu.] et Voss. B. *consuerit.* [Ax. Gu. Ult. et ultima Boecleri: *ex ea sim pr.* sed Ed. princeps, Arg. utraque Paris. Long. Mag. et Lamb. *ex ea civitate sim pr.* quod nescio an elegantius sit.]

*Itaque quae voleb. huic scr. trad.*] Lambinus aliis in libris impressum fuisse testatur, *Quae huic volebat, scripta tradidit.* Unde eodem teste quidam effingere maluerunt, *quae hunc volebat, ei scripta tradidit.* Nihil literis, sed per internuntios acta omnia tradit Justin. Lib. 6. c. 2. *Agit tamen cum eo per internuntios.* Gebhard. Sic *Lambinus* edidit. Alii, et Ms. Leidens. *quae huic volebat, scripta* [non: *scripto*, ut antea vitiose editum erat] *tradidit.* Quod fortasse sperni non debuit. Quidam, *Lambino* teste, malebant, *quae hunc volebat, ei scripta tradidit.* Quod nescio an ad ea, quae sequuntur, congruat. An legendum: *huic, quae volebat, scripta tradidit?* Ceterum Justinus 6, 2, 14. Cononem *per internuntios egisse cum rege;* Diodorus 14. *congressum et collocutum* ait. *Bosius.* Leid. Voss. A. B. exhibent *Huic, quae volebat.*

[redacted]



## CAP. IV.

1 Quibus cognitis, rex tantum auctoritate ejus motus est, ut et Tissaphernem hostem judicaverit, et Lacedaemonios bello persequi jusserit, et ei permiserit, quem vellet, eligere ad dispensandam pecuniam. Id arbitrium Conon *negavit sui esse consilii, sed ipsius, qui optime suos nosse deberet; sed se suadere, Phar-*
2 *nabazo id negotii daret.* Hinc, magnis muneribus do-

[Ult. et reliqui edd. ante Lamb. *Itaque, quae huic volebat, scripta tradidit.* Ita etiam Ax. et Gu. ut, quid in Staverii codicibus fuerit, facile suspicari possis. In tanto librorum consensu lectionem illam, Bosio quoque et Heusingero in Addendis non improbatam, reducendam esse existimavi.]

*Rex ejus auct. motus*] Contra *Diod.* Lib. xiv. qui suasu Pharnabazi scribit ab Artaxerxe classis imperium Cononi fuisse mandatum. *Gebhard.* add. *Justin.* 6, 1, 7. Bosius.

*Ut Tissaphernem hostem judicaverit*] Eique Tithrauste misso caput praecidi jusserit, ut refert *Xenophon in Agesilao.* Ceterum *Diodorus* 14. non Pharnabazi aut Cononis suasu, sed Parysatidis regiae matris impulsu interfectum ait, infestae homini, quod Cyrum filium, quem illa amabat, apud regem detulisset. Pharnabazo tamen id etiam *Justinus* imputat, 6, 1. 7. Pro *Tissaphernem* Ms. Dan. habebat *Thysaphernem*; sed Graecis quoque Τισσαφέρνης dicitur. *Bosius.* Heusingerus edidit auctoritate unius codicis Axeniani *ut et Tissaphernem,* (p. 287.) quod *et* bis repetitum vi sua non careat, cum praecedat *tantum.* Sed si ita legatur, tum *et* non bis sed ter repetitur, hoc et declamatoribus magis proprium est, quam historico rem simpliciter narranti. [Recte Heusingerus in textum recepit cod. Axen. lectionem: *ut et.* Ita enim multo gravius, quam vulgata lectione fit, quantopere Rex Cononis auctoritate motus sit, ostenditur. *Mosche.* Etiam Gu. Ult. *ut et.* Bene v. infra 20, 1, 1. Gu. Ult. *judicarit.*]

*Et ei permiserit*] Paullo aliter *Diodorus l. c.* et *Justinus* 6, 2, 15. Bosius.

*Ad dispensandum pecuniam*] Rationem non contemnendam consignavit Trogus ap. Justin. 6, 2, 15. *Postulat dari sibi ministrum impensae, quia pluribus id mandare perniciosum sit.* Gebhardus.

*Id arbitrium Conon negavit sui esse consilii*] Eam electionem. *Gebhardus.* Sic apud Caesarem B. C. 1, 13. decuriones Auximi docent: *sui judicii rem non esse.* Bosius.

*Qui optime suos nosse deberet*] Martialis:

*Principis est virtus maxima nosse suos.*

Gebhardus.

natus, ad mare est missus, ut Cypriis, et Phoeni-
cibus, ceterisque maritimis civitatibus naves longas
imperaret, classemque, qua proxima aestate mare tueri
posset, compararet, dato adjutore Pharnabazo, sicut
ipse voluerat. Id ut Lacedaemoniis est nuntiatum, 3
non sine cura rem administrarunt, quod majus bellum
imminere arbitrabantur, quam si cum barbaro solum
contenderent. Nam ducem fortem et prudentem regiis
opibus praefuturum ac secum dimicaturum videbant,
quem neque consilio neque copiis superare possent.

*Cypriis*] Cod. P. Dan. *Cypris*. *Ceterisque civitatibus maritimis naves longas imperaret*] Phrasis valde frequens Curtio, ut inde colligam, nec non ex aliis plurimis, Rufum Cornelii noſtri perſtudioſum fuiſſe. Sic dixit Lib. 3. cap. 4. *Naves sociis* imperare. Caeſar Lib. 6. B. G. cap. 4. Curt. Lib. 9. cap. 38. *Equites civitatibus* imperare. Iſte iterum Lib. 1. Comment. c. 7. *Provinciae toti quam maximum militum numerum* imperaret. Lib. 7. cap. 4. *Qua oblata potestate omnibus iis civitatibus obsides* imperat. Nepos Vita Attici: *cum privatis pecunias per epistolas* imperaret. Sic Graeci adhibent *ἐπαγγέλλειν*. *Gebhard*.

*Classemque, etc. compararet*] Sic MSſ. et vulgati. Librarii incuria verbum illud *compararet* in editione [Ald. et] *Lambini* deſideratur. *Savaro*. [Cod. Dan. Gu. *comparare* pro *compararet*. Gu. etiam *navis*.]

*Quae proxima aestate*] Leid. et Voſſ. A. B. *Qua proxima aestate*. [Ita et Gu. Ult. sed Ed. Mag. Gebhard. et Keuchen. *quae pr.*]

*Dato adjutore*] Sic *adjutor belli* et simpliciter *adjutor* dixit Livius Lib. 4. cap. 44. et L. 6. cap. 22. et ita saepius. Verbum *adjuvare*, unde *adjutor*, illuſtravit Manutius ad Cicer. L. 1. Fam. Ep. 7. Quicunque enim alicui in re gravi adeſt, *adjutor* dicitur. Sueton. Caeſar. cap. 12. ubi tamen pro *adjutore* in Codice Hulsii *auctore* legitur. Ad alia etiam transfertur haec vox, ut docuit Burmann. ad Phaedr. Lib. 5. fab. 5. vers. 14.

*Non sine cura rem administrarunt*] *Auxilia* enim *navalis belli a rege Aegypti Hercynione petiverunt*, et *undique a sociis magna contraxere subsidia*, ut inquit *Orosius*, 3, 1. Magius. Pro *administrarunt* Exc. Dan. habent *amministrant*. Boſius. (p. 288.) Leid. et Voſſ. A. [Ult.] *rem administrant*. Paullo ante pro *naves* Voſſ. A. *navis*. [Ax. etiam *Idut*, non *sed ut*. Pro *administrarunt* Gu. *amministrarunt*.]

*Ducem fortem et prudentem*] Et praeterea res hoſtium apprime edoctum. *Diodorus* 14. οὗτος γὰρ ἦν ἔμπειρος τῶν κατὰ πόλεμον ἀγώνων, μάλιςα τῶν πολεμίων. *Gebhard*. Leid. *ducem fortem prudentem*. [Ita et Gu. sed Ult. *fortem prudentemque*.]

*Regiis opibus*] Dan. et q. edd. *regis opib*. Bosius. Voſſ. A. *regis*. sed Leid. et B. *regiis*. [Gu. Ed. Paris. 1. Ult. et Lamb. *regis*.]

[redacted]



4 **Hac mente magnam contrahunt classem, proficiscuntur Pisandro duce. Hos Conon apud Cnidum adortus magno praelio fugat, multas naves capit, complures deprimit.**

*Pisandro*] Sic legendum, non *Lysandro*, ut habent libri alii vulgati. *Lambinus*. Atque sic et Ms. Dan. itemque *Xenophon*, *Plutarchus*, *Justinus*. *Diodorus Periarchum* vocat; sed mendose, judice *Lambino*, *Bongarsio*, et *Usserio ad an. P. I.* 4320. Bosius. Leid. *Pysandro*. item Voss. A. [Dan. Gu. sed Ax. *Lysandro*.] Sed vitiose; Graece enim *Πείσανδρος*. v. Xenophont. Lib. iv. Hist. Gr. pag. 404, 405. Adde Wess. ad Diodor. Sicul. L. xiv. cap. 83. Hic Pisander erat frater uxoris Agesilai, in cujus gratiam ille Rex hunc classi praefeceerat, posthabitis senioribus et prudentioribus. v. Plut. Ages. pag. 601. qui hunc apud Cnidum a Pharnabazo et Conone navali praelio victum interiisse refert pag. 605. quem honorem uni Pharnabazo tribuit Polyaenus L. ii. cap. 1. comm. 3. Duos Pisandros memorari timidos et ignavos docet Schol. Aristophanis in Avib. vers. 1555. sed Pisander, de quo hic agitur, a Justino L. vi. cap. 3. vocatur *pro conjunctione Agesilai etiam virtutum aemulator*, *et contendens*, *ne a rebus gestis ejus et gloriae splendore decederet*, *ne tot bellis ac seculis quaesitum imperium brevis momenti culpa subverteret:* licet Plut. non tam magnifice de eo sentiat, qui quoque Agesilaum peccasse visum fuisse ait, ὑ σκεψάμενον τὸ τῆς πατρίδος, quum hunc virum classis ducem faceret.

*Hos Conon apud Cnidum*] Narrant *Xenophon* 4. *h. Gr. Diodorus* 14. *Pausanias principio Atticorum*, *Justinus* 6, 3. Bosius. Leid. [Gu. Ax.] *Gnydum*. Voss. A. B. *Gnidum*. Adde Notas ad Aristidem Panathenaic. pag. 286. sive in notis pag. 554, 555.

*Multas naves capit*, *complures deprimit*] Curt. vocat L. iv. cap. 37. *demergere*. *Naves*, inquit, *omnes fere aut demersit aut cepit*. Sed istud non est inelegantius. Caesar Lib. i. Civil. cap. 58. *Partem navium* deprimunt, *nonnullas cum hominibus capiunt*. Lib. ii. Civil. c. 6. *Qua re animadversa*, *quae proxima ei loco ex Bruti classe erant*, *in eas impeditas impetum faciunt celeriterque* deprimunt. Tacit. Lib. iv. Histor. cap. 79. *Classem ultra Caninefates aggressi sunt*, *majorque pars navium* depressa *aut capta*. Hirt. Lib. de Bello Alexandr. cap. 11. *Capta est una hostium quadriremis*, depressa *est altera*.. Ibid. cap. 17. Deprimuntur *tres nostris incolumibus omnibus*. Auctor de Illustrib. cap. xli. *Q. Luctatius Catulus primo punico bello trecentis navibus adversum Poenos profectus sexcentas eorum naves commeatibus et aliis oneribus impeditas duce Himilcone apud Aegatas insulas inter Siciliam et Africam* depressit. Graeci vocant βυθίζειν, crebrius καταδῦσαι. Diodorus κατέδυσε τριήρεις. Aristoph. Ranis Act. 1. Scen. 2.

— *Κατεδύσαμεν γε ναῦς*
*Τῶν πολεμίων ἢ δώδεκ᾽ ἢ τρισκαίδεκα*. Gebhardus.

Leid. *rapit*. quae verba saepius commutantur. v. cl. V. V. J. Fr. Gron. ad Livium Lib. 6. c. 23. Dukerum ad Florum Lib. 1. cap. 1. num. 10. et ad Lib. 2. cap. 6. num. 2. et Drakenburgium ad Silium Italicum L. 15.

Qua victoria non solum Athenae, sed etiam cuncta Graecia, quae sub Lacedaemoniorum fuerat imperio, liberata est. Conon cum parte navium in patriam venit, muros dirutos a Lysandro, utrosque et Piraeei et Athenarum, reficiendos curat, pecuniaeque quinquaginta talenta, quae a Pharnabazo acceperat, civibus suis donat.

vers. 659. De verbo *deprimere* vide Axenium ad Phaedr. L. 1. fab. 20. Adde Sallustium apud A. Gellium Lib. 10. N. A. cap. 26. *Earum aliae* deprimebantur. [Gu. *cepit.*]

*Qua victoria non solum Athenae, sed etiam cuncta Graecia liberata est*] Lacedaemoniique adeo Graeciae imperio spoliati. Quod praeter Nostrum etiam apud *Diodorum* et *Justinum* locis modo laudatis, et *Isocratem ad Philippum* et *in Evagora* legitur. adde *Casaubonum ad* 1. *Polybii* pag. m. 28. et seqq. *Bosius.* Eadem repetit Wessel. ad Diodor. Sicul. Lib. xiv. cap. 84. num. 27. Adde Harduinum ad Plinium Lib. 11. N. H. cap. 26. num. 10. Hinc Aristides in Panathenaico sive Oration. T. I. pag. 163. dicit, Cononem solum valuisse Lacedaemoniorum potentiam exstinguere, ubi in notis plura de Conone.

*Conon cum parte navium*] Qua oratione usus, hoc libente Pharnabazo fecerit, exponit *Xenophon* Lib. 4. *Lambinus.*

*Muros dirutos etc. refic. curat*] Sed permissu Pharnabazi, cum quo in Peloponnesum navigans Laconicam vastavit, sociosque Atheniensium in Spartanos incitavit. *Ernstius.* Praeter *Xenophontem*, *Justinum*, *Pausaniam* locis citatis, meminere *Demosthenes or. in Leptinem*, *Athenaeus* 13. *Plutarchus Agesilao, et in apophthegm. Laconicis*, etc. Athenaei verba exscripsit, sed corrupta, eoque de Alexandro M. accepit *Suidas in Ἀθηναῖος*, et *Ἀλέξανδρος.* Sic enim priore loco scribit, *ὁ μέγας Ἀλέξανδρος κἀκείνην νικήσας ναυμαχίαν Λακεδαιμονίους, καὶ τειχίσας τὸν πειραιᾶ.* Posteriore vero hunc in modum: *Οὗτος ὁ μέγας Ἀλέξανδρος νικήσας ναυμαχίᾳ Λακεδαιμονίους καὶ τειχίσας τὸν πειραιᾶ.* Atqui apud Athenaeum, unde haec desumta, sic legitur: *τοιοῦτος ἦν τῇ μεγαλοψυχίᾳ ὁ μέγας Ἀλέξανδρος. Κόνων δὲ τῇ περὶ Κνίδον ναυμαχίᾳ νικήσας Λακεδαιμονίους*, etc. Pro *Κόνων* igitur videtur legisse *κἀκείνην. Bosius.* De verbo *reficere* vide Broukh. ad Tibull. Lib. 4. Carm. 1. vers. 120. et Cortium ad Sallust. Jugurth. c. 66. num. 1. pro *cum parte* Leid. *cum patre.* Pro *in patriam*, *in papiram.* Pro *dirutos* Vossian. B. *dirrutos.* Pro *Piraeei* Leid. et Voss. A. *Pirei.*

*Quae a Pharnab. acceperat, civib. suis donat.*] Similis Arati Sicyonii liberalitas fuit, de qua Cicer. 3. *Offic.* 23. Bosius.

## CAP. V.

1 Accidit huic, quod ceteris mortalibus, ut inconsideratior in secunda, quam in adversa esset fortuna. Nam classe Peloponnesiorum devicta, quum ultum se injurias patriae putaret, plura concupivit, quam effi-
2 cere potuit. Neque tamen ea non pia et probanda fuerunt, quod potius patriae opes augeri, quam regis maluit. Nam quum magnam auctoritatem sibi pugna illa navali, quam apud Cnidum fecerat, constituisset non solum inter barbaros sed etiam omnes Graeciae civi-

(p. 290,) *Accidit huic quod ceteris etc.*] Ἴσως μὲν ὖν καὶ ἑτέροις ἤδη τῦτο συμβέβηκε, τὸ τὰς μὲν ἐν ταῖς ἐπιτυχίαις ἐξυσίας μὴ δύνασθαι φέρειν ἀνθρωπίνως, ἐν δὲ ταῖς περιπετείαις εὐλαβῶς ἵςασθαι καὶ νυνεχῶς. *Polyb.* 17. *Hist. Casaubonus* vertit: *Accidit hoc et aliis fortasse jam ante, ut rebus laetis potentiam ferre, sicut homines par erat, nequirent, in adversis caute admodum et prudenter statum suum conservarent.* Vid. *var. lect. Mureti* L. 5. cap. 15. Boeclerus. Pro *inconsideratior* Leid. *consideratior.* Pro *Peloponnesiorum*, *Peloponnessiorum* Voss. B. Sed A. *Peloponnesiorum.*

*Quum ultum*] Alii libri habent *cum ulcisci:* alii *cum ultum.* Ego *ultum* malo. Nam revera ultus erat patriae injurias, muris refectis et de integro excitatis, quos illi diruerant. *Patriae injurias* autem, i. e. a Lacedaemoniis patriae illatas. *Lambinus.* Leid. et Voss. A. *quum ultum.* Voss. B. *quum inultum.* [ Ed. Paris. a. 1514. et Ald. *ulcisci*, quod praefero, Lambinus ideo suppressit, quia ei Conon patriae injurias jam satis ultus videtur. At ipse se nondum satis poenarum exegisse credebat. *Heusinger.* Ax. *concupiit.* Idem in sequentibus habet: *quod patriae opes quam regis, augeri maluit*, qui verborum ordo praeferendus est. *Mosche.*]

*Cnidum etc. constituisset*] Leid. et Vossian. A. *Gnydum. Constituisset* est firmasset, fundasset. Consule Burm. ad Quinct. Declam. 260. in fine, qui vim vocis *sua*, pro qua in Voss. A. B. et Edd. Bosii aliorumque *illa* legitur, illustravit ad Val. Flacc. Lib. 1. Argonaut. vs. 543. [Qua auctoritate Keuchen. eumque secutus Staverius *pugna sua n.* ediderint, scire velim. Codices omnes Editique in *illa* consentiunt. *Heusinger. Illa* etiam Ax. Gu. Ult.]

*Inter omnes Graec. civitates*] *Tò inter* aberat Mss. Schotti et Boecl. *Bosius.* Abest etiam a Leid. meo. *Tò inter* non ineleganter loco secundo omittitur a nonnullis codicibus. De lectione *civitatis* vide not. post. [Ed. Ald. et Lamb. *inter omnes*, sed reli-

civitates, clam dare operam coepit, ut Joniam et Aeoliam restitueret Atheniensibus. Id quum minus diligen- 3
ter esset celatum, Tiribazus, qui Sardibus praeerat, Cononem evocavit, simulans, ad regem eum se mittere velle magna de re. Hujus nuntio parens quum venisset, in vincula conjectus est, in quibus aliquam-

quae editiones cum Ax. Gu. Ult. praepositionem omittunt. Quare eam delevimus. Huc pertinet Heusingeri nota in Spicilegio ad Cimon. 3, 1: *Illud observo, a Nostro praepositionem, ubi repetenda erat, saepius omitti. v.* 2, 1, 4. 7, 1, 3. c. 4, 6. *Saepius tamen etiam plene Nepos scripsit, et praepositionem iteravit. v.* 5, 4, 1. 7, 3, 3. et 6. 18, 1, 5. 24, 3, 2. Haec *Heusingerus.* Tum Ax. Ult. omnesque ante Heusinger. editi *civitates,* Heusingerus *civitatis*, atque ita et Gu. qui saepissime hanc accusativorum pluralis formam exhibet. *Civitatis* invito Staverio in tertia editione expressum fuisse, ex not. poster. apparet. ubi, *Non audiendus est,* inquit, *Heusingerus, qui* Graeciae civitatis *legit.*]

*Ut Joniam et Aeoliam restitueret*] Alii, hoc obiectu usos Persas, sed veram caussam fuisse invidiam rerum prospere a se gestarum. Ita quidem *Diodor. Sicul.* Lib. 14. *Hist.* et *Isocrates in panegyrico.* Locc. Pro *Aeoliam* Leid. *Edym.* Pro *Id quum* Leid. *id quod.*

*Tiribazus*] Dan. *Tyriabasus.* quaedam edd. *Teribazus*: quomodo *Xenophonti* Τηρίβαζος est. Τιρίβαζον tamen etiam *Plutarchus Artaxerxe*, et *Diodorus* vocant. *Bosius.* Leid. m. *Ty*- (p. 291.) *riabarus.* Voss. A. *Tiriabazus.* B. *Tiribazus.* Et mox in iisdem MSS. eadem hujus vocis est confusio. [Gu. Ult. *Tyriabazus*, et infra *Tyriabazo.* Axen. *Tyrabarus*, sed infra *Tyriabaro.*].

*Cononem evocavit, simulans etc.*] Paullo aliter haec *Xenophon* et *Diodorus.* Adde notas *Ernstii.* Bosius.

*Ad regem eum se mittere velle*] Haec paullo aliter referuntur ab iis, quos supra laudavi: Cononem videlicet ab Atheniensibus eorumque sociis una cum aliis legatum fuisse missum ad Tiribazum praefectum regium, et, cum ab Antalcida Lacedaemoniorum legato propositas conditiones nequaquam probaret, in vincula fuisse conjectum, quo Antalcidas Spartanorum partes et caussam regi Artaxerxi eo melius commendaret. Vide Plutarch. Artaxerxe, et ἀποφθ. *Ernstius.* Tò *eum* omittit postrema editio Boecleriana, Ms. Codicis, ut opinor, fide. *Lambinus* edidit: *ad regem se mittere eum velle.* Quae diversitas facit, ut alterutrum pronomen a glossa esse suspicer. *Bosius.* *Se* abest a Voss. B. Heusingerus ejecit τὸ *se*, nulla necessitate.

*Magna de re*] Sic MSS. Gif. [Gu. Ult.] Dan. Savar. In aliis, et omnibus editis, est *magna festinatione.* Idque quidam ad praecedentia referunt, alii ad sequentia. Fortassis utrumque genuinum est, legendumque: *ad regem eum se mittere velle magna de re. Hujus nuntio magna festinatione parens cum venisset;* vel: *hujus nunt. parens cum magna festinatione venisset,* vel denique: *magna festina-*

[redacted]



4 diu fuit. Inde nonnulli eum ad regem abductum, ibique perisse, scriptum reliquerunt. Contra ea Dinon historicus, cui nos plurimum de Persicis rebus

*tione hujus nuntio parens cum venisset.* Certe non video, qui alterum in alterius locum irrepserit. A Cod. Dan. et *τὸ hujus* aberat. Fors non male. *Bosius.* Voff. B. *magna festinatione.* Pro *quum venisset* Leid. *convenisset.* [Ax. et vulgati omnes: *mittere velle. Magna festinatione hujus nuntio parens quum venisset.* Hanc scripturam Bosianae praeferri facile patior. *Heusingerus* in Addendis. A veritate haud aliena videtur Bosii sententia, cum illud, *magna de re*, quod plures codices, tum hoc, *magna festinatione*, quod Puteaneus, Axenianus, et Voff. B. habent, effe retinendum, ita ut vox *magna* ab Auctore iterata verborum omittendorum cauffa fuerit. *Mosche.* Pro *ad regem eum se mittere velle*, quod etiam Ult. habet, Gu. Ax. et ultima Boecleri editio: *a. r. eum mittere velle*, omiffo pronomine *se*. Falso enim Bosius in Boecleriana edit. *eum* desiderari scribit. Bosii conjectura, h. l. ita legendum effe: *ad regem eum se mittere velle magna de re. Magna festinatione hujus nuntio parens quum venisset* etc. ut Harlefio et Moschio, ita mihi quoque haud spernenda videtur. Neque hic particulae *quum* positus offendere quemquam debet. Locis ab Heufingero ad 14, 3. 3. laudatis: 1, 1, 1. 4, 5, 5. 14, 9, 5. 20, 5, 2. 25, 4, 1. adde 12, 4, 2. *Quo facto circumfusus hostium concursu quum fortissime pugnaret.* Confer ibid. n. 3. et 13, 4, 2.]

*Nonnulli*] Ms. Boecl. praeponit *inde*. Bosius. Leid. etiam *inde nonnulli*. Item Voff. A. Quam lectionem in textum nondum recipio. Simpliciter rem narrat Nepos, indicans, de Cononis fato inter antiquos non convenire, quoniam alii dicunt Cononem a Tiribazo in vincula fuiffe conjectum Sardibus, alii ftatim ab eo ad regem fuiffe abductum, nulla de carcere mentione facta. Dinon contra, e vinculis effugiffe Cononem. et ideo *inde* a librariis profectum opinor. Juxta Xenophontem L. IV. H. Gr. pag. 421. Conon a Tiribazo in vincula quidem eft conjectus, sed non ad regem abductus; nam ipse Tiribazus ad regem abiit, sciscitaturus, quid de Conone ftatui vellet, et sic ita conjicias Cononem interea effugiffe, de qua fuga scripfit Dinon. De Cononis fato poft alios agit Weff. ad Diodor. Sicul. Lib. XIV. cap. 85. et Lib. XV. c. 43. Cononem Athenis sepultum effe dicit Paufanias Lib. I. cap. 29. *Τέθαπται δὲ καὶ Κόνων καὶ Τιμόθεος, δεύτεροι μετὰ Μιλτιάδην καὶ Κίμωνα οὗτοι πατὴρ, καὶ παῖς, ἔργα ἀποδειξάμενοι λαμπρά.* [Optimi libri Axen. Gu. Ed. Longol. et Ult. *Inde nonnulli*, quod Heufingerus et Mofchius jure praeferunt.]

*Ibique perisse*] *Diodorus Siculus* de eo supplicium sumtum effe significat L. XV. his verbis: *ὑποπτεύσας ὁ Ἰφικράτης μὴ συλ-* (p. 292.) *ληφθῇ, καὶ τιμωρίας τύχῃ, καθάπερ Κόνων ἔπαθεν ὁ Ἀθηναῖος. Lambinus.* [Pro *vincula* Ult. *vincla*. Tum Ult. *ibique periisse*. Gu. cum Ed. Longol. *ibique eum periisse.*]

*Contra ea*] Ms. Boecl. *contra*. Leid. *contra Cadyon*. Voff. B. *contra Dinon*. [Axen. tamen: *contra ea*, ut Gu. sed Ult. *contra*.]

*Dinon*] Qui scripsit Perfica, pater fuit Clitarchi, vixitque

**credimus, effugisse, scripsit; illud addubitat, utrum Tiribazo sciente an imprudente sit factum.**

tempore Artaxerxis Ochi, et Philippi. Plura de eo tradidit vir clarissimus G. J. Vossius Lib. 4. de Graec. Historicis cap. 8. *Gebhardus.* Sic diserte, *Savarone* teste, codex Gifanii, pro eo quod in aliis legitur *Dion* vel *Dimon.* Pet. quoque Daniel in suo *Dynon* repperit. *Plinio Nat. Hist.* 10, 49. est *Dino*; Graecis *Δίνων* vel *Δείνων.* Ejus *Persica* laudant *Athenaeus*, *Laërtius in Protagora*, *Plutarchus in Themistocle.* Plura de eo *Vossius de Historic. Graec.* 4, 8. Bosius. Adde Perizon. ad Aelian. Lib. 7. V. H. cap. 1. et Menagium, qui *Dinon* scribendum esse docet ad Diogen. Laërt. Lib. 1. Sect. 8. et ad Lib. 9. Sect. 50. Cicer. L. 1. de Divin. cap. 23. *Quid ego, quae Magi Cyro illi principi interpretati sunt, ex* Dinonis Persicis *proferam?* Ubi cl. Davisius recte rejecit *τὸ libris.* [Ax. *Dion.* Gu. *Dynon.* Ult. *Dion*, sed in Erratis emendatur: *Dinon.* De hoc Historico vide doctissimam Valckenarii notam ad Theocriti Adoniazus. v. 11. pag. 134. tom. 2. ed. Heindorf.]

*Illud addubitat*] Ms. Leid. *illud autem dubitat.* Mox. Dan. *Tiriabazo.* Bosius. Pro *sit factum* Vossian. B. *factum sit.* [Ax. tamen: *sit factum.*]

*Tiribazo*] Qui pedestribus copiis praeerat, teste Diodoro Siculo Lib. xiv. *Gebhardus.*

[redacted]



# X. DION.

## CAP. I.

DION HIPPARINI F. SYRACUSANUS,
1 nobili genere natus, utraque implicatus tyrannide Dionysiorum. Namque ille superior Aristomachen, sororem Dionis, habuit in matrimonio, ex qua duos filios, Hipparinum et Nysaeum, procreavit, totidemque filias,

(p. 293.) DIONEM memorant *Plutarchus in Dione et alibi*, *Diodorus Siculus*, praesertim 15, et 16. *Suidas*, *Laërtius in Platone*, *Aelianus var. Hist.* 3, 4. et 12, 47. *Plato* saepius ut et *Cicero*, (praesertim *Tuscul.* 5, 20, 21, 22.) *Valerius Max.* 3, 8. *ext.* 5. 4, 1. *ext.* 3. Boeclerus.

*Hipparini F.*] Sic et *Diodorus* 16. ac *Suidas* vocant. *Bos.* Nec non Aelianus Lib. 6. V. H. cap. 12. et Lib. 7. cap. 14.

*Nobili genere natus*] *Plutarchus* ait, Hipparinum Dionis patrem inter Syracusanos hominem fuisse primarium, et Dionysii, cum primo belli dux et imperator delectus est, collegam. *Magius.*

*Dionysiorum*] Dionysii duo, pater et filius. *Ernstius.*

*Ille superior*] Major, antiquior. Sic *Cato superior.* Val. Max. lib. 8. c. 15. qui aliis *Major.* *Superiores* eidem majores Lib. 2. cap. 1, 10. *Majores natu in conviviis ad tibias egregia* superiorum *opera carmine comprehensa pangebant.* Gebhard. De quo plura infra 21, 2. 2. et 3. *Bosius.*

*Aristomachen sor. Dion. habuit*] Sic quoque *Diodorus Sic.* 14. *Cicero Tusc.* 5, 20. *Valer. Max.* 9, 13. et *Plutarchus in Dione.* Quare lapsus est *Aelianus Var. Hist.* 13, 10. et 12, 47. priore loco *Aristaenetam*, posteriore *Areten* appellans, Aristomachen autem Dionis uxorem faciens. Nisi cum cl. *Scheffero* nostro ibi pro *Aristaeneta* *Ἀρισομάχην*; hic pro Aristomache *Ἀρήτην*, vel, quod malim, *Ἀρετην*, reponas. Vide *notas* ejus ad utrumque *Aeliani* locum. Sed posteriore loco vix est, ut ab errore eum liberemus. *Bosius.* Lapsum esse Aelianum agnoscit etiam celeb. Perizonius ad l. l.

*Duos filios*] Ita et *Plutarchus:* sed nomina non addit. *Bosius.*

*Hipparinum*] Qui Olympiadis CVI. anno VI. pulso Syracusis Callippo, paternum dominatum recuperavit, et per biennium obtinuit, teste *Diodoro* 16. Bosius. Nempe c. 36. ubi Wess. ad n. 97.

*Nysaeum*] *Suidas* in *Δίων* vocat *Νισαῖον*, et *Dionysii filii fratrem*, aitque eum *vicissim Dionem ejecisse:* quod vix alibi legas. *Diodorus* 16. *Ναρσαῖον* vocat. *Bosius.* *Νυσαῖον* Graece. v. (p. 294.) Perizon. ad Aelian. 11. V. H. 41. quem sequitur Wess.

nomine Sophrosynen et Areten, quarum priorem Dionysio filio, eidem, cui regnum reliquit, nuptum dedit, alteram, Areten, Dioni. Dion autem praeter 2
nobilem propinquitatem generosamque majorum famam multa alia ab natura habuit bona: in his ingenium docile, come, aptum ad artes optimas; magnam cor-

ad Diod. Sicul. XVI. 6, 37. jam a me in not. post. citatus. Hic Nysaeus Syracusarum tyrannus fuit post occisum Dionem, eoque ipso tempore, quando Dionysius junior, dejectus tyrannide, eam recepit. Vide Periz. l. l. num. 2. [Gu. *Niseum*. Ult. *Nyseum*, et in margine: *Diod. Sic. vocat Narsaeum.*]

*Nomine Sophrosynen et Areten*] Inserui vocem *nomine*, auctoritate MStorum Daniel. et Boecl. Addidit autem *Nepos* ob eam, credo, caussam, quod alias virtutum nomina essent ἀρετή et σωφροσύνη. Ceterum argute *Plut. Orat. 2. de fortuna Alexandri* reprehendit Dionysium, quod, cum civium ccIↃↃ amplius interfecisset, fratrem ob invidiam hostibus prodidisset, matrem vetulam, paucis post diebus morituram, suffocasset; atque in tragoedia ipse scripsisset: ἡ δὲ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ: tamen filiarum aliam Ἀρετὴν, aliam Σωφροσύνην, aliam Δικαιοσύνην appellaverit. *Bos.* Voss. A. *Sophormem.* Pro *nuptum dedit* Leid. *nuptui dedit.* [Etiam Gu. *nomine* addit, quod in Ult. deest. Pro *cui regnum reliquit* Ult. *cui et r. r.*]

*Dionysio filio*] Qui ex Doride altera uxore natus erat, ut ait *Plutarchus* pag. 959. idque et inscriptio ejus de semet posita docet apud eund. *Plutarch. loco paullo ante laudato.* Bosius.

*Alteram, Areten, Dioni*] Pro uxore igitur habuit sororis filiam. *Ernstius. Plutarchus* tradit, Areten nupsisse prius Thearidae Dionysii fratri: eo vero mortuo, Dioni, cum esset sororis filia. Vox *Areten* a quibusdam editis abest: sed eam habent et Excerpta P. Danielis. *Bosius.* Voss. A. et B. *Arethen.* Leid. *Arechen.* Ex hac uxore Dion habuit filium Hipparinum, ab avo paterno nominatum, de quo Plut. in Dion. pag. 972. agens de epistola, Dioni inscripta a filio Hipparino: μία δ' ἦν ἔξωθεν ἐπιγεγραμμένη τῷ πατρὶ (Δίωνι) παρ' Ἱππαρίνου (τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τοῦ Δίωνος υἱῷ) καί τοι φησὶ Τίμαιος Ἀρεταῖον αὐτὸν ἀπὸ τῆς μητρὸς καλεῖσθαι (nempe Ἀρετῆς). et hic est ille filius Dionis Hipparinus diversus ab Hipparino Dionysii filio, de quo hic agit Nepos. De Hipparini, Dionis filii, a Dionysio corruptis moribus Nepos agit cap. 4. et 6. et Wess. ad Diod. Sicul. Lib. XVI. cap. 36. n. 97. [*Areten* addunt etiam Ult. et Gu. in quo tamen *Arethen* scriptum est.]

*Praeter nobilem propinquitatem generosamque majorum famam multa alia ab natura habuit bona*] Pro *famam* Voss. A. *fama.* Pro *a natura*, [quod Ed. Keuchen. habet, Gu. Ult.] Leid. et Voss. A. B. *ab natura.* [Paris. a. 1514. *praeter nobilem propinquitatem generosam, majorumque famam.* Hoc considerandum, cum *generosa fama* vix se probare possit. *Heusingerus* in Addendis.]

*Ingenium docile, come, aptum ad artes optimas*] Quod auctor noster come ingenium tri-

poris dignitatem, quae non minimum commendatur; magnas praeterea divitias a patre relictas, quas ipse
3 tyranni muneribus auxerat. Erat intimus Dionysio priori, neque minus propter mores, quam affinitatem.

buit Dioni, *Lambinus* satis consentaneum esse negat aliorum scriptorum fidei; qui durum et austerum ingenium Dioni fuisse asserunt. Hoc quamvis ita fuisse largiamur in ceteris; tamen come et facile fuit erga docentes ipsum, praesertim erga Platonem, ad capienda ab eo virtutum et vitae praecepta, uti *Plato* ipse *in epistola* 7. ad Dionysii propinquos scribit, et infra 2, 3. Noster confirmat. *Loccenius*. (p. 295.) Quod *Plato epistola* 4. *ext.* et *Plutarchus in vita ejus*, *ac lib. de discrim. adulator. et amici* pag. 69. acerbitatem et contumaciam Dioni tribuunt, possis et de imperii tempore accipere; quo et Noster cap. 6, 5. cum *invidiam acerbitate opprimere studuisse* ait. Heic autem de privato sermo fuerit. Denique potuit, ut sunt varia interdum humana ingenia, alibi comis, alibi arrogans esse. Quomodo *Tacito Hist.* 1, 10. 3. Mucianus *luxuria*, *industria*, *comitate*, *arrogantia*, *mixtus* dicitur. *Bosius*.

*Corporis dignitatem*, *quae non minimum commendatur*] Corporis dignitatem in regentibus commendari a populo tralatitium est. Tacitus 2. Annal. 13, 2. *Cum hic nobilitatem ducis, decorem alius, plurimi patientiam, comitatem, per seria per jocos eumdem animum, laudibus ferrent.* Vide *ibid.* cap. 73, 2. Eamdem inter adjumenta esse summae rei adipiscendae, asserit idem 11, 28, 2. de Silio: *Nunc juvenem nobilem, dignitate formae, juventa, ac propinquo consulatu ad spem accingi.* Et inter caetera, quae Galbam destruxerant, erat deformitas. Tacitus 1. H. 7, 5. *Ipsa aetas Galbae et irrisui et fastidio erat, assuetis juventae Neronis, et Imperatores forma ac decore corporis (ut est mos vulgi) comparantibus.* Justin. 13, 1, 10. *Sed nec amici Alexandri frustra regnum spectabant: nam ejus virtutis ac venerationis erant, ut singulos Reges putares. Quippe ea formae pulchritudo et proceritas corporis in omnibus fuit, ut, qui eos ignoraret, non ex una gente, sed ex toto terrarum orbe electos judicaret.* Gebhardus.

*Commendatur*] Sic MSS. et edd. vett. *Lambinus* tamen reposuit *commendat*; alterumque illud natum putat ex ignoratione verbi. *Commendat* enim, inquit, h. l. valet, ornat, facit amabilem, benevolentiam atque amorem conciliat: et subintelligendum est *homines*, seu *viros*, idque firmat quatuor locis *Ciceronis*; uno e Lib. 1. *de Oratore*, ubi *vox maxime eloquentiam commendare*; altero ex 2. *Officiorum*, ubi *P. Rutilii adolescentiam domus P. Mucii commendasse* dicitur; tertio ex *oratione post reditum in senatu*, quarto itidem e *libris de oratore*; ac praeterea uno *Horatii* 1. *Epist.* 15. Elegantior est, fateor, haec lectio; et praeferam ipse, si MSti codices addixerint. Potest tamen et altera ferri. *Bosius*. Leid. [Ax. Gu. Ult.] Voss. A. B. *commendatur*. J. J. Struchtmeyerus Lib. 1. Animadvers. cap. 10. legit *quae non minimum commendavit*. Heusingerus [in nota ad h. 1. et ad Cic. Offic. 1, 36, 1. legendum

Namque etsi Dionysii crudelitas ei displicebat, tamen salvum [esse] propter necessitudinem, magis etiam suorum caussa, studebat. Aderat in magnis rebus, ejusque consilio multum movebatur tyrannus, nisi qua in re major ipsius cupiditas intercesserat. Legationes 4
vero, quae essent illustriores, per Dionem administrabantur, quas quidem ille diligenter obeundo, fideliter administrando crudelissimum nomen tyranni sua humanitate tegebat. Hunc, a Dionysio missum, Car- 5

censet]: *qua non minimum commendaretur*. Doctissimus Wopkensius olim legerat, ut jam monuit Struchtmeyerus, *qua non minimum commendabatur*, aut *quae non minimum commendat*. Struchtmeyeri emendatio mihi perplacet. Heusingerus putat, nos facile his verbis posse carere, nisi in omnibus exemplaribus invenirentur, a qua opinione nec ipse abhorrerem, nisi noster alibi hujusmodi sententiarum interjectionibus soleret uti, ut in Epam. cap. 3. *inprimis commissa celans*, (*quod interdum non minus prodest, quam diserte dicere*), et c. 5. *satis exercitatum in dicendo, ut Thebanum scilicet. Namque illi genti plus inest virium quam ingenii.* [Cum Wopkensio legendum puto: *qua non minimum commendabatur*. Mosche. Bremius cum Lambino *commendat*, edidit, laudans Ruhnkenium ad Vellej. 2, 29. Ego Heusingeri conjecturam verissimam esse judico.]

*Namque etsi Dionysii crudelitas ei displicebat*] Hinc postquam in Sicilia annis 38. tyrannidem tenuerat, Dion Syracusas occupavit, illumque e regno ejecit. Vid. A. G. Lib. xvii. Noct. Att. cap. 12. et de miris ejus moribus Cicer. Orat. pro C. Rabir. Diogenem Laërt. Lib. 3. Plutarch. Dione, Cicer. Lib. 5. Tuscul. Quaest. 2. Offic. Amm. Marcell. Lib. 16. Et Val. Maxim. Lib. ix. cap. 14. *Ernst.*

*Esse*] Aberat Ms. Daniel. et Boecl. *Bosius*. Pro *ipsi displicebat*, [quod in Ed. Mag. Basil. et Keuchen. est, reliquae omnes cum Gu. Ult. et] Leid. *ei disp.* Tum [Ed. Longol. Mag. Basil. et Keuchen. *salvum illum p. n. m. e. s. c. esse studebat*, sed *illum* abest a ceteris libris, etiam Gu. Ax. Ult. et] a Leid. et Voss. A. neque *esse* in Leid. reperitur. *Necessitudinem* vero notare saepius sanguinis vel affinitatis vinculum, jam docuere ante alios P. Manutius ad Ciceron. Lib. 2. ad Fam. Ep. 19. et Berneggerus ad Suetonii Caesarem cap. 27. [In Ax. Gu. Ed. principe, Argent. et Ult. *esse* omittitur, sed exstat in utraque Paris. Ald. et Lamb. Itaque uncos apposuimus.]

*Suorum*] Sororis et liberorum ejus. *Bosius*. Sic *sui* saepius de liberis et sanguine conjunctis. Livius Lib. 1. cap. 53. *Conquerens, jam ab alienis in suos vertisse superbiam*. Justinus L. 1. cap. 9. *Erat enim difficile, ut parceret* suis, et ita alibi. De verbo *intercedere*, quod mox sequitur, consule Manutium ad Cicer. L. 1. ad Fam. Ep. 2. p. 29.

*Legationes vero*] Alii: *Legationes vero omnes*. Bosius. [Gu. Ult. cum reliquis ante Boecler. edd. *omnes* addunt, quod

thagimienses suspexerunt, ut neminem umquam Graeca lingua loquentem magis sint admirati.

a Tzschuckio revocatum est. Pro *fideliter* Ult. *fideliterque.*]

*Tegebat*] Ita MSS. Savar. et, teste *Piccarto Pericul. Critic.* cap. 10. Bavaricorum unus: itemque Ed. Longol. et Ultraject. Exstantque hujus lectionis vestigia et in aliis codicibus, in quibus vel *regebat* fuit, ut in Bavarico 2. vel *tenebat*, ut in Gif. [Gu.] Dan. Sch. et edd. Ald. ac Flor. quod utrumque e *tegebat* corruptum, quis dubitet? Est autem, ut recte *Gebhardus* annotavit, sensus expeditissimus ac germanus. Nam Dion, inquit, humanitate ac morum tranquillitate tegebat atque abscondebat decantatam ubique Dionysii crudelitatem; qui mitissimos Dionis mores intuebantur, persuadere sibi non poterant, tam immanem esse Dionysium, quam vulgo jactaretur. Et eum in modum loquitur Tacitus 12, 10, 3. *dum socors domi, bellis infaustus, ignaviam saevitia tegat.* Haec *Gebhard.* Similiter idem Tacitus An. 2, 80, 3. *a Sentio privatum odium falsis criminibus* tegente. et 6, 20, 1. de Caligula: *immanem animum subdola modestia* tegens. cap. 50, 1. de Tiberio: *quaesita interdum comitate quamvis manifestam defectionem* tegebat. Denique 4, 44, 4. *specie studiorum nomen exsilii* tegeretur. Unde satis apparet, *humanitate* et *crudelitatem*, et *nomen crudelitatis tegi* apte dici. Quod negabat *Lambinus;* eoque, conjectura ductus, correxit *leniebat.* Quod recte spreverunt *Savaro* ac *Schottus.* Bosius. Leid. *tenebat.* Voss. A. *leniebat.* B. *tegebat*; et ita legitur in Codice Schefferi, quam lectionem probat vir cl. ad Phaedrum Lib. 2. fab. 2. vs. 8. *Tegere* pro *occultare*, *velare*, saepius ponitur. *Sermo verbis* tectus apud Cicer. Lib. 9. ad Fam. Ep. 22. Sic *tegere furorem*, *iram* etc. Veteres dixere. v. clar. Drakenburg. ad Silium Italic. Lib. 2. vers. 382. Adde not. post.

(p. 297.) *Suspexerunt*] Sic e MSS. suis correxit *Savaro*, habuitque et Cod. Dan. Vulgo erat *susceperunt.* Bosius. Leid. et Voss. A. *susceperunt.* B. [Ax. Gu. Ult.] *suspexerunt.* Nec aliter legi potest, ut censet etiam cl. Dukerus ad Florum Lib. 4. cap. 12. num. 30.

## CAP. II.

Neque vero haec Dionysium fugiebant. Nam, quanto 1
esset sibi ornamento, sentiebat. Quo fiebat, ut uni huic maxime indulgeret, neque eum secus diligeret ac filium. Qui quidem, quum Platonem Tarentum venisse 2
fama in Siciliam esset perlata, adolescenti negare non potuit, quin eum arcesseret, quum Dion ejus audi-

*Fugiebant*] *Fugebant* Voss. B. Fugere vero pro latere, nescire, Ciceroniana est locutio Lib. 4. ad Fam. Ep. 1. *Neque doctissimorum, quos semper coluisti, praecepta te* fugiunt. Caelius ad Ciceron. Ep. 14. *Illud te non arbitror* fugere. Iterum 10. ad Fam. Ep. 3. *Nihil enim te* fugere *potest*. Phaedrus Lib. 4. fab. 4. vers. 48. *Quod multorum* fugit *imprudentiam*. Et ita optimus quisque.

*Maxime indulgeret*] Leid. *magis indulgeret*. Item Voss. A. [Fortasse B. Ita enim et Axen. Etiam Gu. *magis*, sed supra scriptum: *maxime*.]

*Platonem Tarentum venisse*] *Plato* ipse *epistola ad Dionis propinquos, Diogenes Laërtius in Platone, Cicero Catone maj. et Plutarchus Dione*. Caussam profectionis *Appulejus lib. de dogmate Platonis* fuisse ait, *ut naturam Aetnae, et incendia concavi montis intelligeret*. Quod etiam *Laërtius* tradit. Ipse fortasse κατὰ τύχην Syracusas se venisse, ait: Plutarchus θείᾳ τινὶ τύχῃ, et a daemone quodam libertati Syracusanorum favente. Mox in Ms. Boecl. erat *negare non potuerit*. Bosius. Sic et Voss. B. Adde not. post. [Axen. etiam *potuerit*. Optime, cum pendeat a pronomine *qui*, cui nunc inest vis probandi. *Mosche*. Gu. Ult. cum ceteris *potuit*.]

*Arcesseret*] Heusingerus legit *arcessiret*, sola ductus conjectura, quam adjuvat Axen. Cod. [Ax. habet *accersiret*.] deinde addit, *non esse hoc librarii flagitium, docere potest Cortius ad Sallustii Jug.* cap. LXII. 4. Sed an *arcesso, arcesseret, arcessentes*, e latina civitate ejiciendum, uti *adscendo* et *diverticulum*, quia in quibusdam codd. reperitur? absit. absit. Fateor, me inter eos fuisse, qui ad Attici vitam lectionem *arcessiri* defenderunt, quo nomine me quoque laudavit cl. Oudendorp. ad J. Caesar. Lib. 1. de B. G. cap. 31. num. 3. Sed quid ait cl. Drakenb. ad Livium Lib. III. cap. 45. §. 3. jam ab Oudendorpio ad partes vocatus? En ipsa Drakenburgii verba ad illa Livii: PLACERE PATREM ARCESSI: ubi, postquam viros doctos enumerasset, qui *arces*- (p. 298.) *siri* ibi, et alibi ediderunt, rogat: *at vellem, docuissent, a quo praesenti infinitivus hic* ARCESSIRI *deducendus sit. Certe non ab* ARCESSO, *inde enim* ARCESSERE, *et* ARCESSI *declinantur. Videtur perfectum* ARCESSIVI, *more verborum quartae conjugationis formatum*, viris doctis

[redacted]



endi cupiditate flagraret. Dedit ergo huic veniam,
3 magnaque eum ambitione Syracusas perduxit. Quem

*per incogitantiam imposuisse, non in memoriam revocantibus pleraque verba in* SSO, *quamvis tertiae conjugationis tamen in perfecto efferri simili modo, ut* CAPESSO, CAPESSIVI; LACESSO, LACESSIVI, *et similia.* Vide Voss. Lib. v. *Gramm.* cap. XXXI. Si hanc Drakenburgii sententiam legisset Heusingerus, quam tamen legere potuit, sine dubio librarii hoc esse flagitium statuisset, et Nepoti suum *arcesseret* reliquisset. Hinc in Suetonio in Tib. cap. 53. ultimi editores receperunt *veneni se crimine arcessi*, non *arcessiri*. In Attici vita legentes *arcessiri*, in quibus etiam ego fui, secuti sunt codices manu exaratos. Attamen et ibi Voss. A. *arcessi*, C. *accersi*. et hinc me non amplius ad aliorum dictata conformans, antiquam lectionem ibi non sollicitandam nunc duco. Nam quantum memini, nullus profert praesens *arcessio*. praeterea Codices MSS. non sunt certi semper auctores, etiam si videantur optimae notae; nam, si ab his standum, *accersi*, et *accerseret* esset scribendum, quae scriptura quemdam virum doctum in errorem abstulit, opinatum *accersere*, et *arcessere* verba diversae esse significationis, quem refutarunt Eruditi Lipsienses in suis Actis novis An. 1761. Part. II. pag. 153. Plautum dicere potuisse *moriri* pro *mori*, ut Cortius ostendit, non mirum est; nam in praesenti est *morior*. [ Gu. Ult. *accerseret.*]

*Magnaque eum ambitione Syracusas perduxit*] Exquisito apparatu et ambitioso comitatu. Solin. cap. 7. *Dionysius tyrannus vittatam navem Platoni obviam misit. Ipse cum albis quadrigis egrediens in littore occurrens honoratus est.* Gebhard. Nihil de ambitiosa hac deductione *Plato*, *Laërtius*, ac *Plutarchus*; sed nec quisquam alius, quod sciam: sed tantum accitum a Dionysio, instinctu Dionis, cum Syracusas venisset, et cum eo collocutum, scribunt. A juniore autem Dionysio, jam mortuo patre, primo eodem Dione persuadente, dein sponte, omni studio, crebrisque et ipsius et aliorum epistolis ac precibus, etiam triremibus missis, advocatum Platonem, et mirabili comitate ac honore, Dionysio ipso in curru eum imponente, aurigamque agente, exceptum, ac magno in pretio habitum, ex ejusdem *Platonis epistol.* 3, et 7. *Plutarcho* pag. 963. et 965. ac *Aeliano Var. Hist.* 4, 18. cognoscimus. Atque ad hunc referendum puto, quod *vittatam navem Platoni obviam misisse Dionysium tyrannum ipsumque quadrigis albis egredientem e littore excepisse*, scribit *Plinius N. H.* 7, 30. ex eoque *Solinus* cap. 7. Itaque pene adducor, ut cum *Buchnero* putem confundi heic Dionysios, et filio tribui, quae patri debebant. *Bosius.* Idem quod Graecis *μετὰ πολλῆς φαντασίας*. v. cl. Burm. ad Petron. Sat. cap. 38. pag. 168. Haec Burmanni explicatio minus erudita videtur Heusingero: aliud esse *μετὰ πολλῆς φαντασίας ἔρχεσθαι*, aliud, *magna cum ambitione aliquem perducere; sed φαντασία πολλὴ* ibi notat *magnam ostentationem*, quod Burmannus dicit, veterem interpretem erudite vertisse in S. S. *cum multa ambitione*, et eodem modo h. l. Nepotem dixisse *magna ambitione*. Jam quaestio est, an vox *ambitio* h. l. non significet externam ostentationem. Saltem

**Dion adeo admiratus est atque adamavit, ut se totum ei traderet. Neque vero minus Plato delectatus est Dione. Itaque quum a Dionysio [tyranno] crudeliter violatus esset, quippe quem venumdari jussisset, tamen eodem rediit, ejusdem Dionis precibus adductus.**

acutissimus Dukerus ad Florum Lib. I. cap. 16. §. 7. hanc vocem, uti a Nepote uſurpatur, per ad- (p. 299.) fectatum, et ad oſtentationem comparatum ſtudium explicuit. De voce *φανταϭία* conſulat Lector Gatakerum a cl. Burmanno ibi citatum, hinc *φαντάζεϭθαι* ponitur pro efferri, sese oſtentare. v. Weſſ. ad Herodot. Lib. VII. cap. 10. num. 76. Voſſ. B. pro *magnaque*, *magnosque*. [In Ult. et *ergo* et *eum* omittitur.]

*Ut se totum ei traderet*] Quare Dion communi nomine a scriptoribus vocatur *Dion amicus Platonis*. Similia exempla legas apud Cael. Rhodigin. L. 23. Lect. Antiq. cap. 4. *Ernstius*. Voſſ. B. [Dan. Ax. Gu.] *ut se ei totum traderet*. E cujus inſtitutione et consuetudine Dion multo melior evasit vir, et suos mores ad virtutem compoſuit. v. Periz. ad Aelian. Lib. IV. V. H. cap. 21. in fine, et hinc inter philoſophos numeratus. v. ad L. VII. cap. 14. num. 10. adde Menag. ad Diogen. Laërtium L. III. Sect. 21. sed per Platonem emendari non potuit Dionyſius, unde Plut. Tom. II. pag. 779. dicit: *Πλάτων εἰς Σικελίαν ἔπλευσεν, ἐλπίζων τὰ δόγματα νόμους καὶ ἔργα ποιήσειν ἐν τοῖς Διονυσίου πράγμασιν. ἀλλ᾽ εὗρε Διονύσιον, ὥσπερ βιβλίον παλίμψηστον, ἤδη μολυσμῶν ἀνάπλεων καὶ τὴν βαφὴν οὐκ ἀνιέντα τῆς τυραννίδος ἐν πολλῷ δευσοποιὸν οὖσαν, καὶ δυσέκπλυτον.* De Platone et Dione quomodo declamaverit Ariſtides Rhetor, vide Oration. Tom. II. pag. 70, 71.

*Plato delectatus est Dione*] Ejus namque captus erat amore, ut ex *Aristippi* l. 4. *de antiquis deliciis* refert *Diog. Laërtius in Platonis vita*. Inter amatorios Platonis verſus apud hunc et *Appulejum apologiae Orat.* I. leguntur etiam verſus in Dionem, qui dilectum a Platone Dionem, atque ardenter amatum, satis arguunt. *Magius*. [Ult. *m. ipse Plato*. Ax. *Plato minus*.]

*Cum a Dionysio crudeliter violatus esset, quippe quem venumdari jussisset*] Quum liberius de tyrannide diſſeruiſſet Plato, dicens, non id praeſtare, quod sibi soli eſſet utile, nisi et virtute excelleret, Dionyſius offensus reſpondit: *Tua verba deliri vel otiosi senis sunt*. Contra Plato: *At tua tyranni mores sapiunt*. Adhuc gravius indignatus Platonem primo necare voluit, deinde, ab Ariſtomene et Dione exoratus, eum Polidi Lacedaemonio venumdandum tradidit, uti refert Diogenes Laërtius in Vita Platonis. *Loccenius*. Adde *Plutarch. princ. Dionis*, qui tamen haec paullo aliter narrat. *Lucianus Parasito* Platonem rejectum ait, quod parasiticae imperitus eſſet. *Bos*. *Tyranno* abeſt a Leid. [et in Gu. ut spurium punctis notatum eſt. Itaque uncis incluſimus.]

*Venumdari jussisset*] Diodorus Sicul. 15. et prolixe *Diog. Laërtius* lib. 3. ac *Plutarchus Dione*. Pro *jussisset* q. edd. [Long. et Mag. corrupte] *jussit*. Bos. Confer Ariſtidem Tom. II. p. 232, 233, 234, 235. et not. poſt.

*Eodem rediit*] Defuncto senio-

4 Interim in morbum incidit Dionysius. Quo quum gravi conflictaretur, quaesivit a medicis Dion, *quemadmodum se haberet?* simulque ab his petiit, *si forte majori esset periculo, ut sibi faterentur: nam velle se cum eo colloqui de partiendo regno*; quod sororis suae filios ex illo natos partem regni putabat debere habere.
5 Id medici non tacuerunt, et ad Dionysium filium sermonem retulerunt. Quo ille commotus, ne agendi

re Dionysio. *Plato* ep. 7. *Plutarchus l. c.* et noster mox 3, 1. *Bosius.* Pro *Dionis precibus* Voss. B. [ Ax. ] *Dionysii precibus.*

*In morbum incidit*] Morbi caussam fuisse immoderatas epulas, compotationes et ebrietatem, tradit *Diodor. Sic.* 14. Lambin.

*Gravi*] Ita membranae Schotti. [Gu.] et, referente *Piccarto Peric. Crit.* cap. 10. duo MSS. Bavarici; itemque ed. Ultraject. et, e suis, ut opinor, libris, *Savaro.* non incommode, ut recte judicabat *Piccartus*, nec minus latine, quam, quod vulgo legitur, *graviter*. *Schottus* tentabat *gravius*: sine causa. *Bosius.* *Gravi* etiam Leid. et Oxon. [ Item Ax. non *graviter*. [ Ult. in margine addit: *Fort. graviter vel gravius.* ]

*Ab his petiit*] Q. edd. *de his petiit.* Bosius. [Ita Ed. princeps, Paris. 1. et Ald.]

(p. 300.) *Velle se cum eo colloqui*] Ita et *Plutarch.* pag. 960. *Bosius.* [ Ult. *ut* ante *sibi* omittit.]

*Sororis suae filios*] Hipparinum et Nysaeum. *Ernstius.* Vid. supra cap. 1, 1. *Bosius.*

*Id medici non tacuerunt*] Futuro Principi, ut *Plutarchus* ait, gratificantes: more in aulis recepto. *Bosius.*

*Ad Dionysium filium*] Leid. *ad Dionysium suum filium.* [Ax. *ad Dionysii filium* ]

*Sermonem*] Quibusdam videtur, detracta voce *sermonem*, legendum: *et ad Dionysium retulerunt.* Quo enim pertinet vox *sermonem*? inquiunt illi: aut quorsum ponitur? Nam satis diserte dixit Cornelius *id medici non tacuerunt. etc.* Id autem, nempe quod cum ipsis Dio locutus erat, vel, Dionem secum locutum esse de talibus rebus. Sequitur jam: *et ad Dionysium retulerunt*; nempe illud idem, ut repetatur *ἀπὸ κοινοῦ id.* Ego tamen nihil mutare ausus sum, quod lectio vulgata ferri possit. Sequitur enim, *quo ille commotus, etc. quo*, videlicet sermone. *Lambinus.* *Schottus ad Dionysium seniorem* conjectabat; perperam: nam Cornelius potius extulisset, *filium majorem natu.* Gebhardus. Et quomodo *seniorem* dixisset filium, patre cognomine superstite? *Bos.* [Ult. in margine: *Arbitror leg. seniorem.* ]

*Commotus*] Gravissime irritatus. Curt. Lib. 4. cap. 23. *At ille suorum tam indigna nece commotus urbem obsidere statuit.* Tacit. 6. Ann. c. 13. *Queis commotus incusavit Magistratus Patresque.* Nepos Timol. *Quibus rebus adeo ille est commotus, ut nonnunquam vitae finem facere voluerit.* Gebhard.

*Ne agendi cum eo esset Dioni potestas*] Ms. Boecl. *ut agendi esset Dioni potestas.* corrupte.

esset Dioni potestas, patri soporem medicos dare coegit. Hôc ergo sumto, ut somno sopitus, diem obiit supremum.

*Bosius*. *Cum eo* abeſt a Leid. et Voſſ. A. Cum Boſio tamen, et aliis codicibus *cum eo* retineri poteſt. [ Ax. etiam: *ut agendi esset Dioni potestas*, non *et agendi*. Gu. Ult. omnesque ante Lambinum editi: *ne agendi esset Dioni potestas*, excluſis illis *cum eo*, quae a Lambino inculcata, et in nullo codice reperta ſunt. Itaque nos ejecimus. ]

*Soporem* ] Medicamentum ſoporiferum, *φάρμακον ὑπνωτικόν*. Front. Lib. 2. cap. 5. Ex. 12. *Mandragorae inter venenum et soporem media vis est*. Gebhard. *Φάρμακον ὑπνωτικόν* vocat e Timaeo *Plutarchus*. (in Dione pag. 960.) Schottus. Significat potionem frigidiſſimam, quae, ut ex Medicorum ſcriptis didicimus, nigri papaveris ſucco aut cicutae parari ſolet. Sane Athenienſes capitali judicio damnatos cicutae ſucco necare ſolebant. Quamobrem *Juvenalis Sat*. 7.

— *Hunc inopem vidistis, Athenae,*
*Nil praeter gelidas ausae conferre cicutas.*

Et Perſius (Sat. 4, 1.)

— *Barbatum hoc crede magistrum*
*Dicere, sorbitio tollit quem dura cicutae.*

Magius. Adde Plinium Nat. Hiſt. 25, 13. et quae ad hunc Perſii locum notavit *Casaubonus*. Bos. *Sopor* idem ac ſomnus, ut docet Servius ad Virgil. 1. Aen. vs. 684. hic vero ponitur pro medicamento ſomnum mortiferum ferente. vide Broukhus. ad Tibull. Lib. 4. El. 4. vs. 9. et ad Propert. Lib. 3. El. 9. vs. 54. Phraſin *somno sopitus* illuſtravit cl. Scheſſerus ad Phaedrum Lib. 3. fab. 10. vs. 34.

(p. 301.) *Soporem medicos dare coegit* ] Quia ipsi fortaſſe propter Hippocratis jusjurandum facinus horrebant. *Mag*. Eo enim jurare ſolebant, *se neque precibus adductos cuiquam pharmacum mortiferum daturos, neque ejus rei auctores futuros*. De quo plura *Meibomius* Commentar. in jusjurand. Hippocratis cap. 14. §. 16. seqq. *Bos*.

*Aeger* ] Ms. Boecl. et q. edd. *ergo*. Boſius. *Ergo* etiam Leid. et Voſſ. A. [ *Ergo*, quod ab aliis ante me ex codice Axen. notatum eſt, recte probat Tzschuckius. *Mosche*. Gu. Ed. Ult. Lamb. et ſequaces *Hoc aeger sumto*, sed reliquae editiones *Hoc ergo sumto*, quod Titzius optime revocavit, alterum argutius quam verius editum eſſe dicens. ]

*Ut somno sopitus* ] Addidi particulam, motus auctoritate Mſſ. Dan. Leid. et Boecl. nam vulgo aberat. Senſus eſt, tanquam dormientem obiiſſe. Apud *Plutarchum* eſt: *ἀφείλοντο τὴν αἴσθησιν αὐτοῦ, θανάτῳ συνάψαντες τὸν ὕπνον*. *Bosius*. Particulam etiam agnoscit Voſſ. A. [ Gu. Ax. Ult. ]

*Diem obiit supremum* ] De Dionysio hoc majore videndi Auctor infr. de Regib. c. 2. Juſtin. 20. Diodor. Sicul. 15, 73. De timore animi tortore Cic. 5. Tusc. et 2. de Offic. Val. Max. 9. cap. 13. *Ernst*.

## CAP. III.

1 Tale initium fuit Dionis et Dionysii simultatis, eaque multis rebus aucta est; sed tamen primis temporibus aliquamdiu simulata inter eos amicitia mansit. Quumque Dion non desisteret obsecrare Dionysium, ut Platonem Athenis arcesseret, et ejus consiliis uteretur, ille, qui in aliqua re vellet patrem imitari, morem

*Tale initium fuit simultatis*] Nihil hac de re *Plutarchus* et *Diodorus*: sed ille propensa in Dionem voluntate fuisse Dionysium; hic propter nobilitatem et magnitudinem animi suspectasse eum, scribit. *Bos.*

*Eaque multis rebus aucta*] *Plutarchus* apertissimas et maximas odii, et simultatis, et invidiae in Dionem caussas fuisse scribit, vitae degendae dissimilitudinem, et victus consuetudinem a societate et communicatione alienam; easque crevisse crebris comitum et intimorum Dionysii vocibus, quibus illius animum in Dionem exulcerabant, suspicionemque regni a Dione appetiti illi injiciebant. *Lambinus.* Vide *Plutarch. Dione* p. 963. et *de discrim. adulator. et amici* pag. 53. adde *Platonem* epist. 3. *Bosius.* [Ax. *inter eos simulata amicitia mansit.*]

*Quumque Dion*] Ms. Boecl. *cum D. desist. obs.* Bosius. Leid. *Quum Dion non desisteret*, ut et Voss. A. sed B. *Quumque Dion desisteret.* In quibusdam Edd. *desineret.* In Agesilao c. 7. *Agesilaus non destitit, quibuscunque rebus posset, patriam juvare.* in Cat. cap. 2. *suscipere inimicitias non* destitit. Quod loquendi genus familiare est tum Curtio, ut docet Cellarius ad Curt. Lib. 10. cap. 2. num. 21. ubi etiam cum *desinere* in MSS. confunditur; tum ipsi Ciceroni: ut Lib. 1. ad Fam. Ep. 1. *Pompejum et hortari, et orare, et jam liberius accusare, et monere, ut magnam infamiam fugiat, non* desistimus. Lib. 7. Epist. 7. *Ego te commendare non* desisto. De hoc verbo consulendus est Broukhusius ad Tibull. Lib. 1. El. 9. vs. 71. ubi plura Ciceronis, huic verbo Infinitivum addentis, loca, item alia de ejusdem significatione videbis adnotata. Itaque procul omni (p. 302.) dubio in textum recipiendum. Mox pro *vellet* Leid. *velit.* Pro *patrem imitari* Voss. B. [Ax. in quo etiam *quod* pro *qui* scriptum est.] *imitari patrem.* [Cod. Ax. habet *cum Dion non desisteret*, non *quumque Dion desisteret.* Etiam Gu. Ed. princeps, Arg. Paris. 2. Ald. Long. Mag. et Ult. *cum*, omisso *que*, quod a Lambino additum videtur, quem Interpretes recte secuti sunt. Pro *arcesseret* Ax. *accerseret.*]

*Ejus consiliis uteretur*] Saepius hac phrasi utitur Noster, ut in Themistocle cap. 10. in Timotheo cap. 3. et alibi. Ciceronianam esse locutionem docet Celeb. Burmannus ad Quinctilian. ad Tryphon. Bibliop. pag. 2.

*Morem ei gessit*] Ad Platonem scripsit, ut testatur *Plato;*

. Eodemque tempore Philistum historicum Sy- 2
:eduxit, hominem amicum non magis tyranno
rannidi. Sed de hoc in eo meo libro plura
osita, qui de historicis [Graecis] conscriptus

ejus epiſtolae summa
!is *Platonis*. Lambi-
*morem ei gessit* Leid.
, *morem gessit ei*. Sed
: a Voſſ. B. Qua pom-
:m hic Dionysius Syra-
uxerit, docent Mena-
iogen. Laërtium Lib.
2. et Periz. ad Aelian.
'. H. cap. 18.
*:m Syracusas reduxit*,
*non magis tyranno*
*mnnis* Quum i..scio
seniore uxorem Lepti-
is ejus duxiſſet Phili-
illo proscriptus, nec
iysio succeſſore patris
eſt in patriam illorum
jui Dioni adverſaban-
ne Plato eloquentia
sii animum mutaret,
, hunc oppoſuere Pla-
is philosophiae. Non
m Philiſtus vir erudi-
sed et Dionysii alio-
yrannidi favebat, eo-
honeſti praetextu te-
tus, ut solent adulato-
ous omnia Principum
.que inhoneſta laudare
De hoc Philiſto plura
*e Histor. Graec.* 1, 6.
. Exsulabat autem Phi-
um Adriam a Dionysio
ılſus, ut tradit *Plutar-*
*Diodorus Sic.* lib. 15.
Lambinus. Voſſ. A.
1. B. *duxit*. [De *Phi-*
iſſime disputavit scrip-
illius reliquias colle-
Goeller. in libro supra
11, 1. laudato pag. 103.

1 *non magis tyranno*
1s *inimicum* legit: sed
praeterque antiquo-
:um fidem. Quod au-

tem tyrannidis tyrannique fuerit amicus, non autem inimicus, fidem facit *Plutarchus*. Magius. Is enim pag. 974. *φιλοτυραννότατον ἄνθρωπον* vocat. Et pag. 962. primo surgenti tyrannidi promtiſſimum se praebuiſſe; pag. vero *seqq.* firmiorem tyrannidi creditum, eamque foviſſe ait. Adde mox cap. 3, 3. *Bosius*. *Non* abeſt a Voſſ. A. sed lectio hiſtoricae veritati contraria. vid. Voſſium a Loccenio citatum. Plut. in Dione pag. 962. vocat eum *ἄνδρα πεπαιδευμένον περὶ λόγους, καὶ τυραννικῶν ἠθῶν ἐμπειρότατον*. et in Nicia p. 536. ad fidem hiſtoriae, quam deſcripsit, probandam, de eo dicit: *Φίλιστος, ἀνὴρ Συρακούσιος, καὶ τῶν πραγμάτων ὁρατὴς γενόμενος*, unde aetas ejus confici poteſt.

*Quam tyrannis*! Sic Mſſ. Dan. et Boecl. [Gu. Ult.] ac fortassis et alii. quod Cl. *Loccenius* exponit, non magis Dionysio tyranno quam aliis similibus ejus amicum. Alii, *tyrannidi*; cui lectioni favent loca *Plutarchi* modo adducta. *Bosius*. *Tyrannis* exhibent etiam meus Leid. item Voſſ. A. B. Hinc Harpalus hujus Philiſti libros Alexandro misit sine dubio. v. Plut. in Alcib. pag. 668. [Praeſtantiſſimi codices atque alias raro inter se congruentes legere nos jubent *tyrannis*, cum Aldinae editionis lectione *tyrannidi* ſtat nullus. Editiones autem, quae Aldina priores sunt, omnes *tyrannis* exhibent. *Mosche*. In Pariſiensi tamen exemplo, jam a. 1514. edito, *tyrannidi* legitur, teſte Heuſingero in Addendis ad h. l. eamque lectionem, ut contextui aptiſſimam, optimo jure Kappius

3 est. Plato autem tantum apud Dionysium auctoritate potuit valuitque eloquentia, ut ei persuaserit, tyrannidis facere finem, libertatemque reddere Syracusanis. A qua voluntate Philisti consilio deterritus, aliquanto crudelior esse coepit.

CAP.

probavit, Tzschuckius Bremiusque in locum suum restituerunt.]

(p. 303.) *In eo meo libro*] *Meo* aberat Dan. et Leid. *Bosius*. Agnoscunt tamen Leid. meus, item Voss. A. B. [Ax. Gu. Moschius, cum in verbis *eo meo* aures haud parum offendant, neque ea satis commode dicta sint, *meo* ejiciendum esse censet. Ult. habet: *in eo libro plura sunt exposita, qui de historicis Graecis* a me *conscriptus est.*]

*De historicis*] *Graecis* addebat codex Schotti, et quos *Savaro* inspexit, ut in *praefatione notarum suarum* testatur: itemque, *Magio* laudante, exemplar Venetum. quam vocem *Lambinus*, si *Schotto* credimus, (nam in commentariis ejus nihil hujusmodi reperio) cum *Longolio* expungit, quod de utrisque scripsisse, *Graecis Latinisque*, verisimile sit. perperam. potuit enim de utrisque separatim scribere. Sane de *Latinis* seorsim egisse, inde apparet, quod in antiquissimo codice Gifanii ante vitam Attici haec verba reperta sunt: *Ex libro Cornelii Nepotis de Latinis historicis.* nisi tamen legendum est *historiis.* nam et in vetusto codice Cardinalis Mendozae *Schottus* hanc inscriptionem repperit: *Historiarum Latinarum Cornelii Nepotis vita Attici.* Utcunque fuerit, τὸ *Graecis* heic genuinum esse vix dubito. *Bosius.* Addunt etiam Leid: m. Voss. A. et B. [Omittit Axen. sed inserunt etiam Gu. Ult. quare cum Tzschuckio in textu reposui.]

*Plato autem*] De hoc, ejus ingenio, industria ac moribus videndus Val. Max. 8. c. 7. *Ernst.*

*Ut ei persuaserit tyrannidis facere finem*] Idem *Plato* in epistola 3. *ad Dionysium circa init.* fatetur. (adde *Plutarch. Dione* pag. 962. *et seq.*) Sed ut Dionysius erat *veterator magnus* (veluti *Tullius* 2. epist. 12. *ad Q. Fr.* eum appellat) hoc postea invertit, et Platonem calumniatus est, quasi ille huic ejus conatui obloquutus esset; quum contra Plato sedulo suaderet, sed tyrannus recusaret. *Loccenius.* *Ei* adest Leidensi meo et Voss. A. B. [Gu. Ult. plurimisque editis. Deest in Paris. 2. Ald. Mag. Lamb. et Keuchen.]

*A qua voluntate Philisti consilio deterritus*] Dionem apud tyrannum criminando, et multas gravesque suspiciones in illum commovendo. Accessit et Dionis epistola ad Carthaginiensium magistratus et procuratores data, intercepta, et ad Dionysium allata. *Lambinus.* Adi *Plutarch. l. c.* Bosius. *Deterrere* notat dehortari, dissuadere, rationibus adducere, ne quis hoc vel illud faciat. Cicero Lib. 1. ad Fam. Ep. 7. *Sed ego te ut ad certam laudem adhortor, sic a dimicatione* deterreo. de quo verbo Broukh. ad Tibull. Lib. 1. El. 3. vers. 13.

*Aliquanto crudelior esse coepit.*] In primis in Platonem, quem mortis periculo objecisset, nisi Archytas eum eripuisset. Plut. pag. 966.

## CAP. IV.

Qui quidem quum a Dione se superari videret ingenio, auctoritate, amore populi, verens, ne, si eum secum haberet, aliquam occasionem sui daret opprimendi, navem ei triremem dedit, qua Corinthum deveheretur, ostendens, se id utriusque facere caussa, ne, quum inter se timerent, alteruter alterum praeoccuparet. 1 Id quum factum multi indignarentur, magnaeque esset invidiae tyranno, Dionysius omnia, quae 2

(p. 304.) *Navem ei trirem.*] *Plato* epist. 7. parvo navigio impositum, et ejectum dicit: *Plutarchus* ἀκατίῳ. *Acatium* vero idem quod Scapha. v. Cl. *Schefferum de militia navali* 2, 2. pag. 70. *Bosius.* [Ult. *daret sui oppr.*]

*Corinthum*] Plutarchus: *in Italiam*: *Diodorus* propius accedens, *in Peloponnesum*. Corinthus enim est in Peloponneso. *Lambinus.* Diodori Siculi locus est Lib. XVI. cap. 6. qui rem paullo aliter narrat: *Φοβούμενος οὖν αὐτὸν ὁ Διονύσιος, ἔκρινεν ἐκποδὼν ποιήσασθαι τὸν ἄνδρα, συλλαβὼν ἐπὶ θανάτῳ. ὁ δὲ Δίων αἰσθόμενος τὸ μὲν πρῶτον ἐκρύφθη παρά τισι τῶν φίλων, μετὰ δὲ ταῦτα ἔφυγεν ἐκ τῆς Σικελίας εἰς Πελοπόννησον.* etc. Plut. in Dione pag. 964. etiam de Peloponneso agit; nam postquam narrasset, Dionysium raptim eum in acatium conjecisse, et nautis imperasse, ut eum exponerent in ora Italiae, addit, Dionysium permisisse Dionis familiaribus duas naves, quibus Dionis quae vellent inposita deportarent in Peloponnesum. Secundum Val. Maximum Lib. IV. cap. 1. Ext. 3. Dion patria pulsus a Dionysio Megaram petierat, (urbem a Peloponnesiis conditam, teste Velleio Paterculo Lib. 1. c. 2.) qui Valer. Max. eamdem historiam de Dione narrat, quam Plutarchus pag. 965. sed qui vocat Megarensium hunc Principem *Ptoeodorum*, Valerius vero *Theodorum*. quem Meursius Lib. IV. Lect. Att. cap. 2. confundit cum *Ptoeodoro*, de quo agit Thucydides Lib. IV. cap. 76. ubi eumdem errorem commisit Hudson, quem docte refutat cl. Dukerus.

*Ostendens se id utriusque facere caussa*] Nihil hac de re alii; sed *Plato* epist. 7. accusatum ait, quod tyrannidi insidiaretur: *Plutarchus*, conspirationis cum Poenis insimulatum. *Diodorus* 15. animadverso, tyrannum necem sibi intentare, primum apud amicos delituisse, dein cum Megacle et Heraclide in Peloponnesum fugisse. *Bosius.* [Ax. Gu. *magnaeque essent invidiae.* corrupte.]

*Quae moveri poterant*] Sup. ad 2, 2, 8. Ingentes autem fuisse ejus facultates, et fere tyrannicam suppellectilem, ait *Plutarchus* pag. 964. *Bosius.* Heusingerus ad Themist. cap. 2. notat: *Omnia quae moveri poterant, i. e. conjuges liberosque cum pretiosissimis rebus.*

moveri poterant, Dionis in naves imposuit, ad eumque misit. Sic enim existimari volebat, id se non odio
3 hominis, sed suae salutis fecisse caussa. Postea vero quam audivit, eum in Peloponneso manum comparare, sibique bellum facere conari, Areten, Dionis uxorem,

*auctore Justino* 2, 12, 16. Et ad h. l. adnotat: *Excipienda tamen est uxor cum filio, qui in Sicilia restiterunt, ut sequitur. v. Themist.* 2, 8. Lambinus recte et prudenter ad h. l. observat, paullo aliter Nepotem rem describere, ac Plutarchum, et inde apparet, Nepotem h. l. et in Themistocle tantum agere de opibus sive bonis, tacere vero de conjugibus et liberis, de quibus mentionem facit d. l. Justinus, uti h. l. de servis, quos memorat Plutarchus. Nepos saepius dissentit a scriptoribus, quos praeter eum habemus de iisdem rebus, quas refert, aut brevitati studens omittit, quae alii distinctius explicant. Ita distinctius in similibus egit Herodotus lib. 1. cap. 164. de Phocaeensibus agens: *ἐσθέμενοι* (navibus) *τέκνα, καὶ γυναῖκας καὶ ἔπιπλα πάντα, πρὸς δὲ καὶ τὰ ἀγάλματα τὰ ἐκ τῶν ἱρῶν, καὶ τὰ ἄλλα ἀναθήματα.* et cap. 167. *ἀνέλαβον τὰ τέκνα, καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὴν ἄλλην κτῆσιν.* Aristides Rhetor Panathenaic. Orat. Tom. 1. p. 139. de iis, quae moveri poterant, tacens, memorat hoc modo: *ψήφισμα ποιοῦνται, τὴν μὲν πόλιν ἐπιτρέψαι τῇ πολιούχῳ θεῷ, ΠΑΙΔΑΣ ΔΕ ΚΑΙ ΓΥΝΑΙΚΑΣ εἰς Τροιζῆνα παρακαταθέσθαι, αὐτοὶ δὲ γυμνωθέντες τῶν περιττῶν προβαλέσθαι τὴν θάλασσαν.* Tacet etiam de Salamine, de qua Nepos ibi agit; et e Bosii et aliorum notis apparet, Herodotum Lib. VIII. cap. 41. addidisse Aeginam, et Frontinum *alias urbes*, quas non nominat. Idem Aristides Tom. II. pag. 192. historiam ita distinguit: *παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας εἰς Τροιζῆνα ὑπεκθέσθαι, τοὺς δὲ πρεσβύτας εἰς Σαλαμῖνα, τοὺς δὲ ἄλλους ἐπιβάντας εἰς τὰς τριήρεις ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγωνίζεσθαι.* Plut. in Themistocle pag. 116. 117. (Themistocles) *κρατήσας δὲ τῇ γνώμῃ ψήφισμα γράφει, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας καὶ ἀνδράποδα σώζειν ἕκαστον, ὡς δυνατόν. κυρωθέντος δὲ τοῦ ψηφίσματος οἱ πλεῖστοι τῶν Ἀθηναίων ὑπεξέθεντο γονέας καὶ γυναῖκας εἰς Τροιζῆνα.* Sed, ut ad Dionem revertamur, permisit Dionysius Dionis familiaribus duas naves, quibus omnia, quae moveri possent, ad Dionem deportarent, juxta Plut. pag. 964. sed idem p. 966. adnotat, *τέλος δὲ τὴν μὲν οὐσίαν τοῦ Δίωνος,* (nempe quae moveri non poterat) *ὁ Διονύσιος ἐπώλει, καὶ τὰ χρήματα κατεῖχε.*

*In naves*] Sic et msc. Dan. et Venetus. *Plutarchus* quoque *duas* permissas ait. Alii *in navi.* Bosius. *In navis* Leid. meus, et Voss. A. B. vide not. post. Pro *imposuit* Voss. B. [Ax. Ed. Ult. Long.] *imponit.* Pro *ad eumque* Leid. *ad eum quia.* [Cod. Dan. et Ult. *naveis.* Gu. Ax. *navis.*]

*Non odio hominis, sed suae salutis caussa*] *Plutarchus* ait, eum amicos et uxorem monuisse, *non in exilium, sed peregre missum Dionem, ne in praesentis arrogantiam gravius ex ira consulere cogeretur.* Bosius. Pro *volebat* Voss. B. *volebant.* mox pro *Peloponneso* Voss. A. B. *Peloponnesso.*

*Areten Dionis ux. alii nuptum dedit.*] Nempe Timocrati fami-

ıuptum dedit, filiumque ejus sic educari jussit, ut gendo turpissimis imbueretur cupiditatibus. Nam 4
› , priusquam pubes esset, scorta adducebantur; epulisque obruebatur, neque ullum tempus sobrio quebatur. Is usque eo vitae statum commutatum 5
non potuit, postquam in patriam rediit pater, ıque appositi erant custodes, qui eum a pristino

suo; sed invitam: ut *Plu-us* scribit. *Longol.* Adde *n. var. hist.* 12, 47. Bosius. A. *Arethen*. Aelianus l. l. vocat Polycratem, sed ferus et Perizonius erro- detexerunt. Adde de hoc crate Plut. in Dione pag. 970.

306.) *Filiumque ejus*] Are- ı, ut vult *Timaeus*, a ma- c appellatum: Hipparinum, ıdit *Timonides*, Dionis fa- ris; cui potius credendum :enset *Plutarchus*. Lambi- *Polyaenus* lib. 5. in Dio- , sect. 8. *Hipparionem* vo- ıuem perperam, ut opinor, retaeo diversum, natuque ·em facit *Gebhardus*. nam eundemque fuisse, de cu- omine diffidebant Timaeus monides, e *Plutarcho* ma- um est. quanquam interim praeter hunc filium Dioni , inde colligo, quod apud ›nem epist. 8. eum a Syra- is regem eligi suasit. Ter- , sed ipso defuncto, pepe- riftomache in carcere; ut ırchus extr. *Dione* scribit. ıs. *τὸ indulgendo* explicat onius ad Sanctii Min. Lib. ap. 8. num. 12. per *dum ei gebatur continuo.*

ıo *epulisque obruebatur.*] phrasin illustravit cl. Bur- us ad Petron. Satyric. cap. g. 21.

*stquam in patriam red. pa- :tc.*] Ita et Ms. Dan. hunc :ulum ordinat: aliter *Lon-golius* et alii. *Bosius.* [Ax. Gu. Ult. ut editum est. Longolius ita dedit: *Is vero, posteaquam in patriam rediit pater, usque eo vitae statum commutatum (nam- que appositi erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent) ferre non potuit, ut se superiore parte aedium dejecerit, atque ita interierit.* Ed. Paris. 1. Ald. et Lamb. habent *ut postquam*, o- missa conjunctione post paren- thesin. V. tamen Ind. v. *ut*, et infra ad 14, 1, 4. Pro *vitae sta- tum commutatum* Ax. *statum vitae comm.*]

*Namque appositi erant custo- des*] Venere Romana dictum: namque reperies apud Cicero- nem, *Verres calumniatores* ap- ponebat. et de Offic. *Non lici- tatorem venditor, nec qui con- tra liceatur, emptor* apponet. In Verrem. *Accusator* apponitur *civis Romanus.* Propius ad Ne- pot. Lucil. Lib. 15. *Indicem* ap- posuit. Attius Ione: *Custodem assiduum* apposuit *virgini.* Ta- cit. 4. Annal. cap. 6. *sed inter- dum voces procedebant contu- maces et inconsultae, quas* ap- politi *custodes exceptas auctas- que cum deferrent.* Caesar. L. 1. de B. Gall. cap. 20. Dumnorigi custodes ponit, *ut, quae agat, quibuscum loquatur, scire pos- set.* Tacitus Lib. 2. Annal. cap. 68. *Remmius evocatus priori custodiae* appositus. Suetonius Claudio cap. 35. *Salutatoribus scrutatores semper* apposuit, *et quidem omnibus et acerbissi-*

[redacted]



victu deducerent) ut se de superiore parte aedium dejecerit, atque ita interierit. Sed illuc revertor.

*mos*. Alia elegantia idem Tacit. Lib. 6. cap. 19. *Circumjecti custodes et in maerorem cujusque intenti*. Gebh. Vide cl. Burm. ad Ovid. Lib. 3. Amor. El. 4. vs. 1. et cl. Oudendorp. ad Lucan. Lib. 1. vs. 464. Paullo ante num. 2. hujus capitis monere oblitus fui, *imponere* et *imponere in naves* locutionem rei nauticae propriam esse, quod me docuit cl. Burm. ad Ovid. lib. 2. Art. Amat. vs. 430.

*De super. parte aedium*] Sic reposui e Cod. Dan. Dictum ut *dejicere de gradu, honore possessione*, *etc.* apud *Ciceronem* et alios. Ceterum *Plutarchus Dione* tecto se praecipitem egisse, scribit: idque ex dolore quodam et ira, e parva et puerili occasione orta. Idem *in Consolat. ad Apollon.* de tecto lapsum, eaque re audita patrem cum amicis consultantem nihil consternatum, corpusculo mulieribus tradito, deliberationem institutam prosecutum. Adde *Ae*-(p. 307.) *lian.* 3, 4. Bosius. Leid. *de superiore parte aedium dejecerit.* Voss. A. et B. *superiore parte aedium dejecerit.* Hyginus, non numquam optimos secutus, fab. 109. *Filium de muro dejecerunt.* [Praepositionem *de*, quam etiam Gu. et Ult. addunt, Axenianus cum antiquioribus edd. omittit. Lambinus eumque secuti *e super.* ediderunt.]

*Atque ita interierit*] Duos habuit filios Dion Hipparionem et Aretaeum: major vero natu Hipparion de superiore parte aedium se dejecit. Voco autem eum Hipparionem, non Hipparinum, auctoritate Polyaeni, qui Lib. 5. in Dionysio Comm. 8. *μιᾶς δὲ ἐπιϛολῆς*, inquit, *ἔξωθεν ἐγέγραπτο παρὰ Ἱππαρίωνος. τῦτο δὲ ἦν ὄνομα τῷ Δίωνος υἱῷ.* quamvis aliter in Dione Plutarchus. *Gebh.* Mox pro *illuc revertor* Voss. B. *illud revertor.* [Ax. *ad illud.* Gu. *revortor.*]

## CAP. V.

1 Postquam Corinthum pervenit Dion, et eodem perfugit Heraclides, ab eodem expulsus Dionysio, qui

(p. 307.) *Heraclides*] De quo plura *Plutarchus Dione*: qui hominem turbulentum, seditiosum, mobilem, infidum, et rei militaris peritum (*ϛρατηγικὸν*) fuisse, docet. Meminit ejus et *Diodorus* 16. *Bosius.* Tam ab hoc Heraclide, quam a Dione, Dionysium regno fuisse exutum innuit jocus apud Longinum de sublimitate cap. IV. num. 7. ubi Longinus Timaei frigidas observationes deridens adjicit: *Ὥστε θαυμάζειν μὲ, Τερεντιανὲ ἥδιστε, πῶς ὐ καὶ εἰς Διονύσιον γράφει τὸν τύραννον, ἐπεὶ γὰρ εἰς τὸν Δία, καὶ τὸν Ἡρακλέα δυσσεβὴς ἐγένετο, διὰ τῦτ᾽ αὐτὸν Δίων,*

ıs fuerat equitum, omni ratione bellum com-
oeperunt. Sed non multum proficiebant, quod 2

*λείδης τὴν τυραννίδα*
. sed praecipuus tamen
auctor erat Dion, un-
ni id saepius fuit ad-
omisso socio. Hinc
ı. II. pag. 1097. scri-
*ὤν οἰόμεθα, καὶ πη-*
*νὰς εἶναι τὰς Πλάτω-*
*ίκα Δίων ὁρμήσας ἀπ'*
*λυσε Διονύσιον, καὶ*
*ἠλευθέρωσε.* et ita ad-
otem pag. 1126. et De
vendo pag. 1129. Hic
a Dione praetor na-
arum in Peloponneso
*διά τινας Χειμῶνας ἐμ-*
*ὑστέρησε τῆς καθόδυ*
*τόν Δίωνα, καὶ τῆς*
*κυσίων ἐλευθερώσεως,*
*ων ναῦς μὲν μακρὸς*
*λίυς δὲ στρατιώτας, καὶ*
*ις.* et, dum vir erat
ıs, et visus dignus prae-
ıavarchus a Syracusa-
atus administravit bel-
us Dionysium una cum
einceps inter Dionem
lem nata lis est ob con-
quas Dionysius propo-
rito Dione non accep-
cusanis, quos inpor-
res in contrariam sen-
ertraxerant, putanti-
yrannum vi expugna-
hinc militare imperi-
amque rerum potesta-
lidae, a tyrannide ali-
ndandam nonnulli cen-
alii vero Syracusano-
nem rerum summae
lum contenderunt, ut
Sicul. Lib. xvi. a cap.
. 21. pluribus narrat.
non fugit Bosium ad
ıum. 3.) Ex hac con-
ıter Dionem et Hera-
ta continuo est discor-
aucta, ut Dion Hera-
erficiendum curaverit,
ıarrabit cap. 6. in fine.

quam caedem quodammodo lenire cupiens Plutarchus p. 981. dicit, Dionem, Creticam quamdam et Laconicam mistam Reip. formam inducere conatum timuisse, ne suo huic consilio obsisteret Heraclides, et ideo connivisse (p. 368.) iis, qui antea hunc hominem seditiosum (vide pag. 978. et 979.) interficere voluerant, eum jam de medio tollere. Cujus facti tamen postea Dionem poenituit, quia praevidebat, sese famam virtute partam eo quodammodo commaculaturum esse. v. pag. 982. et haec caussa est, cur Heraclidis nomen, quando de Syracusis hoc tempore liberatis agitur, celetur, et Dionis memoretur; imo quia Syracusani Dionem, *πανδήμοις ἐπαίνοις καὶ ἀποδοχαῖς μεγάλαις ἐτίμων τὸν εὐεργέτην, ὡς μόνον Σωτῆρα γεγονότα τῆς πατρίδος*, quae verba sunt Diodori Siculi Lib. xvi. cap. 20. in fine, cui accedit Plut. pag. 978. *τὸν μὲν Δίωνα σωτῆρα καὶ θεὸν ἀποκαλύντων.* (Hujusmodi tituli ei dati dicuntur post mortem ab iis, qui vivum eum tyrannum vocitarant, a Nostro cap. 10.) licet quoque Heraclides jure sibi hujus laudis partem vindicare possit. de eo consule Plut. a pag. 972. ad pag. 982. et Bosium ad cap. 6. §. 3. et hoc ipsi Dioni non fuit incognitum, quare Heraclidem amplo funere extulit, et ipse interfecti funus comitatus fuit cum toto exercitu. [Ult. ad vocem *Heraclides* in margine addit: *Diod. vocat Chariclidem, Plato Heraclidem in epistol. Plut. Ἡρακλείδην.*]

*Ab eodem expulsus Dionysio*] *Plato* epist. 3. ad Dionis propinquos clam fugam arripuisse scribit, suspectum velut auctorem tumultus militum ob imminuta

[redacted]



multorum annorum tyrannis magnarum opum putabatur. Quam ob caussam pauci ad societatem periculi perdu-
3 cebantur. Sed Dion, fretus non tam suis copiis, quam odio tyranni, maximo animo, duabus onerariis navi-

ſtipendia, quae crebra turbarum caſtrenſium materia eſſe solet. *Loccenius.*

*Praefectus fuer. equitum*] Ἡγεμονίαν sub tyrannis habuiſſe, ait *Plutarchus.* Boſius.

*Bellum compar. coeperunt*] V. *Diodor.* 16. et prolixe *Plutarch.* p. 962. *et seqq.* Boſius.

*Multorum ann. tyrannis*] Sic legendum, non, ut vulgo, *multor. ann. tyrannus.* Non enim *tyrannus*, sed *tyrannis erat multorum annorum.* Atque hanc lectionem confirmant, quae mox dicemus, et quae ipſe ait infra *v. seq.* Lambinus. Leid. m. [Ax. Gu. Ult.] *Tyrannus.* sed *Tyrannis multorum annorum* eſt, quae multos per annos duravit, exſtitit. Livius Lib. 3. cap. 24. *Multorumque tabe mensium mortuum.* Salluſt. Jugurtha c. 11. num. 5. *Oportere quinquennii consulta omnia et decreta rescindi.* Ubi Cortium conſule.

*Tyrannis magnarum opum*] Itaque Dionyſius major dicebat, se relinquere filio tyrannidem adamante, seu vinculis adamantinis, vinctam. *Plutarchus Dione*, *Diodorus Sic.* 15. *Aelian.* 6, 12. Lambinus. Voſſ. A. *Magnorum putabatur.*

*Pauci ad societ. periculi perducebantur.*] E mille proſcriptis tantum XXV. nomina sua dediſſe, *Plutarchus*; solos XXX. e Syracusiis in Peloponneſo exsulantibus periculi participes eſſe voluiſſe, *Diodorus* 16. scribit. De his igitur capio verba *Nepotis.* quod autem idem Diodorus paullo ante scribit, cum primum bellum compararet *Dio*, celeriter multos ei obsecutos; id vel ad mercenarios milites pertinet, quorum ipſe mille, *Plutarchus* pauciores octingentis fuiſſe tradit, vel ad Peloponneſios, qui conata ejus promoverunt. nam et *Plutarchus* ait, milites occulte conſcribentem *multos τῶν πολιτικῶν* et Philoſophorum juviſſe: quorum aliquos nominat. *Bosius.*

*Dion fretus*] Probe indagat cauſſas everſionis Dionyſiacae, quas, sed easdem, quoque explicat *Diodorus* lib. 16. *Gebh.*

*Non tam suis copiis*] Quas (p. 309.) admodum exiguas adduxit: sed, poſtea quam in Siciliam appuliſſet, Agrigentinorum, Gelonorum, aliorumque Siculorum acceſſione quinque amplius millia, ut *Plutarchus* ait; ut vero *Diodorus*, supra XX. millia sub vexillis habuit. quibus dein multi Graecorum Meſſeniorumque ex Italia, magnaque multitudo ex oppido et agro Syracuſarum acceſſit, adeo, ut urbem ingredienti circiter L. millia militaverint. *Bosius.*

*Quam odio tyranni*] Non solum *odio* Dionysii, sed et *contemtu* fretus Dio fuit; ut apparet ex *Aristotele* 5. *Politic.* 10. *Bosius.*

*Maximo animo*] Ita se animatum dictitans, ut, quocunque poſſet progredi, satis illi futurum sit; et, si vel vix in terram egreſſus mortem oppeteret, haud gravem sibi futuram, ut *ibidem Aristoteles* scribit. *Bosius.*

*Duabus onerar. navibus*] Totidem et *Diodorus* ac *Plutarchus* numerant: sed hic addit, eas comitatum navigium non magnum et duas τριακοντόρους: ille, Chariclem triremes quasdam et alias onerarias a tergo Syracu-

bus, quinquaginta annorum imperium, munitum quingentis longis navibus, decem equitum, centum peditum millibus, profectus oppugnatum, (quod omnibus gentibus admirabile est visum) adeo facile perculit, ut post diem tertium, quam Siciliam attigerat, Syracusas introjerit. Ex quo intelligi potest, nullum esse imperium tutum, nisi benevolentia munitum. Eo tempore
4 aberat Dionysius, et in Italia classem opperiebatur, adversariorum ratus neminem sine magnis copiis ad se venturum. Quae res eum fefellit. Nam Dion iis ipsis,
5 qui sub adversarii fuerant potestate, regios spiritus

sas ducere juſſum. *Bos.* Inter Antiquos non convenit de navibus. eum noſtro tamen facit Diodorus Siculus. v. Weſſ. ad L. xvi. cap. 6. num. 56. *pro quingentis longis navibus* legendum *quadringentis* cenſet idem Weſſ. ad cap. 9. num. 70. Adde mox Bosium, qui hoc non intentatum reliquit.

*Quinquaginta annorum*] xlviii. numerat *Plutarchus* p. 970. sed cum noſtro facit *Diodorus* pag. 516. *Bosius.*

*Imperium*] *Maximum totius Europae dominatum* vocat *Diodorus*; qui in sequentibus plane cum noſtro convenit, nisi quod naves longas tantum cccc numerat. *Bos.* Pro *centum peditum* Leid. *centumque peditum.* [Ult. cum ceteris ante Boecl. edd. *centumque*, sed Gu. etiam *centum.*]

*Visum*] Msc. Leid. *ausum.* fortaſſe non omnino male. Virg. Aen. 6, 624. *ausoque potiti.* Idem *fortia ausa* dixit Aen. 9, 282. Ovidius: *magnis tamen excidit ausis.* Nil tamen mutare audeo. *Bosius.* *Visum* exhibent Leid. meus et Voſſ. A. B. [Gu. Ult.] Pro *perculit* Leid. *pertulit.* pro *Siciliam* Voſſ. B. *in Siciliam.* pro *Attigerat* Leid. et Voſſ. A. [Gu. Ax. Ult.] *attigerit.*

*Adeo facile perculit*] Evertit. Utitur hoc verbo Pelopida et Datame. Tacit. 2. Annal. c. 39. *discordiis armisque civilibus Remp.* perculiſſet. Varro Parmenione: *Alius teneram abietem* percellit. Cicero pro Domo: *Iisdem machinis sperant, me restitutum posse labefactari, quibus antea stantem* perculerunt. *Gebh.* De re Periz. ad Aelian. iv. V. H. viii. 14.

*Aberat Dionysius*] Cauloniae in Italia, arcis cuſtodia Timocrati, sororis marito, commissa: in quam ipſe septimo poſt die, quam Dio urbem ingreſſus erat, rediit: ut tradunt *Diodorus* ac *Plutarchus.* Bosius.

*Classem opperiebatur*] Cui praeerat Philiſtus: qui cum ve. (p. 310.) niſſet tandem cum multis triremibus, sed sero, navi, qua vehebatur, capta, manus sibi attulit: vel ut alii tradunt, in poteſtatem adverſariorum venit, ab iisque foede et contumelioſe trucidatus eſt. *Plutarchus* et *Diodorus Sic.* 16. Lambinus. v. not. poſt. [Ed. Ult. Long. et Mag. ita diſtinguunt: *classem opperiebatur adversariorum ratus n. s. m. c. a. s. v.*]

*Regios spiritus*] Ferociam tyranni opinione potentiae conceptam contudit. *Spiritus* hic notat ὑπερφρόνημα. Caesar. l. 1.

repressit, totiusque ejus partis Siciliae potitus est, quae sub Dionysii potestate fuerat; parique modo urbis Syracusarum, praeter arcem, et insulam adjunctam
6 oppido; eoque rem perduxit, ut talibus pactionibus pacem tyrannus facere vellet: *Siciliam Dion obtineret,*

Comm. de Bell. Gall. cap. 33. f. *Ipse autem Ariovistus tantos sibi* spiritus, *tantam arrogantiam sumpserat, ut ferendus non videretur.* Id. lib. 11. Comm. cap. 4. *Qua ex re fieri, uti earum rerum memoria magnam sibi auctoritatem magnosque* spiritus *in re militari sumerent.* Cicero pro Sulla: *Res gestae credo meae me nimis extulerunt, et mihi nescio quos* spiritus *attulerunt. Spiritus* vero *reprimere* est *ταπεινῶν τὰ φρονήματα* vel etiam *συστέλλειν*. Diodor. Lib. XVI. *Ὁ δὲ βασιλεὺς ἡδέως ὁρῶν τὴν ταπείνωσιν αὐτῶν καὶ βουλόμενος τὰ Λευκτρικὰ φρονήματα συστεῖλαι τῶν Βοιωτῶν.* Cicero pro Sextio: *Qui furorem exsultantem repressit.* Gebh. Adde cl. Dukerum ad Florum Lib. 2. cap. 2. num. 27. Pro *his ipsis*, [quod etiam in Gu. et Ult. est,] Voss. A. *iis ipsis.* pro *fuerant potestate* Leid. *fuerant potestati.*

*Ejus partis*] Sic MSS. meliores. Aliis *τὸ ejus* abest. mox Dan. *quae sub Dionysii fuerat potestate.* Bosius. [Ax. etiam, Gu. et Ult. *quae sub Dionys. fuerat potestate.* Editi ante Bos. omnes: *quae sub Dionysii potestate fuerat*, quod restitui. Bosius, sed sine Codicum auctoritate: *quae sub potestate Dionysii fuerat.* Pro *totiusque ejus partis Siciliae* Ult. *tota ea Siciliae parte*, et statim *urbe* pro *urbis.*]

*Insulam*] Insula pars erat urbis Syracusarum, et instar urbis, ut ait M. Tullius in Verr. Syracusae enim constabant ex quatuor urbibus. *Lambinus.* V. *Cluverium Siciliae antiq.* 1, 12. Bosius.

*Talibus pactionibus*] Paullo aliter has *Plutarchus* pag. 974. *Diodorus* rem pene eodem modo recenset: nisi quod Apollocratis nullam mentionem facit. *Bosius.* [Ult. *his pact.*]

*Pacem facere vellet*] Notanter dixit *vellet*, nec enim acceptarunt conditiones Syracusani, sed Dionysium vivum capturos se sperabant, ut referunt *Plutarchus* et *Diodorus.* Bosius.

*Apollocrates*] Dionysii major natu filius, cui is, in Italiam aufugiens, arcem custodiendam tradidit; sed paulo post Dioni deditam. Testis *Plutarchus* p. 974. et 980. *Bosius.* Voss. A. *Apollochrates.* B. *Hypollocrates.* [Ax. *Hypolicrates.*] de Apollocrate J. Perizonius ad Aelianum Lib. 2. V. H. cap. 41. num. 3.

*Cui max. fidem uni habebat Dion.*] Sic libri meliores. *Lambinus* edidit *Dionysius.* non male, ut videtur. neque enim Apollocrati arcem Dionysius commissurus erat, ni maximam ei fidem habuisset. Altera lectio forsan ex abbreviatione nata, sicuti vicissim pro *Dione Dionysius* in plerisque *Hieronymi* codicibus irrepsit in *Chronico Eusebiano* n. 1663. de quo vid. *animadversiones Scaligeri.* Bosius. *Dion* etiam Voss. A. Si quid addendum, (p. 311) cum Lambino et Bosio praeferrem *Dionysius*, nam Dionem liberis orbum decrevisse facere successorem suum Apollocratem Dionysii filium ἀδελφιδῶν μὲν ὄντα τῆς ἑαυτοῦ γυναι-

*Italiam Dionysius*, *Syracusas Apollocrates*, cui maximam fidem uni habebat.

νὸς, θυγατριδῶν δὲ τῆς ἀδελφῆς, sparserat modo maligne Callippus. v. Plut. pag. 982. [Codex Axenianus *habebat Dion*. [ita et Leid. 1. Gu. Ult.] Hoc recte Heusingerus a veritate alienum dicit, attamen Viri nomine bene carere non possumus, nisi locum ambiguitate laborare velimus. *Mosche*. Lambini lectionem probat, et vulgatam ex scribendi compendio ortam esse existimat Kappius in Harlesii Opusculis pag. 461. Ego cum Bremio nomen *Dion* ejeci. Verissime Heusingerus in Spicilegio ad hunc locum: *Habebat*, *idem nimirum*, *qui pacem facere volebat*, *tyrannus*. Pro *maximam* Ult. *maxime*. V. ad 14, 11, 2.]

## CAP. VI.

1 Has tam prosperas tamque inopinatas res consecuta est subita commutatio, quod fortuna sua mobilitate, quem paullo ante extulerat, demergere est adorta.
2 Primum in filio, de quo commemoravi supra,

*Quod fortuna*] Abest *quod* a Leid. m.

*Quem paullo*] Msc. Boecl. *quae paullo*. Bosius.

*In filium*] Exc. Dan. et *Lambinus* aliique, *in filio*, et mox: *suam vim exercuit*. utrumque non male, ac fortasse legendum, *in filio suam vim exseruit*. *Lambinus* tamen has tres voces ut subditas Cornelio detrahit: sed quo jure (inquit *Gebhardus*) quave injuria? *Bosius*. *In filio vim suam exercuit* legitur etiam in Voss. A. et Leid. m. praeter B. qui *in filium* exhibet. Vide ad Lysandrum cap. 1. Livius Lib. 6. cap. 22. *foedeque in captis exercuere victoriam*, pro quo Sallustius *exercere victoriam in plebem* dixit. ut ibi J. Fr. Gronovius monet. Mss. Codicibus permotus *in filio* in textum recepi, secutus quoque cl. Oudendorpium ad J. Caesar. B. G. 2, 32. in not. post. a me ad partes vocatum. Pro *saevitiam* Heusingerus *vim* reposuit, non male, Codicibus addicentibus, sed cur *suam* ante *vim* collocaverit, nescio; postponunt enim Codices. [Ax. *in filium d. q. c. s. saevitiam suam exercuit*, ut primus Boeclerus edidit. Sed Gu. Ed. princeps, utraque Paris. Ald. et Mag. *in filio suam vim exercuit*. Ult. *in filium suam vim exercuit*. In his omnibus *suam vim* legitur, non *vim suam*, quod Staverius in Leid. 2. et Voss. A. reperisse sibi visus est.]

*Uxorem reduxisset*] Divortio violento alteri traditam de novo assumsisset. Sueton. Domit. c. 8.

[redacted]



suam vim exercuit. Nam quum uxorem reduxisset, quae alii fuerat tradita, filiumque vellet revocare ad virtutem a perdita luxuria, accepit gravissimum parens vul-
3 nus morte filii. Deinde orta dissensio est inter eum et Heraclidem, qui, quod principatum non concede-

m. *Equitem Romanum ob reductam in matrimonium uxorem, cui dimissae adulterii crimen intenderat, erasit judicum albo.* Tacit. 12. Annal. cap. 2. *Improbatam longo dissidio, ac si rursus assumeretur, eo ipso superbam, longeque rectius Lolliam* induci. dixit etiam Tacitus Lib. 14. cap. 61. *revocare uxorem.* ibid. et *repetitum* revocationem sive reductionem repudiatae uxoris. *Gebhardus.* Sororis Aristomachae precibus. V. *Plutarch.* pag. 980. et *Aelian.* 12, 47. cum *notis Cl. Schefferi.* Bosius.

*Accepit gravissimum parens vulnus*] Dolorem ac luctum, quem parentes liberique invicem ex calamitatibus ac mortibus liberorum, parentum ac proximorum percipiunt, observo frequentissime *vulneribus* comparari, atque *vulnera* nominari. Infra Datame: *Cadit in praelio* (p. 312.) *adolescens, proficiscitur eo pater non ita cum magna manu, celans, quantum* vulnus *accepisset.* Tacit. vita Agricolae cap. 28. f. *Initio aestatis Agricola domestico* vulnere *ictus, anno ante natum filium amisit.* Valer. Flaccus lib. 1. Arg. v. 723.

*Dixit, et extemplo Furiis iraque minaci*
*Terribilis, sunt hic etiam tua* vulnera, *praedo,*
*Sunt lacrymae, carusque parens.*

Tacit. Agricolae c. 7. *Sequens annus gravi* vulnere *animum domumque ejus afflixit.* De matre in praediis a classiariis Othonis interfecta. Valerius Maximus Lib. v. cap. x. Ext. de Pericle: *Ille caput quoque solito more coronatum gerere sustinuit, ut nihil ex vetere ritu propter domesticum* vulnus *detraheret.* Gebhardus. Leid. m. *gratissimum.* Vide de voce *vulnus* Manutium ad Ciceron. L. 5. ad Fam. Ep. 15. et Burm. ad Quinct. Declam. xix. 10. Aelianus Lib. iii. V. H. cap. 4. Dionem hac filii morte nihil fuisse turbatum scribit. [In Ms. Leid. 1. *parens* deest.]

*Dissensio est*] Sic etiam Msc. Leid. Alii *dissensione*, quod favet conjecturae *Lambini.* Mox idem Lambinus: *qui Dioni pr. n. concedens.* Bosius. Leid. m. Voss. A. B. *orta dissensio est.* [Item Ax. Gu. Sed Ult. *orta dissensione inter eum*, et in margine: *Al. dissensio est.*]

*Inter eum et Heraclidem*] Cujus varias contra Dionem machinationes passim refert *Plutarchus.* vide eum pag. 972, 974, 975, 978, 979, 981. *Diodorus* 16. scribit, mox a fuga Dionysii Syracusanos in partes discessisse, aliosque militare imperium summamque potestatem Heraclidae, quod nunquam is tyrannidem affectaturus videretur, demandandam censuisse; alios Dionem rerum summae praeficiendum contendisse. *Bosius.*

*Principatum*] Τὴν τῶν ἁπάντων ἡγεμονίαν, τὴν τῶν ὅλων ἐξουσίαν, ut *Diodorus* loquitur. *Bosius. Heraclidae* nomen Syracusanis illustribus familiare fuit. Plutarch. in Nicia p. 539.

bat, factionem comparavit. Neque is minus valebat apud optimates, quorum consensu praeerat classi, quum Dion exercitum pedestrem teneret. Non tulit hoc animo aequo Dion, et versum illum Homeri retulit ex 4

mentionem facit Ἡρακλείδυ, παιδὸς γνωρίμων γονέων, cujus patruus Pollichus praeerat decem triremibus.

*Non concedebat*] Dioni scilicet: quem tyrannidem affectare ajebat: cum potius Laconicam quandam et Creticam reipub. formam meditaretur, ex regno et democratia mistam, in qua et optimatibus suum jus esset. vid. *Plutarchus* pag. 979. et 981. Ipse vero Heraclides populare imperium, et agrorum aedificiorumque divisionem, ac civium aequalitatem inducere conabatur, ut ex eod. *Plutarcho* pag. 974, 978, 981. colligere est. *Bosius.* *Qui quod principatum non concedebat* editum est nunc. Voss. A. *Quique principatum non concedebat.* B. *Quae quidem principatum non concedebat.* Sed codices secutus Nepoti suum cum Heusingero restitui. Plut. in Aemil. pag. 276. a me in post. not. citatus hisce verbis refert, *Καίτοι Δίωνα πολλοὶ μοναρχίας ὀρέγεσθαι, καὶ βασιλείαν τινα Λακωνικὴν ὀνειροπολεῖν ὑπενόων.* sed pag. 981. rem in Dione narrat, quasi certam, *ἐπενόει δὲ τὴν μὲν ἄκρατον δημοκρατίαν, ὡς ὀν πολιτείαν, ἀλλὰ παντοπώλιον οὖσαν πολιτειῶν, κατὰ τὸν Πλάτωνα κωλύειν. Λακωνικὸν δέ τι καὶ Κρητικὸν σχῆμα μιξάμενος ἐκ δήμου καὶ βασιλείας, ἀριστοκρατίαν ἔχων τὴν ἐπιστατοῦσαν, καὶ βραβεύουσαν τὰ μέγιστα, καθιστάναι, καὶ κοσμεῖν.* [Axen. *Que quidem pr. non concedebat. Quidem* oriri potuit ex signo, quod interdum in pronomine *quod* scribendo adhibetur, male intellecto. Extat subinde in Axen. codice ex exemplo suo expressum *qd*, lineola per literam *q* ducta, pro *quod*; cui quam maxime affine est *qd*, litera *d* lineola notata, pro *quidem*. Hinc Axen. quoque auctoritate commendem, *qui, quod principatum non concedebat, factionem comparavit. Mosche.* Gu. *qui, quod pr. n. concedebat,* ut recte editum est. Ult. cum editis ante Lambinum omnibus: *qui quidem pr. n. concedebat.* Lambinus sua unius auctoritate: *qui Dioni pr. n. concedens,* quod in Loid. 1. reperiri Fischerus falso scribit.]

*Factionem comparavit*] *Insidias* eum *nexuisse* cum Callippo Dioni, etiam *Valerius Max.* refert 3, 8. *ext.* 5. sed Dionem, qui fidei eorum plurimum credebat, monitum, ut adversus eos cau-(p. 313.) tior esset, respondisse, *se vita malle excedere, quam metu violentae mortis amicos inimicosque juxta ponere.* Bos.

*Quorum consensu praeerat classi*] Ipso Dione semel atque iterum concedente; cum ipse terra marique imperator cum libera potestate a populo creatus esset: v. *Plutarchus* pag. 972. et 979. *Bosius.*

*Dion*] Aberat Ms. Boecl. *Bos.* Abest etiam Voss. B.

*Versum ex sec. rhapsodia*] *Secundam rhapsodiam*, nulla de operis titulo mentione facta, citavit, quia Iliadem Odysseae praeferri nemini fuit unquam obscurum. *Magius.* *Homeri* versus hic est *Iliad.* 2, 205.

*Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. εἷς κοίρανος ἔστω.*

Qui non semel a tyrannis usur-

[redacted]



secunda rhapsodia, in quo haec sententia est: *Non posse bene geri rempublicam multorum imperiis.* Quod

patus est. Vide *Suetonium Caligula* 22. et *Domitiano* 12. Simile illud *Senecae Agamemn.* 257. *Nec regna socium ferre, nec taedae sciunt.* Et alia passim obvia. *Bosius.* Graeco iterum vocabulo utitur Auctor et quidem sensu satis usitato Graecis, qui singulas partes, seu libros Iliados ita solebant vocare, ut docet Celeb. J. Perizonius ad Aelian. L. 13. V. H. cap. 38. num. 1. et Fabric. Bibl. Graec. Tom. I. Lib. II. c. 7. pag. 356. De vocis Etymologia praeter Eustathium in Homerum pag. 6. disputavit Scholiastes Pindari O. Nem. 2. vs. 1. et post eos in primis Meursius in Homeri Hist. Critica Sect. 5. citatus jam a Perizon. ad Ael. 8, 2, 3. Haec vox quoque inter ea est vocabula, quae uno vocabulo Latino exprimi nequeunt. [Ult. graecum Homeri versum Ὀυκ ἀγαθὸν — κοίρανος ἔςω in ipso contextu post verba *ex secunda rhapsodia* inserit.]

*Non posse bene geri remp. multor. imperiis*] In Ms. Schotti fuit *regi remp.* ipsius judicio non male, sed non dubito, erratum esse librarii, elegantissimum loquendi modum ignorantis. *Bos.* *Geri* agnoscunt omnes, quos vidi codices. Saepius tamen haec duo in Mss. confunduntur, ut multis docuit cl. Oudendorp. ad Lucanum Lib. 4. vs. 662. De Homeri dicto agit Aristoteles Lib. IV. Polit. cap. 4. pag. 369. Homericum hoc dictum respiciens Areus philosophus, (de quo videndae notae ad Dionem Cassium Lib. LI. cap. 16.] ad Augustum dixit Οὐκ ἀγαθὸν πολυκαισαρίη. v. Plut. in Anton. pag. 953. Caeterum Plut. pag. 981. dicit, quum retulisset, populum Heraclidis mortem graviter tulisse, ὅμως δὲ τῦ Δίωνος ταφάς τε λαμπρὰς παρασκευάσαντος καὶ μετὰ τῦ ςρατεύματος ἑπομένυ προπέμψαντος τὸν νεκρὸν, εἶτα διαλεχθέντος ἀυτοῖς, συνέγνωσαν, ὡς ὐ δυνατὸν ἦν ταρασσομένην παύσασθαι τὴν πόλιν, Ἡρακλείδυ καὶ Δίωνος ἅμα πολιτευομένων. Ubi nulla de hoc Dionis dicto fit mentio forsan ficto, et in vulgus sparso a Callippo, qui juxta Plut. pag. 682. quotidie deferebat militum voces aut vere emissas, aut a se fictas contra Dionem, cum sine dubio Dion in habita post exsequias concione populo ostenderit, quam turbulentum Heraclidis ingenium fuerit, et quam indigne ab eo plus vice simplici fuerit habitus. Adde Bosium ad c. 7. num. 1. Sed juxta Nepotem Dion hoc Homeri dicto fuisset usus ante Heraclidis necem, de quo tacent Diodorus et Plutarchus, et, si ex animi sententia loquar, non potuit Dion, si sana ei mens fuerit, hoc dicto uti coram populo, qui post ejectum Thrasybulum sexaginta annos libertate usus erat, et nunc dirum in modum ab utroque Dionysio vexatus, non nisi pristinam liberta- (p. 314.) tem sibi restitutum iri sperabat. v. Plut. p. 974, 975. aut, si jam usus fuerit, intellexerit per κοίρανον Homericum, exercitus ducem, sive unum ςρατηγὸν (ut Graeci vocant) ἀυτοκράτορα. et hanc sententiam omnes prudentes fuere amplexi. Sic Xenophon Lib. VI. de Exped. Cyri pag. 290, 291. ἡγήσαντο ἂν, ἐι ἕνα ἕλοιντο ἄρχοντα, μᾶλλον ἂν ἢ πολυαρχίας ὔσης δύνασθαι τὸν ἕνα χρῆσθαι τῷ ςρατεύματι καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας. Ubi plura: et hoc ipsa Dionis verba docent apud Plut. pag. 972. εἶλον-

dictum magna invidia consecuta est. Namque aperuisse videbatur, omnia in sua potestate esse velle. Hanc

το τὸν Ἡρακλείδην ναύαρχον. ἐπεὶ δὲ Δίων παρελθὼν ᾐτιᾶτο τὴν ἐκείνῳ δεδομένην ἀρχὴν ἀφαίρεσιν εἶναι τῆς πρότερον αὐτῷ δεδομένης (ὐκ ἔτι γὰρ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ μένειν, ἂν ἄλλος ἡγῆται τῶν κατὰ θάλασσαν) ἄκοντες οἱ Συρακύσιοι πάλιν ἀπεψηφίσαντο τὸν Ἡρακλείδην. Et tum non nisi socium suum Heracliden respexerit, quocum adminiſtraverat bellum adverſus Dionyſium. Sed de temporibus, quibus mobile vulgus in ſtudia contraria scinditur, nihil pro certo adfirmari poteſt, et inter ipsos, qui ea tempora deſcripſerunt, raro convenit. Suos sane auctores secutus fuerit Nepos. Hoc Homericum dictum, tyrannico sensu captum, quo versum hic videmus a Nepote, a Dione relatum fuiſſe Philiſtus forſitan literis mandaverit, qui licet ante Dionis fatum jam interierit, ab initio ſtatim redux hoc Dioni ante Callippum objicere potuerit. De calumniis et criminibus a Philiſto et aliis ejusdem factionis Dioni objectis agit Plut. pag. 963. vel Ephorus, quem sequi solet. qui a Plutarcho pag. 974. dicitur ὁ μὲν ὐδ᾽ ὑγιαίνειν, τὸν φίλιστον ἐγκωμιάζων. Sed hanc conjecturam nemini obtrudo, ortam ex ignoratione scriptorum, qui hoc dictum Homericum, a Dione ad tyrannidem firmandam prolatum, retulerunt. Sed licet nimius fuerim, hoc unum addam. Dictum Homericum, licet a tyrannis avide arreptum, nihil tyrannicum spirat; agit enim de Agamemnone summo duce exercitus Graecorum, ad Trojam delendam ex Europa egreſſorum, qui unus non sine conſilio divino, ut fingit Homerus, toti exercitui praefectus eſt, nempe quamdiu exercitus, cujus duces erant quoque Reges, in caſtris nauticis eſſet, et ideo addidit Homerus εἷς βασιλεύς, nam Rex quoque Agamemnon erat, unde a Cicerone Agamemnon Rex Regum vocatur, ut jam docui ad Ageſil. cap. 2. Erraret, si quis crederet, Agamemnonem totius Graeciae Regem, et ejus ad exemplum Ageſilaum quoque fuiſſe, dum uterque revera non nisi duces supremi fuerunt totius exercitus Graecorum sociorum: audiamus Plut. in Agesil. pag. 598, 599. Ὦ βασιλεῦ Λακεδαιμονίων, ὅτι μὲν ὐδεὶς ΤΗΣ ἙΛΛΑΔΟΣ ΟΜΟΥ ΣΥΜΠΑΣΗΣ ΑΠΕΔΕΙΧΘΗ ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ, ἢ πρότερον Ἀγαμέμνων, καὶ σὺ νῦν μετ᾽ ἐκεῖνον ἐννοεῖς δήπουθεν. Quocum confer Pauſaniam Lib. III. cap. 9. pag. 226. qui poſtquam oſtendiſſet, Agesilaum Agamemnonis ad exemplum, domi delectu habito, sociorum auxiliis in unum contractis, claſſeque aedificata et inſtructa Aulidem navigaſſe, addit, ἠξίυ δὲ ἄρα ὁ Ἀγησίλαος πόλεώς τε εὐδαιμονεςέρας ἢ Ἀγαμέμνων βασιλεὺς εἶναι, καὶ ἄρχειν τῆς Ἑλλάδος πάσης ὁμοίως ἐκείνῳ etc. Sed haec jactavit Ageſilaus, somnio, quod vidit, vel sibi finxit, abreptus, ut e Plutarcho patet; nam Pauſanias Lacedaemonius quoque fuit, ὁ τῦ σύμπαντος ἡγυμενος Ἑλληνικῦ. v. Plut. Ariſt. pag. 325. de quo imperio v. not. poſt. ad Ariſtid. cap. 1. §. 2. et quae nunc notavi ad Timoth. cap. 2. §. 2. Lactant. Firm. Lib. 1. de Falſa Religione cap. 3. sine dubio Homeri, de quo ante locutus erat, tacite reſpicit dictum, ad adfirmandum, unum eſſe Deum, *Nisi enim singularum partium potestas ad unam providentiam referatur, non poterit ipsa con-*

ille non lenire obsequio, sed acerbitate opprimere studuit, Heraclidemque, quum Syracusas venisset, interficiendum curavit.

*stare summa, unoquoque nihil curante amplius, quam quod ad eum proprie pertineat:* SICUT NE RES QUIDEM MILITARIS, NISI UNUM HABEAT DUCEM ATQUE RECTOREM. Ubi plura. Profecto aliud quid est sociarum navium classi summo cum imperio flagrante bello praeesse, aliud totius Graeciae regem esse, quales reges ante Philippi, et Alexandri tempora exstiterunt (p. 315.) numquam. Quid affectaverint Athenienses et Lacedaemonii ante hos, non inquiro.

*Se omnia in s. pot. esse velle*] Longolius: *omnia videbatur in sua potestate esse velle. Tò se* etiam MSS. Dan. et Boecl. aberat. *Bosius.* Neque in Leid. meo, nec in Voss. A. B. reperitur. Deleatur *se.* v. not. post. [Abest etiam a Gu. Ult. Recte. Vide Goerenz. ad Cic. de Fin. 2, 15. pag. 199. Ed. Arg. cum Longol. habet: *N. ap. omnia videbatur.* Ed. princeps, utraque Paris. et Ald. *a- peruisse se omnia videbatur*, unde Lambinus fecit: *aperuisse videbatur, se omnia.*]

*Acerbitate opprim. stud.*] Supra 3, 2, 4. *acerbitatem imperii* dixit. estque haec illa *ἀυθάδεια*, quam in eo reprehendit *Plutarchus in vita* pag. 972, 981, 994. Bosius.

*Interfic. curavit*] Cum eum videret insanabilem; cum aliquoties jam cum eo in gratiam rediisset; cum denique antea militibus eum interficere volentibus, et seditiosum, et factiosum, et popularem, et turbulentum, et invidum, et malevolum, et bonis consiliis ac rationibus obstantem, longa oratione habita eripuisset ac servasset. *Lambinus.* Vid. *Plutarchus* praesertim pag. 978, et 981. *Bosius.* Voss. A. [Gu.] *interficiundum.*

## CAP. VII.

1 Quod factum omnibus maximum timorem injecit. Nemo enim, illo interfecto, se tutum putabat. Ille autem, adversario remoto, licentius eorum bona, quos

*Nemo enim, illo interfecto, se tutum putabat*] Intellexisse tamen, concione a Dione post exsequias Heraclidae habita, Syracusanos, motus civiles, Heraclide et Dione una rempub. gerentibus, nullo modo sedari potuisse, tradit *Plutarchus* pag. 981. *Bosius.*

*Licentius eorum bona, quos sciebat adversus se sensisse, militibus dispertivit*] Munificum quidem erga socios belli, civesque familiares et externos milites fuisse, *Plutarchus* ait: sed de bonis adversariorum distributis nihil apud eum reperio, sicuti nec apud *Diodorum*; qui

sciebat adversus se sensisse, militibus dispertivit. Quibus divisis, quum quotidiani maximi fierent sumtus, celeriter pecunia decsse coepit, neque, quo manus porrigeret, suppetebat, nisi in amicorum possessiones. Id hujusmodi erat, ut, quum milites reconciliasset, amitteret optimates. Quarum rerum cura frangebatur, et, insuetus male audiendi, non aequo animo ferebat, de se ab iis male existimari, quorum paullo ante in

(line beginning "Quibus divisis": 2; line beginning "amitteret optimates. Quarum": 3)

contra scribit, captivos omnes, qui multi fuerint, nullo redemtionis pretio accepto dimissos. *Bosius.*

*Quum quotidiani maximi fierent sumtus*] In milites nempe et amicos; quos liberalius, quam facultates ejus ferre possent, donabat. Ipse enim tenuiter et vulgari modo vivebat: tam moderatum se vestitu, et famulitio, et mensa praebens, ut si cum (p. 316.) Platone in Academia viveret. Vid. *Plutarchus* pag. 980. *et seqq.* Bosius.

*Neque quo manus porrigeret*] Ita meliores libri; in his Dan. ac Leid. et e Bavaricis, ut opinor, *Piccartus Pericul. Critic.* cap. 10. Nec aliter *Lambinus*, *Savaro*, aliique post illos ediderunt. Boeclerianus quoque et q. editi: *quo minus porrigeret:* corrupta voce *manus*, ignoratione elegantissimae locutionis. Atque sic et *Curtius* 7, 8, 19. hunc nostri locum, ut *Gebhardus* existimabat, imitatus: *Jam etiam ad pecora nostra avaras et instabiles manus* porrigis. Et mox v. 25. sed alio sensu, de Fortuna: *quum manus* porrigit, *pennas quoque comprehendere non sinit. Tendere manum* eodem sensu dixit *Seneca epist.* 119. *Fames me appellat; ad proxima quaeque* tendatur *manus.* Nihili igitur est, quod in Longolii aliisque editionibus legitur, *neque amplius quod porrigeret:* etiam *Lambino* probatum, si *Gebhardo* credimus. Nam mihi quidem *Lambinus*, cum *hanc lectionem retinere se illique anteponere* ait, eam, quam in textu exhibuit, indicare videtur, non, quam *nonnulla exempla habere* dicit. *Bosius. Manus* Leid. et Voss. A. B.

*Amicorum possessiones*] Non memini, me hoc de Dione legere apud Plutarchum aut Diodorum, aut omnino apud quemquam: eum, suis bonis consumtis, alienis manus afferre necesse habuisse, aut etiam, quod gravius est, amicos suos spoliasse. *Lambinus.* Ms. Dan. et Lambinus, *in amicorum possessiones.* Non male. *Bosius.* Sic in Leid. meo et Voss. A. sed B. rejicit *in*, quod sine dubio retinendum. Pro *Suppetebat* Voss. B. *supputebat.* et pro *possessiones*, *possetiones.* Mox pro *ejusmodi*, *hujusmodi.* [Ax. *neque quo minus porr. supp. nisi in amic. p.* Gu. ut in textu expressum est. Ita etiam Ult. nisi quod pro *suppetebat* habet *suppeditabat.* Pro *hujusmodi*, quod primus Boeclerus edidit, Gu. Ult. et reliqui editi *ejusmodi.*]

*Amitteret optimates*] Quibus comprobantibus aliquando, frementibus nautis et opificibus, terra marique imperator constitutus erat. *Plutarchus* p. 979. *Bosius.*

*De se male existimari*] *Existimare* passim pro judicare, censere, loqui. Vide Casaubon. ad

coelum fuerat elatus laudibus. Vulgus autem, offensa in eum militum voluntate, liberius loquebatur, et tyrannum non ferendum dictitabat.

Sueton. Augusti. cap. 51. Cl. Burmann. ad Quinctil. Lib. 5. Institut. Orat. cap. 10. et Tennul. ad Frontinum Lib. 1. cap. 1. Strateg. Ex. 10. nec non Gronov. ad Livium Lib. 4. cap. 41. Adde et Interpretes ad Iustinum Lib. 12. cap. 5. num. 8. [Ax. Gu. Ult. *ab his*. Pro *aequo animo* Gu. *animo aequo*, ut supra cap. 6, 4. 12, 3, 3. et 25, 1, 3.]

[*Offensa in eum militum voluntate*] Admodum negligenter haec a Cornelio narrata sunt. Paullo ante milites Dioni reconciliatos fuisse dixerat, nunc eosdem inimicos exstitisse scribit, nec tamen mutatae voluntatis caussam commemorat.]

## CAP. VIII.

1 Haec ille intuens quum, quemadmodum sedaret, nesciret, et, quorsum evaderent, timeret, Callicrates

(p.317.) *Intuens*] Considerans, ut 12, 2, 3. Sed in MSS. Gif. Boecler. et ed. Longol. erat *metuens* (ut 7, 4, 1. ubi tamen alii pariter *intuens* habent:) haud dubie corrupte; nam mox sequitur demum: *et quorum evaderent*, *timeret*. Bosius. [Ax. *metuens*, sed Gu. Ult. *intuens*.]

*Evaderent*] Sic *Lambinus* et *Cl. Puteanus* legendum viderunt, probante *Gebh.* Et ita diserte Msc. Dan. Similiter Cicero ad Atticum: *quoad audiamus*, *quae commota sunt*, *quorsum evadant*. Terentius Andria 1, 2, 4. *Heri semper lenitas*, *verebar*, *quorsum* evaderet. Idem Phormione 1, 2, 61. *quo* evadat *vide*. Alii *evaderet*. quomodo pariter Terentius Andr. 1, 1, 100. *Quam timeo quorsum* evadas! Et Phorm. 4, 3, 20. *Quid hic coeptat*, *aut quo* evadet *hodie*? Bosius. *Evaderent* Leid. [Gu. Ult.] et Voss. B. sed A. *evaderet*.

*Callicrates*] *Callippum* nominant *Plutarchus*, *Diodorus*, *Athenaeus*, *Suidas*, et *Pletho*. Schottus. Ridiculus est *Lambinus*, cui credibile est, hunc Callicratem Callippi fratrem fuisse, et Nepotem pro Callippo fratrem Callippi sumsisse: quemadmodum Poëtae interdum *Pollucem* pro *Castore* appellant. Nam huius sive Callicratis, sive Callippi fratrem *Philostratum*, vel, ut vulgo legitur, *Philocratem* noster vocat, infra cap. 9, 1. *Bosius*. Leid. *Chalycrates*. Voss. A. *Chalicrates*. Vid. Not. post. Torr. ad Val. Maxim. Lib. III. cap. 8. num. 80. et Bosium ad Timol. cap. 2. [Ult. ad nomen *Callicrates* in margine addit:

tes quidam, civis Atheniensis, qui simul cum eo ex Peloponneso in Siciliam venerat, homo et callidus et ad fraudem acutus, sine ulla religione ac fide, adit ad Dionem, et ait: eum [in] magno periculo esse 2
propter offensionem populi et odium militum, quod nullo modo evitare posset, nisi alicui suorum negotium daret, qui se simularet illi inimicum. Quem si invenisset idoneum, facile omnium animos cogniturum, adversariosque sublaturum, quod inimici ejus dissidenti suos sensus aperturi forent. Tali consilio probato ex- 3
cepit has partes ipse Callicrates, et se armat impru-

*A Plutarcho, Dio. Plet. Athe. Sui. Callippus dicitur.* Pro *adit* Ax. Ult. *adiit.*]

*Civis Atheniensis, qui simul cum eo ex Peloponneso venerat*] Sic et *Plutarchus* p. 981. et *Plato epist.* 7. etsi nomen ejus fratrisque reticet. *Bosius.*

*Eum in mag. periculo esse*] MSS. Bavar. Boecl. et Ernst. aberat praepositio, quomodo et supra cap. 2, 4. ac alibi locutus. v. Ind. voce *esse.* mox Boecl. *et odio militum.* Ab ed. Longol. *tò et* aberat. *Bosius. In* abest etiam a Voss. B. et mox pro *odium, odio.* [Ult. cum reliquis Edd. *eum in magno periculo esse.* Gu. *eum magno in p. e.*]

*Illi inimicum*] *Illi* aberat Leid. sed vix potest abesse. *Bosius.* Agnoscit *illi* Leid. m. item Voss. A. B. [Gu. Ult.]

*Quem si invenisset idoneum, facile etc.*] Q. Edd. [Princeps, Paris. 1. Ald. et Lamb.] *qui se sim. illi inimicum, quem invenisset idoneum, facile omn. animos cogniturum, etc.* Unde (p. 318.) *Lambinus* cum Puteano malebat, *nisi alicui suorum negotium daret, quem inveniss. idoneum: qui se simul. illi inimicum: sic omn. an. fac. cogniturum.* Turbas has dedit omissa in quibusdam libris particula *si:* quae si retineatur, omnia plana sunt. *Bosius.* [Particulam addunt Leid. 1. Gu. Ult.]

*Facile omnium animos cogniturum*] Non admodum dissimili arte usus Augustus apud *Suetonium* cap. 15. et Latinus Latiaris apud *Tacitum* 4. *Ann.* 68. et 69. Eadem fraude periit Datames, infra 14, 10. et 11. *Bos.*

*Dissidenti*] Dan. *dissidentis.* An fuit, *quod inimico ejus dissidentes suos sensus apert. forent.* Bosius. Pro *quod* Leid. *qui.* Pro *dissidenti* Leid. [Gu.] et Voss. B. *dissidentis.* [Ult. *dissidentes.*]

*Excipit has partes Callicrates*] Hunc actum veluti Persona egregie sustinere gnara in se transfert. Elegans tralatio non *ab iis, qui pilam aut aliquid simile traditum excipiunt,* prout docet Lambinus; sed a scena sive histrionibus, quorum hae vel illae sunt partes, et hic vel ille hujus vel istius ὑποκειμένυ partes excipit atque agit. Valer. Max. v. cap. III. 4. *Impetratis detestabilis ministerii partibus.* Conjungit crebro Cicero *Personam* et *Partes.* ut pro Archia: *Nisi hanc personam et has partes possem sustinere.* Et ut heic Nepos *excipere partes,* ita ille *suscipere* dicit. Epistolis ad Fa-

4 dentia Dionis. Ad eum interficiendum socios conquirit, adversarios ejus convenit, conjurationem confirmat. Res, multis consciis, quae gereretur, elata defertur ad Aristomachen, sororem Dionis, uxoremque Areten. Illae timore perterritae conveniunt, cujus de periculo

miliares: *De me autem suscipe paullisper partes meas, et eum te esse finge, qui ego sum.* Et in Verrem: *Cum tuas partes suscipio, cur tuum onus sustineo?* Gebhardus. Leid. m. *excepit*, item Voss. A. B. Eandem temporis enallagen invenimus in MSS. Leid. et Voss. A. C. Miltiad. cap. 8. num. 3. *Non erat enim vi consecutus, sed suorum voluntate, eamque potestatem bonitate retinebat.* Sic cap. 9. n. 4. hujus vitae *elegit* quidem retineri potest, assentiente etiam Cod. meo Leidensi, licet statim sequatur *hisque dat negotium.* in Timotheo c. 3. e Cod. P. Dan. et Voss. A. *se recipit, literasque Athenas publice misit.* De hac elegantia Cortius ad Sallust. Catil. cap. 12. num. 1. et Th. Wopkens Lib. 3. Lect. Tullian. cap. 7. pag. 279. Hinc Nepoti restitui *excepit.* [Ita et Gu. Ult. cum reliquis ante Lambin. Editis. Lambinus: *excipit*, quod Harlesius Bremiusque praeferunt. Pro *interficiendum* Gu. *interficiundum.*]

*Conjurationem*] Exc. Dan. et aliquot edd. *conjuratione*: quod *Lambin.* exponebat συνωμοσίᾳ, jurejurando communi. Est sane eum in modum loquutus alibi Noster, cum *confirmare exercitum* dixit 17, 2, 5. *confirmare insulas* 5, 2, 4. *confirmare fide* 6, 1, 5. Nihilo tamen secius alterum praefero. Dictum vero ut *confirmare amicitiam, pacem*, et apud Nostrum 23, 1, 3. *confirmare odium.* Bosius. Leid. m. *conjuratione.* Hanc lectionem praefert Cortius ad Sallust. Jug. XLV. 17. [*Conjuratione* etiam Gu. Ed. princeps, utraque Paris. Ald. et Lamb. sed Ed. Longol. et Ult. *conjurationem*, quod Bosius jure praefert.]

*Res multis consciis*] *Plutarchus: ὄντων δὲ πλειόνων ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆς πράξεως. Bosius.*

*Elata*] Caes. lib. 1. de B. G. cap. 46. *Posteaquam in vulgus militum elatum est, qua arrogantia in colloquio Ariovistus usus.* Gebh. Pro *refertur* Leid. et (p. 319.) Voss. A. B. [Gu. Ax. Ed. Arg. Ult. Long.] *defertur. Deferre* et *referre* saepius in MSS. confunduntur, ut in Timotheo etiam videbimus cap. 1. num. 3. et in Sallustio Jugurth. c. 12. in fine. Quid? si hic legamus *defertur.* Sic Livius Lib. 2. cap. 4. *Postquam datas sensit, rem ad consules detulit.* Justinus Lib. 43. c. 4. *Ille rem statim ad magistratus defert.* Adde Burm. ad Ovidium Lib. 3. Art. Am. vs. 700.

*Conveniunt*] Subaudi *eum.* Similis ellipsis mox cap. 9, 5. *miseranda vita*, sub. *eorum.* Adde Ind. v. *Ellipsis.* Hujus rei ignoratione factum credo, ut pro *cujus*, quod in melioribus libris legitur, alii reponerent, *quod ejus.* Bosius. Hujusmodi ellipticae locutiones Nostro sunt propriae. Sic in Themistocle cap. 9. *Quod aetate proximus erat, qui illorum temporum historiam reliquerunt.* Vide et ad cap. 9. n. 5. hujus vitae. Sed ne plura addam, consule, Lector, J. Fr. Gronovium ad Livium Lib. 6. cap. 4. Burm. ad Phaedrum Lib. 3. fab. 2. vs. 17. Cort. ad Sallust. Catilin. cap. 13. num. 2. et

timebant. At ille negat, a Callicrate fieri sibi insidias, sed illa, quae agerentur, fieri praecepto suo. Mulieres nihilo secius Callicratem in aedem Proserpinae deducunt, ac jurare cogunt, *nihil ab illo periculi fore Dioni*. Ille hac religione non modo non deterritus, sed ad maturandum concitatus est, verens, ne prius consilium aperiretur suum, quam conata perfecisset.

Th. Wopkens Lib. 2. Lect. Tullian. cap. 10. pag. 181. De similibus ad Alcibiad. cap. 9. egimus. [Ed. Longol. *quod ejus de p. t.* sed etiam Ax. Gu. Ult. *cujus de p. t.*]

*Negat a Callicr. fieri sibi insidias*] Aliter *Plutarchus in Apophtegmatis:* eum noluiſſe inquirere, quod diceret, moriendum potius eſſe, quam vivendum, ubi non ab hoſtibus modo, sed etiam ab amicis eſſet cavendum. Id quod etiam in *vita Dionis* innuit, cauſſamque fuiſſe conjicit, quod necem Heraclidis, ut aliquam vitae suae adspersam labem, moleſte ferret. Adde *Valerium Max.* 3, 8. *ext.* 6. Boſius.

*Agerentur*] Ms. Boecl. *gererentur.* bene. sic paullo ante: *res multis consciis, quae gereretur.* Occaſionem corruptelae praebere potuit, quod errore librarii in aliquo codice ſcriptum eſſet *gerentur.* Unde alii fecerunt *agerentur.* Boſius. Leid. m. *agerentur*, item Voſſ. A. [Gu. Ult.] sed B. *gererentur.*

*Jurare cogunt*] Magno, ut vocabatur, jurejurando praeſtito: quod quo ritu fieret, docet *Plutarchus* pag. 982. qui addit Callippum adiiſſe ipſas, et rem inficiantem obtuliſſe fidem, quam ipsae vellent. *Bosius.*

*Nihil ab illo periculi fore Dioni*] Msc. *nunquid a. i. p. fore D.* Fortaſſe leg. *foret.* Boeclerus.

*Ab incepto*] Aberat Ms. Leid. et Boecl. *Bosius.* Agnoscit tamen Leid. meus, sed abeſt Vossianis A. B. pro *non deterritus* idem B. *non est deterritus.* Heusinger. edidit *consilium aperiretur suum*, non male. [Ax. Gu. *non modo non est deterritus.* Etiam in Ult. reliquisque ante Lamb. editis verba *ab incepto*, a Lambino addita, omittuntur. Itaque hic etiam Codd. auctoritatem sequendam duxi. Tum Ed. Boecler. et Bos. *consilium suum aperiretur*, sed Ax. Gu. Ult. ceterique editi *consilium aperiretur suum.*]

## CAP. IX.

1 Hac mente proximo die festo, quum a conventu se remotum Dion domi teneret, atque in conclavi edito recubuisset, consciis loca munitiora oppidi

(p. 320.) *Die festo*] *Ev τοῖς Κορείοις*, festo Proserpinae, (de quo *Meursius Graeciae feriatae* lib. 4.) ejus scilicet deae, per quam juraverat. Quem diem caedi singulari consilio destinarat, fortassis, ut appareret, quanti religionem faceret. Auctor *Plutarchus* pag. 982. Apti autem caedibus Principum dies festi. Sic ipso festo Nativitatis Domini Leo Armenius a Conjuratis interfectus est, ut narrant *Zonaras*, *Cedrenus*, et prolixe *Genesius*, Graecus Scriptor hujusque ineditus, a nobis aliquando, si Deus vitam ac subsidia necessaria concesserit, publicandus, extremo libro 1. *βασιλειῶν*. *Bosius*.

*In conclavi edito*] *Alto*, *sublimi*. Tacit. 6. Annal. cap. 21. *Quoties super negotio consultaret, edita domus parte ac liberti unius conscientia utebatur*. Gebhardus. Solebant veteres, cum vacare precibus, aut sine arbitris agere vellent, in editum locum ascendere, vel etiam huic rei peculiare conclave in superiori parte domus habere. De Augusto Suetonius c. 72. *Si quando quid secreto aut sine interpellatione agere proposuisset, erat illi locus in edito singularis*. De Tiberio Tacitus 6. Ann. 21. 1. *Quoties super negotio consultaret, edita domus parte utebatur*. Ceterum *Plutarchus* ait, Dionem *ἐν οἰκήματι κλίνας τινὰς ἔχοντι* cum amicis consedisse. *Bosius*. Ego nunc cum Heusingero *se remotum* edidi, licet *remotum se* nec Nepote indignum, nec codicibus patronis careat, ut taceam de Lambino et Bosio, qui illam lectionem praetulerunt. [*Remotum se* a Lambino est, antiquiores cum Axen. [Gu. Ult.] *se remotum*. Heusinger.]

*Consciis loca munitiora oppidi tradit, etc.*] Vulgo sic editur hic locus: *consciis loca munitiora oppidi tradidit, domum custodibus sepsit, a foribus qui non discederent, certos praefecit; navem triremem armatis ornat, Philocratique fratri suo tradit*. Sed *Lambino* videbatur hoc potius ordine legendus: *domum custodibus sepsisset, certos praefecisset, a foribus qui non discederent; consciis loca munitiora oppidi tradit, navem triremem armatis ornat, etc.* Namque et *Plutarchi*, inquit, verba hoc significant, Dionem custodibus domum sepsisse, certos praefecisse, qui a foribus et fenestris non discederent: et ipsius Cornelii infra v. 6. *Namque illi ipsi custodes si propitia fuissent voluntate, etc.* *Tradit* autem, nempe Callicrates. Atque hoc ait et *Cl. Puteano* venisse in mentem. Miror profecto utriusque *ἀβλεψίαν*. Quid enim clarius, quam *Plutarchum* tradere, eos, qui domum cinxere, foribusque et fenestris adstitere, e conjuratis fuisse, nec a Dione praefectos, sed de Callippi sententia eo se contulisse? *Ὄντων δὲ*, inquit, *πλειόνων ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆς πράξε-*

tradit, domum custodiis sepit, a foribus qui non discedant, certos praeficit; navem triremem armatis or-

os, οἱ μὲν ἔξω τὴν οἰκίαν περιέστησαν, οἱ δὲ πρὸς ταῖς θύραις τῶ οἴκω καὶ ταῖς θυρίσιν ἦσαν. Praeterea quis non videt, haec omnia, ut vulgo leguntur, de Philostrato accipi posse, immo debere? Nihil igitur in ordine verborum, nec in verbis ipsis prioribus quicquam eo, quo *Lambinus* vult, modo mutandum est. Alia tamen ratione corrigenda fuere, ut sibi invicem responderent. Id quod scriptorum codicum auctoritate feci: ut e sequentibus apparebit. *Bosius.*

*Conscìis*] Boecl. et Leid. [Gu. Ax. Ult.] addunt *facinoris*. Sed vereor, ne glossema sit. Supra cap. 8, 4. *Res, multis consciis, quae gereretur.* Bosius. Leid. meus *cum sociis*. Voss. A. *consociis*. B. *consciis*.

*Tradit*] Sic Dan. et Boecl. et mox *sepit* Dan. et Leid. *Bosius. Tradit* etiam Leid. m. Pro *custodibus* Voss. B. *custodiis*. [Ax. non solum *sepsit*, sed mox etiam *f. s. tradidit*, quamquam his interpositum habet *praeficit*. Mosche. Leid. 1. Gu. Ult. *opp. tradit*. Gu. *sepsit*. Ult. *sepit*. Tum etiam Boecl. Ult. *custodiis*. Bene. Alterum a glossa esse, manifestum est.]

*A foribus qui non discedant*] Ita recte Dan. et Boecl. pro eo, quod vulgo est *discederent*, vel *discedebant*. In Cod. Boecl. etiam diserte fuit *praeficit*. Bos. *Discedant* etiam Leid. m. et Voss. A. B. Pro *certos* Voss. B. *ceteros*. Et pro *praefecit*, *praeficit*. Miror, Heusingerum, ad minima attendere solitum, hic edidisse *a foribus, qui non discedant, certos praeficit*, quum edendum sit *a foribus qui non discedant, certos praeficit*. Nam *a foribus* conjungendum cum *non discedant*, non vero cum *praeficit*. [Gu. Ult. *discedant* et *praeficit*. In ultima Boecl. edit. praepositio *a* omissa est.]

*Navem triremem armatis ornat*] Ms. Boecl. una voce auctius: *navem armatam triremes armatis ornat*. Quae vox si recipienda, navem *armatam* vocat, instrumentis et apparatu nautico instructam, ac navigationi paratam. Caesar B. G. 3, 13. *Ipsorum* (Venetorum) *naves ad hunc modum factae armataeque erant. Carinae aliquanto planiores, etc. anchorae, pro funibus, ferreis catenis revinctae; pelles pro velis, etc.* Nam *arma* dicta instrumenta nautica, quae et *armamenta*, ac Graecis ὅπλα. Unde easdem naves Caesar cap. 14. *omni genere* armorum *ornatissimas*; et Lucretius 2, 24. *classem ornatam armis* dixit. Vide eruditiss. *Schefferum* nostrum *de Militia navali veter.* 1, 4. et *in Addendis ad* 2, 5. pag. 333. *Bosius.* Vossian. B. *Navem armatam triremes armatis ornat. Arma* pro instrumentis nauticis saepissime posuere. Vide Servium ad Virg. 1. Aen. vs. 187. unde *armare classem*. Idem lib. 4. Aen. vs. 299. Adde cl. Burm. ad Ovidium lib. 2. Art. Amat. vs. 50. Hinc Plinius L. VII. c. 37. sect. 38. vocat *armamentarium navium*. ubi Hard. ἐφοπλίσασθαι de navis armatura, sive pro constituere, praeparare necessaria navi, dixit Apoll. Rhod. lib. 1. Argon. vs. 332. pro quo ἐγκοσμεῖν τὰ τεύχεα νηΐ μελαίνῃ dixerat Homerus Odyss. O. vs. 218. ubi vide Scholia: ita ἔντεα νηὸς vocantur navis armamenta, unde et pro ipsa navi. Vide Schol. Pindari O. Nem. 4. vs. 15. et ἐντύνειν pro instruere, armare

2 nat, Philostratoque fratri suo tradit, eamque in portu agitari jubet, ut si exercere remiges vellet, cogitans, si forte consiliis obstitisset fortuna, ut haberet, quo
3 fugeret ad salutem. Suorum autem e numero Zacyn-

navim. Apollon. Rhod. 1. Argon. vs. 235. quomodo et ἡ σκευὴ de navis armamentis dicitur. Vide Elsner. ad Acta Apost. c. 27. vs. 19. unde et ipse Thucydides ἐπισκευάζειν pro naves necessariis armis sive armamentis instruere adhibuit Lib. 1. c. 29. lin. 14. ibi enim Graecus interpres recte a Grammio refutatur. Quo sensu Lucianus Lib. 2. V. H. p. m. 745. τὴν ναῦν ἘΠΕΣΚΕΥΆΖΟΜΕΝ ὕδωρ τε ὡς ὅτι πλεῖσον ἐμβαλλόμενοι, καὶ τἄλλα ἐπιτήδεια. Quae omnia e re militari sunt desumpta. Pro *ornat* Boeclerus conjicit legendum *onerat*. *ornare* saepius cum *onerare*, *armare* confunditur. Vide Nob. Heins. et cl. Burm. ad Ovid. Ep. 9. Heroid. vs. 103. Attamen nondum adduci possum, ut vulgatam lectionem rejiciam, omnium librorum auctoritate firmatam. Ut hic *armatis ornat*, ita *armatis invaderet* dixit Justinus Lib. 43. c. 4. subintelligenda ibi praepositio *cum*, saepius in talibus omitti solita. Vide J. Perizon. ad Sanctii Minerv. Lib. 4. cap. 6. num. 18. et Graevium ad Ciceron. Lib. 4. ad Attic. Ep. 3. p. 367. Quibus adde cl. Dorpium cap. xv. Obs. (p. 322.) pag. 144. per *armatos* intellige milites. v. not. post. [Ax. etiam *Navem armatam triremes armatis ornat*. Haec lectio mihi quidem indicare videtur, neutrum, neque *armatam* neque *armatis*, ab auctore esse profectum. *Ornat* sive glossa addita sive errore scribentis admisso transiit in *armat*, quod receptum variisque modis mutatum mox *armatis*, mox *armatum* factum videtur; Axenianus utrumque exhibet. Hinc legendum puto: *navem triremem ornat*. Quod profecto multo aptius dicitur, quam *armatis ornat*. *Armatis* enim quid opus erat ad fugam capessendam? Ad hanc enim longe alia erant providenda, praeterea quod *armati*, navigio impositi, omnem rem non poterant non reddere suspiciosam. *Mosche*.]

*Philostratoque*] Ita hoc nomen scriptum fuit in MSS. Dan. Boecler. et quos *Schottus* inspexit. Et fuit sane Athenis, unde hi duo fratres orti, frequens. Tres enim hoc nomine Sophistas Athenienses *Suidas* memorat. Vulgo erat *Philocrati* vel *Philocrato*. Mox Boecl. *tradidit*, facili errore ex soni affinitate. *Bosius*. Leid. m. item Voss. A. [Ax. Gu.] *Philostratoque*. Voss. B. *Philostratosque*. Pro *si forte consiliis obst*. Leid. *si a consiliis obst*. [Gu. Ult. *tradit*.]

*Qua fugeret*] Ita Cod. Dan. Subaudiendum est *navi*, vel aliquid simile. Vulgati: *quo*. quod non bene congruit illis *ad salutem*. Bosius. Mei tamen Codices *quo*. [Item Ax. Gu. sed Ult. *qua*. Illud merito a Viris Doctis revocatum est. Caesar, ab Heusingero laudatus, B. Gall. 3, 3. *Ut iisdem itineribus, quibus eo pervenissent, ad salutem contenderent*. Ult. *Philostrato*, omissa copula, et in margine: *Al. Philocrato*. Eadem *Zacynthinos*, et ad marginem: *Fort. Zacynthios, ut Corinthios*. Gu. *Zaguntinos*.]

*Zacynthios adolescentes*] Ζακυνθίυς etiam *Plutarchus*. Ζακυνθίυς μισθοφόρυς *Diod*. vocat. Eosque haud dubie Dion e

thios adolescentes quosdam eligit, cum audacissimos, tum viribus maximis, hisque dat negotium, [ut] ad Dionem eant inermes, sic ut conveniendi ejus gratia viderentur venire. Hi propter notitiam sunt intromissi. At illi, ut limen ejus intrarunt, foribus obseratis in 4

Zacyntho adduxerat. In ea enim Insula, ut iidem scriptores tradunt, milites congregavit, ac inde in Siciliam trajecit. Fruſtra igitur sunt, qui *Sagunthinos* reponi volunt. Nam, quod in quibusd. Mſſ. inventum eſt *Saguntinos*, a librariis eſt, quibus ex hiſtoria Romana notiores *Saguntini*, quam *Zacynthii*: *Saguntios* autem, quod in Dan. fuit, a vera lectione parum diſtat. *Bosius*. Leid. m. *Zagunthinos*, et Voſſ. A. sed B. *Zachyntinos*. Oxon. *Saguntinos*. *Zacynthios* legendum. Hi erant in genere homines ſtrenui. Nam bello Peloponneſiaco Spartani, eorumque socii eam inſulam obsidentes, infectis rebus domum redierunt, quia ejus incolae ſeſe dedere noluerunt, ut narrat Thucydides Lib. II. cap. 66. qui situm hujus inſulae deſcribit. item Diodor. Sicul. Lib. XVI. cap. 6. de Dione agens *ἐξέπλευσεν ἐκ Ζακύνθου, τῆς πρὸς Κεφαλληνίαν*. et poſt eos Strabo Lib. 10. pag. 702. et Lib. XVII. pag. 1193. Hi Zacynthii, (teſte Plutarcho pag. 967.) de quibus hic agit Nepos, *γνώριμοι πάντες ἐκ πολλῶν καὶ μεγάλων στρατειῶν, καὶ τοῖς σώμασιν ἠσκημένοι διαφερόντως, ἐμπειρίᾳ δὲ καὶ τόλμῃ πολὺ πάντων κράτιστοι, καὶ δυνάμενοι πλῆθος ὅσον ἤλπιζεν ἐν Σικελίᾳ Δίων, ὑπεκκαῦσαι, καὶ συνεξορμῆσαι πρὸς ἀλκήν*. Hi jam, ut Plut. in Dione pag. 983. *παρῆλθον ἄνευ ξιφῶν ἐν τοῖς χιτῶσιν*, quos recte Nepos *inermes* vocat, e quibus uni a Lycone Syracuſano per feneſtram porrectus fuit pugio, quo inſtar victimae Dionem jugulaverunt. Ex hac Zacyntho solverat Dion, *οὐδὲν διαταραχθεὶς ἐκλιπούσης τῆς Σελήνης, καὶ κατασχὼν ἐν Συρακούσαις, ἐξέβαλε τὸν τύραννον*, teſte Plut. in Nicia p. 539. Interea nesciit, quanta monſtra in suam perniciem secum adduxerit, uti ex h. l. patet.

*Eligit*] Sic reſcripsi e Ms. Boecl. Et sequitur ſtatim: *hisque dat negotium. ut* aberat eodem Boecl. et Leid. E quo poſteriore et *sic uti* repoſui, cum vulgo legatur *sic ut*. *Lambinus* mallet *ut si*: nil tamen mutat. Neque opus eſt. *Bosius*. Voſſian. A. B. *eligit*. sed Leid. *elegit*. Vide ad cap. 8. num. 2. *ut* abeſt et a Leid. m. item Voſſ. A. B. [Ax. Gu. sed eſt in Ult. reliquisque Editis.] pro *eant* B. *erant*. Jam saepius vidimus *ut* in Mſſ. desiderari, cujus Ellipſios elegantiam satis ad Miltiad. monstravimus. Denique Leid. *conven. ejus gratia*. [Atque ita omnes libri, praeter Ed. Stephan. Gebh. et Keuch. a quibus *ejus* abeſt. *Eligit* etiam Gu. sed Ult. *elegit*. Pro *cum audac.* Ax. Ult. *tum aud.* In utroque hoc libro, ut in Gu. omnibusque ante Bos. Editis *sic ut* legitur, quod reſtitui, cum nusquam Cornelius altera forma uſus sit. Nam et 18, 13, 1. *ut*, et 21, 1, 2. *sicut* in plurimis optimisque libris reperitur.]

(p. 323.) *Intrarunt*] Dan. *intrarant*. Bosius. Leid. et Voſſ. B. *intrarunt*. A. *intrarant*, sed supra notatum erat *intrarunt*. [*Intrarant* etiam Gu. Ult. Ab hac editione praeterea *ejus* poſt *li-*

[redacted]



lecto cubantem invadunt, colligant; fit strepitus, adeo
5 ut exaudiri posset foris. Hic, sicut ante saepe dictum est, quam invisa sit singularis potentia, et miseranda vita, qui se metui quam amari malunt, cui-
6 vis facile intellectu fuit. Namque illi ipsi custodes, si propitia fuissent voluntate, foribus effractis servare eum potuissent, quod illi inermes, telum foris flagi-

*men* abest. Mox Gu. *possit*, ut Ed. Long. et Mag.]

*Foribus obseratis*] Eos, qui foris erant, attraxisse et continuisse fores, ait *Plutarchus*: *οἱ μὲν ἔξω ἐπισπασάμενοι τὰς θύρας κατεῖχον. Bosius.*

*Colligant*] *Plutarchus*: *κατέχειν ἐπειρῶντο καὶ συντρίβειν* (seu ut non male *Lambinus*, *συνθλίβειν*) *αὐτόν. Bosius.*

*Sicut ante*] *Saepe* addunt q. edd. *Bosius*. Abest vox *saepe* a Voss. B. [Boecl. Axen. et ab Ed. Boecler. Bosiana eamque insecutis, sed exstat in Gu. Ed. Ult. et ceteris ante Boecler. omnibus, ut ab Auctore ipso profectam esse appareat. Quid inde colligi possit, supra in adnotationibus nostris ad Voss. de Histor. lat. 1, 14. docuimus.]

*Singularis potentia*] Etiam ex hoc loco licet intelligere, hujus libri auctorem non vixisse aetate Theodosii, neque omnino ullius superiorum Imperatorum, sed in libertate fuisse educatum, et tyrannidi ac regiae potestati fuisse inimicum acerrimum. *Lambinus*. Sententiae Lambini non subscribo, nam sane vixit Nepos tempore Julii Caesaris nec non Augusti. Hoc patet ex vita Attici, cujus genuinum auctorem Nepotem praeter alios recte vocat G. I. Vossius Lib. IV. De Histor. Graec. cap. 1. pag. 429. Sed Nepos, licet ejus aetas in Caesaris et Augusti tempora inciderit, libertatis tamen, quamvis sua jam aetate sublatae, perseveravit esse studiosissimus, ac regiae sive imperatoriae potestati inimicissimus, neque ex animi sententia loqui dubitavit. Caeterum dictionis hujus elegantiam puro Scriptore dignam observavit cl. Ruhnkenius ad P. Rutilium Lupum Lib. 2. Sect. 2. p. 80. [Otiosa omnis haec contra Lambinum disputatio est. Cornelium libera Republica natum, sed ab eodem Augustum imperantem visum fuisse, certis cum Cornelii ipsius tum aliorum Scriptorum testimoniis constat.]

*Miseranda vita, qui se metui quam amari malunt*] Pertinet huc illud dirum et abominandum: *Oderint, dum metuant*, Sullano seculo scriptum, ut Seneca Lib. 1. de ira cap. 16. ait. ubi vide Interpretes. *Ernstius*. Ellipsis, ut supra cap. 8, 4. *Bosius*. Voss. B. pro *qui se*, *quae*. Juvenes legant in hanc sententiam egregie scripta a Plutarcho ad Princip. indoct. pag. 781. [Ax. *que se metui*. Habet igitur *se*; *e* autem errore satis frequenti pro *i* scriptum est. Convenit itaque cum Voss. B. qui profecto non tam *quae*, sed *que* exhibet. *Mosche*.]

*Cuivis fac. int. f.*] Sic Mss. meliores, corrupte Longolius: *cujus fac. intellectu fuit*. Bosius.

*Propitia*] Cod. Dan. *propria*. Ut propria voluntas sit dedita (p. 324.) et non alienata. *Gebhardus*. *Propitia*, i. e. placata, non irata, pia. Terent. Adelph. 1, 1, 6. *parentes propitii*. Lam-

tantes, vivum tenebant. Cui quum succurreret nemo, Lyco quidam Syracusanus per fenestras gladium dedit, quo Dion interfectus est.

binus. Pro *fuissent* Voss. A. *fuisset.* [*Propria* etiam Ult. sed Gu. *propitia*, unde alterum scribendi compendio ortum videtur. Ed. Ald. habet *propiore*, Longolius, quem reliqui secuti sunt, *propitia*, hac addita nota: *Aliud exemplar* propitia pronaque *habet.*]

*Lyco*] *Λύκων Plutarcho.* Itaque mera librarii aberratio est; quod in Dan. fuit *Lygo.* Bosius. Voss. A. et Leid. *Lygo*, sed B. *Ligo.* In not. post. scripsi h. l. *Dionis amici postea a Dionysio torti et necati sunt.* v. *Plut. de Amic. Mult.* pag. 96. Sed hoc notare debueram ad caput quartum hujus vitae. [Ax. *Cui cum nemo succurreret*, ordine satis commodo. *Mosche. Lygo* etiam Gu. Ult. et haec ad marginem: *Apud Plutarchum est Λύκων.*]

## CAP. X.

Confecta caede, quum multitudo visendi gratia introisset, nonnulli ab insciis pro noxiis conciduntur. 1 Nam celeri rumore dilato, Dioni vim allatam, multi concurrerant, quibus tale facinus displicebat. Hi, falsa

*Dilato*] Flacc. Lib. 1. Argon. vers. 753.

— *Regemque fragor per moenia* differt
*Mille ciere viros, et jam dare jussa vocatis.*

Apul. Lib. 5. Metam. *sat est, quod ipsae videmus, quae vidisse poenituit, nedum ut genitoribus et omnibus populis tam beatum ejus* differamus *praeconium.* Gebhard. Dissipato: sic a. legendum, non *delato.* Lambinus. Vid. Ind. *Bosius.* Pro *introiisset* [quod et in Ed. Ult. et Keuchen. est, Ax. Gu.] Voss. A. B. *introisset.* Pro *dilato* Leid. [Gu.] Voss. A. et B. *delato. De* et *di* centies in compositis confunduntur a librariis, ut in *demittere, dimittere, dejicere, disjicere, deripere, diripere* et similibus. vide, praeter plures alios, etiam cl. Munck. ad Hyginum fab. 59. itaque solenni variatione *deferre* hic confunditur cum *differre.* at hic *dilato* retinendum. *Differre* enim notat spargere, dissipare per omnes vicos. Vide Schopp. ad Phaedr. Lib. 2. fab. 5. v. 11. Interpretes ad Iustinum Lib. 6. cap. 11. Passerat. ad Propert. 1, 4, 21. et cl. Burm. ad Valer. Flaccum L. 1. Argon. vs. 753. *Deferre* vero notat rem vel clanculum auditam, vel jam dissipatam alteri, et praesertim iis, quorum scire interest, indicare. Livius Lib. 2. cap. 37. *Consules quum ad Pa-*

[redacted]



suspicione ducti, immerentes ut sceleratos occidunt.
2 Hujus de morte ut palam factum est, mirabiliter vulgi mutata est voluntas. Nam qui vivum eum tyrannum vocitarant, iidem liberatorem patriae tyrannique expul-
3 sorem praedicabant. Sic subito misericordia odio suc-

*tres rem dubiam sub auctore certo* detulissent. Lib. 3. cap. 4. *Nec dum matura re*, *quum defectionem parari* delatum *ad senatum esset*. Noster in Themist. c. 7. *Apud eos contendit*, *falsa his esse* delata. Vide ad cap. 8. n. 4. hujus vitae.

*Immerentes*] Alii addunt *inermes*. Sed illud tribus MSS. abesse, (p. 325.) ait *Schottus*, nec fuit in Dan. Leid. Boecl. De re ipsa nihil *Plutarchus*. Bosius. Voss. A. *irruentes*. [Edd. omnes ante Boecler. novissime Titzius, habent: *immerentes inermes ut sceleratos occidunt*, sed vocem *inermes* etiam Ax. Gu. Ult. excludunt, fortassis invito Auctore.]

*Mirabiliter*] Est vocabulum aevi Ciceroniani proprium. *Ernstius*.

*Mutata*] Sic libri meliores. Lambinus edidit: *immutata*. Bosius. Leid. Voss. A. B. *mutata*. [Ita et Leid. 1. Ax. Ult. In Gu. est *facta*, et supra scriptum *multata*.]

*Nam qui vivum eum tyrannum vocitarant*, *eund. liberatorem patriae*, *etc.*] Neque de hoc quicquam *Plutarchus* et *Diodorus*, sed hic principatum excepisse Callippum ac per XIII. menses tenuisse; ille initio quidem, cum Dionem interfecisset, inclytum, et rerum summa Syracusis potitum, ait; sed paullo post poenas dedisse, eodemque, quo Dion, gladio interfectum. *Bosius*. Vide Wess. ad Diod. Sic. Lib. XVI. cap. 31. num. 27. Voss. B. pro *eundem*, *iidem*. [*Ita et Ax.* et Gu. in quo *eidem* scriptum est, ut supra 7, 4, 6. eamque lectionem recentiores Interpretes jure in textum receperunt. Ult. *eundem*, et *eum vivum* pro *vivum eum*. Mox eadem *subita*.]

*Si possent ab Acheronte redimere*] Transpositio non est inelegans, animadversa P. Danieli: *Ut eum suo sanguine ab Acheronte*, *si possent*, *cuperent redimere*. (quomodo et *Gifanius* e suo cod. laudat, *Ind. Lucret. v. Acheruns.*) Verum ista poenitentia sera plerumque magnos viros comitatur incassum, nonnunquam autem illorum posteritati et cognationi expedit. Infra 13, 4, 1. *Hujus post mortem cum populum judicii sui poeniteret*, *etc.* *Polyaenus* l. 5. in Gescone: τȣ́των πραχθέντων οἱ Καρχηδόνιοι πολλάκις ἡττώμενοι, καὶ ἁλῶναι κινδυνεύοντες μετέγνωσαν ἐπὶ τῇ τȣ̃ Γέσκωνος φυγῇ, καὶ τῇ ἀναιρέσει τȣ̃ Ἀμίλκȣ. Ἀλλὰ τὸν μὲν Ἀμίλκαν τεθνηκότα ȣ̉χ οἷόν τε ἦν ἀνακαλέσασθαι. Ubi ἀνακαλέσασθαι est revocare ab inferis. Vulcatius Gallicanus Avidio Cassio cap. 12. *Utinam possem multos etiam ab inferis excitare*. Ex Cicerone pro M. Marcello: *Non dubito*, *quin multos*, *si fieri posset*, *et Caesar ab inferis excitaret*. At qui reducuntur, dicuntur ἀναδραμεῖν ἐξ ᾅδȣ. *Gebhard*. Transpositionem hanc confirmat Voss. A. [Gu.]

*Acheronte*] MS. Gif. [Gu.] *Acherunte*, ut apud *Lucretium* et *Plautum*. Bos.

cesserat, ut eum suo sanguine, si possent, ab Acheronte cuperent redimere. Itaque in urbe, celeberrimo 4

*In urbe celeberrimo loco elatus*] Observa conſuetudinem, ſepeliendi cadavera intra urbes. Timoleontis quoque corpus in Syracusarum foro sepultum fuit, ut *Plutarchus in Timoleontis vita* teſtatur. Legimus tamen apud *Ciceronem in Tuscul. quaest.* Archimedis sepulchrum fuiſſe ad Agragianas portas inter vepres, quod ille se inveniſſe gloriatur. Themiſtocles in foro Magnesiae sepultus fuit, ut *Plutarchus* scriptum reliquit. *Idem in Catone Uticensi*, Caepionem, Catonis fratrem, in foro Aeni Thraciae urbis sepultum ait. Sic et Publicolam Romae juxta Veliam (vide *in Publicolae vita*,) Syllam, et Juliam Pompeji uxorem, in Campo Martio. Lege *eundem in Sylla* et *Pompejo*. *Virgilius* libro XI. *Aeneidos*, sepeliendorum intra urbes cadaverum antiquam fuiſſe consuetudinem innuit his verſibus:

*Innumeras struxere pyras, et corpora partim*
*Multa virûm terrae infodiunt, avectaque partim*
*Finitimos tollunt in agros, urbique remittunt.*

(p. 326.) In quem locum *Servius* sic ait: URBIQUE REMITTUNT. *Deest*, UNICUIQUE: *et meminit antiquae consuetudinis: nam ante etiam homines in civitate sepeliebantur, quod postea Duellio consule Senatus prohibuit, et sanxit, ne quis in urbe sepeliretur. Unde Imperatores et virgines Vestae, quia legibus non tenerentur, in civitate habent sepulchra. Denique etiam nocentes virgines Vestae, licet vivae, tamen intra urbem in campo scelerato obruebantur.* Haec *Servius*. Sed ſuſpectus mihi eſt hic Servii locus, et errore non videtur vacare: nam quantum attinet ad Senatus conſultum, quo cautum dicit, *ne quis in urbe sepeliretur*: hoc non *Duellio consule* sed multo ante factum video. Nam *Duillius*, sive *Caeso Duillius*, una cum L. Papyrio Craſſo poſt defoſſam Veſtalem conſulatum obtinuit, ut *Livius* lib. 8. teſtatur, eo loci, ubi Auſonum bellum deſcribit. Prohibitum vero fuerat, in urbe sepelire, multo tempore ante, jure Decemvirali. Cicero L. 2. de Legibus: HOMINEM MORTUUM, *inquit Lex in duodecim tabulis*, IN URBE NE SEPELITO, NEVE URITO. *Credo, vel propter ignis periculum. Quod autem addit*, NEVE URITO, *indicat, non qui uratur sepeliri, sed qui humetur.* Hactenus *Cicero*. Quod jus XII. tabularum, sive Decemvirale, multis ante annis (ut apud eundem *Livium* libro 3. legere licet) Romae extabat. Retulit *Gellius* 20, 1. anno poſt Romam conditam CCCXII. tabulas compoſitas scriptasque fuiſſe. Etsi alii CCCII. scribant. Invenio tamen alium quendam Caesonem Duillium, a *Livio* citatum lib. 3. inter Decemviros, qui duas tabulas decem prioribus Decemvirorum tabulis addiderunt, connumerari: quem fortaſſe significare voluit *Servius*, cujus contextus corruptus sit. Superius libro 2. *Livius* meminit M. Duellii Tribuni. Campum sceleratum quem *Servius* intra urbem locat, *Livius* extra poſuiſſe videtur, sic inquiens de Veſtali: *Facto judicio, viva sub terram ad portam Collinam dextra via strata defossa Scelerato campo.* etc. Alii tamen *sceleratum campum*, intra portam Collinam (haec autem poſtea Salaria dicta eſt) agnoſ-

[redacted]



loco, elatus publice, sepulchri monumento donatus est. Diem obiit circiter annos quinquaginta quinque natus, quartum post annum, quam ex Peloponneso in Siciliam redierat.

cunt, quibus *Andreas Fulvius* lib. 1. *Antiq. urbis Rom.* aſtipulatur. Permiſſum fuiſſe quibusdam Romae sepeliri, et quam ob cauſam id liceret, dicit *Cicero loco citato*, et *Plutarchus in Publicola*, et *Problemate* 78. Quibus in locis *Plutarchus* id minime fuiſſe sua aetate servatum, dicit. Quare autem in urbibus antiqui cadavera sepeliri non permitterent, docemur in *Justiniani Imperatoris Codice*, sub titulo: *De relig. et sumpt. fun. Mortuorum.* Scilicet, ne sanctum municipiorum jus pollueretur, vel ne funcſtarentur sacra civitatis, ut inquit *Julius Paulus sententiarum lib. primo*, sub titulo *De sepulchris et lugendis.* Quamobrem Divus Hadrianus rescripto poenam ſtatuit aureorum quadraginta fisco inferendam, quae mulctari voluit tam eos, qui in urbe sepeliiſſent, quam magiſtratus, qui id fieri paterentur, locumque publicari, et corpus exhumari transferrique juſſit: ut *Ulpianus* auctor eſt l. 3. *ff. de sepulchro violato.* Quod autem mortuorum corpora, et reliquiae, sepulchraque polluere crederentur, haec sunt argumento. Ut retulit *Gellius* 10, 15. Flamen Dialis locum, in quo buſtum esset, nunquam ingrediebatur, mortuumque nunquam attingebat. Reliqui quoque homines, funus exsecuti, non sacrificabant. Auctor *Servius ad eum locum Virgilii* Aeneid. 11.

*Aeneas quamquam sociis dare tempus humandis*, etc.

Unde expiationis gratia (quod *Festus* scriptum reliquit) ignem supergrediebantur, aqua aspersi. Portae civitatis ab aliquibus sanctae habitae non sunt ea de cauſsa, quod per eas mortuorum cadavera efferrentur. *Plutarchus Problemate* 25. Mortuos mortuorumque oſſa, atque adeo sepul- (p. 327.) chra polluere, et Hebraei multo antiquiores censuerunt, ut *Numer.* 19. et *Haggei* 2. cernere eſt. *Hesiodus* quoque ex eadem ratione sepulchrum infame nuncupavit: sic enim inquit *in opera et die:*

*Μὴ δ' ἀπὸ δυσφήμοιο τάφυ ἀπονοςήσαντα*
*Σπερμαίνειν γενεὴν, ἀλλ' ἀθανάτων ἀπὸ δαιτός.*

Redeo ad superiora. *Strabo* lib. 10. intra Delon mortuos aut sepelire aut cremare, fas non fuiſſe literis prodidit. *Plutarchus in Arato Sicyonio* ait, intra Sicyonis moenia, veteri lege, cui et superſtitio accessiſſet, neminem humari licuiſſe, humatum vero fuiſſe intra urbem Arati cadaver Apollinis reſponso. *Servius Sulpitius* ad *Ciceronem* scribens libro 4. *epistolarum Ciceronis*, quae *familiares* inscribuntur, loquens de M. Marcello a P. Magio Chilone interfecto, Athenis quoque neminem humari potuiſſe demonſtrat. Scribunt nonnulli ideo extra moenia mortuos sepeliri, conſtruique sepulchra conſueviſſe, ut cives, si quando hoſtes adventaſſent, sepulchrorum cura et amore impulsi, prae timore, ne illa diruerentur, cadaveraque eruerentur, ad vim non solum a muris, sed etiam suburbiis, atque adeo agris ipsis propulſandam,

alacriores ardentioresque redderentur. Sed, quanquam apud Athenienses aliosque nonnullos Graecos hac fortasse ratione sepulchra in suburbiis agrisque constructa sunt: non ideo praedictae rationi locus negatur. Sane apud Lacedaemonios, religionis pollutionisque causa, intra urbem ante Lycurgi leges cadavera non fuisse sepulta, *Plutarchus in Lycurgo* demonstrat. Quam superstitionem ab eo sublatam *eodem loco* et *in Institutis Laconicis* testatur. *Magius*. Plura de hac re *Kirchmannus* l. 2. *de funerib. Rom.* cap. 20, 21, 25, 26. *Bosius*.

*Celeberrimo loco* ] In foro, ut suspicatur *Kirchmannus* 2. *de Fun. Rom.* 26. Nam et istic Graeci claros viros sepelire soliti sunt. *Loccenius*. *Lambinus* malebat, *in urbis celeberrimo loco.* sine caussa. *Bosius*.

*Elatus publice, sep. mon. don.* ] Sic *Lambinus* distinxit hunc locum. Malim tamen, ut est in vett. editionibus: *celeberr. loco elatus, publice sepulchri monum. don. est. Publice.* i. e. publico sumtu. Confer 3, 3, 3. et 20, 5, 4. *Bos.* Quam distinctionem etiam praefero: Dioni enim publicis sumptibus sepulchri monimentum exstructum est, quasi, dum pro patria pugnaretur, in bello caesus esset. Quem morem Athenis usitatum docet Scholiastes Aristophanis in Ranis vs. 426. vide not. post. [Lambini distinctionem recentiores Cornelii Interpretes recte praetulerunt. ]

*Sepulchri monumento*] *Lambinus* vocem *sepulchri* suppositam delendamque putat. Atqui sic et *Cicero* loquitur Tuscul. 1, 14. *Quid ipsa sepulchrorum monumenta, quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare?* Bosius. Pro *quam ex Peloponneso* Leid. *Qui ex Peloponneso.* Voss. A. B. *Pelopennesso.*

*Quartum post annum*, etc. ] Aristoteles Lib. v. Polit. cap. 10. pag. 406. *Διονύσιον δὲ Δίων στρατεύσας, κηδεστὴς ὤν, καὶ προσλαβὼν τὸν δῆμον, ἐκεῖνον ἐκβαλὼν, διεφθάρη.*

[redacted]



# XI. IPHICRATES.

## CAP. I.

1 IPHICRATES ATHENIENSIS non tam magnitu-

(p. 328.) De IPHICRATE vide *Aristotelem Rhetoricis*, *Diodorum Siculum* 13, 14, 15, 16. *Plutarchum* passim, *Xenophontem Histor. Graec.* *Aeschinem de falsa legatione*, et *in Ctesiphontem*, *Polyaenum* 3. *Athenaeum* 4. et 12. *Suidam*, *Frontinum* passim, *Justinum* 6, 5. Boecler. adde *Demosthenem Exord.* 50. *Orat. contra Midiam*, et *Orat. contra Aristocratem*. Bosius. Unde dicatur, docet Cael. Rhodigin. lib. 5. Lect. Ant. cap. 5. *Ernst.*

*Iphicrates* | Timothei filium facere videtur *Pausanias Boeoticis*: *Ἰφικράτης ὁ Τιμοθέου πέλτασὰς καὶ ἄλλην Ἀθηναίων ἔχων δύναμιν, ἐπιχειρεῖ τοῖς Θηβαίοις.* nisi tamen aliquid excidit, quo collegam vel successorem (nam utrumque verum) Timothei fuisse Iphicratem significetur. *Bos.* Leid. *Hiphicrates.* Initium hujus ita scribendum est: IPHICRATES ATHENIENSIS *Non tam magnitudine rerum gest. quam disc.* etc. consensu Codicum Mss. quorum nullus *τὸ genere* agnoscit, excogitatum a Longolio; a Lambino vero avide arreptum, et uberiore corruptionis indole propagatum. Nam quod Iphicratem putant fuisse sutoris filium, errant; quoniam nasum Atticum non intellexerunt. Quod aptos admodum calceos militi invenerit, inde forsan eo cavillo est aspersus. Diodorus lib. 15. *Τάς τε ὑποδύσεις τοῖς στρατιώταις εὐλύτους καὶ κούφας ἐποίησε, τοῖς μέχρι νῦν Ἰφικρατίδας ἀπ᾽ ἐκείνου καλουμένας.* *Gebhardus.* Ms. noster Codex me legere jubet, *non tam genere quam magnitudine rerum gestarum disciplinaque militari nobilitatus est.* Quae Schoppii conjecturam lib. 4. Veris. cap. 18. confirmant. *Ernst.* Sic MSS. Dan. [Gu. Ax. Ult.] Leid. Bavarici, et quos *Magius*, *Savaro*, *Schottus* inspexere: itemque nonnullae edd. vett. et ultima Boecleri. In [Ed. Lamb. et] aliis legitur: *non tam genere aut magnitud. rerum gest. quam disc. mil.* Vel, ut *Longolius* edidit, *non tam genere, quam magn. rerum gestarum, quam disciplina militari.* *Schoppius Verisimil.* 4, 18. legebat: *non tam genere, quam magn. rerum gest. et disc. mil.* Ampliss. vero *Ernstius* e suo codice: *non tam genere, quam magn. rerum gest. disciplinaque mil.* Sed *τὸ genere* jam *Magius* ac *Schottus* invitis libris nuper intrusum, *Gebhardus* a *Longolio* excogitatum, a *Lam-*

dine rerum gestarum, quam disciplina militari nobilitatus est. Fuit enim talis dux, ut non solum aetatis suae cum primis compararetur, sed ne de majoribus natu quidem quisquam anteponeretur. Multum vero in 2

*bino* avide arreptum, et uberiore corruptionis indole propagatum, cenſuerunt. nescio, quam bene. Certe in Ernſtiano codice fuiſſe videtur. Et vix dubito, scriptam lectionem sequutos, qui olim sic ediderunt. Praeterea subinde Noſter *genus* eorum, quorum vitas tradit, memorat. vide 1, 1, 1. 2, 1, 2. 7, 1, 2. 8, 1. 3. 10, 1, 1. 15, 2, 1. 18, 1, 2. 25, 1, 1. Denique non admodum claro fuiſſe genere Iphicratem, vel inde colligas quod (p. 329.) *Plutarchus in Apophthegmatis* eum contemtum fuiſſe ait, quod cerdonis (σκυτοτόμȣ) filius haberetur; cumque Harmodius, unus de prisci illius Harmodii poſteris, ei generis ignobilitatem exprobraret, reſpondiſſe: *Τὸ μὲν ἐμὸν ἀπ' ἐμȣ̃ γένος ἄρχεται, τὸ δὲ σὸν ἐν σοὶ παύεται.* Quare nolim pro certo affirmare, *τὸ genere* suppoſitum eſſe. Fortaſſis autem Nepos scripsit, *non tam genere, quam virtute, non tam magnitudine rerum gestarum, quam disc. mil. nobilitatus est*; illaque repetitio vocum *non tam* occaſionem praebuit, ut in aliis codicibus totum membrum prius, in aliis pars ejus a descriptoribus omitteretur. Sane *virtutem admirabilem* in eo fuiſſe, *Justinus* ait 6, 9, 3. Non pugnabo tamen, si quis plerorumque librorum scripturam praeferat. *Bos.*

*Quam disciplina militari*] *Justinus* 6, 5. *in Iphicrate* non solum *Imperatorias*, sed et *Oratorias artes fuisse* dicit: *viginti* vero *annos natum*, Imperatorem factum. *Plutarchus in Politicis* de Iphicrate, quod ad Oratoriam facultatem spectat, sic loquitur: *Iphicrates vero meditando declamandoque domi, plerisque audientibus, derisui habitus est. Nam etsi eloquens erat, beneque et apte orare sciebat, debuit tamen gloriam eam quaerere, quae republica pace et bello administranda comparari et gigni solet: caeterum ejuscemodi scholas et studia Rhetoribus et Sophistis concedere.* Haec *Plutarchus.* Hujus ſtrategemata legas apud *Frontinum* 1, 4, 7. 1, 5, 24. 1, 6, 3. 2, 1, 5. et 6. 2, 5, 42. 2, 12, 4. *Magius.* Adde 3, 12, 2. et 4, 7, 23. *Bosius.* De militari prudentia ejus haec addit Aeneas Poliorcet. cap. 24. *Ἰφικράτης δὲ ȣ̓δὲ τὸ αὐτὸ σύνθημα ἐκέλευε, τὸν περιοδόντε, καὶ φύλακα ἔχειν, ἀλλὰ ἕτερον ἑτέρῳ δεδόσθαι. ἵνα ὁ μὲν το πρῶτον ἐρωτηθεὶς ἀποκρίνηται ΣΕΥΣΣΩΤΗΡ, ἐὰν τȣ̃το ἔχων τύχῃ ὁ δ' ἂν ἐρωτηθεὶς, ΠΟΣΕΙΔΩΝ. ȣ̈τω γὰρ ἂν ἥκιςα σφάλλοιντο ὑπὸ τῶν πολεμίων, καὶ ἐξαυτομολοῖτο τὸ σύνθημα.* ubi vide Casaubonum, qui ad c. 27. de Iphicratis commento adverſus terrorem Panicum pluribus agit. pag. 1766, 1767. Schwebelius ad Onosandrum pag. 23. e Polyaeno Lib. III. cap. 9. et 10. profert prudens Iphicratis commentum, quo probatae virtutis viris conceſſit χιλιαρχίας, et ταξιαρχίας.

*Ut non solum aetatis suae cum primis compararetur, etc.*] Juſtinus 6, 5, 3. et 4. *Hujus adolescentis supra aetatem virtus admirabilis fuit: nec unquam ante eum Athenienses inter tot tantosque duces aut spei majoris, aut indolis maturioris imperatorem habuerunt.* Bosius.

[redacted]



bello est versatus; saepe exercitibus praefuit; nusquam culpa sua male rem gessit; semper consilio vicit, tantumque eo valuit, ut multa in re militari par-
3 tim nova attulerit, partim meliora fecerit. Namque ille pedestria arma mutavit, quum ante illum imperatorem maximis clypeis, brevibus hastis, minutis gladiis uterentur. Ille e contrario peltam pro parma fecit, (a quo [postea] πελτασαὶ pedites appellantur) ut ad

Pro *majoribus natu quidem* Voff. A. *majoribus quidem natu.*

*Versatus*] Sic Ed. ult. Boecl. Aliae pleraeque: *est versatus.* Et sic solet Nepos. *Bosius.* Bosio insurgit Heufingerus, scribens: *non Boecleri jussu, sed operarum vitio, verbum* EST *extritum puto, cum Cod. Ax. qui alter quasi est Boeclerianus, id cum editis omnibus incolume servet.* In Leid. legitur *est*, sed si *est* addendum eft, legi poteft *versatus est.* quia verba finita, quae sequuntur, ultimo loco sunt posita. ut in Ages. c. 3. num. 6. *Sic in Asia versatus est.* In Attico cap. 6. num. 1. *in Rep. ita versatus est.* ita habent Codices Leid. et Voff. A. C. quo- (p. 330.) rum collationes ab integro examinavi. [Gu. Ult. cum reliquis Edd. *est versatus.* v. ad 25, 6, 1.]

*Nusquam culpa male rem gessit*] Recte addidit *culpa*, quippe omnino nusquam male rem gessiffe, affirmare non poterat. nam aliquando victum, ἡττηθέντα, in locum afperum et plenum arboribus fugiffe, e *Polyaeno* l. 3. comm. 6. cognoscimus. In Aegypto quoque, sed Pharnabazi culpa, eum male rem gessiffe, *Diodorus* 15. docet. Denique quo tempore Lacedaemoniis subsidio adverfus Thebanos miffus eft, ab eo omnia partim temere, partim nullo cum fructu gefta effe refert, exemplisque declarat *Xenophon hist. Graec.* 6. *extr.* Bofius.

*Culpa sua*] *Sua* addunt Msc. Gif. et Ed. Longolii, sed ab aliis abeft. *Bosius.* uti a meis. [Item a Gu. Ult. sed recte Tzschuckius expellere nolit.]

*Semper consilio vicit*] Diodorus Lib. 13. *Οὗτος γὰρ παραδέδοται ϛρατηγικὴν τε ἀγχίνοιαν ἐσχηκέναι. Gebhardus.* Hanc phrafin illuftravit J. Fr. Gronovius ad Juftinum Lib. 2. cap. 13.

*Tantum eo valuit*] Idem: *πρὸς πᾶσαν ἐπίνοιαν ἀγαθὴν φύσει κεχρῆσθαι διαφόρῳ. Gebhard.* Leid. *Tantum convaluit.*

*Ut multa in re militari etc.*] Consentanea his tradit *Diodorus* 15, 44. ex iisdem hiftoricis descripta, unde Nofter expressit. *Lamb.* Ms. Boecl. [Ax.] aberat *multa*, et poteft abeffe. *Bosius. Multa* agnoscit Leid. et Diodorus Siculus, a Lambino citatus, suadet, ut retineatur in textu. [Agnoscunt etiam Gu. Ult. atque Editi ad unum omnes.]

*Brevibus*] Sic Dan. [Gu. Ed. Ult.] et ult. Boecl. Alii, *brevibusque.* Bos. Mox Leid. *minutis gladiisque.*

*E contrario*] *Lambinus* edidit *contrario:* ut 18, 1, 5. Sed tamen ita et 22, 1, 2. locutus. Nec aliter Mff. Bavarici. *Bosius.* [Gu. Ult. *e contr.*]

*Postea peltastae*] Cum antea,

ı concursusque essent leviores; hastae modum t, gladios longiores fecit. Idem genus lorica- 4
avit, et pro sertis atque aeneis linteas dedit. to expeditiores milites reddidit. Nam pondere

este, a clypeis ὁπλι- ·ntur. adde Ind. *Bos.* :t Peltastis multi multa. Thracibus fuere dicti Thucyd. Lib. 2. c. 29. Scholiastes dicit πέλ- τετράγωνος. Sed Pel- ·num fuisse lunatas do- rda ad Virgil. 1. Aen. ii ostendit, plures alias tis fuisse usas: et cel. ·gius ad Silium Itali- . vs. 80. Quidquid sit, ·entum esse Illyriorum, as primos peltis fuisse sos, dicit Clemens Al. ·om. pag. 307. A Thra- ıe, cum quibus bellum ·um usum didicit, et iis adversus Thracas forsan armavit; quam- e parma Thracibus fu- ia. v. Hard. ad Plinium ı. c. 9. Sect. 45. n. 7. omen *peltastae* Grae- expressum, et *postea* :st. Optime. Itaque et h. l. incommodam uae facile ex nominis ipti depravatione oriri ıcis inclusimus.]

*Hastae modum dupli- adios longiores fecit*] s tamen ante eum lon- ıdi hastis usi sunt, ut ocet in Caracalla. Ger- oque similes habuisse itus scribit Lib. de mo- anor. De aliis hujus :ntis vide Plutarchum . *Ernst.* Immo, si *Di- dimus*, hastas sesqui- tudine auxit, gladios e duplices fecit: ηὔξη- δόρατα ἡμιολίῳ με- δὲ ξίφη σχεδὸν διπλά- κεύασε. *Bosius.*

*Idem genus loricar. mutavit*] Nihil de loricis *Diodorus:* sed calceamenta militibus fecisse ait Iphicratem, quae solutu facilia ac levia essent: atque ad sua us- que tempora *Iphicratides* vocata sint. Ms. Boecl. aberat *mutavit.* Bosius. Leid. *Idemque lor. g.* *Mutavit* abest a Voss. A. B. et Leidensi. [Item ab Ax. Gu. Ed. principe, Arg. utraque Paris. et Ult. quae in margine habet: *De- est mutavit vel simile quiddam.*]

*Sertis*] Sic diserte MSS. Bava- rici, Dan. [Gu. Ult.] Boecler. Schotti, et quos Savaro inspe- xit, cum editione Veneta. *Ser- tas* autem loricas *Savaro* expo- nit, consertas hamis et laminis, quarum mentio apud *Virgilium* *Aen.* 3, 467. et 5, 259. Graeci θώρακας ἁλυσιδωτοὺς vocant. de iis *Lud. de la Cerda in Com- ment. ad Virgilii* 5. *Aeneidos,* et *Lipsius de Militia Rom.* 3, 6. adde Ind. Vulgati *ferreis* ha- bent: pro qua voce quis credat librarios *sertis* supposuisse? aut *consertas loricas*, Graecis Ro- manisque usitatas, nostrum heic omisisse? Erant enim hae ditio- rum: sicut aeneae ferreaeque viliorum. v. *Lips. l.* c. Bosius. *Sertis* Leid. et Voss. B. [Parti- culae *atque* vim explicativam ex hoc etiam loco demonstrat Goe- renz. ad Cic. de Fin. 1, 10. p. 47. Pro *aeneis* Dan. Gu. *aenis.*]

*Linteas*] Sic MSS. Alii *lineas,* quod perinde est. De lineis lo- ricis ac thoracibus, et a quibus usurpatae sint, vide *Lazium de Rep. Rom.* 8, 16. *Torrentium ad Suetonii Galb.* 19. *Lips. de Mil. Rom.* 3, 6. *Dausqueium ad lib.* 3. *Silii* pag. 120. et ibi laudatos. Quomodo confectae

detracto, quod aeque corpus tegeret et leve esset, curavit.

fuerint, disquirunt praeter *Lipsium l. c. Villiomarus adversus Titium* 2, 19. *Casaubonus ad Sueton. l. c. et Octav. Ferrarius de re vestiaria* parte 2. lib. 4, 11. Bos. *Linteas* Voss. B. Oxon. [Gu. Ult.] *Lintheas* Voss. A. Post alios de his Reim. ad Dion. Cassium L. LXXVII. 7. §. 45. Pro *dedit* Leid. *desedit*. Pro *expeditiores* Voss. B. *expeditores*.

*Pondere detr.*] Bavar. 1. *pondere tantum detr.* Bosius.

(p. 332.) *Quod aeque c. t.*] Sic MSS. et Edd. Vett. nisi quod nonnullae et Bavar. 2. *quodque c. t. Lambinus* tamen, invitis libris, et nulla necessitate edidit, *ut aeque c. tegerent, et leves essent.* nam *sic*, inquit, *legendum esse, et Diodori verba et scripturae varietas, et sententia, declarant. Hoc enim significat, loricas ab Iphicrate repertas, pondere detracto, nihilominus corpus texisse, quam antiquas, et fuisse praeterea leviores.* Atqui non sola loricarum mutatione id effectum Nepos significat; sed universe illa mutatione armorum pedestrium. *Diodorus* autem tantummodo de scutis ait, Iphicratem duo praecipue hac innovatione spectasse, ut et corpus satis tegeretur, et peltis utentes propter levitatem plane motu faciles essent: *τῦτε σκέπειν ἱκανῶς τὰ σώματα, καὶ τῦ δύνασθαι τὺς χρωμένυς ταῖς πέλταις διὰ τὴν κυφότητα παντελῶς ἐυκινήτυς ὑπάρχειν.* Loricarum ne meminit quidem. *Bos.* Plut. in Pelop. pag. 278. de Iphicrate haec adnotat, *εἰ γὰρ (ὡς Ἰφικράτης διῄρει) χερσὶ μὲν ἐοίκασιν οἱ ψιλοὶ, ποσὶ δὲ το ἱππικὸν, ἀυτη δὲ ἡ φάλαγξ στέρνῳ καὶ θώρακι, κεφαλῇ δὲ ὁ στρατηγὸς* etc. [Ax. Gu. Ult. vulgatam lectionem confirmant.]

## CAP. II.

1 Bellum cum Thracibus gessit; Seuthen, socium

*Bellum cum Thracibus*] Vel ex *Frontino* 1, 6, 3. Iphicratem bellum adversus Thracas gessisse intelligere licet. Exstat et aliud ejusdem strategema in eosdem apud eundem 2, 12, 4. (et rursus aliud 1, 5, 24.) Praeterea *Aeschines in Orat. περὶ παραπρ.* non longe a principio ait, Iphicratem Imperatorem ab Atheniensibus suffragio esse creatum adversus Amphipolin, quae est urbs Thraciae. *Xenophon. hist. Gr. 4. extr.* tradit, Iphicratem, occiso Thrasybulo, in Thraciam ab Atheniensibus missum esse, ibique cum Lacedaemoniis, duce Anaxibio, commisso praelio superiorem discessisse: Anaxibiumque occubuisse cum CC. Lacedaemoniis, et X. harmostis: quo facto, Iphicratem in Chersonesum revertisse, quod et *Frontinus* 2, 5, 42. retulit. Postremo *Polyaenus* 3. profert aliquot strategemata, quibus in Thracia usus sit. *Lambinus.*

*Seuthen*] Sic legendum, non

Atheniensium, in regnum restituit. Apud Corinthum tanta severitate exercitui praefuit, ut nullae umquam in Graecia neque exercitatiores copiae neque magis dicto audientes fuerint duci; in eamque consuetudinem 2
adduxit, ut, quum proelii signum ab imperatore esset datum, sine ducis opera sic ordinatae consisterent, ut singuli ab peritissimo imperatore dispositi viderentur.
Hoc exercitu moram Lacedaemoniorum intercepit, 3

*Scothym*, quomodo habent exempla Veneta et Florentina. Seuthen autem et Medocum, Thraciae reges, commemorat *Diodor. Sicul.* 14. et Thrasybulum cum eis societatem fecisse tradit. Sed *Polyaenus* 7. hunc Seuthen Chersobleptis praefectum tantum, non etiam regem fuisse significat. *Lamb.* *Seuthem* Voss. A. item Leid. [Ult. sed *Seuthen* Gu. Ax.]

*Apud Corinthum* ] Meminit *Diodor.* 14. et *Polyaen.* 3. *commate* 28. Bos. Vide etiam notas ad Aristidem in Panathen. sive Oration. Tom. I. pag. 299. sive pag. 555.

*Tanta severitate exercitui praefuit* ] Vel unum severitatis exemplum pro multis sit. Quum praesidio Corinthum teneret, et sub adventum hostium ipse vigilias circumiret, vigilem, quem (p. 333.) dormientem viderat, transfixit cuspide. quod factum quibusdam tanquam saevum increpantibus: *Qualem inveni,* inquit, *talem reliqui.* Frontinus Strateg. 3, 2, 2. *Loccenius.*

*Ut nullae unquam in Graecia exercitatiores copiae fuerint* ] Nec mirum, quum nunquam pateretur, eos otiari, sed etiam extra bellum castra movere, arbores caedere, fossas ducere, vasa colligere et transferre curaret: ne per otium rebus novis aut luxui studerent. In castris vero quiescentes varie exercuit, dum quasi hostiles insidias, transfugia, irruptiones, terrores finxit: ut si tale quid serio et in bello accideret, praeparati essent, nec ut re subita percellerentur. *Polyaenus* 3. comm. 32. et 35. *Loccenius.* De duplici negatione apud Latinos Graecorum more fortius negante vide quos laudat Cort. ad Sallust. Jugurth. c. 13. num. 5.

*Adduxit* ] Msc. Leid. [Ult.] *induxit.* mox mss. Dan. et Boecler. *sic ordinate.* Bosius. [Etiam Ax. *ordinate*, sed ex perpetua librarii consuetudine, qui nusquam diphthongis utitur.]

*Ab peritissimo imperatore* ] *Ab* Leid. et Voss. A. B. [Gu. Ult. sed *a per.* Ed. Mag. et Keuchen.]

*Moram Laced.* ] Morae quoque non semel meminit Diodor. Lib. 13. et Lib. 15. Consule v. cl. J. Meursium Lib. 1. Attic. Lect. cap. 16. *Gebhardus.* Sic vocabantur cohortes Lacedaemoniorum. v. Ind. *Bosius.* De mora Huds. in V. L. ad Thucydid. Lib. v. cap. 67. Est inter illa vocabula, quae in linguam latinam uno verbo verti nequeunt. De re ita Plut. in Ages. pag. 607. (Agesilaus) *ἔπαθε δὲ πρᾶγμα νεμεσητὸν, ὄυπω γὰρ ἀπηλλαγμένων τῶν Θηβαίων, ἧκον τινὲς ἀγγέλλοντες ἀυτῷ, τὴν μόραν ὑπὸ Ἰφικράτους κατακεκόφθαι. καὶ πάθος τοῦτο μέγα διὰ πολλοῦ χρόνου ἐν συνέπεσεν*

[redacted]



quod maxime tota celebratum est Graecia. Iterum eo-
4 dem bello omnes copias eorum fugavit. Quo facto

*αὐτοῖς. πολλοὺς γὰρ ἄνδρας ἀγαθοὺς ἀπέβαλον κρατηθέντας, ὑπότε πελταστῶν ὁπλίτας, καὶ μισθοφόρων Λακεδαιμονίους.*

*Lacedaemoniorum*] Ita et alii, mox nominandi, praeter unum *Pausaniam*, qui moram Amyclaeorum a Lacedaemoniis domum dimissorum, cujus et *Xenophon* (Lib. IV. Hell. pag. 413.) meminit, trucidatam scribit. *Bosius.*

*Interfecit*] Sic Mss. Dan. Put. Schotti, Leid. itemque Ed. Ven. ac ultima Boecl. et e vestigiis Bavarici 1. qui *interfuit* exhibebat, *Schoppius verisimil.* 4, 18. Videnturque favere *Pausanias Laconicis*, *Aeschines adversus Ctesiphontem*, *Plutarchus libro: bellone an pace clariores fuerint Athenienses;* ac prolixe *Xenophon hist. Gr.* 4. qui omnes cohortem eam, aut magnam ejus partem, occisam, ajunt. Praeterea similiter 3, 2, 1. *barbarorum exercitus interfectus* dicitur. Nondum tamen a me impetrare possum, ut plane rejiciendum, ac a librariis profectum putem *τὸ intercepit*, quod in optimo libro *Savaronis*, Bavarico 2. ac plerisque edd. vett. repertum est. Neque enim tam (p. 334.) vulgo notus fuit elegantissimus vocis hujus usus, ut credibile sit, eam ab imperitis librariis pro notissima suppositam. Et *intercipi* quoque dicuntur copiae, quas ex improviso deprehensas hostis, antequam destinata perficiant, opprimit, deletque: quod huic morae accidisse, *Xenophon* et *Pausanias* docent. Tacitus Agric. 5, 4. *trucidati veterani, incensae coloniae*, intercepti *exercitus*. Neque enim adsentiri possum viro optimo, *intersepti* legenti. Respicit *Tacitus* id, quod Ann. 14, 32, 7. narraverat, *victorem Britannum Petilio Ceriali, legato legionis nonae, in subsidium* veteranis coloniam Camalodunensem incolentibus *adventanti, obvium, fudisse legionem, et, quod peditum, interfecisse.* Idem cap. 28, 4. de Cohorte Usypiorum patriam repetente: *pro praedonibus habiti, primum a Suevis, mox a Frisiis* intercepti *sunt.* Florus 3, 4, 4. de Scordiscis: *Non fusus ab his, aut fugatus, sed omnino totus* interceptus *exercitus, quem duxerat Cato.* De navibus hoc sensu Justinus 4, 1, 16. *a coeuntibus in se promontoriis* Italiae Siciliaeque *solida* intercipi *absumique navigia.* De uno homine Suetonius Julio cap. 20. intercepisse *veneno indicem creditur.* Et Tacitus de Agricola, cap. 43, 3. *Augebat miserationem constans rumor, veneno* interceptum. E quibus locis manifestum est, eleganter et more veterum scriptorum *interceptam* dici *moram*, quae in via praeter opinionem oppressa et magnam partem caesa fuit. Non contendam tamen cum quoquam, cui potior videbitur lectio altera. *Bosius. Intercepit* Leid. et Voss. A. et ita legendum esse docet Dukerus ad Florum Lib. 3. cap. 4. §. 4. [Gu. Ax. *interfecit*, sed Ult. *intercepit.*]

*Quod maxime*] Sic Ms. Dan. [Gu. Ult.] et alii. *Longolius* una voce auctius: *quod ipsum maxime.* Bosius.

*Iterum eodem bello*] Nec ubi, nec quando hoc praelium commissum sit, usquam reperire se, ait *Lambinus*. nisi forte id significet, quod narrat *Xenophon* 6. *de reb. Graec.* non longe admodum a principio, Iphicratem decem triremibus, quae a Dionysio Lacedaemoniis Anippo duce

n adeptus est gloriam. Quum Artaxerxes Aegyp-
gi bellum inferre voluit, Iphicratem ab Atheni-
s petivit ducem, quem praeficeret exercitui con-

o mittebantur, non longe alenia una cum viris omnterceptis, et navibus xc. ;yra adsumtis, in Cephanavigasse, et ab illius invitatibus pecunias partim ›us obtinuisse, partim intorsisse, iisque rebus ge-os Lacedaemoniorum po- i esse ac vastasse, urbes-versariorum Atheniensi-untarias adjunxisse: quae nt se dedere, iis bellum '. Sed dubito, an hoc *nes Lacedaemoniorum fugare:* quibus verbis ıbie praelium aliquod in- . *Bosius.* Pro *Adeptus riam* Voss. A. *Adeptus n.* [Sine dubio Voss. B. ı etiam Axen.]

*Artaxerxes Aegyptio re-* ori, qui bellum adversas comparabat. v. *Dio-* 5. Meminit expeditionis t *Polyaenus* 3. *in Iphi-* comm. 38. *Bosius.* Hic inimicus erat Persarum, Euagoras Cypri Rex so-n cum eo inierat, quan-ıxerxes in ipsum susce-xpeditionem. v. Diodor. .ib. xv. cap. 2. nempe O-8, 3. qui Acoris has ini-ı confirmavit, et magnas norum copias sibi com- . De hoc Acori Scaliger :b. pag. 109. Adversus corin Pharnabazus ab Ar-dux creatus, Athenas mi-ıi Chabriam in Aegypto ım ducentem criminaren- ab Atheniensibus pete-ıt Chabriae domum revo-ficerent Iphicratem. vide cap. 29. nempe Olymp. jam Olymp. 101, 3. Iphi-ct Pharnabazus, Persa- (p. 335.) rum exercitum regere perrexerunt, cum is Persarum rex iterum in Aegyptios, in defectione sua perseverantes, movebat, qui tum regebantur a Nectanebi, si Diodoro fides. Tunc exercitus conductitius, cui praeerat Iphicrates, erat militum viginti millium, non duodecim millium, ut Bosius jam vidit. vide Eumdem Diod. Siculum Lib. xv. cap. 41, 42. Brevitas Nepotis duos casus confundentis me etiam in errorem abstulit, ita ut in not. post. *Nectanebin* pro *Acori* nominaverim, quam notam jam in spongiam incumbere jubeo. Caeterum Iphicratensium res tum temporis excellenter gestas enarrat Diodorus. Polyaenus a Wesselingio ad cap. 29. et ante eum a Bosio ad h. l. ad partes vocatus Regis Aegyptii nomen non indicavit; sed videtur agere de expeditione eadem, de qua Diod. Sic. cap. 42. agit, uti et Nepos h. l.

*Voluit*] Q. edd. *voluisset.* Bosius. Voss. A. *noluit.* Pro *petivit ducem* Voss. A. *ducem petivit.* B. *ducem petit.* [Ax. *ducem petivit.* Gu. *sibi ducem petivit.* Etiam Gu. Dan. Ult. *voluit*, sed Ed. Long. et Mag. *voluisset.*]

*Petivit ducem*] Diodorus l. 15. ὅδ' ἀνὴρ ἦτοι μετάπεμπτος ἐπὶ τὴν στρατηγίαν ὑπὸ τῦ βασιλέως ἐτάχθη διὰ τὴν ἐν τῷ στρατηγεῖν ἀρετήν. *Gebhardus.*

*Conductitio*] Mercede collecto, non domestico. Curt. Lib. 3. princip. *Ad* conducendum *ex Peloponneso militem Cleandro cum pecunia misso.* Ibid. c. 6. *Argentum istud atque aurum ad* conducendum *militem mitte.* *Conducere* ergo est Graecorum ξενολογεῖν vel ξένυς μισθῶσα-

ductitio, cujus numerus duodecim millium fuit. Quem quidem sic omni disciplina militari erudivit, ut, quemadmodum quondam *Fabiani* milites Romani appellati sunt, sic *Iphicratenses* apud Graecos in summa laude fuerint. Idem, subsidio Lacedaemoniis profectus, Epaminondae retardavit impetus. Nam nisi ejus adventus

σθαι. Infra Datame, *ex Graecia conductorum tria millia*. Gebhardus. Sic MSS. Magio, Savaroni aliisque visi, [Gu. Ult.] et Bavar. 1. suffragantibus plerisque editoribus nuperis. Sic *conductitias catervas* dixit 12, 1, 2. vulgo et in Bavar. 2. erat *conducto*. Graecos intelligi, inde apparet, quod Diodorus eos *barbaricis*, quibus Pharnabazus praeerat, opponit. *Bosius*. Voss. A. *conducto*. item Leid.

*Duodecim millium*] Imo 20000, si *Diodoro* credimus. *Bosius*.

*Quem quidem*] Voss. B. *quosque*. pro *omni disciplina* idem *omnium disciplina*, sed in marg. notatum erat: *al. omni disciplina*. Pro *fuerint* Leid. et Voss. A. B. [Ax.] *fuerunt*. *In summa laude esse* proba est locutio pro summis efferri laudibus, tota Graecia fama celebrari maxime. vide cl. Cort. ad Ciceron. Lib. 2. ad Fam. Ep. 3. n. 5. Quanto opere vero Romanis Atticorum dictiones placuerint, vel ex hac ipsa patet phrasiologia. Sic enim Herodotus Lib. 3. cap. 74. ἐόντα ἐν αἴνῃ μεγίςῃ τὸν Πρηξάσπεα ἐν Πέρσῃσι. Et ita passim ἐν τιμῇ εἶναι, γενέσθαι, pro *honorari*. Vide cl. Perizon. ad Aelian. Lib. 2. V. H. cap. 32. num. 7.

*Idem subsidio Laced. prof.*] Post cladem Leuctricam, victoribus Thebanis, quorum dux erat Epaminondas: qua accepta Lacedaemoniorum opes afflictae sunt. *Lambin*. Admiranda heic cum fortunae vicissitudo, dum Spartani auxilium ab Atheniensibus petunt, quorum paullo ante (p. 336.) muros diruerant, totamque urbem exscindere voluerant: tum magnitudo animi Atheniensium, qui pristinarum injuriarum immemores, nec potentia Thebanorum deterriti, auxilium non denegant. quod, hac re commemorata, observavit *Diodor. Sicul.* 15. Bosius.

*Inceptus*] Vulgo editur *impetus*. Sed in Ms. Schotti diserte fuit *incoeptus*: quomodo et e suis codd. legunt *Savaro*, et *Gifanius in Observation. Ling. Lat.* pag. 114. Etiam Exc. Dan. *interceptus* habent, quod sine dubio ex altero corruptum. Itaque non dubitavi scriptam lectionem reponere. Dictum vero, ut *amissus*, et similia, de quibus diximus ad 7, 6, 2. Alibi *incepta* dixit. v. Ind. *Bos*. Leid. *inceptus*. Voss. A. *incoeptus*. Vide et Sim. Bosium ad Ciceronem Lib. 4. ad Atticum Ep. 2. *Si neque populi jussu, neque plebis scitu*, pro *scito*. Sic *ausus* pro *ausum*. v. Burm. ad Ovid. 11. Metam. 242. et confule, quos laudat Oudendorpius ad Frontin. Lib. 2. Strateg. cap. 5. num. 113. vide not. post. Heusingerus tamen praefert *impetus*, et ita edidit. [Gu. *inceptus*. Sed Ax. Ult. *impetus*, quod jam Harlesius ex omnibus ante Bos. editis revocavit. Vide loca ab Heusingero laudata, Cic. pro leg.

iasset, non prius Thebani Sparta abscessis-
m captam incendio delessent.

. Caes. B. Civ. 1, i. Afr. cap. 68. et ivin. in Caecil. cap. *us*, *credo*, *animos us retardaret.* Mox Axen. etiam *appropinquasset*, non *propinquasset.* In eodem Cod. pro *nisi*, *in* i. e. *ni* scriptum est.]

CAP. III.

autem et animo magno et corpore, impera- 1
orma, ut ipso adspectu cuivis injiceret admi-
sui; sed in labore remissus nimis parumque

) *magno et corpore*, *ique forma*, *ut ipso uivis injicer. admi-* orporis dignitas duci em tam apud suos, hostes conciliat. Ta- 4. *Ne*, *si ad acci- ias Syriam intravis-* ), *omnium ora in se corpore ingens*, *ver- ficus*, *et super expe- apientiamque etiam nium validus.* De m 2. *Hist.* 30, 3. Clau- e laudibus Stiliconis:

*c conspectus*, *jam nerabilis ibas*,
*atque ducem celsi ni- ieus oris*,
*rumque modus*, *qua- c carmina fingunt*
*s*; *quacunque alte ere per urbes*,
*spatiis assurgentes- lebas.*

itolinus de Pertinace *iit autem senex vene- nmissa barba*, *reflexo capillo*, *habitudine corporis pinguiore*, *ventre prominulo*, *statura imperatoria.* Gebhard. Quae his Trebellii Pollion. verbis recte explicantur: *ea corpo-* (p. 337.) *ris magnitudine*, *ut dignus videretur imperio.* Loquitur de Celso. Spartianus de Aelio Vero scribit, *eum* fuisse *pulchritudinis regiae.* et in Pertinace pro *imperatoria forma* dicit, *statura imperatoria.* Ernstius.

*Sed in labore remissus nimis*, *parumque patiens*] Insignem heic contradictionem deprehendisse sibi visus est Nobiliss. *Barthius in comm. ad Statii Thebaid.* 5, 145. Neque enim hoc convenire ait cum iis, quae *initio vitae hujus* scribuntur: ac minime *remissi et laboris impatientis* hominis esse, ita instruere, docere, constituere militem. Praeterea ab strenuissimo et exercitatissimo duce Iphicrate hanc notam amoliri ipsius sermonem, quo pigritiae in agendo, celeritatis in loquendo arguit Pharnabazum. apud *Diodo-*

patiens, ut Theopompus memoriae prodidit, bonus vero
2 civis, fideque magna. Quod cum in aliis rebus declaravit, tum maxime in Amyntae Macedonis liberis tuendis. Namque Eurydice, mater Perdiccae et Philippi, cum his duobus pueris, Amynta mortuo, ad Iphicra-
3 tem confugit, ejusque opibus defensa est. Vixit ad senectutem, placatis in se suorum civium animis. Caus-

*rum Sicul.* 15. dicens *se mirari, quomodo in sermonibus quidem celer, in operibus autem tardus esset.* Quomodo enim, quo ore, qua fronte tanto barbaro suum vitium exprobrare ausum, nisi ipsemet laboris et strenuitatis sibi conscius fuisset? Mentitum itaque malignum scriptorem *Theopompum*, et, qui malignantem sequatur, auctorem nostrum. De *Theopompo* non pugnabo: potuit is heic quoque *maledicus* esse, at non ideo mentitus fuerit et Noster, qui haec fide illius refert, neutiquam suum judicium interponens: satisque cavit sibi, cum addidit, *Theopompum ita memoriae prodidisse*; quem *maledicentiae* jam supra 7, 11, 1. arguerat. Fortasse tamen nec *Theopompus* mentitus est. Neque enim ex iis, quae *sub initium vitae hujus* narrantur, efficitur, ut Iphicrates laborum valde patiens fuerit. Potuit *disciplina militari nobilitari*; potuit *saepe exercitibus praeesse*, *consilio valere*, *copias exercitatas* habere; *omnique disciplina militari erudire*; et tamen *in labore remissus nimis parumque patiens esse.* Nec enim haec inter se pugnant. Pharnabazo autem non *impatientiam laboris*, sed *tarditatem* exprobravit: quae duo diversa vitia esse, nemo negaverit. *Bos.* De Theopompo egi ad Alcib. cap. XI. §. 1. quibus adde Plutarchum in Alcib. pag. 209. hunc cum Ephoro et Xenophonte jungentem.

*Remissus nimis*] Exc. Dan. [Ax. Gu.] transponunt, *nimis remissus.* mox q. edd. *declaraverit*; sed libri meliores *declaravit.* Bosius. Omnes mei *remissus nimis*. Leid. et Voss. B. [Dan. Ax. Gu. Ult.] *declaravit.* Pro *Amyntae* Voss. A. et B. *Amynthae.* Pro *Eurydice* Leid. *Erudice.* Voss. A. [Gu. Ult.] *Euridice.* Pro *Perdiccae* Voss. A. *Predicae.* Pro *duob. liberis*, [quod in Ed. Mag. et Keuchen. est, Gu. Ax. Ult.] Leid. et Voss. A. B. *pueris.* et pro *Iphicratem* Voss. B. *Iphicraten.*

*Eurydice*] Explicatius haec *Aeschines Orat. de falsa legat. haud longe a principio.* Bos.

*Cum his duobus pueris*] Habuit tamen ex Amynta tres filios, Alexandrum, Perdiccam et Philippum, Alexandri magni Macedonis patrem, et filiam Euryonem. Justin. L. 7. c. 4. *Ernst.*

(p. 338.) *Caussam capitis semel dixit, bello sociali*] Accusatus proditionis, quod Chareti collegae, socios rebelles adorturo, obsequi noluisset. *infra* 13, 3, 4. *Diodorus* 16. Meminere accusationis hujus, a Charete et Aristophonte institutae, et *Aristoteles Rhetor.* 2, 23. *Quinctilianus instit. orat.* 5, 12. *Plutarchus in Apophthegm. regum et ducum* p. 187. *Polyaenus* 3. comm. 29. ac fortassis et comm. 15. et 16. *Εἰσαγγελίας* reum fuisse, rationemque imperii militaris reddere jussum, ait *Dionysius Halicarnasseus libro de antiquis Oratoribus Atticis*,

ıpitis semel dixit, bello sociali, simul cum Ti-
›, eoque judicio est absolutus. Menesthea filium 4
t, ex Thressa natum, Coti regis filia. Is quum

ı: ἐν τῷ συμμαχικῷ πο- ῆν εἰσαγγελίαν Ἰφικρά- ἐνισαι, καὶ τὰς εὐθύνας κε τῆς ϛρατηγίας, ὡς ἐξ νεται τῦ λόγυ καταφα- quo loco simul apparet, am ejus *Dionysii* aetate isse. Qualis autem fuerit :λίας δίκη, ex *Harpo- e*, *Polluce* 8, 6. *Demo- orat. contra Timocra- 't orat. in Euergum et ·ulum* docet *Petitus Com- . in Leges Attic.* 7, 13. s *annotator* ait, *Pausa- Boeoticis hanc caussae lictae caussam allegare, uccessori exercitum non sset.* Nollem factum. De onda enim, non de Iphi- *Pausanias* refert, eum capitis dixisse, διότι ἐ- ρχησεν ἐξήκοντος ἤδη τῦ quod etiam Noster 15, 8. Et quomodo βοιωταρ- :ra permissum tempus I- es potuit, qui nunquam rum, sed semel Persa- ·lerumque Atheniensium, em contra Boeotos ipsos ıebanos, (ut vel e cap. ıgnoscere est) aliquando t? scio, quid viro docto hujus occasionem prae- sed eum facile praeca- ·terat, si Graecum textum sset. quamquam et La- rsio satis plana est. *Bo-*

*sam capitis semel dixit*] ıgnant haec cum iis, quae *Diodorus* 15. Iphicratem um esse a Pharnabazo, ·jus culpa Aegyptum ca- on potuerit. Non enim *iodorus*, Iphicratem reum et caussam dixisse apud ıos, accusante Pharnaba- zo: sed primum, missos esse legatos a Pharnabazo, qui Iphicratem accusarent; deinde, Athenienses Persis respondisse, se de Iphicrate supplicium sumturos, si eum peccasse comperissent; postremo, ipsos Iphicratem brevi post tempore classi praefecisse. *Lambinus.*

*Caussam dixit*] De Iphicratis eloquentia plura e *Dionysio Halicarnasseo* atque *Aristide περὶ τῦ παραφθέγματος* colligit *Muretus* 7. *Var. lect.* 32. Schottus. Adde Ruhnk. in Historia Critica Oratorum Graecorum. p. 67, 68.

*Bello sociali*] In quod inciderunt Athenienses, cum Chii, Rhodii, Coi et Byzantini ab iis descivissent, ut *Diodorus* tradit. Ejus mentio et *in Chabria* c. 4, 1. Buchnerus.

*Absolutus*] Caussam apud cives suos simul cum Timotheo dixisse Iphicratem, et multatos esse, tradit *Diodorus* lib. 16. *Polyaenus* cum Nostro congruens, Iphicratem et accusatum esse significat, et absolutum. *Lambinus.* Quo strategemate judicum sit sententia absolutus, refert *Polyaenus* lib. 3. *Strateg.* ac de Latinis *Seneca rhetor* l. 7. *Excerpt. declamat.* 5. Schottus.

(p.339.) *Ex Thressa natum*] Expellatur illud *natum*, ignotum libris antiquis: scribendum quoque *Coti*, quod Nepos Graecolatina terminatione formet. Sic in Timotheo libri MSS. *Adversum Cotum bella gessit.* Gebhard. Alii codd. (ut Bavarici) *Tharsa*, nonnulli vero *Thrasa* habent. *Magius. Longolius* ipsum quoque Iphicratem Thressa matre natum vult, seductus corrupta lectione loci *Senecae lib. de constantia sapientis* cap. 18.

patiens, ut Theopompus memoriae prodidit, bonus vero
2 civis, fideque magna. Quod cum in aliis rebus declaravit, tum maxime in Amyntae Macedonis liberis tuendis. Namque Eurydice, mater Perdiccae et Philippi, cum his duobus pueris, Amynta mortuo, ad Iphicratem confugit, ejusque opibus defensa est.
3 Vixit ad senectutem, placatis in se suorum civium animis. Caus-

*rum Sicul.* 15. dicens *se mirari, quomodo in sermonibus quidem celer, in operibus autem tardus esset.* Quomodo enim, quo ore, qua fronte tanto barbaro suum vitium exprobrare ausum, nisi ipsemet laboris et strenuitatis sibi conscius fuisset? Mentitum itaque malignum scriptorem *Theopompum*, et, qui malignantem sequatur, auctorem nostrum. De *Theopompo* non pugnabo: potuit is heic quoque *maledicus* esse, at non ideo mentitus fuerit et Noster, qui haec fide illius refert, neutiquam suum judicium interponens: satisque cavit sibi, cum addidit, *Theopompum ita memoriae prodidisse*; quem *maledicentiae* jam supra 7, 11, 1. arguerat. Fortasse tamen nec *Theopompus* mentitus est. Neque enim ex iis, quae *sub initium vitae hujus* narrantur, efficitur, ut Iphicrates laborum valde patiens fuerit. Potuit *disciplina militari nobilitari*; potuit *saepe exercitibus praeesse*, *consilio valere*, *copias exercitatas* habere; *omnique disciplina militari erudire*; et tamen *in labore remissus nimis parumque patiens esse.* Nec enim haec inter se pugnant. Pharnabazo autem non *impatientiam laboris*, sed *tarditatem* exprobravit: quae duo diversa vitia esse, nemo negaverit. *Bos.* De Theopompo egi ad Alcib. cap. xi. §. 1. quibus adde Plutarchum in Alcib. pag. 209. hunc cum Ephoro et Xenophonte jungentem.

*Remissus nimis*] Exc. Dan. [Ax. Gu.] transponunt, *nimis remissus.* mox q. edd. *declaraverit*; sed libri meliores *declaravit.* Bosius. Omnes mei *remissus nimis*. Leid. et Voss. B. [Dan. Ax. Gu. Ult.] *declaravit.* Pro *Amyntae* Voss. A. et B. *Amynthae.* Pro *Eurydice* Leid. *Erudice.* Voss. A. [Gu. Ult.] *Euridice.* Pro *Perdiccae* Voss. A. *Predicae.* Pro *duob. liberis*, [quod in Ed. Mag. et Keuchen. est, Gu. Ax. Ult.] Leid. et Voss. A. B. *pueris.* et pro *Iphicratem* Voss. B. *Iphicraten.*

*Eurydice*] Explicatius haec *Aeschines Orat. de falsa legat.* haud longe a principio. Bos.

*Cum his duobus pueris*] Habuit tamen ex Amynta tres filios, Alexandrum, Perdiccam et Philippum, Alexandri magni Macedonis patrem, et filiam Euryonem. Justin. L. 7. c. 4. *Ernst.*

(p. 338.) *Caussam capitis semel dixit, bello sociali*] Accusatus proditionis, quod Chareti collegae, socios rebelles adorturo, obsequi noluisset. *infra* 13, 3, 4. *Diodorus* 16. Meminere accusationis hujus, a Charete et Aristophonte institutae, et *Aristoteles Rhetor.* 2, 23. *Quinctilianus instit. orat.* 5, 12. *Plutarchus in Apophthegm. regum et ducum* p. 187. *Polyaenus* 3. comm. 29. ac fortassis et comm. 15. et 16. *Εἰσαγγελίας* reum fuisse, rationemque imperii militaris reddere jussum, ait *Dionysius Halicarnasseus libro de antiquis Oratoribus Atticis*,

sam capitis semel dixit, bello sociali, simul cum Timotheo, eoque judicio est absolutus. Menesthea filium 4
reliquit, ex Thressa natum, Coti regis filia. Is quum

in Lysia: *ἐν τῷ συμμαχικῷ πολέμῳ τὴν εἰσαγγελίαν Ἰφικράτης ἠγώνισαι, καὶ τὰς εὐθύνας ὑπέσχηκε τῆς στρατηγίας, ὡς ἐξ αὐτοῦ γίνεται τοῦ λόγου καταφανές.* E quo loco simul apparet, apologiam ejus *Dionysii* aetate superfuisse. Qualis autem fuerit *εἰσαγγελίας δίκη*, ex *Harpocratione*, *Polluce* 8, 6. *Demosthene orat. contra Timocratem*, et *orat. in Euergum et Mnesibulum* docet *Petitus Commentar. in Leges Attic.* 7, 13. Nuperus *annotator* ait, *Pausaniam Boeoticis hanc caussae hujus dictae caussam allegare, quod successori exercitum non tradidisset.* Nollem factum. De Epaminonda enim, non de Iphicrate, *Pausanias* refert, eum caussam capitis dixisse, *διότι ἐβοιωτάρχησεν ἐξήκοντος ἤδη τοῦ χρόνου.* quod etiam Noster 15, 8. narrat. Et quomodo *βοιωταρχεῖν* ultra permissum tempus Iphicrates potuit, qui nunquam Boeotorum, sed semel Persarum, plerumque Atheniensium, et quidem contra Boeotos ipsos sive Thebanos, (ut vel e cap. 2, 5. cognoscere est) aliquando dux fuit? scio, quid viro docto erroris hujus occasionem praebuerit: sed eum facile praecavere poterat, si Graecum textum inspexisset. quamquam et Latina versio satis plana est. *Bosius.*

*Caussam capitis semel dixit*] Non pugnant haec cum iis, quae tradit *Diodorus* 15. Iphicratem accusatum esse a Pharnabazo, quod ejus culpa Aegyptum capere non potuerit. Non enim dicit *Diodorus*, Iphicratem reum fuisse, et caussam dixisse apud cives suos, accusante Pharnabazo: sed primum, missos esse legatos a Pharnabazo, qui Iphicratem accusarent; deinde, Athenienses Persis respondisse, se de Iphicrate supplicium sumturos, si eum peccasse comperissent; postremo, ipsos Iphicratem brevi post tempore classi praefecisse. *Lambinus.*

*Caussam dixit*] De Iphicratis eloquentia plura e *Dionysio Halicarnasseo* atque *Aristide περὶ τοῦ παραφθέγματος* colligit *Muretus* 7. *Var. lect.* 32. Schottus. Adde Ruhnk. in Historia Critica Oratorum Graecorum. p. 67, 68.

*Bello sociali*] In quod inciderunt Athenienses, cum Chii, Rhodii, Coi et Byzantini ab iis descivissent, ut *Diodorus* tradit. Ejus mentio et *in Chabria* c. 4, 1. Buchnerus.

*Absolutus*] Caussam apud cives suos simul cum Timotheo dixisse Iphicratem, et multatos esse, tradit *Diodorus* lib. 16. *Polyaenus* cum Nostro congruens, Iphicratem et accusatum esse significat, et absolutum. *Lambinus.* Quo strategemate judicum sit sententia absolutus, refert *Polyaenus* lib. 3. *Strateg.* ac de Latinis *Seneca rhetor* l. 7. *Excerpt. declamat.* 5. Schottus.

(p.339.) *Ex Thressa natum*] Expellatur illud *natum*, ignotum libris antiquis: scribendum quoque *Coti*, quod Nepos Graecolatina terminatione formet. Sic in Timotheo libri MSS. *Adversum Cotum bella gessit.* Gebhard. Alii codd. (ut Bavarici) *Tharsa*, nonnulli vero *Thrasa* habent. *Magius. Longolius* ipsum quoque Iphicratem Thressa matre natum vult, seductus corrupta lectione loci *Senecae lib. de constantia sapientis* cap. 18.

[redacted]



interrogaretur, utrum pluris patrem matremne faceret, matrem, inquit. Id quum omnibus mirum videretur, at ille, merito, inquit, facio. Nam pater, quantum

ubi vulgo legitur: *At Iphicrates, cui mater barbara et Thressa objiciebatur.* sed e MSS. melioribus et Laërtio legendum, *Antistheni mater barbar. etc.* jam *Lipsius* monuit. Turpius adhuc lapsus est *Schottus*, qui hunc *Senecae* locum ad filium Iphicratis retulit. Ceterum *τὸ natum* aberat ab ed. Ultraject. judicio *Schotti* et *Gebhardi* recte. sed ita plane et alibi loquitur 15, 10, 2. *qui talem ex te natum relicturus sis.* Bosius. Pro *Menesthea* Leid. Voss. A. et B. [Gu. Ax.] *Menesta.* Pro *Thressa* Voss. A. *Tharsa.* Leid. et B. *Tarsa.* *Thressa* retinendum. Thressae mulieres Graecis, sive Atticis erant despectae. vid. Heins. et Burm. ad Ovid. Epist. 19. Heroid. vs. 100. Adde notas post. [Ult. *Mnesthea*, sed in *Erratis* emendatur: *Menesthea.*]

*Coti regis filia*] Cujus, Soceri sui, imperium quomodo adversus ipsos Athenienses defenderit, quamque nullam ab eo gratiam retulerit, narrat *Demosthenes orat. advers. Aristocratem*, pag. 447. Convivium nuptiale ex *Anaxandride* describit *Athenaeus* 4, 3. Recte a. MSS. *Coti.* v. ad 2, 1, 1. *Bosius.* Leid. et Voss. A. *Cothi.* Heusingerus edidit *Cotyis*, contra Codicum et antiquissimarum editionem lectionem, excepta Longol. quae *Cotiis*, et Mag. quae habet *Cotyis.* cui lectioni etiam favet Oudendorpius ad J. Caesarem, jam a me in post. not. citatus. Quoties haec peregrina vox occurrit, variant mirum in modum Codices; ita tamen, ut plerique scripsisse videantur *Cotum*, *Coti*, vel *Cothum*, *Cothi.* A Graecis vocatur *Κότυς* in gen. *Κότυος*, unde Latine *Cotys*, et *Cotyos*, vel *Cotyis* conficitur. neque hoc ignorarunt, qui hic *τὸ Coti* a Nepote ipso scriptum existimarunt. In hac sententia fuit quoque Davisius, sane haud indoctus; sed huic se obposuit Oudendorpius ad Jul. Caesar. Lib. III. de B. Civ. cap. 36. secutus Burmannum ad Vellejum Patercul. Lib II. cap. 129. qui pressit vestigia Heinsii, *fratris Cotyis* legentis, quibus jam reliqui insistunt, ita ut caussa jam perorata videatur. Sed quid Critici facient de *Rhadamanto*, quem Ovidius IX. M. 439. in acc. vocavit *Rhadamanthon* (ubi altissimum Criticorum est silentium) licet a Graecis dicatur *Ῥαδάμανθυς*, gen. *Ῥαδαμάνθυος.* quod jam observavit Munckerus ad Hygin. fab. 202. En ejus verba, *defendi tamen possit* ISCHUS, *ut sit dictum, quemadmodum* RHADAMANTHUS, *ex ΡΑΔΑΜΑΝΘΥΣ.* *Cotys* est nomen antiquissimum, de quo cl. Valken. ad Herodot. Lib. IV. c. 45. lin. 59. quod postea generale nomen Regum Thraciae fuit, ut jam dudum observarunt Casaub. ad Strabon. Lib. XII. pag. 833. et Burm. ad Ovid. Lib. II. ex Ponto Epist. 9. vs. 2. Paphlagonum Rex *Cotys* memoratur a Plut. Ages. pag. 601. Interea miror, Heusingerum, Nepoti semper Graecas Graecorum vocabulorum terminationes obtrudere solitum, hic non edidisse *Cotyos.* De hoc Nepotis loco egit etiam Abr. Torrenius ad Val. Maxim. Lib. III. cap. 7. Ext. 7. [Dan. Gu. Ax. *Cothi.* Ed. Ult. *Cotyis.* Reliquae antiquiores: *Coti.*]

*Pluris*] Dan. et Bavar. 1. *plus.*

ie fuit, Thracem me creavit, contra ea mater
eniensem.

*Longolius*, *an matrem*:
ult. Boecl. *matremve*. Sed
*remne* Dan. et *Lambinus*.
is. Voff. B. *utrum plus pa*.
. *matremve faceret*. Pro
*rem*, *inquit* Leid. *patrem*,
*it*. [Gu. *plus p. matremne*.
*pluris p. matremve*.]
). 340.) *Id quum omnibus*
*m videretur*: *at ille*, *me*
*inquit*] Aberant haec a Ms.
ır. 1. credo, ob repetitio-
*τῦ inquit*. Bosius.
*iter quant. in se fuit Thra-*
*me gen.*] Sensus iste: pa-
quantum in se fuit, Thra-
potius quam Atheniensem
genuit, quia e barbaris u-
m duxit: mater autem non
io sanguine Thracem, sed
theniensis viri complexu A-
.ensem gignere studuit. Per-
zit patris cum barbara ma-
onium: cujus solius sit ea
ı, non matris, si quid hic
;num moribus Graecorum
opprobrio obnoxium: obji-
ıtur enim Menestheo, quod
em haberet *Thressam*. Boe-
ıs. Simile responsum Timo-
apud *Athenaeum* 13, 5. qui
aliquando irrideretur, quod
e Thressa et meretrice geni-
sset: respondit: *καὶ χάριν*
*ντῇ οἶδα*, *ὅτι δι' αὐτὴν Κό-*
*ς εἰμὶ υἱός*. *Bosius*. Pro pa-
eid. *mater*. Perpetuo obji-
ıtur Atheniensibus velut ob-
rium, si e matre peregrina
t nati. Sic quoque Antisthe-
heniensi, unde Plut. Tom. II.
ısilio pag. 607. hujus festi-
responsum refert: *τὸ δὲ τῦ*
*'Αντισθένυς οὐκ ἐπαινεῖς*, *πρὸς*
*τὸν εἰπόντα*, *ὅτι Φρυγία σϋ ἐ-*
*σὶν ἡ μήτηρ*, *καὶ γὰρ ἡ τῶν θε-*
*ῶν*. quae ab aliis Thressa voca-
tur. v. Menag. ad Diogen. La-
ërt. Lib. vi. cap. 1.

*Me genuit*] Ms. Bavaricus ve-
tustior: *me genuit*, *creavit*. An
igitur *τὸ genuit* glossema est, au-
ctor autem scripsit *me creavit*,
eodem sensu? quomodo hac vo-
ce subinde veteres usi. Livius
1, 3. *Silvius Aeneam filium cre-
at*; *is deinde Latinum Silvium*.
Phaedrus 1, 7, 9. *Quidnam fu-
turum est*, *si crearit liberos*?
Idem 3, 16, 11. *quum crearer
masculus*, *Beneficium magnum
sane natali dedit*. Virgilius Aen.
10, 705. *Et face praegnans Cis-
seis regina Parim* creat. Ibid.
v. 543. *Vulcani stirpe* creatus.
v. 517. *Sulmone* creatos *quat-
tuor hic juvenes etc*. Florus 1,
6, 1. *Nec obscuritas inhibuit*,
*quamvis matre serva* creatum.
Bosius Leid. et Voss. A. *genuit*
vel *creavit*. Verbum vero *crea-
re*, si ita legendum statuas, et
de patre et de matre adhibet
Noster, et certe de utroque di-
citur. Vide Burmann. ad Phae-
drum Lib. 1. fab. 6. et ad Lib.
3. fab. 15. vs. 14. [Ult. *genuit*.
Gu. *genuit t creavit*. Creavit
recte a Bremio receptum est.
Pro *Thracem* Gu. *Threcem*.]

*Contra ea*] Sic Dan. Alii, *con-
tra*. Bosius. Voss. A. *contra ea*.
Pro *mater* Leid. *pater*. [Boecl.
Ax. Ult. *contra*, sed Gu. *contra
ea*.]

# XII. CHABRIAS.

## Cap. I.

1 CHABRIAS ATHENIENSIS. Hic quoque in summis habitus est ducibus, resque multas memoria dignas gessit. Sed ex his elucet maxime inventum ejus in praelio, quod apud Thebas fecit, quum Boeotiis
2 subsidio venisset. Namque in eo, victoria fidente summo duce Agesilao, fugatis jam ab eo conductitiis catervis, reliquam phalangem loco vetuit cedere, obnixo-

(p. 341.) CHABRIAM amplius narraverunt *Diodorus Siculus* 15. *et* 16. *Xenophon Hist. Graec.* 5. *Plutarchus in Phocione*. *Demosth. contra Leptin. Polyaen.* 2. *Athenaeus* 12. *Frontin.* 1, 4, 14. *et* 2, 12, 12. Boecler.

*In praelio, quod ap. Thebas*] De quo *Diodorus* libro 15, 32. *Polyaenus* 2. *in Agesilao* num. 2. *Bosius*.

*Boeotiis*] Leid. et Voss. A. B. *Boetiis*. Sed male.

*In eo victoria fidente summo duce Agesilao*] Sic *Lambinus* edidit, cum in omnibus vulgatis legeretur, *in ea victoria fidentem summum ducem Agesilaum*. Et vix aliter legi potest. Nam τῷ *ea* nullus heic locus: cum nihil de victoria Agesilai praecesserit. Immo nondum is vicerat. Legendum igitur, *in eo; praelio* scilicet, quae vox praecesserat. *Victoria fidere* est, ut recte *Lambinus* interpretatur, victoriam sibi promittere, certam de victoria fiduciam concipere. v. Ind. Boecleri Codex habet: *in ea auctoritate fidentem summum ducem Agesilaum*. An legendum: *in eo auctoritate fidente etc.* Sed magis placet emendatio *Lambini*, tot codicum consensu nixa. *Bosius*. Leid. et Voss. A. *In ea victoria fidentem summum ducem Agesilaum*. B. *in ea auctoritate fidentem summum ducem*. Pro *phalangem* Voss. B. *phalangen*. [Al. *in ea victoria* (non: *auctoritate*) *fidentem summum ducem Agesilaum*. Ita etiam Gu. et Ult. nisi quod pro *ea* ille *eam* et supra scriptum *eo*, haec in ipso contextu *eo* habet.]

*Loco vetuit cedere*] *Polyaenus* μὴ προδραμεῖν, ἀλλὰ μένειν ἡσυχεῖ. *Bosius*.

*Obnixoque genu scuto*] I. e. obfirmato genu ad scutum. Videtur a Probo dictum esse obscurius, quod expressit *Diodorus* 13. καὶ τὰς ἀσπίδας πρὸς τὸ

que genu scuto, projecta [que] hasta impetum excipere hostium docuit. Id novum Agesilaus contuens,

*γόνυ κλίναντας*, et *clypeis ad genu acclinatis*. Et *Polyaenus* (ex emendatione *Casauboni*) *τὰς ἀσπίδας πρὸς γόνυ προσερεισαμένους*, *clypeis ad genu firmiter acclinatis*. Planius explicatiusque dixisset, *obnixo genu in scutum*. Lambinus. *Polyaenus* 2. *Strateg.* 2. *στάσιμον σχῆμα τῆς μάχης*, *statariae* vel *stabilis pugnae figuram* appellat. Hinc putat *Lambinus* fluxisse illud institutum militum Romanorum, ut triarii genibus flexis intra scuta subsiderent. Ad testimonium citat illud *Vegetii L. de re milit.* 20. *Triarii genibus flexis intra scuta solebant subsidere*. Scopum et fructum hujus rei addit Vegetius: *ne stantes vulnerarentur*, *venientibus telis*, *et ut*, *cum necessitas postulasset*, *tamquam recreati a labore*, *vehementius hostes invaderent*. Vel, ut 2, 16. scribit, *si prima acies esset victa*, *ab his quasi de integro repararetur pugna*. Sed alia et diversa heic ratio triariorum Romanorum, alia Graecorum militum ex instituto Chabriae erat. Quod etiam *Stewechius* in *comment. suo ad dictum* Lib. 2. cap. 16. *Vegetii* vidit; unde ait: *Sed strategema illud* (Chabriae) *triariis Romanis quidam vir doctus* (per hunc *Lambinum* signare videtur) *accommodare voluit*. Sed errare ipsum ex hoc loco facile intelligere est. Quod quum *Stewechius* fusius non ostendat, ego explicatius dabo. Milites Chabriae obnixo genu scuto protensa hasta stabant, ut eo commodius hostilis phalangis impetum exciperent et sustinerent: quod etiam *Polyaenus* dicto loco confirmat. Triarii vero Romani genu dextro innixi, sinistro crure porrecto, scuta inniza humeris, hastas sub erecta cuspide in terra fixas tenentes, sub vexillis confidebant: dum vel hastati, qui primi pugnam inibant, vel principes, qui robustioris aetatis, et a principio gladiis pugnabant, cum hoste dimicabant: quorum subsidio, tertio ordine dispositi erant, et in eorum vicem locumque parati. Si apud hastatos ac principes parum prospere pugnatum esset, tunc demum triarii ad nutum ducis consurgebant ad pugnandum. Triarii enim erant veterani spectatae virtutis, ad quos, rebus ferme desperatis, velut ad extremum subsidium refugiebant, ut observat *Dionysius Halicarn.* 5. *Antiq. Rom.* 15. et 8, 98. Inde *rem ad Triarios redisse*, cum laboratur, proverbio increbuit, ut praeter *Lipsium Valtrinus* 5. *de milit. R.* 3. docet. Haec ergo tam distincta et diversa confundi non debent, nec alterum ab altero deduci. *Loccenius*.

*Projectaque hasta*] Si locus emendatus est (ut mihi quidem videtur) *projecta* positum pro *porrecta*, seu *ante erecta*, *προβεβλημμένης ἀσπίδος*. Sic *Sisenna* Lib. 2. apud *Macrob.* 6, 4. *scutis projectis*. Idem: *projectis ramis*. *M. Tullius* de signis: *sed quod erat ejusmodi loco*, *et ita* projecta *in altum*. *Idem* in orat. ad Q. fratrem L. 3. *brachium procerius* projectum, *quasi quoddam telum orationis*. Quidam legi volunt *porrecta*. Ego nihil muto. *Lambinus*. *Polyaenus* dixit *τὰ δόρατα ὀρθὰ προτεινομένους*: *Diodorus ἐν ὀρθῷ δόρατι μένειν*. MSS. Dan. et Boecl. *projecta hasta*, absque copula. Et potest abesse. *Barthius* conjiciebat leg. *scutoque projecto*, *hasta imp. exc.*

progredi non est ausus, suosque jam incurrentes tuba
3 revocavit. Hoc usque eo tota Graecia fama celebratum
est, ut illo statu Chabrias sibi statuam fieri voluerit,
quae publice ei ab Atheniensibus in foro constituta est.
Ex quo factum est, ut postea athletae ceterique artifices his statibus in statuis ponendis uterentur, quibus victoriam essent adepti.

Sed repugnant *Diodorus* et *Polyaenus*, qui clypeos ad genu acclinatos dicunt. *Bosius*. Leid. Voss. A. et B. *Projecta hasta*. *Projicere hastam* i. e. protendere. Graecis προβάλλεσθαι. v. Celeb. Periz. ad Aelian. Lib. 2. V. H. cap. 44. hinc *projectus* pro *extento*, *antejacto*, *prono*. Vide Celeb. Burmann. ad Valer. Flaccum L. 4. Argon. vers. 268. [Gu. Ult. *projecta*, omissa copula, quae in reliquis Edd. adest.]

*Id novum Agesilaus contuens*] Sic rescripsi auctoritate codicum Dan. Leid. et Boecler. Etsi postremus aliquot vocibus auctior, habet: *Id novum cernens Agesilaus contuens id progr. n. e. a.* Adscripserat aliquis in ora *cernens*, explicaturus τὸ *contuens*. Id postea textui, et alieno quidem loco, intrusum est. Vulgati: *intuens*. Est autem *contuens* idem ac contemplatus, speculatus, accurate et veluti fixo oculo inspiciens. Sic *contueri solem immobilibus oculis*, *Plin.* dixit *N. H.* 7, 2. Bos. Voss. B. *Id novum cernens Agesilaus contuens*. Gu. Ult. *contuens*.]

*Tota Graecia*] Liber P. Danielis *Eo tota Graecia fama celebratum est*. Gebhard. Sic MSS. Et similiter locutus *praef.* 5. et 11, 2, 3. Alii, *in Graecia*, quod etiam nuperrima editio Belgica retinuit. *Bosius*. Leid. Voss. A. et B. *Tota Graecia fama celebratum est*. Mox *sibi* abest a Leid. et Voss. A. [Gu. Ult. ut Boeclerus et Bosius ediderunt. Edd. ante Lambinum: *usque eo Graecia f. c. est*. Lambinus, et qui sequi eum solent: *usque eo in Graecia f. c. est*.]

*In foro*] Veteri scilicet, ubi et aliae illustrium virorum statuae et *omnia rerum praeclararum* (ut *Aeschines* ait *adv. Ctesiph.*) *monumenta collocata*. Vide *Meursii Ceramicum geminum* cap. 16. *Bosius*.

*Ceterique artifices*] Scenicos et musicos sive Dionysiacos atque pantomimos intelligi, ait *Pet. Faber* Lib. 2. *Agonistic. fine* capit. 20. *Bosius*.

*His statibus in stat. pon. ut.*] Mire vetus meus liber confirmat Claudii Puteani emendationem, quam Lambinus acceptat, una tamen voce mutata ita legit: *iisdem statibus in statuis ponendis uterentur, in quibus victoriam essent adepti*. Non quod omnes victores obnixo genu scuto projectaque hasta fingi voluerint, sed unusquisque eo in statu, in quo fuerit, cum victoriam obtinuerit. *Ernstius*. Ms. Ernstii: *iisdem statibus in statuis pon. ut.* Bavar. vetustior: *his statuis pon. ut.* Plerique alii: *his stantibus statuis*. Bosius. Leid. Voss. A. et B. *stantibus*. [Ax. Dan. Gu. *his stantibus statuis p. u.* Vulgati ante Lambinum: *his statibus statuis p. u.* Sed praestantissima Ult. editio: *his statibus in statuis ponendis uterentur*.]

*In quibus victoriam essent adepti*] Sic recte emendavit *Claud.*

(p. 343.)

s, probantibus *Lam-* Pet. *Fabro l. c.* Confir- hanc correctionem et e ce *Ernstius;* in quo di- iptum, *in quibus.* Vul- .am optimi caeteroqui abent: *cum victor. ess.* l plane ineptum est. Quis dat, omnium artificum ) statu effictas, quinon :i aut gladiatori vel pu- eniebat? aut omnes e- liatores talibus statuis uali Chabrias? Id tan- ati sunt, ut, quo quis- vicisset, eo sibi vellet .as. Eruditissimus, no- nicissimus vir, *Jo. Schef-* :irco putabat pro *cum* ım *quomodo;* suspica- ) fuisse *quom.* cum ad- jecto puncto. Quid si a *Nepote* scriptum sit, *in quibus fuissent, cum victor. ess. ad?* ut a libra- riis alibi illa *in quibus,* alibi τὸ *cum,* ubique verbum *fuissent,* aut simile aliud, omissum fuerit? *Bos.* Leid. pro *in quibus, cum.* Voss. A. *quum.* B. *cum.* [Pro *in quibus* Leid. 1. Gu. Ult. cum ce- teris Edd. *cum.* Ax. *quam.* Prae- positionem, quae ab omnibus li- bris exulat, Fabro l. c. et Heu- singero probantibus, cum Titzio omisi, cujus haec ad locum no- strum adnotatio est: *CUM seu QUUM ex abbreviata scriptura natum videtur. Recentiores edi- derunt IN QUIBUS, quod mi- nime placet, cum praecesserit HIS STATIBUS et IN STA- TUIS.*]

## CAP. II.

brias autem multa in Europa bella administra- 1
ıum dux Atheniensium esset, in Aegypto sua

) *In Aegypto sua spon-* Ediderat Longolius *sua* *lam gess.* Inde confe- *ıbinus,* homo ad mu- *ιεπιφορώτατος, multa,* Neutrum vero neque ıeque *quaedam* agnos- ·i calamo picti. Illud : praecedenti intelligi- *bard.* Ms. in contraria rit omnia, dum legit : *Aegypto sua sp. gess.* ontra fidem historicam. itur Nepotem scripsisse: ı *in Aegypto sua sponte* luae. Lambinus mutavit . Non enim addit, unde em sumserit. *Ernstius.* trumque editionibus Al- sonis, itemque MSS. Ma- gii, Danielis, Leid. Boecl. Ba- varico utroque, [Gu. Ult.] et Ernstiano. Itaque non dubitavi expungere. Ernstianus tamen praefixum habebat *nulla.* Unde ille *nonnulla* faciebat. Bavari- cus antiquior: *in Aeg. bellum sua sp. g.* Utrobique scilicet li- brarius, qui non vidit, aut τὸ *multa* e praecedentibus repeten- dum, aut *bellum* subaudiendum esse, de suo supplere voluit, quod deesse opinabatur. *Bos.* *Multa* abest a Voss. A. B. et Leid. Bo- sii sententiam amplector. Sen- tentia per se plana est. Diodori Sicul. Lib. XV. cap. 92. verba, *Χαβρίᾳ τῷ Ἀθηναίῳ, δημοσίᾳ μὲν ὑπὸ τῆς πατρίδος ἐκ ἀπεσαλ- μένῳ, ἰδίᾳ δὲ ὑπὸ τῦ βασιλέως*

sponte gessit. Nam Nectanabin adjutum profectus, regnum ei constituit. Fecit idem Cypri, sed publice

*συςρατεύειν κεκευσμένῳ*, exprimunt quidem verba Nepotis *in Aegypto sua sponte gessit*, sed ex una expeditione hac latius a Diodoro descripta non potuit dicere Nepos, eum multa bella in Aegypto sua sponte gessisse; attamen una fateor, hanc expeditionem famosissimam fuisse, ita ut inde locus in Syria in via, Pelusium, quae Aegypti urbs est, ferente, vocatus fuerit a Plinio Lib. v. N. H. cap. 12. sect. 14. *Chabriae castra.* a Strabone L. xvi. pag. 1103. *Χαβρίυ Χάραξ*, ubi vide Casaub. et Lib. xvii. p. 1155. *Χαβρίυ κώμη*, et ita quidem, ut pagorum illic sitorum videatur fuisse celeberrimus. Praeterea res in Aegypto gestas, et consilium, quod regi Aegyptiorum Tacho, non Nectanebi dedit, a multis veterum fuisse commemorata, patet ex iis, quae refert Aristoteles Lib. ii. Oeconom. pag. 507. et 510. Sed, ut Perizonius mox laudandus ait, horum Aegyptiorum Regum historiam confundunt ipsi Veteres, et hinc quoque Chabriae; et Nepos potuit incidere in alios scriptores, qui plura de rebus a Chabria in Aegypto gestis memoriae prodiderunt, sed hodie desiderantur, unde judicari non potest, utrum Nepos bene an male addiderit, Chabriam in Aegypto quoque *multa bella*, quae verba sane repetenda sunt, sua sponte gessisse. [Ax. *quum dux esset Atheniensium*, ut solet Noster pluribus locis. v. ad 7, 8, 2. *Heusinger.*]

*Nectanebum*] *Plutarchus in Agesilao Νεκτάναβιν* perpetuo vocat. *Polyaenus* Lib. 12. *in Agesilao* vocat *Νεκτεναβόν*. Idem Lib. 3. perhibet, Chabriam Thamo adfuisse, et Thamus erit, quem Plutarchus aliique Tachum vocant. *Gebhardus.* Exc. Dan. *Nectebenin* habent. Quidam, *Magio* teste, *Nectenabum*. Bavar. 1. *Nectebenni*: alter, *Neptenabum*. *Diodoro* est *Νεκτεναβὼς*, aut *Νεκτανεβῶς*. Ceterum alii Tacho, seu, ut Polyaenus vocat, Thamo, non Nectanebo, Chabriam adfuisse scribunt. Vid. (p. 345.) *Diodor.* 15. et *Polyaen.* 3. Fuit autem Nectanebus Tachi regis Aegyptii, vel, ut alii volunt, fratris sororisve ejus, filius, et Tachum regno expulerat. *Bos.* Leid. *Hecteben.* Quae scriptura propius accedit ad Plinianum *Nectabin.* v. L. xxxvi. cap. 9. sect. 14. §. 3. et ad scripturam Plutarchi in Apophthegm. Lac. p. 214. F. *Νεκτάβιος*, quod corruptum esse cum Lambino statuit Cl. Wess. ad Diodor. Sic. mox citandum. Vossian. A. et B. *Nectebenum*. De errore, quem hic commisit Nepos, egit Celeb. J. Perizonius ad Aelianum L. 5. V. H. cap. 1. ubi citat *Nectanebin*. τὸ *Nectanebum* hic non esse sollicitandum, docent verba Wesselingii ad Diod. Siculi Lib. xv. cap. 42. et 92. Mox *ei* abest a Vossian. B. [Ax. *Rectebenum*. Gu. *Nectebenin*, sed Ult. *Nectanabin*, quod merito ab Heusingero et Harlesio receptum est. v. ad 17, 8, 6. Etiam a Boecl. et Axen. codice *ei* abest.]

*Fecit idem Cypri*] Negat hac de re quidquam se reperisse *Lambinus*, praeter id, quod est apud *Diodorum* 16. Sed quoniam is Phocionem, non Chabriam cum Euagora Cyprum expugnasse scribit: credibile censet, *Diodorum* vel *Phocionem* pro *Chabria* posuisse, forte comite illius; vel alium historicum, quam noster, secutum. Atque is alius Euago-

blice ab Atheniensibus Evagorae adjutor datus, neque prius inde discessit, quam totam insulam bello devinceret. Qua ex re Athenienses magnam gloriam sunt adepti. Inte- 3
rim bellum inter Aegyptios et Persas conflatum est. Athenienses cum Artaxerxe societatem habebant, Lacedaemonii cum Aegyptiis, a quibus magnas praedas Agesilaus, rex eorum, faciebat. Id intuens Chabrias,

ras fuit, postquam frustra paternum regnum recuperare conatus esset, in Cypro, quo ex Asia confugerat, capitali supplicio adfectus; ut ex eodem *Diodoro* cognoscere est *ad annum* 3. *Olympiadis* 107. Noster autem haud dubie de eo Evagora loquitur, qui restitutus in regnum suum Olympiade xcvii. universam insulam in ditionem suam vindicare instituit, et paullo post ab Artaxerxe bello vexatus fuit. Huic in auxilium ab Atheniensibus missum Chabriam, diserte scribit *Xenophon* 3. *Hist. Gr. haud longe ab initio: μετὰ ταῦτα Χαβρίας ἐξέπλει ἐς Κύπρον βωηθῶν Εὐαγόρᾳ.* Meminit subsidii ab Atheniensibus Evagorae missi et *Lysias orat. pro Aristophanis bonis* cap. 6. *Bosius.*

*Sed publice*] Publico nomine, auspiciis. Opponitur hoc illi, quod supra dixit *sua sponte.* Possis et pro *nam* interpretari, sed si post *τὸ Cypri* legas punctum. *Buchnerus.*

*Bellum inter Aegypt. et Persas conflatum est*] Sic loquitur Hirtius lib. 8. cap. 6. *sub tempus aestivorum nullum summum bellum posse* conflari; et initio de bello Alexandrino. Eumene, *Interim* conflata *sunt illa bella.* Loquitur ita quoque Patercul. Lib. 2. Cicero vero de Aruspicum responsis: *Clodius nefarias cum multis scelerum pactiones societatesque* conflavit. et in Antonium: *Ille quum exercitum nullum haberet, magnum repente* conflavit. *Gebh.* De quo *Diodorus* 15. *Plutarch. Agesil.* Bosius.

*Athenienses*] Copula *et*, quae in editis habetur, aberat MSS. Dan. [Gu. Ult.] et Boecl. Bene: sic enim solet Nepos. Mox Msc. Boecl. *Id metuens.* Bosius. Voss. A. B. *conflatum est. Athenienses;* copula etiam omissa. *Id metuens* pro *id intuens* exhibet etiam Vossian. B.

*Cum Artaxerxe*] I. e. Artaxerxe Mnemone, de quo Tennul. ad Frontin. L. 2. Strateg. c. 3. n. 49.

*A quibus magnas praed. A*-(p. 346)*ges. rex eor. fac.*] Redigebat atque agebat. *Facere praedas* non est obvium in Latinis scriptoribus. Invenio tamen apud Tullium in Verrem 2, 3, 50. *Maximos quaestus praedasque fecisse.* Gebhardus. An ab Aegyptiis? Ita videtur, si vera lectio est. Atqui Agesilaus *pedestribus* eorum *copiis praefuit*, ut mox additur. Quomodo ergo praedas ab iis egit? Clariss. *Scheffcrus* idcirco non *a quibus*, sed *quibus*, omissa praepositione, legendum censebat. *Bosius.* Heusingerus in spicilegio inclusit parenthesi *Ath. cum A. s. h. Lac. cum Aeg.* et sub *a quibus* intelligit, *Persis.* deinde post *Rex* ejicit *eorum.* Nunc mutavit sententiam, et *a quibus* jam Aegyptios respicere credit, et interpretatur *a quorum partibus Agesilaus stabat.* Sed *facere praedas ab aliquo*, pro *facere praedas pro aliquo*, dubito, an

quum in re nulla Agesilao cederet, sua sponte eos adjutum profectus Aegyptiae classi praefuit, pedestribus copiis Agesilaus.

latinum sit. Et loca, ab Heusingero adducta, nihil faciunt ad hanc ejus opinionem illustrandam. [*Praedam* h. l. idem esse, quod lucrum, commodum, optime adnotavit Bremius, laudans Heynium ad Tibull. 2, 3, 35.]

*Sua sponte* ] Injussu populi, vid. ad vers. 1. Non itaque adversatur *Diodoro* (ut *Lambino* visum) qui ab Acoride arcessitum ait. *Bosius*. Vid. Wess. ad Diodor. Sicul. Lib. xv. cap. 92. lin. 57. sive not. post. quod ei objecit Agesilaus apud Plut. p. 617. (moleste ferens, quod indigne habitus fuisset a Tacho) *Ὦ Χαβρία, κατὰ σεαυτὸν ἀφιγμένῳ χρῆσθαι τοῖς σεαυτοῦ λογισμοῖς ἔξεστιν.* Et hoc vocaverat Diodor. cap. 29. *ἄνευ τῆς τοῦ δήμου γνώμης.* [Ax. *ad adjutum*, sine *eos*.]

*Pedestribus copiis* ] Quorum? an Aegytiorum, sicut Chabrias classi Aegyptiae? videtur vis oppositionis exigere. *Scheffer*. Agesilaus praeter spem factus fuit dux *τῶν μισθοφόρων μόνων, τοῦ δὲ ναυτικοῦ Χαβρίας, ἡγεμὼν δὲ συμπάντων αὐτὸς ἦν ὁ Ταχώς.* v. Plut. l. l. et Diod. Sic. Lib. xv. cap. 92. ubi cl. Wess. ad num. 50.

## CAP. III.

1 Tum praefecti regis Persiae legatos miserunt Athenas questum, quod Chabrias adversum regem bellum gereret cum Aegyptiis. Athenienses diem certam Cha-

*Regis Persiae*] Bavar. uterque *Persae*. Boecler. quoque *Perse*. Quomodo et alibi legitur apud nostrum. *Bosius*. Leid. *Regii Perses*. Voss. A. B. *regis Persae*. Proprie Pharnabazus *ἐξέπεμψε πρὸς Ἀθηναίους πρέσβεις.* Vid. Diod. Sicul. Lib. xv. cap. 29. Vide ad Iphicrat. c. 2. §. 4. [Ax. *per se*, ut supra 7, 9, 6. Gu. Ed. princeps, Arg. utraque Paris. Ult. Long. et Mag. *Persae*. Ald. et Lamb. cum Vulgatis: *Persiae*, quo tamen nomine nusquam alias Noster usus est.]

*Diem praestituerunt*] Diem praefiniverunt, elegantia Romana. Curt. Lib. 3. pr. *Postquam nihil inde praesidii mittebatur, ad praestitutam diem permisere se Regi*. Cicer. Tuscul. Quaest. *Natura dedit usuram vitae, tanquam pecuniae, nulla praestitura die*. Idem in Verrem: *Diem praestituit operi faciendo Cal.* (p. 347.) *Decembr.* Dies autem praestituta est *ἡ προθεσμία*. *Gebhard*. Cod. Dan. *praestiterunt*. Bosius. Leid. et Voss. A. *Praestiterunt*. Vide Oudendorp. ad Frontinum Lib. 1. cap. 2. Stra-

briae praestituerunt, quam ante domum nisi redisset,
capitis se illum damnaturos denuntiarunt. Hoc ille nuntio Athenas rediit, neque ibi diutius est moratus,
quam fuit necesse. Non enim libenter erat ante ocu- 2
los civium suorum, quod et vivebat laute, et indulgebat sibi liberalius, quam ut invidiam vulgi posset
effugere. Est enim hoc commune vitium in magnis li- 3
berisque civitatibus, ut invidia gloriae comes sit, et
libenter de his detrahant, quos eminere videant altius;

teg. E. 6. num. 25. [Gu. *praestiterunt.* Ita et Axen. non *prostituerunt.*]

*Denuntiarunt*] Id est, minati sunt. Hanc enim vim habet hic praepositio *de*, ut notet minis additis indicere. Livius Lib. 3. cap. 46. Denuntiare *se Icilio similibusque Icilii.* Florus Lib. 1. cap. 17. num. 3. *Ut senatus Consuli* denuntiaret, *ne tantum periculi ingredi auderet.* Justinus Lib. 6. cap. 2. *Quibus futurus imperii finis* denuntiabatur. Plura adderem; sed haec occupavit Torrenius ad Valerium Maximum Lib. 1. cap. 7. num. 37.

*Non enim*] Totus hic locus, ut jam *Longolio* aliisque observatum, e *Theopompo* desumtus videtur, cujus verba exstant apud *Athenaeum* 12, 8. Mox Cod. Dan. [Gu.] *suorum civium*, ἐμφατικωτέρως, ut videtur. *Bosius.*

*Est enim*] Ultraj. concisius habet: *Est enim hoc commune magnis liberisque civit.* Veruntamen vulgatam lectionem ac sententiam adstruit *Tacit. Agr.* 1, 1. *Quotiens magna aliqua ac nobilis virtus vicit ac supergressa est vitium parvis magnisque civitatibus commune, ignorantiam recti et invidiam.* Gebhardus. *Idem* Ann. 3, 10, 4. *Odium et invidiam apud multos valere.* De populo Atheniensi seorsim Liv. 45. *Populus Atheniensis lacerare invidia principes suos suetus.* Loccen.

*Ut invidia gloriae comes sit*] Exc Dan. [Gu.] habent: *Ut invidiae gloria comes sit.* Bosius. Leid. *Et invidia gloriae comes sit.* Voss. A. *Ut invidiae gloriae comes sit.* Sed supra notatum erat *invidia.* B. *Ut invidiae gloria comes sit.*

*Et libenter de his detrahant*] Ultraj. *libenter his detrahant.* Sed interpolatum ignoratione elegantissimi modi loquendi. Cicero enim pro Rabirio, detrahere *de aliquo et eum in invidiam vocare* dixit, et Quintus frater, *sermo eorum, qui de se* detrahere *volunt.* Infra Timoleonte, *cum quidam Lamestii similis, nomine Demaenetus, in concione populi de rebus gestis ejus* detrahere *coepisset.* Ammian. Marcell. Lib. 30. cap. 29. *de fortibus* detrahebat, *ut solus videretur bonis artibus eminere.* Gebhardus. Vide Ind. *detrahere.* Membranae Bavar. Schoppio verisim. 2, 3. teste: *de iis detrahunt.* Bos. [Edd. Ult. Gebhard. Boecl. Bos. et recentiores cum cod. Dan. Gu. *detrahant*, reliqui Edd. *detrahunt.* Pro *animo aequo* Axen. *aequo animo.*]

*Quos eminere videant altius*] Omnium librorum consensus praefert *eminere*, ἔξοχον ἔμμεναι. Aurel. Victor c. 39. In Dio-

[redacted]



neque animo aequo pauperes alienam opulentium intuuntur fortunam. Itaque Chabrias, quoad ei licebat,

oletiano: *Quo mihi mirum videtur, nobilitati plerosque superbiam dare: quae, gentis patriciae memor, molestiarum, queis agitatur, remedio* eminere *paululum pluris habet.* Vid. Tacit. Lib. 2. Hiftoriar. cap. 20. ad quem Lipfius Nepotis locum contendit. *Gebhardus.* Sic Mff. me-(p. 348.) liores, *Schoppio, Gebhardo* aliisque probantibus. *Aurel. Victor* in Diocletiano: *Nobilitas, gentis patriciae memor, molestiarum, queis agitatur, remedio* eminere *pluris habet.* Vulgo erat, *quos emergere videant altius.* De re, similis extat locus apud *Tacitum Hist.* 2, 20, 4. ubi *Lipsium* vide. *Bosius.* Leid. et Voffian. A. *emergere.*

*Neque animo aequo pauperes*] Vulgi hoc ingenium expressit quoque Salluftius Catil. bell. 27. *Semper in civitate, quibus opes nullae sunt, bonis invident, malos extollunt: vetera odere, nova exoptant.* Loccenius.

*Opulentium* ] Ita rescribendum effe dudum, et, nisi fallor, princeps e Gifanii libro indicavit Schoppius Lib. 2. Verisim. cap. 3. adftruit Savaro, approbat P. Daniel, obsignat denique Schottus. *Opulens* pro *opulentus* ex Aufonio notant; nescio, an et hoc Eidyllio 2. *Non opulens, nec egens, parcus sine sordibus egi.* Addo, me quoque obfervaffe ex Livio. Sic L. 43. *Eadem aestate, qua in Thessalia equestri pugna vicere Romani, legatus in Illyricum a consule missus,* opulentia *duo oppida vi atque armis coegit in deditionem.* Gebhard. Ita dudum e libris suis emendarunt Gifanius *Ind. Lucret. v. suaviloquens,* Schoppius *verisim.* 2. 3. *Pet. Daniel,* Savaro, Schottus. Lambinus habet *opulentum. Opulens* pro *opulentus* etiam *Livius* aliique veterum dixere. Vid. Ind. *Bosius.* [Gu. Dan. *eminere videant.* Ult. *eminere vident,* et in margine: *Al. emergere.* Tum Gu. *opulentium intuuntur.* Ax. *opulentium intuentur,* ut Boeclerus edidit. Ult. omnesque ante Boecler. editi: *opulentum intuentur.*]

*Intuuntur*] Fidenter ita rescripsi auctoritate codicum, quibus Gifanius, P. Daniel, Schoppius ac Schottus usi. Plane sic *Terentius* Heaut. 2, 3, 23. *qui* intuitur *nos.* Et Plautus Moftell. 3, 2, 150. *nullam equidem illic cornicem* intuor. Apud eundem legimus *obtuor, contuor,* et simplex *tuor* apud *Lucretium* saepiffime. Statim Msc. Boecl. *quo ei licebat.* Bosius. Leid. et Voff. B. *intuuntur.* Pro *quoad* Leid. *quo* et ita Voff. A. B. quid si inde conficiamus *quod ei licebat,* pro quantum, quamdiu ei licebat? Vide Graevium ad Ciceron. Lib. 4. ad Atticum Epift. 10. sed hanc conjecturam nemini obtrudam. Idem tamen conjiciunt Bosius in Themift. c. 9. num. 2. e Ms. Boecleri *quod mihi necesse fuit.* Et Gronovius ad Epaminond. cap. 2. num. 5. *Quod stans* pro *quoad stans.* Quam conjecturam ibi firmat Codex meus Voffian. B. Ad h. l. haec notat Heufingerus: Cod. Leid. Voff. duo, Ax. QUO EI LIC. *quod Staverius ex* QUOD *factum putat, quo veteres pro* QUOAD *usi creduntur. De librariis id concedo: non de auctoribus.* Vid. Drakenb. ad Liv. VI. 38, 13. Sed a quibus veteres usi creduntur? non a me, sed a viris doctiffimis, Graevio, Gronovio, et Bosio, qui oftenderunt, *quod* pro *quoad* saepius

plurimum aberat. Neque vero solus ille aberat Athe- 4
nis libenter, sed omnes fere principes fecerunt idem, quod tantum se ab invidia putabant absfuturos, quantum a conspectu suorum recessissent. Itaque Conon

fuisse usurpatum. *Quod steterat* apud Juvenalem Sat. x. vs. 239. explicat Scholiastes per *ex eo*, *quamdiu prostiterit*. *Quod* pro *quoad* sic valere *in quantum*, docet Oudendorp. ad J. Caesarem Lib. v. B. G. cap. 17. apud Livium Lib. xxvi. cap. 32. *quod sine jactura Reip. fieri posset*, praefert summus Gronovius τῷ *quoad*. Adde ibi Drak. attamen hic nihil muto. [Gu. etiam *quo ei.*]

*Plurimum aberat*] I. e. plerumque, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. *Lambin.* Caussam continuo subjungit *Nepos* ipse: at mihi in mentem venit quoque alia, nim. magnos viros vitato assiduitatis fastidio auctoritatem et desiderium in animis civium quaesivisse absentia. Livius 35, 10. *Accedebat, quod alter decimum jam prope annum assiduus in oculis hominum fuerat: quae res* (p.349) *minus verendos magnos homines ipsa satietate facit.* Gebh. Magno tamen favore et plausu Chabriam prosecuti fuere cives, quum eo duce primam pugnam navalem post bellum Peloponnesiacum vicerunt Athenienses. v. Diodor. Sicul. L. xv. cap. 35. et Notas ad Aristidem p. 302. sive in Notis pag. 555.

*Sed omnes f. pr. fecerunt idem*] Haec duo postrema inculcata esse quis non videat? et a nostris aberant membranis: tametsi inficias ire non possum, luxuriantem esse hujus dictionem, a qua multa, ni fides religioque tractandorum scriptorum vetet, resecare possis. *Schottus.* Libenter etiam resecaret *Gebhardus*, tanquam supervacanea, et venustatem dictionis collineantia. Et mihi quoque valde suspecta sunt. Non tamen ausus sum expungere, cum in optimis codicibus legantur. *Bosius.*

*Futuros*] Sic edd. vett. et novissima Boecleri. Alii *absfuturos*. *Lambinus* tuetur *afuturos*, quomodo *Cicero* Tuscul. 5. *a gloria se afuisse*; et *Horatius* Sat. I. 4. *quod vitium procul afore chartis*. Mox in Msc. Dan. fuit *recesserint*. Et statim: *Iphicrates in Threcia, Timotheus Lesbo, Chares Sygaeo.* Quomodo jam ante *Gifanius* e cod. suo legerat in Ind. Lucret. v. *Thrace.* Bosius. Similis locus *Livii* 3, 38. *Indignitate rerum* (Patres) *cesserant in agros, suarumque rerum erant amissa publica, tantum ab injuria se abesse rati, quantum a coetu congressuque impotentium dominorum se amovissent.* Loccen. Leid. Voss. A. et B. *futuros*. Praeferrem tamen *absfuturos* sive *afuturos*. Vide ad Miltiad. c. 4. Leid. et Voss. B. *Lesbo, Chares Sigaeo.* [Ax. *Lesbo, Chares Sigeo.*] Male in MSS. et Edd. legitur *Sigaeo*. Scribendum *Sigeo*. Σίγειον vocatur πόλις Τρωάδος a Stephano Byz. de qua urbe Strabo Lib. xiii. pag. 895, 896. Herodotus Lib. v. cap. 65. dicit: Σίγειον τὸ ἐπὶ τῷ Σκαμάνδρῳ. et cap. 91. Σιγειεῦ τῷ ἐν Ἑλλησπόντῳ. (ab Aeliano L. xii. V. H. cap. 13. vocatur prima urbium Hellesponti.) In hanc urbem confugerant Pisistratidae. Adde Thucydid. Lib. vi. c. 59. plura de Sigeo Hemst. ad Luciani Contempl. Tom. I. pag. 520. Interpr. ad Herodot. Lib. v. c. 95. fuit ergo urbs, unde legi posset, Timotheus Lesbi, Cha-

plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbi, Chares in Sigeo. Dissimilis quidem Chares horum et factis et moribus, sed tamen Athenis et honoratus et potens.

*res Sigei*, quoniam Leid. Voss. B. et Axen. legunt *Sigeo* sine praep. vel scribi posset *Lesbo*, et *Sigeo*, ut iidem *codices* scribunt. Sic olim legebam in Hygino fab. 28. *qui ab Apolline Naxo sunt interfecti.* Ubi tamen et *Naxi* legi posset. et *Lesbi* h. l. retineo, quia praecessit *Cypri*. Genitivum hunc adstruunt Viri docti ad J. Caesarem in proleg. Lib. VIII. B. G. pag. 446. Hyginiana mea emendatio non placuit eruditis in Bibl. Raisonnée Tom. XXVIII. Part. I. pag. 186. [Ed. princeps, Arg. Long. cum Gu. *futuros*. Ed. Paris. 1. Ald. *affuturos*. Paris. 2. Ult. Mag. *absfuturos*, quod cum Bremio revocavi. Pro *putabant* Ult. *putarent*. Ax. habet: *quod tantum se futuros ab invidia putabant.* Tum idem cum Dan. cod. *recesserint*. Gu. *recesserit*, et: *Iphicrates in Threcia*, *Timotheus Lesbo*, *Chares Sygeo*. Ult. Bosii lectionem accurate exprimit.]

*Dissimilis quidem Chares*] De Charete ex *Theopompo* quaedam *Athenaeus*, tardum et segnem fuisse dicens, et voluptarium. *Demosthenes* et *Aeschines* in *orationibus* suis saepe Charetem aut nominatim commemorantes, aut tacito nomine describentes, significant, eum parum strenuum fuisse imperatorem, ejusque culpa cladem ad Chaeroneam, victore Philippo, fuisse acceptam. *Diodor. Sicul.* 15. *extr.* dicit, eum fuisse ignavum et timidum in hostes, inju- (p. 350.) stum in socios. *Idem* Lib. 16. diserte ait, Charetem non fuisse quolibet alio forte oblato imperatorem, nec in re gerenda neque in consilio capiendo, meliorem. Commemorat eum *Xenophon* aliquoties 7. *de reb. Graec.* Lambinus. Add. *Plutarch. apophthegm. reg.* et infra 13, 3, 1. Pro *eorum factis* alii: *horum et factis*. Bosius. De Charete Plut. in Arato pag. 1034. Adde Aeneae Tactica c. 11. et ibi Casaub. cum Wesselingio ad Diodor. Sicul. Lib. XV. cap. ult. Chares et Cleo obponuntur Aristidi et Pericli in Excerpt. ex Polybio de Virt. et Vit. pag. 1383. *Charetum* nomen in historiis non magno est in honore. de Charete Lindio vid. Hard. ad Plinium Lib. XXXIV. sect. 18. n. 10. Voss. B. *eorum*. [Gu. Ed. Ult. omnesque ante Boecler. *horum et factis et moribus*, quod recte ab Heusingero restitutum est. Ax. *horum factis et moribus*, non *et factis*. Ed. Boecl. et Bos. *eorum factis et moribus*, qua auctoritate, nescio. De phrasi *dissimilis Chares horum et factis et moribus* confer Heusingeros ad Cic. Offic. 1, 22, 7. et Jac. Fridericum ad Fragmenta Cornelii Nepotis Guelpherbyt. pag. 152. et 165. 166. qui saepissime a Romanis Scriptoribus homines ipsos cum hominum factis et rebus comparari docuerunt. Ita Cornelius, a Bremio laudatus, infra 25, 12, 1. *Praeoptaretque Equitis Romani filiam generosarum nuptiis.* Adde geminum nostro Demosthenis locum apud Rutilium Lupum de Figur. Sentent. et Elocut. 2, 4. *Sed ego Lycurgum vobis praesentibus hoc unum interrogabo, velitne se similem esse illius factis et moribus?* et Vellej. 1, 12. *P. Scipio Aemilianus, vir avitis*

## CAP. IV.

brias autem periit bello sociali tali modo. Op- 1
nt Athenienses Chium. Erat in classe Chabrias

*ıni paternisque L. Pauli s simillimus.* ubi vide ium.]
*:ociali*] Sup. ad II, 3, *s.* Cur hoc bellum *so*- etur, docet Perizon. ad ıib. II. V. H. cap. 10. hoc bello Delus socia ſium fuit, ut ex Iphicra- :gemate colligit Dorvil. Exerc. de Insula Delo n Obſerv. Miscell. An. g. 29. Tres duravit an- hoc quoque Interpr. ad cap. 4. num. 3. Weſſ. r. Sicul. Lib. XVI. cap. ı numerantur bella so- ı Graecis πόλεμοι συμ- dicta. Sic περὶ πολέμȣ τȣ̃ loquitur Polybius L. 36. κατὰ δὲ τȣ̀ς αὐτȣ̀ς Χαιοὶ καὶ Φίλιππος ὁ ἅμα τοῖς ἄλλοις συμ- ινίσαντο τὸν πρὸς 'Αι- λεμον τὸν προσαγορευ- μμαχικόν. Adde Lib. I. n hiſtoria Romana me- etiam *bellum sociale*, nius Lib. II. N. H. cap. ıaud scire dicit, an ſu- rrae ipsi Italiae fuerit, ilia, ubi vid. Harduin. r. ad Florum Lib. III.

] Insulam, et ejusdem urbem Joniae celeber- cujus incolae maxime tum potentia, tum ſidei ım diu ante bella Medi- odotus Lib. I. cap. 18. olos ex Jonibus Chios ɔpem tuliſſe adversusLy- a Milesii olim cum ipſis adverſus Erythraeos. edico effecerunt, ut Pha- selitae cum Atheniensibus pacem facerent, et Cimonem adverſus Barbaros sequerentur. Vid. Plut. Cim. pag. 486. pluribus haec referentem. Initio belli Peloponneſiaci ab Athenienſibus ſteterunt. Vid. Thucydid. L. II. cap. 9. sed poſtea ab iis defecerunt, a quibus ita domiti fuerunt, ut poſtea adverſus Athenienſes proficisci non suſtinuerint, teſte Thucydide Lib. VIII. a capite 14. ad caput 25. Sed simul ac Thebani, auctore atque impulsore Epaminonda maris imperium adfectantes, Chios, et Byzantios invitabant, ut secum societatem inirent, ſtatim hanc conditionem acceperunt, quibus sese adjunxerunt Rhodii, et (p. 351.) Coi, nec non Mausolus Carum princeps. Nec mirum hoc de Chiis, qui maris imperii libertatisque cupiditate quoque flagrabant. Vide de Chiis praeter Thucydidem l. l. Strabonem Lib. XIV. pag. 955. et haec eſt origo hujus belli socialis: et haec eſt cauſſa, cur Athenienſes inprimis Chios fuerint adorti. Confer Diodor. Siculum Lib. XV. cap. 78, et 79. cum Libro XVI. cap. 7. et Weſſelingii notam ad num. 95. Qui Chii a bello Medico ad Peloponnesii belli tempus nulli calamitati, ut Thucydides ait, obnoxii, sua felicitate securius fuiſſent fruiti, si inter ipsos Chios de Reip. forma conveniſſet; sed hinc inter ipsos seditiones et proditiones fuere ortae. Vid. Casaub. ad Aeneae Poliorc. cap. 11. pag. 1659. Perizon. ad Aelian. L. XIV. V. H. cap. 25. et Strabon. l. l.

privatus, sed omnes, qui in magistratu erant, auctoritate anteibat, eumque magis milites, quam qui prae-
2 erant, adspiciebant. Quae res ei maturavit mortem. Nam, dum primus studet portum intrare, gubernatoremque jubet eo dirigere navem, ipse sibi perniciei fuit. Quum enim eo penetrasset, ceterae non sunt secutae. Quo facto circumfusus hostium concursu quum

*Privatus*] Epaminonda: *Erat enim ibi privatus numero militis.* Gebhardus. Aliter *Diodorus* 16, 7. qui classi eum praefuisse, Charotem vero terrestrem exercitum rexisse tradit. *Bosius.*

*Qui in magistratu erant*] Optima est locutio, cui *privatum esse* opponitur. Livius Lib. VI. cap. 6. *Senatus Diis agere gratias, quod Camillus* in magistratu *esset. Dictatorem quippe dicendum eum fuisse, si privatus esset.* Adde cl. Oudendorp. ad Frontin. Lib. IV. Strateg. cap. 5. num. 62.

*Quam qui praeerant, adspiciebant*] Quod Catullo, ni fallor, est *respectabant*, id est, observabant. *Ernstius.* Subintellige *eos*, ut 10, 9, 5. etc. *Adspiciebant* autem est, reverebantur, honorabant. Tacitus *adspectare* dixit. Ann. 1, 4, 1. *omnes exuta aequalitate jussa principis* aspectare. Sic *intueri* apud Livium 37, 54. *Pro dignitate et gloria apud omne genus humanum, quod vestrum nomen imperiumque juxta ac Deos immortales jam pridem* intuetur, *pugnastis.* Bosius. Sic Graecis βλέπειν εἰς θεοὺς pro *deos venerari.* Sophocl. Antig. vers. 935. Vid. Cuperum Lib. 2. Obs. cap. 1. alia exempla huc spectantia daturum. Mox *ei* abest a Leid. et pro *maturavit mortem* Voss. B. *mortem maturavit.*

*Nam dum primus*] Fuit enim in periculis adeundis calidior quam cautior; in aliis segnis et tardus. Vid. *Plutarch. Phocione* pag. 744. *Bosius.*

*Studet*] Σπεύδει, festinat. Datame: *Hac delatus in Ciliciam, egressus inde, dies noctesque iter faciens Taurum transiit, eoque, quo* studuerat, *venit.* Pelopida: *qui cum tempore ipso, quo* studuerant, *pervenissent.* Hinc *studium*, σπουδή, festinatio. Caesar Lib. VII. Comment. cap. 41. f. *summo* studio *militum ante ortum solis in castra pervenit.* Lib. 3. Civil. cap. 24. *Illi* studio *incitati incautius sequebantur.* Val. Lib. 3. cap. 2, 23. *Cum Pompeji praefectus jussu ejus, summo* studio *et magno militum numero ad id capiendum mitteretur.* Gebh. Copula *et* abest a Leid. et Voss. B. [Etiam Gu. Ax. Ed. princeps, Arg. utraque Paris. Ald. Long. et Mag. *intrare, gubernatorem* sine copula. Lamb. *et gub.* sed Ult. cujus certior est auctoritas, *intrare, gubernatoremque*, quod recepi. In Ax. codice sequentia sic ordinantur: *ipse perniciei fuit sibi*, non: *sibi fuit.* Recte Heusingerus hoc loco: *Nullus liber hic* pernicii *reddit, quod supra* 8, 2, 2. *inculcatum est.*]

*Quum enim eo penetrasset*] Eo significatu multoties verbo *penetrare* utitur Curt. pro penitius aut interius subire. L. IV. c. 1, 29. *Ille utendum animis, dum spe calerent, ratus ad Pelusii ostium* penetrat. L. V. c. 3, 17. *In rupium cacuminibus extra teli jactum Barbari stabant*

fortissime pugnaret, navis, rostro percussa, coepit sidere. Hinc refugere quum posset, si se in mare de- 3
jecisset, quod suberat classis Atheniensium, quae exciperet natantes, perire maluit, quam armis abjectis

(p. 352.) *de industria quieti, et paventibus similes, donec in artissimas fauces* penetraret *agmen.* Lib. 6. cap. 22. *Torrentesque et eluvies iter morabantur, nullo tamen hoste obvio* penetravit. Cicero pro Archia: *Cupere debemus, quo minus manuum nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque* penetrare. *Gebhardus.*

*Navis rostro percussa*] Navis Chabriae rostro adversariae navis icta. *Lambinus.*

*Sidere*] Pro subsidere ac demergi. Non dissimulabo, meo in cod. scriptum fuisse *fidere*: ut *findere* reperisse librarius videatur. Retineo tamen *sidere*. Pedo Albinovanus apud *Senecam Rhet. Suasor.* 1. *Jam sidere limo Navigia, et rapido desertam flumine classem.* Schott. *Fidere* etiam Voss. A.

*Hinc refugere quum posset*] Plane non opus est Magii emendatione, qua *non* expungit, si cum Lambino et aliis legimus, *nisi se in mare dejecisset.* Ernstius. Sic diserte codex Gifanii. Codices quoque Dan. et (teste *Piccarto, Pericul. Critic.* c. 10.) Bavarici: *Hinc cum refugere posset, Piccarto* et *Gebhardo* probantibus. Itaque non dubitavi, negandi particulam expungere: praesertim cum sensus id requireret. *Lambinus* corrigebat: *hinc cum ref. non p. nisi se in mare dejec.* Quod recte *Gebhardus*, ut Cornelii menti adversum, rejicit. Vult enim, inquit, Nepos, effugere exitium Chabriam potuisse: nempe si armis exutis atque abjectis in mare se immisisset, et natando parumper ad haud procul stantem Atheniensium classem successisset. *Bosius.* Voss. B. *Hinc refugere cum non posset.* Pro *in mare* Voss. B. *in mari.* [Ult. ut Bosius edidit. Gu. *Hinc refugere cum non posset, si se i. m. d.* Lambiniana lectio jam in Ald. et Mag. edit. reperitur.]

*Natantis*] Sic quoque e suis codd. *Gifanius* ac *Pet. Daniel* emendarunt. Vulgo est *natantem.* Est autem accusativus antiquus. *Bosius.* Leid. *natantis.* Pro *exciperet* Voss. B. *acciperet.* Sed *exciperet* retinendum. Livius Lib. IV. cap. 19. *Quem quum ictum equo dejecisset; confestim et ipse hasta innixus se in pedes* excepit. Vid. Servium ad Virg. 3. Aen. vs. 317. [Dan. Ult. *natanteis.* Gu. *natantis.* Ax. et editi ante Bosium omnes: *natantem.*]

*Armis abjectis*] Quod est flagitium militare et capitis poena expiandum. Nam strenui laudis ac decoris studiosi milites, aeque ut membrorum, imo pene, ut animae suae, armorum curam gerunt. Diodor. 14. *Τῶν δὲ φευγόντων ἐπὶ τὸν ποταμὸν οἱ μὲν ἀνδρειότατοι μετὰ τῶν ὅπλων διενήχοντο, τὴν πανοπλίαν ἐν ἴσῳ καὶ τὴν ψυχὴν προτιμῶντες.* Seneca (Epist. 120.) de Horatio Coclite: *Non minus solicitus, ut armatus, quam ut salvus exiret.* De Hispanis Justinus 44, 2, 5. *Plurimis militares equi et arma sanguine cariora.* De Catonis filio vide Justin. 33, 2, 3. et 4. Valer. Maxim. 3, 2, 16. *Gebhardus.* Adde *Stewech. not. in Veget.* 2, 14. *Berneg. quaest. miscell.* 29. ac *not. ad Justin.* (p. 353.) 33, 2, 3. et *Petiti comment. ad Leg. Attic.* p. 517. *Bos.*

[redacted]



navem relinquere, in qua fuerat vectus. Id ceteri facere noluerunt, qui nando in tutum pervenerunt. At ille, praestare honestam mortem existimans turpi vitae, comminus pugnans telis hostium interfectus est.

*In qua fuerat vectus*] Haec glossema esse censet Oudendorpius. [Ab Ult. praepositio *in* abest. v. ad 23, 10, 6. Tum Ax. *Id facere ceteri nol.*]

*Ille praestare honestam mortem existimans turpi vitae*] *Plutarchus* tamen *in vita Phocionis* refert, Chabriam imperatorii muneris oblitum, se temere periculis objectasse. Cum enim in pugna navali pro exponendo in terram milite audacius in hostes occurrentes se effudisset, pugnantem confossum esse, *Loccen.* Ceterum Chabrias periit archonte Cephisidoro Olympiad. cv. anno tertio. *Gebhard.* Sepulcrum ejus exstabat Athenis extra oppidum in Ceramico, teste *Pausania.* De quo lapides filius Ctesippus vendebat, ut haberet, quod voluptatibus insumeret. Testis *Athenaeus* 4. Vide *Meursii Ceramicum* cap. 21. *Bos.* Ita Diod. Sic. L. xvi. c. 7. in fine: *ὁ δ' ἀντὶ τῆς ἥττης ἀλλαξάμενος τὸν εὐκλεᾶ θάνατον, ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ τῆς νεὼς καὶ τρωθεὶς ἐτελεύτησε.* Qui locus non fugit Lambinum. [Gu. Ult. *cominus.*]

# XIII. TIMOTHEUS.

## CAP. I.

TIMOTHEUS, CONONIS F. ATHENIENSIS. Hic 1
patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus. Fuit
nim disertus, impiger, laboriosus, rei militaris pe-
itus, neque minus civitatis regendae. Multa hujus 2
int praeclare facta, sed haec maxime illustria. Olyn-
iios et Byzantios bello subegit. Samum cepit, in

(p.354.) De TIMOTHEO *vide* *Diodorum Sic.* 15. et 16. *Xe-oph.* 5. et 6. *Athenaeum* 13. *'uidam*, *Plutarchum in Syll. lelian. var. hist.* 2, 10. *Cicer.* ıepius. *Frontin.* 1, 2, 11. et 2, , 47. *Polyaen.* 3. *Demosth.* o-at. *περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ.* loeclerus.

*Cononis F.*] Ex Thressa, scor-› quidem publico, sed quae ostea exemplar clarissimum mo-estiae evasit. Timotheus autem um matris conditio sibi objieretur; *Atqui*, inquit, *per eam um Cononis filius.* auctor Athe-aeus 13, 18. *Longolius.*

*Disertus*] *Demosthenes orat.* . et *Cicero* 3. *de Oratore*, Isoratis fuisse auditorem, testan-ur. *Magius.* Platone familiari-er quoque usus est. Davis. ad ic. Disput. Tuscul. Lib. v. cap. 5. ubi de ejus prudenti dicto, [uo Platonis coenam laudavit.

*Multa hujus sunt praeclare 'acta*] Sic loquitur Livius Lib. . c. 47. *Nec alium virum esse, cujus strenue ac ferociter* facta *in bello plura memorari pos-sent.* Sic *bene facta* veteres dixere. Vide Broukh. ad Prop. Lib. 2. El. 1. vs. 24.

*Olynthios et Byzant.*] De Olynthiis, quia *Diodorus* non meminit, animi pendet *Lambinus.* sed meminit *Aristoteles*, seu quisquis est auctor, 2. *Oeconom.* 23. ut et de Samo et Corcyra. Item *Demosthenes Olynth.* 2. ibidemque *Ulpianus.* Schottus. Forsan huc quoque pertinet, quod de Olynthiorum equitatu narrat *Polyaen.* 3. *in Timotheo commate* 7. Bosius.

*Samum cepit*] Meminit *Polyaenus l. c.* comm. 9. et 10. Mox Exc. Dan. et membranae Schotti: *in quo oppugnando.* quod ille dictum vult pro *quo bello*, inepte. Si recipi debet, poterit commode ad *Samum* referri, quae vox terminatione masculina videtur esse: ut *Sestus*, *Pontus*, et quorundam sententia *Lesbus*, *Abydus*, *Corinthus*. de qui-

[redacted]



qua oppugnanda superiore bello Athenienses mille et ducenta talenta consumserant. Id ille sine ulla publica impensa populo restituit: adversus Cotum bella gessit, ab eoque mille et ducenta talenta praedae in publicum
3 retulit. Cyzicum obsidione liberavit. Ariobarzani simul cum Agesilao auxilio profectus est; a quo quum Laco pecuniam numeratam accepisset, ille cives suos agro atque urbibus augeri maluit, quam id sumere, cujus partem domum suam ferre posset. Itaque accepit Crithoten et Sestum.

bus *Vossium* vide 1. *de analogia* 12. Nil tamen mutare audeo. *Bos.* Leid. etiam [et Gu.] *in quo oppugnando.* Sic Cod. Leid. (p.355.) Voss. A. C. et P. Dan. in Milt. cap. 2. *Chersoneso tali modo constituto,* pro *constituta.* Leid. Cod. in Pausania c. 3. num. 2. pro *veste Medica* exhibet *veste Medico.* Unde patet variare genera MSS. Codices. Viro docto ad Milt. l. l. hanc Codicum scripturam probanti Synthesis quaedam inesse videtur in h. l. et Miltiadis, sed Bosii sententiam amplector. Adde Arntz. ad Victor. de V. I. cap. 42. n. 2. [Cfr. Isocratis Orationem περὶ τῆς ἀντιδόσεως pag. 69. edit. Orellianae majoris, ex quo loco Cornelianum expressum esse putat Orellius in Praefat. p. XIII. Pro *superiore*, quod in Ax. Ed. Boecl. Bos. et recentioribus est, Gu. Ult. ceterique editi *superiori* habent.]

*Cotym*] Exc. Dan. *Cotum,* ut supra *Coti* 11, 3, 4. Bosius. Pro *hanc ille* Leid. et Voss. B. *id ille.* pro *adversum* Voss. A. *adversus.* pro *Cotyn, Cholum.* [Ed. Mag. Steph. Gebh. et Keuchen. *hanc ille*, sed Gu. etiam et Ult. *id ille.* Ad *id* subintelligendum esse *argenti pondus*, Heusingerus monet, laudans Gronovium *de pecun. vet.* cap. 10. seq. Tum *Ult. Cotym*, sed Gu. Ed. princeps, Arg. et utraque Paris. *Cotum*, ut a Staverio editum est. Pro *adversum* optimi libri Dan. Ax. Ed. Ult. et Long. *adversus*, quod restitui.]

*Ab eoque mille et ducenta tal. praedae in publ. detulit*] Pro *detulit* alii habent *retulit.* Bos. *Detulit*, ut Leid. et Voss. A. (praeter B. qui *retulit* profert) in textum recepi fretus auctoritate cl. Graevii hoc verbum egregie illustrantis ad Ciceron. Lib. 2. de Offic. cap. 22. Sic *detulisse* pro *retulisse*, consentientibus MSS. quatuor, legendum est in Valerio Maximo Lib. 5. cap. 6. Exempl. 8. ubi vide cl. Torrenii notas. [Dan. Gu. Ax. Ult. *retulit*, quod cum Heusingero et Harlesio in textum recepimus. Probat idem Moschius, laudans Drakenborchium ad Liv. 29, 39.]

*Cyzicum*] *Diodorus Sic.* 15. Bosius. Voss. A. *Cyxicum.*

*Ariobarzani*] Regis Pers. Satrapae in Lydia: qui, Mithridate mortuo, regnum Ponti obtinuerat: de quo et Probus in Datame. Nulla autem de hoc bello, neque apud *Plutarchum* mentio fit, quod sciam. *Lambin.* [Memorat tamen hoc bellum, Tzschuckio monente, Demosthenes de Rhodiorum libertate pag. 102. ed. Lips.]

*Ferre posset*] In Ms. Cod. re-

ıoc una litera auctius: *Cu-*
*rtem domum suam ferre*
*t.* In alio libro ad oram
ım eſt: *quisque ferre pos-*
traque lectio haec ad ci-
ert. *Ernst.* Omnino legen-
:enseo *possent*, ut erat
lice Ernſtiano: vel, ut e-
ɔra alterius scriptum, *quis-*
*rre posset.* Non id vult
, Timotheum sibi nil su-
ʳoluiſſe: (quod nec Age-
nputat:) sed maluiſſe, ut
enses agro et urbibus, quas
vitas poſſideret, quam pe-
(ut per Agesilaum Lace-
nii) qua inter cives diſtri-
ɪuam quisque partem do-
sportare queat, ditaren-
*os.* Leid. etiam *possent.*
o *posset* efficacior eſt ad
ι *moderatae vitae* (cap.
Timothei, ad declarandam
Timotheum et Ageſilaum
ionem, et ad carpendos,
letur, Romanorum quo-
n ducem mores. *Harle-*
:tiam Gu. Ult. *posset*, quod
ius recte tuetur. Pro *cives*
*›is.*]
*hoten et Sestum*] Abra-
Ortelius locum se igno-
tetur, conjicitque Abydi
ʳmum. Lambino et Schotto
qua haeret, quorum hic
ı silentio deſperationis in-
edicinam admovere inſu-
bet: ille vero audacior
*nos* excogitat Paphlago-
·bem, vel *Ctesiphontem.*
voluntatem, de succeſſu
peritiores judicium eſto.
ıelis excerpta habent *Eri-*
*thonem* et *Sextum:* mutata mo-
do litterula Gifanii codex *Cri-*
(p. 356.) *thonem.* Unde lego:
*Itaque accepit Crithoten et Se-*
*stum:* Eſt vero *Crithote* urbs
Helleſponti in Cherſoneso Thra-
ciae, quam et ante hac Atheni-
enses, Miltiadis comites, teſte
Suida, incoluerunt. *Gebhard.*
Vulgo legitur, *Erichthonem et*
*Sestum.* De Seſto res clara. Eſt
enim urbs ad Helleſpontum Aby-
do objecta, Leandri et Herus a-
moribus nobilis. Sed *Erichtho-*
*nem* ignorare fatetur *Ortelius*,
conjicitque Abydi Synonymum.
Nec ullibi, quod sciam, id no-
men urbis occurrit. *Lambino*
quoque et *Schotto* aqua haeret:
nisi quod ille *Erythinos* Paph-
lagoniae urbem, vel *Ctesiphon-*
*tem*, excogitabat. Exc. Dan. *E-*
*rithonem*: Mſſ. Gif. Sch. Leid.
*Crithonem.* Unde *Gebhardus* e-
mendabat *Crithoten.* quod repo-
nere non sum veritus. Eſt autem
*Crithote* urbs Helleſponti in
Cherſoneso Thracica, *Scylaci*
(ſive quicunque illius *peripli* au-
ctor eſt) itemque *Straboni* lib.
10. *Marciano Heracleotae*, seu
potius *Scymno Chio*, in *perie-*
*gesi*, *Plinio nat. hist.* 4, 11. *Ste-*
*phano de urbibus*, et *Suidae*
memorata: qui poſtremus ab A-
theniensibus cum Miltiade pro-
fectis inhabitatam ait. *Bos.* Pro
*Erichthonem* Leid. *Chrythonem.*
Voſſ. A. *Critonem.* Voſſ. B. *E-*
*richthonem.* pro *Sestum* Voſſ.
A. B. [Leid. 1.] *Sextum.* [Gu.
*Crithonem et Sextum.* Ult. *E-*
*richthonem et Sestum.*]

[redacted]



## CAP. II.

1 Idem classi praefectus circumvehens Peloponnesum, Laconicen populatus, classem eorum fugavit. Corcy-

*Classi praef.*] Ms. Boecl. [Ax.] *classis praef.* Bos. Omnes mei codices [Gu. Ult.] *classi praefectus.* [Totum hoc caput cum Isocratis loco in Orat. περὶ τῆς ἀντιδόσεως pag. 68. seq. comparat, Corneliumque sua inde hausisse arbitratur Orellius in Praefat. pag. xi. seq.]

*Circumvehens*] *Lambinus* mallet *circumiens.* Sed alterum tuetur *Salmasius in prolegomenis ad Solinum* pag. 15. *Bosius.* Nulla hic est MSS. Codicum varietas, et cur dubitaverit Lambinus, nescio. Sueton. in Jul. Caesare cap. 37. *Gallici triumphi die Velabrum praetervehens.* A. Gellius Lib. 2. N. A. cap. 2. *In equo vehens venit.* ubi vide Gronovii notas. Quoties vero Latini Graecos imitati Activis pro Passivis fuerint usi, inter omnes satis constat ex J. Fr. Gronovio ad Livium Lib. 2. cap. 19. qui plura exempla Nostrum auctorem illustrantia dedit; ex Amplissimo Cupero Lib. 2. obs. c. 20. et cl. Oudendorpio ad Lucanum Lib. 1. vs. 102. item aliis, quos enumerando lectorem defatigare nolumus. De Graecis etiam res nota, qui centies verba Activa pro Passivis, et Mediis subintellecto ἑαυτὸν, adhibuere. Adi lector Ill. Spanh. ad Callim. H. Jov. vs. 55. Pro Mediis Activa subintellecto Pronomine reciproco posuisse Atticos, patet ex notissimo illo verbo καθίζειν collocare in sella, pro *sedere* usurpato. De quo egerunt Kusterus de verbis Mediis pag. 103. Graevius ad Luciani Soloecist. cap. 63. et J. Alberti ad Epist. Paulli ad Hebraeos cap. 1. comm. 3. et infinitis aliis. Ut autem *vehere* sive *vehi* de equo, curru, et de *navi*, sic ὀχεῖν et ὀχεῖσθαι apud Graecos de curru et navi dicitur. Vide Schol. Aristoph. Plut. vs. 1014. Ubi de iis, qui curru vehuntur, ponitur. Contra Homerus Iliad. ultima vs. 731. νηυσὶν ὀχεῖσθαι dixit. et ut ὄχος pro curru, v. Schol. Eur. Medea vs. 1123. ita ὄχημα et ὄχος pro ipsa navi. v. Stanlei ad Aeschylum Prom. vs. 467. unde ad omnem forsan difficultatem tollendam saepius ὄχοι ἁρμάτων dixere, ut docet Ampl. Cuperus Lib. 2. Obs. cap. 10. (qui tamen et aliam hujus locutionis putat esse caussam) et ὄχημα ἱππικὸν pro *curru* Sophoclei in Electra vs. 742. qui contra ὄχημα νηὸς pro *navi* dixit in (p. 357.) Trachin. vs. 668. Praeterea hic juvenis parum Latine doctus forsan mirabitur, quod *eorum* respondeat nomini generis foeminini; sed haec elegantissima est synthesis, Graecis ac Latinis usitata. in Alcibiade cap. 11. *Postquam inde expulsus Thebas venerit, adeo studiis eorum inserviisse.* Plura hujus elegantiae exempla dabunt Cortius ad Ciceron. Lib. 1. ad Fam. Ep. 9. num. 34. et ad Sallust. Catilin. cap. 5. n. 8. Eustathius ad Dionysium Perieg. vs. 350. Munker. ad Antoninum Liberalem fab. 37. J. Perizonius ad Aelianum L. 14. V. H. cap. 15. et Dukerus ad Thucydidem Lib. 1. cap. 3. Lin. 53. Pro *Laconicam* Leid. *Laconicem.* lege *Laconicen*, ut Heusingerus etiam legi vult. pro *soci-*

ram sub imperium Atheniensium redegit, sociosque idem adjunxit Epirotas, Athamanas, Chaonas, omnesque eas gentes, quae mare illud adjacent. Quo facto 2
Lacedaemonii de diutina contentione destiterunt, et

*osque idem* Leid. *sociosque eidem*. [Gu. Ax. Ult. *Laconicen*. Pro *idem* Heusingerus, non improbante Bremio, *isdem* i. e. *iisdem*, scilicet Atheniensibus, scriptum fuisse existimat.]

*Corcyram sub imperium*] Sic quoque *Xenophon* 5. *hist. Gr.* et *Aeschines orat. adv. Ctesiph.* Bosius.

*Athamanas*] Longolius, ejusque sublector Lambinus, *Acarnanas* contra MSS. *Gebhard.* Sic diserte MSS. et edd. vett. Etiam Exc. Dan. *Athamattas* habent. Quare nolui diutius hoc nomen exsulare, immerito ejectum a *Longolio* ac *Lambino*, quod *Diodorus* ait, Timotheum etiam civitatibus Acarnaniae persuasisse, ut sese ad Athenienses applicarent. Neque enim, si Acarnanas Atheniensibus adjunxit, idcirco non adjunxit vicinos illis Athamanas. Fuere enim Athamanes Acarnaniae et Epiro vicini. *Plinius Nat. hist.* 4. postquam cap. 1. de Epiro et Acarnania egerat, caput 2. sic inchoat: *Aetolorum populi Athamanes, Tymphaei, etc.* Athamanum regem Amynandrum ab Aetolis *ex finitimis* pacificatorem adhibitum, *Livius* ait 27, 30. *Idem* 38, 1. *Ne in Aetolia quidem res quietae fuerant, principio a gente Athamanum orto.* Et passim Athamanes Aetolis jungit, tanquam vicinos. *Strabo* 7. p. 222. inter *gentes Epiroticas supra Acarnaniam et Aetoliam* sitas recenset. adde eundem pag. 225. et Lib. 9. pag. 287. et 295. *Periegesis* sub *Marciani* nomine edita Thessaliae vicinam facit Athamaniam:

*Τῇ Θετταλίᾳ δ' ἐσθ' ὅμορος ἡ Ἀθαμανία.*

*Livius* 32, 14. *angustis faucibus a Thessalia dirimi* scribit: *Ptolomaeus* 3, 14. ait, *Amphilochis*, qui inter Thessaliam et Acarnaniam siti, *orientaliores esse Athamanas.* Haud procul igitur fuere Cephalenia insula supra Acarnaniam. Quod si in quibusdam MSS. codd. τὸ *Acarnanas* inveniretur, non abnuerim, si quis utrumque retinendum putet. *Bosius.* Voss. A. *Athamantias.* [Gu. *Athamatias.* Ult. ut in textu legitur, *Athamanas.* Lambinus hoc nomen non ejecit, sed tantum *Acarnanas legendum videri* in nota monuit.]

*Adjacent*] Quae juxta mare illud sitae sunt. *Gebh.* Ms. Dan. *adjacunt*, corrupte, ut ille censebat. Possis tamen tueri, si dixeris, veteres verbo *jacere* etiam in tertia conjugatione usos, ut *stridere*, *fervere*, *connivere*, et similibus, de quibus *Vossius de analogia* 3, 35. Bos. Omnes mei Codices *adjacent*, pro jacent ad illud mare. Solebant veteres praepositionem nomini detractam verbo adscribere. Vide Servium ad Virgilium L. 1. Aen. vs. 151. et 392. et ad 4. Aen. vs. 493.

— *Magicas invitam accingier artis.*

De hoc loquendi modo multi multa. Consule Lambinum ad Ho- (p. 358.) rat. 2, 7, 24. Heinsium ad Ovidium Lib. 3. Metam. vs. 598. Schefferum ad Petron. Satyric. cap. 51. Broukhusium ad Propertium 1, 3, 12. Davis. ad

[redacted]



sua sponte Atheniensibus imperii maritimi principatum concesserunt, pacemque his legibus constituerunt, ut Athenienses mari duces essent. Quae victoria tantae fuit Atticis laetitiae, ut tum primum arae PACI pu-

Caesarem Lib. 1. B. G. cap. 12. et J. Perizon. ad Sanctii Minervam Lib. 3. cap. 3. num. 6. et ad Eund. Libr. cap. 5. n. 2. hinc possumus probare scripturam Codd. Voss. A. et B. in Dione cap. 4. *Ut se superiore parte aedium dejecerit.* Quamvis Lectio cod. Leidensis se satis defendat aliis multis nostri Auctoris locis. Huc etiam spectat *appellere naves terram* pro *ad terram.* vid. Cl. Oudendorp. ad Frontinum Lib. 3. cap. 9. n. 27. Has locutiones apud Graecos saepius invenire licet. Consule Criticos ad Sophocl. Ajac. vs. 42. et 325. Eurip. Phoeniss. vs. 367. — *σὴ πίστις, ἥμ' εἰσήγαγε τείχη πατρῷα. Tua fides, quae me duxit intra moenia paterna.* In Hecuba vs. 339. *πρόσπιπτε γόνυ. procide ad genu.* in Oreste vs. 1077. *μὴ σύνθνησκέ μοι. ne morere mecum.* Homer. Iliad. υ. vs. 129. *θεῶν ἐκπεύσεται ὀμφῆς.* pro *ἀκούσεται ἐκ τῆς θείας φωνῆς,* ut Schol. adde Ill. Spanhem. ad Callim. H. Del. vs. 248. Aelian. Lib. 1. V. H. cap. 15. *ἀπελαύνων αὐτῶν τὸν φθόνον.* pro *ἐλαύνων ἀπ' αὐτῶν*, ut monet ibi Cel. Perizonius. *Adjacere mari* defendit tamen Cl. Oudendorpius ad Frontinum L. 3. strateg. cap. 9. num. 31. Hic vero praeter Leid. etiam Voss. A. B. [Gu.] exhibent *mare adjacent.* Eodem modo dissentiunt viri docti, rectiusne dicatur *imponere arce, colle*, an vero *colli, arci.* Vide Cl. Torrenium ad Valerium Maximum Lib. 5. cap. 3. n. 86. sed hic sequor codd. MSS. fidem. [Cit. *ad mare illud adjacent.* v. supra ad 2, 7, 1.]

*Ath. imperii mar. princ. concess.*] De hujus Lacedaemoniorum et Atheniensium principatus tempore vide Aristidem Sophistam Panathenaic. sive Oration. Tom. I. p. 170. qui p. 209. haec adnotat: *ἔπραξαν μὲν γὰρ πάν ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἦν αὐτῶν ἡ δύναμις, πλεῖν τὴν θάλατταν, καὶ τῶν Κυκλάδων ἄρχειν, καὶ τὰ ἐπὶ Θρᾴκης ἔχειν, καὶ Πύλας, καὶ Ἑλλήσποντον, καὶ Χορυφάσιον, καὶ ταῦτ' ἦν ἡ δύναμις.* ubi plura, qui pag. 403. vocat *τὴν τοῦ Ποσειδῶνος ἀρχὴν* quem locum illustravit Casaubonus ad Polybium pag. 97.

*Pacemque*] De qua *Demosth. Or. de Corona.* Bosius.

*Ut tum primum arae Paci publice s. f.*] Atqui *Plut. in Cimone* pag. 487. tradit, aras pacis esse positas post victoriam illam Cimonis ad Eurymedontem partam contra Persas: quam pax illa omnium sermone celebrata consecuta est. *Lambinus.* Quidam ediderunt *publicae.* De *pulvinari* vid. Ind. *Bosius.* Graecos Diis suis Lectulos in templis sternere fuisse solitos, Eruditi ad h. l. adnotant. Adde quod legitur apud Herodotum Lib. 1. c. 181. et 182. et Casaubon. ad Sueton. Caes. cap. 76. Chaldaeos et Aegyptios Jovi in templo juxta mensam aureum similes lectulos etiam stravisse. Caetera de lectisterniis sunt nota. Pro *arae paci publice s. factae* Leid. *arae pacis publicae s. factae.* quomodo Latini ac Graeci etiam fuerunt locuti. consule cl. Munckerum ad Hyginum fab. 40. et ad Antoni-

publice sint factae, eique deae pulvinar sit institutum. Cujus laudis ut memoria maneret, Timotheo publice 3
statuam in foro posuerunt; qui honos huic uni ante hoc tempus contigit, ut, quum patri populus statuam posuisset, filio quoque daret. Sic juxta posita recens filii veterem patris renovavit memoriam.

num Liberalem fab. 6. jam citatum a cl. Oudendorpio ad J. Obsequentem de Prodigiis cap. 108. *Cupressea simulacra Junonis Reginae posita.* Quamquam vulgatam lectionem nequaquam damnem, usus enim iste Dativi omnibus satis notus est. Pro *pulvinar* idem Cod. *pulvina.* [Ax. *publice*, non *publicae*. Ult. *publicae*, sed in *Erratis* emendatur: *publice*.]

(p. 359.) *In foro*] Veteri scilicet. vide *Meursii Ceramicum* cap. 16. et supra ad 12, 1, 3. *Pausanias in Atticis* prope porticum (quae *regia* dicta, et ingredienti Ceramicum primum occurrebat ad dextram) stetisse Cononem et Timotheum ejus filium, tradit. Idem et in arce Cecropia, utramque positam, scribit. denuo *Meursium* vide cap. 3. et in *Cecropia* cap. 13. *Bosius.*

*Ante hoc tempus*] Cod. Boecl. *ante id tempus.* Bosius. Leid. meus et Voss. B. etiam *ante id tempus.* mox pro *quoque daret* Voss. A. *quodque daret.* [Ed. Ald. *ante tempus.* Gu. Ult. ceterique ante Lamb. editi: *ante id tempus*, quod Heusingerus restituit, nos cum Bremio ferri non posse judicamus. Esset enim idem, quod: *Timotheo uni ante Timotheum hic honos contigit.* Tum demum, eodem monente Bremio, pronomen *id* retineri posset, si Auctor *qui honos huic uni ad id tempus contigit*, vel *qui honos ante id tempus contigit nemini*, scripsisset.]

## CAP. III.

Hic quum esset magno natu, et magistratus gerere 1
desisset, bello Athenienses undique premi sunt coepti.

*Gerere desisset*] Voss. B. [Ax.] *Gerere descisset*, mox pro *descierat*, *desierat.*

*Samus*] Quae insula a Pericle in Atheniensium potestatem fuerat redacta. v. Diod. Sicul. Lib. XII. cap. 27, 28. de qua testatur Plut. in Alcib. pag. 204. *ἐν δὲ τῇ Σάμῳ τότε πάντα τὰ πράγματα τοῖς Ἀθηναίοις σχεδὸν ὑπῆρχε, κἀκεῖθεν ὁρμώμενοι τῇ ναυτικῇ δυνάμει, τὰ μὲν ἀνεκτῶντο τῶν ἀφεστώτων, τὰ δὲ ἐφύλαττον, ἀμωσγέπως ἔτι τοῖς πολεμίοις κατὰ θάλατταν ὄντες ἀξιόμαχοι.* De Samo hac a Pericle domita Plut. in Pericle pag. 166, 167. et ante eum Thucydides Lib. 1. cap. 116, 117. Crudeliter Samios ab Athenien-

[redacted]



Defecerat Samus; descierat Hellespontus; Philippus jam tum valens [Macedo] multa moliebatur, cui oppositus

sibus fuisse habitos, refert Dion. Halic. in Exc. p. 701. secutus sine dubio Duridem Samium, sed a Plutarcho l. l. refutatum, bene an male, suo loco relinquo; nam Thucydidis, Ephori, et Aristotelis silentium nihil facit ad rem: ipse Samius melius scire potuit, quid in Patria sua gestum sit, quam alii. et Cicero, a Vossio Lib. 1. de H. Gr. cap. 15. p. 97. et a Casaubono ad Strabon. L. 1. pag. 103. jam citatus, vocat eum *hominem in historia diligentem*. Verba Nepotis in dubium trahit D'Orvillius de Insula Delo in Obs. Misc. Vol. VII. Tom. I. pag. 30. dicentis h. l. Samum bello sociali ab Atheniensibus defecisse; sed de Samiis nihil certi statuendum. Postquam bellum Peloponnesiacum delevisset Lysander, videri jam possunt Samii ab Atheniensibus defecisse, ita Atheniensium clade gavisi, ut *παρ' ἀυτοῖς Ἥραῖα Λυσάνδρια καλεῖν ἐψηφίσαντο*. v. Plut. Lys. pag. 443. sed Samiorum levitas nunc Alcibiadi aeneam statuam, (p. 360.) nunc Lysandro victori ponentium graphice describitur a Pausania Lib. VI. cap. 3. pag. 460. Diod. Siculus Lib. XIV. cap. 97. narrat tamen, quo tempore, et quorum opera ab Atheniensium fide fuerint alienati.

*Philippus jam tum valens.*] Hic Graeciam quassisse dicitur Olympiadis centesimae septimae anno tertio, teste Plinio Lib. II. N. H. cap 27. ubi Harduinus notat, nullam esse Codicum varietatem. Sed juxta Diod. Sicul. Lib. XVI. cap. 52. Olymp. CVII. anno quarto, cui adsentiri Philochorum apud Dionysium adnotat Wesselingius. Sed Philippi vires jam crescere coeperunt Olympiadis centesimae quintae anno tertio, quo Pydnam subegit, et Potidaem Illyriis jam devictis. Diod. l. l. cap. 8. qui Olympiadis centesimae sextae anno primo cum Thracum et Paeonum regibus contra Philippum, cujus crescentes vires iniquis oculis intuebantur, frustra conspirarunt, vide Diod. Sic. l. l. c. 22. et hoc tempus respicit Nepos. Victoria ad Chaeroneam a Philippo reportata demum est Olympiad. CX. III. de qua vide Diod. Sicul. Lib. XVI. cap. 86, 87. adde Lambinum ad h. l. Verum si *Macedo* sit retinendum, est transponendum, et legendum *Phil. Macedo jam tum valens multa moliebatur*. Haec ultima verba significant, quid monstri Graecis in animo aluerit Philippus; verbum enim *moliri*, ut recte in Indice explicatur, respicit adfectationem totius in Graecos dominationis, nam Diod. Sicul. l. l. cap. 60. adnotat de Philippo ad Olymp. CVIII. anno tertio *ἐπιθύμει γαρ τῆς Ἑλλάδος ἀποδειχθῆναι ϛρατηγὸς ἀυτοκράτωρ*, et ita ad dominationem perpetuam pervenire, et quidem nefario modo. quod idem verbum *moliri* significat. id quod e sacro bello, sive Phocico apparuit, de quo Diodorus agit, quocum conferendus est Justin. Lib. VII. et VIII. qui Libro IX. cap. 1. dicit *In Graeciam Philippus cum venisset — bellum toti Graeciae inferre statuit.* Haec sufficiant ad Nepotis verba illustranda; nam ipsa historia est notissima.

*Macedo*] Hanc vocem nobiliss. *Barthius* adfectatione alliterationis trajectam, censebat. Mihi non una caussa suspecta est. Cotym, Agesilaum, Jasonem hac ipsa vita, et alibi alios, simpliciter nominat, non addito gentis nomine. Plerisque autem il-

Chares quum esset, non satis in eo praesidii putabatur. Fit Menestheus praetor, filius Iphicratis, gener 2
Timothei, et, ut ad bellum proficiscatur, decernitur. Huic in consilium dantur duo usu sapientiaque praestantes, quorum consilio uteretur, pater et socer,

lis notior apud Romanos Philippus erat. Quoniam tamen in omnib. codd. legitur, satis habui, si uncis includerem. mox cod. Dan. *molibatur: ἀρχαϊκῶς.* Bosius. [Vox *Macedo*, non suo loco posita, merito suspecta est Bosio, etsi omnibus libris haeret. Auget suspicionem Cod. Axen. in quo est: *Philippus jam tum valens Macedo jam tum multa mol.* Heusinger. Haec vox potest defendi, etsi alieno loco posita est. Nam alii quoque Scriptores bonae notae ita nonnumquam loquuntur. Cic. ep. ad Div. 2, 17. *Ciceronum caussa puerorum.* ubi v. Cort. Orat. in Catil. 4, 6. *hujus avus Lentuli.* Caesar B. G. 7, 76. *hujus opera Comii.* Flor. 2, 15. *hujus caussa belli.* 4, 1. *Tum consul habito Senatu in praesentem reum Cicero peroravit.* Minucius Felix cap. 21. *Alexander ille Magnus Macedo.* confer Oudendorp. ad Obsequent. cap. 128. not. 26. *Kappius.* Pro *tum* Gu. *tunc.*]

*Non satis in eo*] Erat enim imprudens, stolidus, superbus, contumax, imperitus, et nihil prae milite quovis egregium habens. Vide *Diodorum* 16, 85. et sup. ad 12, 3, 4. *Bosius.*

*Et ut ad bellum*] Elegantius quidam *Lambino* laudati; Edit. princeps, utraque Paris. (in quibus *proficiscitur* est) Ald. et Mag.] *et ad bell.* Sic solet Nepos. *Bosius.* Agnoscunt tamen hic *ut* Leid. et Voss. A. B. [Gu. Ax. Ult.] paullo ante pro *Menestheus* Voss. A. [Ax.] *Menesteus.* pro *Iphicratis*, *Hippocratis.* sed in marg. al. *Hyphicratis.* [Ult. *Mnestheus.*]

(p. 361.) *In consilium dant.*] Msc. Boecl. *in consilio d.* mox alii, *usu et sapientia.* Ut nos edidimus, erat in MSS. Dan. et Boecl. *Bosius.* Tales, qui imperitioribus et junioribus adjunguntur, Cicero *custodes* appellat: *Ad militiam euntibus dari solebant custodes, quibus primo anno regerentur.* Gebhard. Hunc Ciceronis locum in hanc rem jam ad partes vocavit Servius ad Virg. Aen. 5, 546. qui mos ab heroicis usque temporibus repetendus. v. Apollodor. 3, 12, 8. et Ptolemaeum Hephaestionis Lib. 1. prope finem. Sed haec nota sunt. *In consilio* etiam Voss. B. [Ed. Ult. *usu et sapientia*, sed Gu. Ax. ut Bosius edidit.]

*Quorum consilio uter.*] Quid si legeremus? *quorum auxilio uteretur*, quod Ms. liber fere jubet. Auxilium enim interdum significat *consensum* ac suffragium. Quod Ictorum filii non ignorant. *Ernstius.* *Lambinus* falsus ταυτολογίαν videri, vult esse ἐξεπήγησιν seu ἑρμηνείαν. At *Schoppius paradox. litterar.* epistola 5. miratur, eum glossema tam putidum ejicere non ausum. Nolo negare, ut alios illius aevi, sic et *Nepotem* ea quandoque scripsisse, quae tautologiae speciem prae se ferunt (vide not. ad 2, 7, 2.) sed ut haec ab illius manu profecta credam, nondum a me impetrare possum; etiamsi cum codice Ernstiano legas, *quorum auxilio uteretur.* Bos. [v. ad 1, 1, 2.]

[redacted]



quod in his tanta erat auctoritas, ut magna spes esset,
3 per eos amissa posse recuperari. Hi quum Samum profecti essent, et eodem Chares, [illorum] adventu cognito, cum suis copiis proficisceretur, ne quid absente se gestum videretur, accidit, quum ad insulam appropinquarent, ut magna tempestas oriretur, quam evitare duo veteres imperatores utile arbitrati, suam
4 classem suppresserunt. At ille, temeraria usus ratione,

*Tanta erat*] Ms. Boecl. *tanta esset*. Bosius.

*Amissa posse recuperari*] In Attico: *Ut eodem nuntio Saufejus fieret certior, se patrimonium amisisse et* recuperasse. Caesar. Lib. 7. Comm. cap. 15. *Quod se, prope explorata victoria, celeriter amissa* recuperaturos *confidebant*. Curt. Lib. 4. cap. 13. *Perpulit, ne dubitarent ex urbe erumpere, et res amissas* recuperare. Justin. Lib. 25. *Tantus terror Gallici nominis sive invictae armorum felicitas erat, ut aliter neque majestatem suam tutam, neque amissam* recuperare *se posse sine Gallica virtute arbitrarentur*. Gebhardus.

*Hi quum Samum*] *Diodorus Sic.* 16. non Menestheum cum Iphicrate et Timotheo classi praefuisse; sed Iphicratem et Charetem: neque illos Samum, sed Byzantium oppugnasse tradit. nisi forte quae ibi narrat *Diodorus*, alio tempore gesta sunt. *Lamb.* Mox Exc. Dan. *illorum adventu cognito*. Bosius. *Illorum* etiam Leid. meus. *τὸ illorum* spurium videtur Heusingero. [Ed. Long. et Ult. *adventu illorum cogn.* Ed. Lamb. *eorum adv. cogn.* Cod. Dan. Ax. Leid. 2. Gu. *illorum adventu cognito*, quod, cum in optimis libris legatur, restitui. Ed. Boecler. Bos. et recentiores: *adventu eorum cognito*, nulla auctoritate. Caeterum mihi quoque, ut Heusingero, *illorum* a librariis additum esse videtur, quod ex variante hujus pronominis loco facile colligi potest. Accedunt Ed. princeps, utraque Paris. Ald. et Mag. in quibus omissum est. Itaque uncis inclusimus. Pro *Hi quum* Axen. *Hic cum*. Gu. *Hii quum*.]

(p. 362.) *Magna tempestas*] Diodor. Lib. 16. *τῶν περὶ τὸν Ἰφικράτην καὶ Τιμόθεον ἐναντιυμένων διὰ τὸ μέγεθος τȣ̃ κλυδῶνος. Gebh.*

*Suppresserunt*] A cursu ac progressu continuerunt. Cod. Burgensis, teste Magio, *represserunt*. Et ita loquitur M. Tullius Attico: *Dubitavit nostrum nemo, quin Caesar itinera suppressisset, volare dicitur*. Gebh. Hinc Florus Lib. 1. cap. 13. n. 1. metaphorice. *Hic sive invidia Deûm, sive fato, rapidissimus imperii cursus parumper Gallorum Senonum incursione supprimitur*.

*At ille*] Menestheus scilicet. At *Diodorus* 16. haec omnia a Charete facta scribit. *Bos.* vide not. post. [Ad Charetem haec referenda esse, Bremius verissime monet.]

*Temeraria usus ratione*] Quomodo ratio *temeraria* esse potest? Nam *temeritas* est fortunae, *ratio* consilii et mentis. *Ratio* heic ponitur non pro potestate illa animi, qua differimus

non cessit majorum natu auctoritati, et, ut si in sua navi esset fortuna, quo contenderat, pervenit, eodem-

a mutis animantibus: sed pro modo et via agendi. Vel dicam··i, ita dixisse *rationem temerariam*, quasi dixisset λόγον ἄλογον. i. e. *rationem nec rationem*. Lambinus. Temerarie egit. Diodor. Lib. 16. τοῦ δὲ Χάρητος παρὰ φύσιν βουλομένου ναυμαχεῖν. *Gebhard.*

*Ut in sua nav.*] Sic membranae Schotti ac Bavaricae, et Edd. Ultraj. Heuchen. ac Germanicae vett. Eoque Schottus refert Caesaris illius ad nautam: *Caesarem fers et fortunam ejus*: quodque in proris navium Fortuna collocata: tum quod *Ulpianus in Olynth.* 2. *Demosthenis* ait, Timotheum usque eo fortunatum fuisse, ut dormiens pingeretur reti urbes captans, addita muliere FORTUNAE titulo. Quae omnia ait vulgatam magis lectionem tueri. *Piccartus* quoque *Pericul. Critic.* cap. 10. censet ita suadere antecedentia et sequentia, idque locum inspecturo evidenter appariturum. At *Gebhardus* negat, quae *Schottus* attulit, scrupulum sibi eximere, quod videat, ea omnia non magis referri posse ad Timotheum, quam ad Iphicratem aut Menesthea. *Si habuit*, inquit *fortunam in navis prora, cur opinaretur se habere? Siquidem opinio rebus certis et in sensus incurrentibus non bene applicatur: sed notitia, sed scientia. Deinde quare impingatur Timotheo, quod temerarie Chares deliquit? Ille ut vetus et talium casuum providus cum Iphicrate classem cohibuit, ne fieret obnoxia tempestati ac discrimini maris. At hic temeraria ratione progressus est, quasi eventum ac successum haberet in potestate; quasi fortunae imperare posset, ut pro arbitrio ipsius conata secundaret.* Haec ille. Mss. Dan. et alii, ac Edd. Ven. et Florent. habebant, *ut in sua manu.* Unde *Lambinus* et alii: *ut si in sua manu:* cujus sensum vide in Ind. v. *fortuna.* Eruditiss. *Schefferus* mallet: *et ut si suae navi:* perinde ac si sua navis haberet fortunam. Quodcunque eligas, sensus commodus erit: sed magis placet τὸ *navi.* Quae *Gebhardus* objicit, tanti non sunt, ut ab ea sententia me demovere queant. *Bosius.* *In sua manu* Voss. A. et Leid. sed Voss. B. *in sua navi.* Probo *ut si in sua navi*, vel potius: *ut si suae navi*, ut in Datame (p. 363.) cap. 3. *Ut si feram bestiam captam duceret.* Heusingerus perseverat legere *in sua manu* pro *in sua navi.* quia, ut ille ait, *plures erant naves, quibuscum Chares ad insulam accesserat, non una.* Qui, si Lambini, et post eum Bosii, nec non Wesselingii ad Diodorum l. l. legisset notas, non in Charetem, sed in Menestheum hoc dictum esse vidisset. Menestheo enim adpositi erant pater, et socer, qui horum veterum imperatorum, sibi ab Atheniensibus in consilium datorum, auctoritati cedere noluit, et temeraria usus ratione, suae, qua vehebatur, navi fisus est, haud aliter, ac si haec fortunam suam secum veheret; sine dubio respexit Nepos dictum Caesaris, ut jam in post. not. ostendi, quibus adde notas ad Dion. Cassi. L. XLI. cap. 46. nec alienum est a Nepote, tangere J. Caesaris dicta ac facta. Sic in J. Caesarem convenire, quae in Agesil. cap. IV. §. 2. dicit: *cujus exemplum utinam imperatores nostri sequi voluissent*, jam observavit Lambinus, et Bosius ad Caton. c. II.

[redacted]



que ut sequerentur, ad Timotheum et Iphicratem nuntium misit. Hinc, male re gesta, compluribus amissis navibus, eodem, unde erat profectus, se recepit, litterasque Athenas publice misit, sibi proclive fuisse Samum capere, nisi a Timotheo et Iphicrate desertus esset. [Ob eam rem in crimen vocabantur.] Popu-

§. 2. *quod tum non potentia, sed jure Resp. administrabatur.* Plura adderem; sed vereor, ne nimius sim. Id unum addo tamen, me credere illud *manu* suam originem debere librariis, non Nepoti. Sic quoque de Lysandri navi, quia una hora totum confecit ad Aegos flumen bellum Peloponnesiacum, Plut. in Lys. pag. 439. adnotat: *ἦσαν δέ τινες, οἱ τὺς Διοσκόρυς ἐπὶ τῆς Λυσάνδρυ νεὼς ἑκατέρωθεν, ὅτε τῦ λιμένος ἐξέπλει πρῶτον ἐπὶ τὺς πολεμίυς, ἄςρα τοῖς ἄναξιν ἐπιλάμψαι λέγοντες.* Quod autem Curtius de Alexandro Lib. x. c. 5. num. 35. dicat *plus debuisse Fortunae, quam solus omnium mortalium in potestate habuit:* ubi Loccenius hunc Nepotis locum adducit, citans, *et ut in sua manu esset Fortuna:* aliud quid est, nam hic de uno casu, et de navi, ibi de omnibus ejus in vita rebus prosperrime gestis agitur. Denique Heusingerus pro *et ut* legi posse conjicit *velut*, quia Livius saepe *velut* pro *velut si, tamquam si*, adhibuit. Non hic quaestio est, quid soleat Livius, sed quid familiare sit Nepoti, [Gu. *et ut in sua manu*, sed praestantissima Ult. editio: *et ut si in sua navi*, quod recepimus, atque in margine: *Al. manu.*]

*Iphicratem*] Voss. A. *Hippocratem*, supra notatum erat *Hiphicratem.* et paullo post pro *Iphicrate*, *Hippocrate*, iterumque *Hiphicrate* supra adscriptum.

*Complurib. amissis navib.*] Quum ingenti orta procella et invita natura mari pugnare conatus esset, plures naves amisit; uti refert *Diodorus* lib. 16. Loccenius.

*Eodem unde*] Ms. Boecl. *eo unde.* mox Dan. [Gu.] *se recipit.* Bosius. *Recipit* etiam Voss. A. [*Eo* etiam Ax. Gu.]

(p. 364.) *Litterasque misit*] Vide Ind. v. *mittere.* Bosius.

*Sibi proclive fuisse Samum capere, nisi a Timotheo et Iphicrate desertus esset*] Diodorus l. 16. *Ὁ μὲν Χάρης ἀπομαρτυρόμενος τοῖς ςρατιώταις διέβαλε τὺς συνάρχοντας ὡς προδότας, καὶ πρὸς τὸν δῆμον ἔγραψε περὶ αὐτῶν, ὡς ἐγκαταλελοιπότων τὴν ναυμαχίαν.* Gebh.

*Ob eam rem etc.*] Ita editio Basil. et cum *Lambino* recentiores plerique ediderunt. *Longolius* paullo aliter: *ob eam rem in cr. voc. Nam pop. ac. susp. mob. adv. inv. etiam pot. confestim eos domum revocat.* Mss. Burgensis, Dan. Leid. Boecler. [Guelph.] et edd. aliquot vett. hunc locum ita exhibent: *Populus acer, suspicax, ob eamque rem mobilis, advers. inv. et. pot. in crimen vocabantur.* (Editi [et Gu.] *vocabatur*) *domum rev. acc. pr.* corrupte, judice nobiliss. Boeclero, sed unde fors non incommoda lectio prodire possit. Magius tentabat: *populus etc. ad crimen vocabatur*, h. e. ad obtrectationem vel accusationem invitabatur ac excitabatur. *Crimen* pro criminatione, ut apud *Ciceronem* pro Coelio: *quod omnium accusatorum non criminibus, sed vo-*

**lus acer, suspicax, mobilis, adversarius, invidus etiam potentiae, domum revocat, accusantur proditionis. Hoc judicio damnatur Timotheus, lisque ejus aestimatur centum talentis. Ille, odio ingratae civitatis coactus, Chalcidem se contulit.**

*cibus maledictisque celebratum.* adde 15, 7, 3. In Burgensi tamen codice ait fuisse *in crimen vocabant*. Schottus et Savaro, quod miror, heic plane silent. Cl. Puteanus retento ordine MSS. codicum, unaque vocula addita, legendum existimat: *adversarius, invidus etiam potentiae, quae in crimen vocabatur, dom. rev.* Cl. Schefferus scribendum censet: *Pop. ac. susp. ob eamque rem mobilis, adversarius etiam potentiae. In crimen vocabantur, domum revocati accusantur proditionis.* sensu, ut ait, aperto. Olim tentabam: *invidus (etiam potentia in crimen vocabatur) domum rev.* Sed, ut ingenue fatear, mihi, veteri formula, Non liquet. *Bos.* Verba *ob eam rem in crimen vocabantur* absunt a Voss. B. sed Voss. A. et Leid. meus consentiunt MSS. a Bosio citatis. vid. not. post. [Axen. accurate exprimit lectionem Cod. Danielis aliorumque, ut itaque ab hoc quoque in lectione loci constituenda destituamur. *Mosche.* Ed. Ult. cum Dan. reliquisque codd. consentit, nisi quod pro *accusantur* habet *accusanturque*. Verba *Ob e. r. i. c. v.* recte Heusingerus et Bremius, ut ex margine exemplaris alicujus invecta, uncis a reliquis secreverunt.]

*Populus acer etc.*] De Atheniensium civitate juvenis consulat Polybium Lib. vi. cap. 42, 43. quomodo a Parrhasio Ephesio populus Atheniensis fuerit depictus, docet e Plinio Meursius Lib. iii. Athen. Att. cap. 9. pag. 166. adde Kuhnium ad Aelianum Lib. ii. cap. 13. num. 14.

*Hoc judicio damnatur Timotheus*] Qui ante ob felicitatem superbiens, arroganterque loquens dixit, *felices rerum successus suos potius, quam fortunae esse.* Vide Suidam et Lud. Cael. Rhodigin. Lib. 9. lect. antiq. cap. 18. *Ernstius.* Sed vide tu, Lector, cl. Periz. ad Aelian. Lib. xiii. V. H. cap. 43. num. 1. et 2. et ab hoc facto immunem judicabis Timotheum. Damnatus est Timotheus, praecipue cum accusante Aristophonte. v. Eumdem ad Lib. xiv. cap. 3.

*Aestimatur*] Voss. B. [Gu.] *existimatur.* et paullo ante pro (p. 365.) *proditionis* idem *prodictionis.* pro *Chalcidem* Voss. A. *Chachidem.* [Ult. *lis* omissa copula.]

*Ingratae civitatis*] Eodem infamante titulo eam exornat Cicero Lib. iii. de Legg. cap. xi. pag. 215. Caeterum in hoc exsilio mortuus est Timotheus. v. Perizon. ad Aelian. Lib. iii. V. H. cap. 47.

## CAP. IV.

1 Hujus post mortem quum populum judicii sui poe-
niteret, multae novem partes detraxit, et decem ta-
lenta Cononem filium ejus ad muri quamdam partem
reficiendam jussit dare. In quo fortunae varietas est
animadversa. Nam quos avus Conon muros ex ho-
stium praeda patriae restituerat, eosdem nepos, cum
summa ignominia familiae, ex sua re familiari reficere
2 coactus est. Timothei autem moderatae sapientisque vi-
tae quum pleraque possimus proferre testimonia, uno

*Quum populum judicii sui poeniteret*] Concisior esset lectio: *Hujus post mortem quum populum judicii sui poeniteret.* Quandoquidem Codex Burgensis et Vet. P. Daniel. *populum* ingerunt. Ita est: ingratum lapsae mentis errorem poenitentia sequitur, ut loquitur Valer. Maximus. *Gebh.* Sic [Gu. Ed. Ult. Boecl.] MSS. Burgensis, Daniel. et Leid. nisi quod hic postremus *poenitebat* praefert. [Ed. princeps, Arg. Paris. 1. 2. Ald. Long. et Mag. *cum populus j. s. p.* Quod ita correxit] Lambinus: *Huj. post mort. populus, cum eum jud. s. poeniteret.* Bosius. [Gu. *partis.*]

*Fortunae varietas*] Vita Attici cap. 10, 2. *tanta varietas iis temporib. fuit fortunae.* Nam libenter comparo has cum illa vita, ut appareat cuivis, eandem dictionis esse indolem, ac proinde unum eundemque et harum et illius Vitarum scriptorem. Curt. Lib. 4. cap. 41. *Urbs et vetustate originis et crebra fortunae* varietate *ad memoriam posteritatis insignis.* Cicero de divinat. varietas *est propria fortunae.* Idem ad Lucceium. *Nihil aptius est ad delectationem lectoris, quam temporum* varietates *fortunaeque vicissitudines.* Val. Max. 6. cap. 9. 8. *Portus ipsos, si quis modo mutis rebus inest sensus, tantam in eodem homine* varietatem *status admiratos arbitror.* Gebhardus.

*Mod. sapientisque vitae.*] De Timothei sapientia testimonium egregium dedit Hegesander apud Athenaeum, descriptum ab Aeliano Lib. 11. V. H. cap. 18. ubi interpr. et Davis. ad Ciceron. L. v. Disputat. Tusculan. cap. 35.

*Quum pleraque possimus*] Non video, cur mutari debeat vox *pleraque*; quae non modo in vett. edd. sed etiam in Excerptis Dan. legitur. quanquam nec alteram lectionem improbo, *complura possumus*, vel, ut alii, *cum plura possimus.* Mox (p. 366.) Ms. Boecl. *qui ex eo.* Unde is conjicit legendum, *quia ex eo.* Bosius. Voss. A. *quum pleraque.* B. *complura.* pro *possimus* B. *possumus.* τὸ *pleraque* non mutandum. v. not. post. [Ax. *m. s. vitae complura possumus* (non *cum plura possimus*) *proferre testimonia*, ut Boecl. edidit. Gu. Ult. Bosii lectionem confirmant.]

erimus contenti, quod ex eo facile conjici poterit, quam carus suis fuerit. Quum Athenis adolescentulus caussam diceret, non solum amici privatique hospites ad eum defendendum convenerunt, sed etiam in eis Jason tyrannus, qui illo tempore fuit omnium potentissimus. Hic quum in patria sine satellitibus se tutum 3
non arbitraretur, Athenas sine ullo praesidio venit, tantique hospitem fecit, ut mallet se capitis periculum adire, quam Timotheo de fama dimicanti deesse. Hunc

*Caussam diceret*] H. l. notat accusaretur. v. Periz. ad Valer. Maxim. Lib. VI. cap. 4. n. 40.

*Jason tyrannus*] MSS. Dan. et Leid. addunt *Thessaliae*; Edit. Long. *Thessalorum*. Fuit autem Pherarum in Thessalia tyrannus, memoratus *Diodoro* 15. et 16. *Isocrati or. ad Philippum*, *Polyaeno* 6. *Valerio Max.* 1, 8. *ext.* 6. et 9, 10. *ext.* 2. *Plutarcho in apophth.* et *praecept. pol.* *Aeliano in Tacticis*, inprimis *Xenophonti h. Gr.* 6. Bos. vid. not. post. *Pheraeus Jason* etiam vocatur. vide Plinium Lib. VII. cap. 50. uti ab Harduino legitur, quem Plinii locum illustrat Valer. Maximus Lib. 1. cap. 8. Ext. 6. a Bosio, et aliis jam citatus. *Pheraeus*, et *Pheraeorum* tyrannus vocatur a nobilissima Thessaliae urbe Pheris, de qua Cicero Lib. 1. de Divinat. cap. 25. quae cum tyrannis crevit et concidit, teste Strabone Lib. IX. pag. 667. Hic Jason, licet nequaquam crudelis esset, et a Thessalis ipsis dux sibi electus, paullo post per dolum fuit interfectus. Vide not. post. ad h. l. Brevitatem ejus imperii sine dubio respicit Plut. in Galba pag. 1053. referens: Διονύσιος Φεραῖον ἄρξαντα Θετταλῶν δέκα μῆνας, εἶτα εὐθὺς ἀναιρεθέντα, τὸν τραγικὸν ἀνεκάλει τύραννον, ἐπισκώπτων τὸ τάχος τῆς μεταβολῆς.

*Sine ullo praesidio*] Quod tueretur contra obviam vim. Datame: *ad quem cum venisset sine* praesidio. Attico: praesidium *ei misit.* Tacit. de morib. German. cap. 13. *in pace decus, in bello* praesidium. Graeci παραπομπὴν appellant. Curt. Lib. 3. cap. 2. praesidio *sagittariorum prosequente.* Tacit. 1. Annal. c. 39. *Legatos* praesidio *auxiliarium Equitum dimittit.* Sallust. Jugurth. *se a patre Boccho obviam illis simul et* praesidio *missum.* Gebhardus. *Venit* abest a Voss. B.

*Quam Timotheo de fama dimicanti deesse*] Locutio e foro desumpta. hinc Florus Lib. 3. cap. 11. num. 6. *Itaque dii foederum ultores, nec insidiis, nec virtuti hostium* defuerunt. Lib. 4. cap. 9. num. 2. *Nec ille* defuit *vitiis, quin periret.* Id est, ut Dukerus recte explicat, ille vitiis suis adjuvit interitum suum. Justinus Lib. 1. cap. 9. *Quibus ne ipsis quidem animus in auxilium* defuit. Cicero 4. ad Fam. Ep. 7. *sed tamen consilio, studio, Marcello non* desumus. pro quo *abesse* veteres etiam dixere. Vide Cortium ad Sallust. Cat. cap. 20. num. 16. et. Th. (p. 367.) Wopkens Lib. 1. Lect. Tull. cap. 6. Et his contrarium est *adesse*, ut notum est.

[redacted]



**adversus tamen Timotheus postea populi jussu bellum gessit, patriaeque sanctiora jura, quam hospitii, esse**
**4 duxit. Haec extrema fuit aetas imperatorum Athenien-**

*Patriaeque sanctiora jura quam hospitii*] Ed. Long. et Mag. habent, *Patriae enim*. a cod. Dan. utraque particula aberat. *Bosius*. *Que* abeſt a Leid. ; Ax. Gu. Ed. principe, Arg. utraque Paris. Ald. et Ult. in cujus margine eſt: *Forte patriaeque*, ut Lambinus recte edidit. ]

*Haec extrema fuit aetas*] Qua Philippus Macedonibus, et Dionysius Syracusanis imperitabat: quaque Athenienſes cum sociis Chiis, Rhodiis, Cois, et Byzantinis, qui ab eis defecerant, bellum, ducibus Chabria, Charete, Iphicrate et Timotheo, gerebant, quod *sociale* appellatur et anno quarto, metu potentiae regis Persarum, quem Chares injuria affectum contra Athenienſes provocaverat, aequis conditionibus compositum eſt. Id quod scribunt Diod. Sicul. Lib. 16. (cap. 85.) et Corn. Noſter in vit. imperatorum jam dictorum. *Ernst*. Sic fere *Diodorus* quoque 15, 7, 8. et *Justinus* 6, 9. Bos. Adde Isocratem in Areopagit. pag. 244. in fin. et pag. 263. Aetas autem extrema imp. Athen. a Nepote vocatur iſtud tempus, quo antiqua Imperatorum Atheniensium virtus jam veluti consenuit in Iphicrate, Chabria, et Timotheo, quae poſt horum obitum quasi mortua et sepulta fuit. Orsus autem fuit Auctor ab iſto tempore, quo Atheniensium virtus ad quemdam juventae florem, ut cum Floro loquar, pervenit. Unde Diodorus Siculus Lib. xii. cap. 1. quem Noſter sequitur, Imperatores enumerat, per quos Graecia, praecipue Athenarum civitas, ſtupenda incrementa fecit, ut Miltiadem, Themiſtoclem, Ariſtidem, Cimonem, et Myronidem. Plut. vero in Cim. p. 491. adnotat poſt Cimonis obitum jam eam consenuiſſe, quum scribit: *μετὰ δὲ τὴν ἐκείνυ* (Cimonis) *τελευτὴν, προς μὲν τὐς βαρβάρυς ὀυδὲν ἔτι λαμπρὸν ὑπ' ὀυδενὸς ἐπράχθη ςρατηγύντων Ἑλλήνων, ἀλλὰ τραπέντες ὑπὸ δημαγωγῶν καὶ πολεμοποιῶν ἐπ' ἀλλήλυς, ὀυδενὸς τας χεῖρας ἐν μέσῳ διασχόντος, συνεῤῥάγησαν εἰς τὸν πόλεμον, ἀναπνοὴ μὲν τοῖς βασιλέως πράγμασι γενόμενοι, φθόρον δ' ἀμύθητον τῆς Ἑλληνικῆς δυνάμεως ἀπεργασάμενοι, ὀψὲ δ' οἱ περὶ τον Ἀγησίλαον εἰς την Ἀσίαν ἐξενεγκάμενοι τὰ ὅπλα, βραχέος ἥψαντο πολέμυ πρὸς τὐς ἐπὶ θαλάσσῃ βασιλέως ςρατηγύς. καὶ λαμπρὸν ὀυδὲν, ὀυδὲ μέγα δράσαντες, αὖθις δὲ ταῖς Ἑλληνικαῖς ςάσεσι, καὶ ταραχαῖς ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς ὑπενεχθέντες ᾤχοντο, τὐς Περσῶν φορολόγυς ἐν μέσαις ταῖς συμμάχοις, καὶ φίλαις πόλεσιν ἀπολιπόντες.* Contra Diodorus Siculus Lib. xv. cap. 39. et 88. poſtquam de Cononis, Chabriae, Iphicratis et Timothei Atheniensium laudibus egiſſet, Epaminondam Thebanum non tantum his, sed et Miltiadi, Themiſtocli et Cimoni et aliis, qui ante eum Medicis temporibus floruerunt, longe praetulit. unde etiam Ciceronis judicio Graeciae princeps fuit. vid. Cic. Lib. 1. Tusc. Disput. cap. 2. sed Nepos hic et Plutarchus loquuntur tantum de Atheniensibus, qui contra Barbaros dimicarunt. Plutarchus quae de Cimone dixit, in clariori luce collocat in T. Q. Flam. pag. 375. ubi de rariſſimo exemplo *justi* inter mortales etiam bonos egerat, sine dubio Ariſtidem intelligens, pergit his verbis, *οἱ γὰρ Ἀγησίλαοι, καὶ Λύσανδροι, καὶ*

sium, Iphicratis, Chabriae, Timothei, neque post illorum obitum quisquam dux in illa urbe fuit dignus memoria.

οἱ Νικίαι, καὶ οἱ Ἀλκιβιάδαι, πολέμους μὲν εὖ διέπειν, καὶ μάχας νικᾷν κατάτε τὴν γῆν, καὶ θάλασσαν ἄρχοντες ἠπίσαντο, χρῆσθαι δὲ πρὸς χάριν εὐγενῆ, καὶ τὸ καλὸν, οἷς κατώρθουν, οὐκ ἔγνωσαν. Ἀλλ', εἰ τὸ Μαραθώνιόν τις ἔργον ἀφέλοι, καὶ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν, καὶ Πλαταιάς, καὶ Θερμοπύλας, καὶ τὰ πρὸς Εὐρυμέδοντι, καὶ τὰ (p. 368.) περὶ Κύπρον Κίμωνος ἔργα, πάσας τὰς μάχας ἡ Ἑλλὰς ἐπὶ δουλείᾳ μεμάχηται πρὸς αὐτὴν, καὶ πᾶν τρόπαιον αὐτῆς, συμφορὰ καὶ ὄνειδος ἐπ' αὐτὴν ἕστηκεν, τὰ πλεῖστα κακίᾳ καὶ φιλονεικίᾳ τῶν ἡγουμένων περιτραπείσης. Quae ita distinguas. Bella Medica a Miltiade, Themistocle, Aristide, et Cimone Atheniensibus excellenter gesta sunt pro mutua Graecorum salute et libertate. Post hos, et praecipue post Cimonis mortem praeclarum nihil adversus Persas fuit effectum, et quidquid praeclare fecerint, in mutuam Graecorum perniciem fecerunt. unde Pausanias Lib. VIII. cap. 52. Τοὺς δὲ ἐπὶ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πρὸς Ἀθηναίους πολέμου, καὶ μάλιστα αὐτῶν τοὺς εὐδοκιμήσαντας φαίη τις ἂν αὐτόχειρας, καὶ ὅτε ἐγγύτατα ποντιστὰς εἶναι σφᾶς τῆς Ἑλλάδος. Inter hos tamen Iphicrates, Chabrias et Timotheus ultimi Atheniensium ducum fuere memoria digni. Atticae virtutis infantiam multis fabulis admixtam, et adolescentiam Nepos suo loco reliquit.

[redacted]



# XIV. DATAMES.

## CAP. I.

1 **Venio nunc ad fortissimum virum maximique consilii omnium barbarorum, exceptis duobus Carthaginien-**

(p.369.) DE DATAMIS rebus quaedam vide apud *Diod. Sicul.* 15. *Polyaen.* 7. *Frontin.* 2, 7, 9. Boeclerus. Meminit ejus et *Aeneas in commentar. poliorcetico* cap. 40. Bosius.

*Datames*] C. Barthius Adversar. lib. 52. cap. 14. *Caeterum*, inquit, *et in Datamis et in aliis omnibus Vitis duo diversi Scriptores maxime apparent, quod non poterit non videre, qui phrasin exactius considerabit. Itaque nos Epitomen Nepotis clare agnoscimus.* Aſt ego Barthium non primum exſtitiſſe arbitror, qui exacte phraſes hujus Scriptoris examinarit. Fecerunt id tum multi praeſtantes doctrina et judicio viri, tum inprimis Gifanius ac Schoppius, qui, si tantam inaequalitatem deprehendiſſent, certe judicium suum non suppreſſiſſent. Ego, qui data opera loquendi modos ac genera invicem comparata fortaſſis etiam ad nauſeam lectori ingessi, comperi, non ovum ovo eſſe similius, quam omnes viginti quatuor inter se sibi Vitas. Pro materia quidem interdum aliter loquitur, sed tamen, ut eandem loquendi scaturiginem agnoscas; et, prout res geſtae hujus vel illius excellentis Viri sunt amplae ac notae, ita diligentiam intendit. Cur autem Datamis Vitam curatius elaborarit, praecepi in veſtibulo dicere. *Gebhard.* Non satis videtur *Barthii* mentem percepiſſe *Gebhardus* in iis, quae de Vita Datamis dixerat. Neque enim eam a reliquis ſtylo differre aſſeruit, sed in ipsa pariter ac in caeteris *duos diversos Scriptores apparere*, unum scil. qui primitus eas scripſerit, *Nepotem*, alterum, abbreviatorem, *Probum*, ab illo eſſe exiſtimans, quaecunque elegantius ac purius dicta sunt, ab hoc vero, quae ab iſta Ciceroniani aevi puritate deflectunt. *Bosius.*

*Venio nunc*] Hanc totam transitionem vett. membranae [etiam Dan. Gu. Ult.] Timotheo annectunt, omnesque adeo cdd. extra Lambinianam; idque, si *Schottum* sequimur, rectius, Tranquilli more aliorumque, et ipsius adeo Nepotis, qui a patria parentibusque vitam cujusque auspicatur. *Gebhardus* inde incipit: *De quo hoc plura referemus.* Ceteri vero hinc: *Datames patre Camissare etc.* Quod nobis rectius videtur. Locus 21, 3, 5. plane diſſimilis eſt, neque cum praeſenti comparandus. Eſt autem in hac vita textus passim

sibus, Hamilcare et Hannibale. De quo hoc plura 2
referemus, quod et obscuriora sunt ejus gesta pleraque, et ea, quae prospere ei cesserunt, non magnitudine copiarum, sed consilii, quo tum omnes superabat, acciderunt, quorum nisi ratio explicata fuerit, res apparere non poterunt. DATAMES, patre Camis- 3
sare, natione Care, matre Scythissa natus, primum militum numero fuit apud Artaxerxem eorum, qui re-

e Msc. codice Cl. *Boecleri* emendatus: quod semel monuisse suffecerit. *Bos.* Consentiunt Leid. et Voss. A. B. Pro *Carthaginiensibus* Leid. et Voss. B. *Carthaginensibus.* Pro *Hamilcare et Hannibale* Leid. et Voss. A. *Amilcare* et *Anybale.* [ Ult. *Amilcare.* ]

(p. 370.) *De quo hoc plura referemus*] In Ms. Dan. fuit: *De hoc plura feremus.* Bosius. Voss. A. [Gu.] *De quo hoc plura feremus.* B. *De quo haec plura feremus.* Mox pro *pleraque* Vossian. B. *pluraque.* Ita quoque Axen. *Gesta* pro rebus gestis. Sic loquitur Lactantius Ciceronianus. Vid. Bun. ad L. 1. de Fals. Rel. cap. 11. p. 69.

*Prospere ei cesserunt*] Vid. Duker. ad Florum Lib. 2. cap. 17. num. 13. itaque bene se habet locus Sallustii in Catilinar. cap. 26. n. 5. *Neque insidiae, quas Consulibus in campo fecerat, prospere cessere.*

*Quo tum omnes*] Correctio cl. Tevenini, cui plausum utraque manu dat Lambinus: *quo tantum non omnes superabat.* Alias editum fuerat, *quo tamen omnes superabat.* Sed Cl. Barthius Advers. Lib. 52. cap. 14. suspicatur legendum *quo tandem omnes superavit.* Gebhard. Sic cod. Boecler. Ceteri MSS. et editi, *quo tamen o. s.* Unde *Clem. Teveninus* fecit, *quo tantum non omnes s.* quem reliqui fere secuti sunt: nisi quod Barthius l. c. mallet, *quo tandem o. s.* reprehensus idcirco a *Reinesio* τῷ πάνυ *Epistola 67. ad Rupertum.* Vidi, qui *tantum* legeret, atque exponeret *maximopere, adeo, in tantum.* Sed praestat lectionem codicis Boecler. retinere. Ut *tum* sit, ea aetate. id cum ita exaratum esset *tū*, librarii mutarunt in *tn*, atque hinc vulgatum *tamen* natum est. *Bosius.* Leid. meus *tamen.* Voss. A. et B. *tum.* Sed *tantum non* retinendum est, indicat enim Auctor, Datamem consilii magnitudine propemodum omnes superasse. Adi J. F. Gronovium ad Livium L. 4. c. 2. [Ult. *tamen,* sed Gu. Ax. cum Ed. Longol. *tum,* quod post Harlesium restitui.]

*Ratio*] Vid. Ind. *ratio gestorum.* Bosius.

*Camissare*] Msc. Dan. [Gu. Ult.] ubique *Camisarem* scribit. *Bosius.* Pro *Datames* Leid. *Dathames.* Hoc nomen prodigiose scriptum in Lat. Codd. jam adnotavit clar. Oudendorp. ad (p. 371) Frontinum Lib. II. Strateg. cap. 7. §. 9. *Datames Persa* vocatur ab Aristotele Lib. II. Oecon. pag. 507. uti is locus emendatur a Casaubono ad Polyaenum Lib. VII. Strateg. cap. 21. quam emendationem approbavit clar. Wesseling. ad Diod. Sicul. Lib. XV. c. 91. Pro *Camissare* Leid. *Chamissare.* Voss. A. *Camisare.* B. *Chamisare.* Pro *Care* Leid.

giam tuebantur. Pater ejus Camissares, quod et manu fortis, et bello strenuus, et regi multis locis fidelis erat repertus, habuit provinciam partem Ciliciae juxta
4 Cappadociam, quam incolunt Leucosyri. Datames militare munus fungens primum, qualis esset, apparuit in bello, quod rex adversus Cadusios gessit. Namque hic, multis millibus regiorum interfectis, magni fuit ejus

et Voss. A. B. [Gu.] *Chare.* Pro *natione* Voss. B. *nactione.* Pro *Scythissa* Voss. A. *Scytissa.* [Ult. *e militum n. f.*]

*Tuebantur*] Voss. A. *turbantur.* Mox pro *quod*, *quia.* [Ax. *qui.*]

*Hab. provinciam partem Ciliciae*] Sic Mss. Dan. ac Schotti, probantibus recentioribus plerisque: cum vox *partem* alias absit. Et sane si totam Ciliciam rexit, neque opus erat, situm ac nomen populi addere; et Nepos dixisset potius *hab. provinciam Ciliciam. Diodorus* tamen Lib. xv. totam Cappadociam ei videtur tribuere. Nam ejus praefectum Datamem facit: is vero *paternam provinciam*, ut noster mox ait, accepit. Nisi forte Cappadociae praefectura postea Datami addita est. *Bosius. Partem* agnoscunt Leid. et Voss. A. et B. [Leid. 1. Gu. Thott. Ax. Omittunt Ed. Ult. et reliquae ante Boecl. omnes.]

*Aperuit*] Sic rescripsi, sequutus codices Dan. [Gu.] ac Sch. editionem Ultraj. ac judicium *Schotti*, *Gebhardi* et *Buchneri.* Est autem idem ac clare demonstravit, patefecit. Vid. Ind. Vulgo erat *apparuit.* Bosius. Pro *bello* [, quod in Keuch. ed. est, Gu. Dan. Ult.] Leid. meus et Voss. A. B. *in bello.* Pro *aperuit* Voss. B. *apparuit.* Vide Cl. Ruhnken. ad Rutilium Lupum L. 1. sect. 18. pag. 61. qui docet, Heusingerum ad notionem verbi *apparere* indicandam duo Plinii loca [Epist. 6, 22. fin. 8, 18. init.] minus bene ad partes vocasse. Eruditos interpretes secutus et plerosque codices, praeferendum duco *aperuit*; quia Nepos §. 2. jam dixerat *res apparere non poterunt.* Et vitare solet repetitionem earumdem locutionum, ut ostendi in not. post. ad Reges cap. ult. [Ax. Ed. princeps, Arg. utraque Paris. Ald. Long. Mag. Lamb. et Boecl. *apparuit*, quod cum Heusingero revocavi. Vellej. 2. 112. fin. *Agrippa, qui — — jam ante biennium, qualis esset, apparere coeperat.* Ruhnkenius l. c. ab Heusingero utrumque Plinii locum minus bene ad eam verbi *apparere* potestatem trahi scribit, qua de primis ignotae indolis experimentis dicatur. Sed Heusingerus *Verbum apparere*, inquit, *proprie de primis ignotae indolis experimentis dicitur.* v. *Sueton. Claud. cap.* 34. *init. Justin.* 2, 9, 15. *Plin. Epist.* 6, 22. DE ALIIS QUOQUE *Plin. Epist.* 8, 18: *cum Domitius Tullus longe melior apparuerit morte, quam vita.*]

*Quod rex adv. Cadusios*] Vid. *Plutarchus Artaxerxe.* Bosius. Pro *Cadusios* Voss. A. [Daniel. Gu.] *Gadusios.* B. [Ax.] *Candusios.*

*Multis millib. regior. interfectis*] Ita quoque in Schoppii (p. 372.) duobus libris veteribus fuit. Quod in aliis Codd. Lambinus etiam observavit. Prior Boecleri editio et aliorum ple-

Quo factum est, ut, quum in eo bello ceci- Camissares, paterna ei traderetur provincia.

gunt: *Namque hic mul* *libus hostium et regio-* *iterfectis*. Ubi notandum :mpla, quae legunt, *mul-* *libus hostium et regio-* semper addere: *quoque* *ucis interfectis*: quae au- *stium* tollunt, tollere et- *uoque non paucis*. Colo- n editionem ego praefe- eris, quae ita habet *Nam-* *: multis millibus hosti-* *egiorum quoque non pau-* *erfectis*. Atque sic Nepos ,regarios et selectos, sive distinguit. *Ernstius*. *Lon-* multa heic addit. Edidit *multis mill. hostium, re-* *ı quoque non paucis, in-* *s*. Quod etiam *Ernstio* it. *Lambinus* autem, *mult.* *ostium et regiorum*. Ut idimus, legitur in MSS. Leid. [Gu. Ult.] et duo- ıvaricis, *Schoppio Veri-* *simil.* 3, 12. laudatis. A Ms. Dan. etiam τὸ *regiorum* aberat, idque probat Gebhard. Nam si non pauci regiorum militum, inquit, caesi sunt, Cadmaea fuit victoria, et vane Datamis opera jactatur. Sed potuit etiam in pugna minus prospera, vim hostium diutius sustinendo, aut in ulciscenda suorum caede, magni ejus opera esse. *Bosius*. Leid. meus *Multis militibus regiorum interfectis*. Voss. A. *multis militibus interfectis*. B. *multis milibus regiorum interfectis*. Mox *ut* abest a meo Leidensi. [Ax. Paris. 1. Ald. Long. *ut* omittunt, quod fortasse a Nepote verbis *Quo factum est* postpositum referendum est ad illa: *paterna ei tr. prov*. V. ad 10, 4, 5. *Heusinger*. Abest *ut* etiam a Gu. Ed. Ult. omnibusque ante Lambinum excusis.]

## CAP. II.

ıri se virtute postea praebuit, quum Autophra- 1
jussu regis bello persequeretur eos, qui defece-

*ohradates*] Lydiae satra- eu praefectus, de quo *us* Lib. xv. hanc ipsam m narrans, sed paullo a- t mox referemus. *Lam-* eid. meus *Antiophyoda-* .d. Oudendorp. ad Fron- . 1. Strateg. cap. 4. Ext. ı. Gu. *Autophrodates*.]

*qui defecerant*] Lycios, Pamphylios, Cilices, Syros, Phoenices, et propemodum omnes maritimos populos, inquit *Diodorus* 15. Sed quod dicit Probus, Autophradatem jussum esse a rege, eos bello persequi, qui ab ipso defecerant, *Diodorus* tradit, Autophradatem unum fuisse ex iis, qui a rege Persarum defecerant. *Lambinus*.

rant. Namque hujus opera hostes, quum castra jam intrassent, profligati sunt, exercitusque reliquus conservatus [regis] est. Qua ex re majoribus rebus prae-
2 esse coepit. Erat eo tempore Thyus dynastes Paphlagoniae, antiquo genere natus a Pylaemene illo, quem
3 Homerus Troico bello a Patroclo interfectum ait. Is regi

*Ejus opera*] Propius ad genium Nepotis Ms. Daniel. *hujus opera;* sc. Datamis. *Bosius.* MSS. Codices secutus τὸ *ejus* retinui, quia *ejus* rectius hoc loco de Datame dicitur. [Ax. Gu. Ult. *hujus*, quod jam Heusingerus reposuit. Idem Moschius probat, laudans Heusingeros ad Cicer. Offic. 1, 3, 4. qui pronomen *hic* etiam ad remotius nomen referri docent.]

(p. 373.) *Conservatus regis est*] Sic quoque Exc. Dan. Similiter Ms. Leid. *cons. est regis.* Unde *Gebhardus* conjiciebat leg. *cons. regi est.* Mihi τὸ *regis* glossema videtur. Mox Lamb. *praeesse coeperat.* Bosius. [Gu. Ax. ut Dan. codex: *cons. regis est.* Ult. cum Edd. ante Boeclerum hoc nomen omittit, quod recte Bosius suspectum habuit.]

*Thyus dynastes Paphlagoniae*] In Ms. Dan. ubique *Thuys* scribitur. *Lambinus* mallet *Thys* vel *Thus.* Θῦς enim a Graecis dicitur. Meminit ejus *Athenaeus* 4, 10. et 10, 3. De *dynastae* vocabulo vid. Ind. Mox in Ms. Gif. et Exc. Dan. erat *antiquo genere ortus.* Non male. *Bosius.* Leid. meus, Voss. B. [et antiquiores editi]: *Thyus.* Voss. A. *Thyius.* Qui et pro *dynastes*, male *dinastes*; Graece enim δυνάστης. *Dynastae* olim reges vocabantur, ut recte ad h. l. ex Strabone Lib. IX. pag. 636. adnotat Magius; ita Jupiter, qui inprimis Βασιλεὺς fuit appellatus, ut docet Spanhemius ad Aristophanis Plutum vs. 1096. et ἄναξ βασιλεύς, δεσπότης ἄναξ, et inprimis αἰὲν ἄναξ, vide E. und. ad Callim. H. Jov. vs. 2. alio nomine δυνάστης vocatur a Sophocle in Antigone vs. 617.

— ἀγήρως δὲ χρόνῳ ΔΥΝΑΣΤΑΣ
Κατέχεις Ὀλύμπου
Μαρμαρόεσσαν αἴγλαν.

Deinde *Dynastas* et *Reges* saepius Graeci ac Latini conjungere fuere soliti, ita tamen, ut aliquid discriminis interesse videatur. Duk. ad. Florum Lib. IV. c. 2. num. 44. Antiquo itaque more Noster *Dynasten* vocavit *archontem, regem.* Omnes enim, qui ab antiquis jam temporibus imperium in Paphlagonas tenuere, *reges Paphlagonum* fuere dicti, vel *archontes.* Apollon. Rhod. 2. Argon. vs. 358.

Παφλαγόνων, τοῖσίν τ' ἐνετήϊος ΕΜΒΑΣΙΛΕΥΣΕ
Πρῶτα Πέλοψ.

Justinus Lib. 37. cap. ult. *Atque ita filium suum mutato nomine Pylaemenem Paphlagonum regum nomine appellat.* Pylaemenem Paphlagonum ἀρχὸν vocavit Homer. Il. 5. vs. 577. [Ax. *Thuis*, quae forma in hoc codice dominatur. Sequitur enim mox *Thui*, *Thuim*, et cap. 3, 1. *Tuin.* Mosche. Gu. *Thuis.* Ult. ubique *Thuys.* Tum Ult. *natus*, sed Gu. *ortus*, quod glossam redolet.]

*A Patroclo interfectum*] Errat,

regi dicto audiens non erat. Quam ob caussam bello eum persequi constituit, eique rei praefecit Datamem, propinquum Paphlagonis: namque ex fratre et sorore erant nati. Quam ob caussam Datames [omnia] primum experiri voluit, ut sine armis propinquum ad officium reduceret. Ad quem quum venisset sine praesidio, quod ab amico nullas vereretur insidias, paene interiit. Nam Thyus eum clam interficere voluit. Erat 4

aut contextus librariorum inscitia fuit depravatus; siquidem nusquam apud *Homerum* legitur, Patroclum *Pylaemenem* interfecisse; sed bene *Iliad. π. Pyraechmenem*, non Paphlagonum, sed Paeonum ducem. *Pylaemenem* vero *Homerus Iliad. ε.* vers. 576. et seq. non a Patroclo, sed a Menelao occisum dicit. Verum dixerit aliquis, Probum heic de *Pyraechmene* loquutum; ideoque legendum *a Pyraechmene*. Respondeo, Probum loqui de Paphlagone, non autem Paeone. Thyum enim dynasten Paphlagoniae, quae regio est minoris Asiae, ab hoc originem duxisse ait. Paeonia vero, unde Pyraechmen advenerat, regio Macedoniae, longe nimium distat, estque in Europa. *Mag.* Erroris nequaquam absolvunt Nostrum Lambinus et Cellarius ad h. l. Bongarsius ad Justinum 37, 4, 8. et Burmannus ad Ovidium Ep. 1. Heroid. vers. 15. Adde not. post. Vide et de Stesimbroto Plut. in Themistocl. p. 110. et de Ephoro pag. 167.

*Regi*] Sic diserte Ms. Dan. et ed. Ultraj. Eodem modo et alibi noster locutus. Vid. Ind. Alii *regis*. Bosius. Voss. tamen A. et. B. *regis*. Sed vide notas post. [Gu. Ax. *regis*, ut ante Boecleri ultimam edit. legebatur. Mox Gu. *Datamen*.]

(p. 374.) *Omnia primum experiri vol.*] A Mss. Boecler. et Leid. *omnia* aberat. Fortasse non male. *Bosius*. *Omnia* etiam abest a Voss. A. B. *Omnia primum experiri* proverbialis est locutio. Terent. Andr. II, 1, 11. *Omnia experiri certum est prius, quam pereo.* Vide ibi Donati notas, et alterum Terentii locum, quem adduxit Lambinus, in Bosii indice. Eodem modo *extrema omnia experiri*, *ultima experiri* dixere Veteres. Vide Cort. ad Sallust. Catil. c. 26. num. 5. et de ipsa hac phrasi egit Casaubonus ad Ciceronem L. 1. ad Atticum Ep. 3. Si quis tamen deleri vult *omnia*, per me licet. Sed si *omnia* delendum, commodior fuisset sensus, salvo meliori judicio, si Nepos scripsisset *primum experiri voluit*, AN *s. a. propinquum ad off. red.* et tum *reduceret* notat *reducere posset*, nam Ciceronis locus ab Heusingero adductus haud multum ejus sententiam juvat: sed si *omnia* retineatur, aliter loqui non potuit Nepos. *Quam ob caussam* abest a Leidensi meo. Mox pro *vereretur* Voss. B. *revereretur*. Quod nihili est. [*Omnia* in Ax. codice, Ed. Paris. 1. Ald. et Longol. omissum est. Recte factum. *Aliqua*, sed non *omnia* statim, experiri licet rem suscipienti. *Experiri* est experiendo conari. Caesar B. Civ. 1, 64. *Etsi timebat, tantae magnitudinis flumini exercitum objicere, conandum tamen atque experiendum judicat.* Hinc et *ut* sibi jungit. Cic. ep. ad Attic.

mater cum Datame, amita Paphlagonis. Ea, quid ageretur, resciit, filiumque monuit. Ille fuga periculum evitavit, bellumque indixit Thyo. In quo quum ab Ariobarzane, praefecto Lydiae et Joniae totiusque Phrygiae, desertus esset, nihilo segnius perseveravit, vivumque Thyum cepit cum uxore et liberis.

9, 10. (al. 12.) med. *Nunc, si vel periculo experiundum erit, experiar certe, ut hinc avolem.* Heusinger. Abest *omnia* a Gu. Ed. principe, Argent. Paris. 2. Ult. et Long. E Magiana nihil adnotatum est. A Lambino additam esse hanc vocem suspicor.]

*Filiumque*] Longolius addit, *ut sibi a Thyo caveret.* Quod glossema censeo. *Bosius.*

*Bellumque indixit Thyo*] Consobrino suo. Lambinus Thyum hunc et Datamem vocat *patrueles*, cum amitini sint. Lib. 1. D. de Grâdib. affin. *Ernstius.* In Ms. Dan. fuit *Thuyni.* Mox Ms. Schotti aberat *ab.* Unde is suspicabatur Graeco more dixisse: *cum Ariobarzani praef. Lyd. desertus esset.* Mihi durius videtur. *Bos.* Voss. A. pro *Thyo, Thumi;* sed in marg. al. *Thio.* B. *Thiu.* De Thyo, et nominis scriptura vid. Perizon. ad Aelian. Lib. 1. V. H. cap. 27. num. 1. Mox pro *cum ab Ariobarzane* Leid. [Ax.] *cum Ariobarzane.* Et pro *Totiusque Phrygiae desertus esset* Voss. B. *Totiusque Phrygiae dejectus esset desertus.* [Gu. Ultraj. *Thuyni*, et paullo ante iidem: *Thuys.*]

*Nihilo segnius perseveravit*] Schottus *sequius*, vel *secius.* Non audeo nudam conjecturam sine codicum assensu amplecti. Vult dicere: auxiliorum frustratio non segniorem reddidit Datamem, quin solus suis viribus Thyn persequi, et ad officium reducere perseveraret. Curtius 4, 6, 25. *Betim egregia edita pugna, multisque vulneribus confectum deseruerant sui, nec tamen* segnius *praelium capessebat.* Sallustius Jugurtha: *Magna atque insolita re perculsi, nihilo* segnius *bellum parare.* Valer. Max. 3, 6, 1. *Nec hac re* segniores *Poenicis exercitibus intulit manus.* Gebhardus. *Secius* tamen cum heic, tum apud *Ovidium Metam.* 2, 809. *Virg. Aen.* 7. *Silium* 7. et 10. *Columellam* 3, 4. ubi pariter *segnius* legitur, scribendum esse, etiam nobiliss. *Heinsius* censet in *notis ad Ovidii locum jam laudatum.* Bosius. *Segnius* Leid. et Vossian. A. B. Itaque contra Mss. Codicum auctoritatem hic *secius* non intrudam. Vid. Cortium ad Salluft. Jugurth. cap. 75. num. 10. aliud quid est in Miltiade c. 2. num. 3. ubi *eo secius* defendi. Adde not. post. [Gu. cum omnibus libris *segnius.* Ita et Ult. sed in margine: *Forte secius, ut in vita Eumenis* (5, 1.). Mox Gu. *Thuin.* Dan. *Thuym.* Ult. *Thuynem.*]

## CAP. III.

Cujus facti ne prius fama ad regem, quam ipse, perveniret, dedit operam. Itaque omnibus insciis, eo, ubi erat rex, venit, posteroque die Thyum, hominem maximi corporis terribilique facie, quod et niger, et capillo longo barbaque erat promissa, optima veste texit, quam satrapae regii gerere consueverant; orna- 1

*Ne prius fama*] Voluit ergo *et auctor et nuntius venire.* Vide *Curtium* 3, 7, 7. Gebhardus. [Gu. *Thuyn.* Ult. *Thuynem*, et pro *erat rex* eadem *rex erat.*]

*Barbaque promissa*] Adprobant libri et cenſores *promissa.* Juſtinus 4, 4, 1. *capillo barbaque* promissis. Tacitus 2. Ann. 39, 3. *donec crinem barbamque* promitteret. Varro: *Quod tum erant in Graecia coma* promiſſa; *rasa barba, pallia trahentes.* Vide Nonium, qui *promittere* exponit *ad magnitudinem nutrire.* Gebhardus. Etiam Feſtus: Promiſſus *capillus dicitur longus. Item barba* promiſſa, *velut porro missa.* Caeſar B. G. 5, 14. de Britannis: *capilloque sunt* promiſſo. Non repugnabo tamen, si quis malit cum *Gifanio Ind. Lucret. v. prolixus*, et plerisque scriptis ac editis libris τὸ *prolixa* retinere: cum et *Virgilius* ita locutus fuerit. *Bosius.* Leid. et Voſſ. A. *prolixa.* B. *prolisa. Promissa* praefert Cellarius, et tuentur Tennulius ad Frontin. Lib. 4. Strateg. c. 5. num. 19. et Heinſius ad Ovid. Lib. 4. Triſt. El. 2. vs. 34. Praeterea notandum juvenibus eſt, quod Nepos hic jungat diverſos casus, *hominem magni corporis, terribilique facie*, sed sciendum, id non insolitum eſſe optimis scriptoribus. Vid. Cortium ad Salluſt. Catil. cap. 25. num. 2. [Codex. Axen. exhibet *prolissa*, i. e. cum codex ille *x* per *ss* efferre soleat, *prolixa.* Quis igitur dubitet, quin novum inde pondus accedat lectioni *prolixa*? Quis adeo non libenter mecum agnoscat, ex hac scriptura parum intellecta alteram lectionem, *promissa*, ortam eſſe? *Mosche.* [Dan. Gif. Gu. Ultraj. *promissa.*]

*Texit*] Sic et Gif. cod. Alii *contexit.* Ms. Dan. utrumque aberat. In eodem mox erat *consuerant.* Bosius. Voſſ. A. *contexit.* Sed Leid. et Voſſ. B. *texit.* Pro *optima veste* Otho quidam legit *opima veste.* Sed Vid. Erud. Lips. in novis Actis M. Martio A. 1761. pag. 160. Pro *ornavit* [quod in Edd. ante Boecl. legitur,] Voſſ. B. *ornavitque*, ut hic a Boſio editum eſt. Pro *armillis* Voſſ. A. *armilis.* Pro *caeteroque* Voſſ. B *caeteraque.* [Gu. *texit.* Ult. cum reliquis ante Boecler. edd. *contexit.* Tum Gu. *consuerant.* Idem *ornavit etiam torque atque ar. a.* ut ante Boeclerum editum erat. Ult. *ornavit torque atque a. a.*]

(p. 376.) *Ornavitque etiam torque*] Nempe aureo, qui insigne regium erat apud Persas. Qui deinde transiit ad Principes Conſtantinopolitanos, luxu et mollitia omnibus Asiae regibus

[redacted]



vitque etiam torque, et armillis aureis, ceteroque re-
2 gio cultu; ipse agresti duplici amiculo circumdatus hirtaque tunica, gerens in capite galeam venatoriam, dextra manu clavam, sinistra copulam, qua vinctum ante se Thyum agebat, ut si feram bestiam captam duceret.
3 Quem quum omnes prospicerent propter novitatem or-

non inferiores. Vide Barthium Lib. 8. Advers. cap. 15. De *armillis*, cum erudite de iis scripserit Cl. D. Thomas Bartholinus, amicus ob raram doctrinam et probitatem mihi carissimus, nihil heic addo, sed antiquitatum ſtudioſos ad ejus schedion relego. *Ernstius.*

*Agresti duplici amiculo* ] Vid. Ind. v. *amiculum.* Boſius. Bosius recte edidit, sicuti legitur in Voſſiano Codice B. sed in Leid. meo et Voſſ. A. *agresti duplicique amiculo.* Saepius duo epitheta uni subſtantivo jungi solent. Vide Broukh. ad Tibull. Lib. 3. El. 5. vs. 22. et Cort. ad Salluſt. Catil. cap. 19. n. 5. De loco Virgilii, quem e Lib. 3. Aeneid. vs. 70. adduxit Broukhusius, conſulendi sunt Eruditi in Obs. Miscell. pro Julio et Augusto A. 1732. pag. 10, 11. et 12. [Dan. Gu. Ax. *agresti duplici amiculo*, sed ed. Ult. et omnes ante Boecler. *duplicique.* Viris Doctis a Staverio laudatis adde Oudendorpium ad Sueton. Ner. cap. 37. pag. 706. seq. Tum Ult. *circundatus.*]

*Sinistra copulam*] Vinculum, ἱμάντα. Ovid.

*Copula detrahitur canibus.*

Apul. Lib. 9. Metam. *Pectora copulae sparteae tritura continua exulcerati.* Polyaen. L. 3. in Iphicrate Comm. 62. Ὁ δὲ τοῖς προςάταις ἕκαςον αἰχμάλωτον γυμνὸν παρέςησεν ὁ ἐξ ἱμάντος ὀπίσω τῶν χειρῶν δεδεμένον. Accius in Phoenissis: *Abtorque proram, ac sipa tortas copulas.* (ubi tamen alii pro *sipa* legunt *stuppa.* v. Pricaeum ad Apulej. l. c. p. 502. *Bos.*) Gebhard. Copulam eſſe vinculum illud, quo canes venatici nectantur, ut imperio contineantur, non obscure docent Ovidiana haec 7. Metam.

*Copula detrahitur canibus.*

Unde Germanicum die Koppel. *Ernstius.*

*Vinctum*] Schotti Liber ac Longolius, item Voſſianus B. *Victum.* Sed nihil mutandum. Quoties vero hae duae voces in Mſſ. permutentur, docebunt Interpretes ad Ovidium Lib. XI. Metam. vers. 238. et Drakenburg. ad Silium Italicum Lib. 6. vers. 348. [Gu. Ult. *Thuynem.*]

*Feram bestiam*] Hygin. f. 50. *Qui* feras beſtias *ad currum junxisset.* Unde patet, sub *fera* absolute poſita subintelligendam *bestiam* eſſe. vide Sanctium in Minerva Lib. 4. cap. 4. p. 558. et sub *fero*, si de beſtiis agitur, cervum, leonem vel equum. V. Interpr. ad Phaedr. Lib. 1. f. 12.

*Prospicerent*] Mſſ. Leid. Boecler. et q. edd. *adspicerent.* Dan. *conspicerent*: haud dubie ignoratione elegantiſſimi loquendi modi. *Prospicere aliquem*, vel *aliquid*, eſt desuper, vel e longinquo, vel cum cura inſpicere. Petronius: *summo de vertice montis Hesperiae campos late prospexit.* Parili modo *prospicere fluctus* Lucanus dixit: *vela, mare, freta*, Ovidius: ut observatum nobilissimo *Heinsio* ad

ignotamque formam, ob eamque rem magnus
oncursus, fuit non nemo, qui agnosceret Thy-
egique nuntiaret. Primo non accredidit. Itaque 4
azum misit exploratum. A quo ut rem gestam
t, statim admitti jussit, magnopere delectatus
cto, tum ornatu; in primis, quod nobilis rex

udiani Lib. 2. *in pr. Stilic. v.* 253.

*ne littore toto*
cerem *dubiis venturum*
*ona ventis.*

audianus de VI. Cons. ) Honorii v. 179. *Hoc fulgens habitu* prospensius mallet *prospectat) Dejecta cervice Getas.* nodo *Cicero Verr.* 2. di*tem producere in conpopuli.* Bosius. In Hanap. 12. *Puer ab janua* ens *Hannibali dixit, pluter consuetudinem arpparere.* Vide Burm. drum Lib. 2. fab. 5. vs. chefferum ad Lib. 1. fab. Heusingerus legit: *quem uum adspicerent, pro-vitatem ornatus, ignoformam.* Cujus sententamplecterer, legerem: *mnes quum adspicerent novitatem ornatus, ignue formam.* Sed nondum ipetro, ut *prospicerent* i; nam viderunt eum e uo advenientem, unde ddit *ob eamque rem maset concursus.* Et hinc on omnes statim eum adpotuisse, sed ad prospecjus novi monstri, ut in civitatibus fit, alios ab ornatus novitate et forsta monitos quam celercurrisse, propius spectana, sed, postquam prom adspiciendi occasionem acti illi curiosi, non neminem fuisse, qui eum agnoverit. Sed ut candide fatear, si *prospicerent* sit retinendum, vox *omnes* mihi suspecta est. [Gu. *Que* (corrupte pro *Quem*) *omnes conspicerent.* Ult. *Quem quum omnes conspicerent.* Ax. Ed. Arg. Long. et Boecl. *Quem cum omnes aspicerent.* Sed Ed. princeps, utraque Par. Ald. et Lamb. ut Bosius edidit. Optime.]

*Fuit nonnemo qui agnos. Thyum, regique nunt.*] Sic jam olim e membranis Bavaricis emendavit *Schoppius* 3. *Verisim.* 12. firmantque Mss. Dan. [Gu. Ax.] Boecl. et Ed. Ultraj. *Gebhardo* probatur *Longolii* et *Mendoziani* codicis scriptura: *Fuit nemo non, qui agn. Thyn, regique nunt.* Quam, inquit, et praecedentia et consequentia confirmant. Quasi dicat: Concursus factus est magnus ob insolitam speciem adducti, et cum propius inspexissent, plurimi agnoverunt, remque regi nuntiarunt, qui primo non accredidit. *Lambinus* et alii legunt: *Fu. nemo, qui agn. Th. qui non regi nunt.* Sed nostra lectio commodissima omnium est. *Bosius. Nemo non* Leid. et Voss. A. sed B. *nonnemo.* [Gu. Ult. *Thuym.*]

*Non accredidit*] Petulantia ista correctorum, qui perperam distraxerunt, quod auctor conjunxit: *primo non accredidit.* Gebhard. Quomodo Lucretius L. 3, 870. (ubi vide Giphanii collectan.) loquitur et Plautus, ut nihil dicam de Columella. Ms. meus Cod. cum duobus Schoppii et Savaronis libris habet: *ac pri-*

5 in potestatem inopinanti venerat. Itaque magnifice Datamem donatum ad exercitum misit, qui tum contrahebatur duce Pharnabazo et Tithrauste ad bellum Aegyptium, parique eum, atque illos, imperio esse jussit. Postea vero quam Pharnabazum rex revocavit, illi summa imperii tradita est.

*mo non accredidit.* In priore Boecleri edit. legitur: *Ac primo non credidit.* Ernstius. Sic itidem e Mss. Bavar. emendavit *Schoppius l. c.* et e suis *P. Daniel*, *Savaro*, *Schottus*, *Boeclerus*, adsentiente et *Gebhardo.* Vulgo erat: *Ac primo non credidit.* Ms. Ernstii: *Ac primo non accredidit.* Usi autem et alii hoc verbo. Vid. Ind. *Bos. Accredidit* Leid. et Voss. A. B. Mox pro *misit exploratum* Vossian. B. *exploratum misit.* Pro *delectatus* idem *delectatus est.* [ Et Gu. *Primo non accredidit.* Ita etiam Ult. et in margine: *Deesse videtur Is vel Ille.* Mox. Gu. Axen. Ult. *tum facto.* ]

*Nobilis*] Sic legendum potius, quam quomodo habent alii libri, *non vilis rex.* Erat enim a Pylaemene illo Homerico progenitus. *Lambin. Non vilis* Leid. meus. Pro *inopinanti* Voss. B. [ Ult. ] *inopinati.* De hac voce disputavit Oudendorpius ad Frontinum Lib. 3. Strateg. cap. 1. Ex. 2. [ Gu. Ult. *nobilis.* Gu. *Datamen.* ]

*Qui tum contrahebatur*] Sive in Phrygia, cui Pharnabazus praeerat: sive in Syria, ad quam usque praefectura Phrygiae pertinebat: et unde brevior erat trajectio in Aegyptum. *Bos.* Leid. pro *Tithrauste*, *Tysiaste.* Voss. A. et B. *Tithraste.*

*Summa imperii tradita est*] Ms. Boecl. *summa imperia tradita.* Dan. *summa imp. tradita sunt.* Rectum puto *summa imperii tradita.* Sic alibi locutus. Vid. Ind. *Bosius.* Leid. meus [ Ult. ] et Voss. A. *summa imperii tradita est.* Sed B. *summa imperia tradita.* [ Gu. ut Dan. codex: *summa imperii tradita sunt.* ]

## CAP. IV.

1 Hic quum maximo studio compararet exercitum, Aegyptumque proficisci pararet, subito a rege litterae sunt ei missae, ut Aspim aggrederetur, qui Cataoniam

*Hic quum maximo studio*] Id est, ut Cicero eam vocem interpretatur, cum assidua et vehementi ad istud bellum magna cum voluptate applicata occupatione. 1. de Invent. Graeci dicunt κατὰ σπουδὴν et μετὰ σπουδῆς. *Ernstius.* [ Ult. *in Aegyptumque.* Ax. *subito a rege sunt ei missae litterae.* ]

*Ut Aspim*] Leid. meus *aut*

t, quae gens jacet supra Ciliciam, confinis Cap-
ae. Namque Aspis saltuosam regionem castellis- 2
ıunitam incolens, non solum imperio regis non
ıt, sed etiam finitimas regiones vexabat, et,

Heufingerus edidit *uti* *adgr.* quod in nullis co- inveni, quanquam sci- i pro *ut* saepius sumi, et codd. confundi, ut jam Drak. ad Liv. L. xxxvii. . §. 10. Pro *Cataoniam* . *Cathoniam.* Voff. A. *Ca-* . Pro *confinis* Voff. A. ıs. [Etiam Gu. Ult. cum om- nte Heusinger. edd. *ut.*] ı] Aberat Ms. Leid. *Bo-*

79.) *Vexabat*] Devafta- ue infenfabat incurfioni- direptionibus. Eodem loquitur paullo inferius a, et Timoleont. *Sicili- ltos annos bello* vexatam. Lib. 3. cap. 29. *Tantae ıultitudini, utique, cum ems instaret, in regione et invicem a suis atque* vexata *non suffectura ali-* Caefar Lib. 1. de Bell. cap. 14. *Quod Aeduos, mbarros, quod Allobro-* ıaffent. Ibidem Lib. 2. c. *patrum nostrorum me- omni Gallia* vexata *Teu- Cimbrosque intra fines gredi prohibuerint.* Lib. 15. *Illi supplicia crucia- Gallorum veriti, quorum* vexaverant. Lib. 6. c. 43. *ad* vexandos *rursus ho- ofectus.* Ubi Graecus in- verbum vexare reddidit ·ῶς κακῶν, modo per δῃῶν, per ληΐζεσθαι. Cicero in am: *Cum bello vestabi- ılia,* vexabuntur *urbes, ırdebunt.* Et in Verrem: *vectigales* vexatos *atque ıitos a Verre; populatam* nque *provinciam.* Gebh. 4. Aen. vers. 615.

*At bello audacis populi* vexa- tus *et armis.*

Ad quem locum Servius. *Vexa- tus hoc loco, graviter vastatus.* Cicero Lib. 2. ad Fam. Ep. 10. *Interea cum meis copiis omni- bus* vexavi *Amanienses, hostes sempiternos.* Et Cicero passim *vexare* cum *vastare, diripere* et *spoliare* solet jungere. Vide modo Actionem tertiam in Ver- rem cap. 8. in fine. cap. 10. et 12. et A. Gell. Lib. 2. cap. 6. p. 136. hinc *Vexari* dicuntur, qui dira patiuntur, aut fatigantur. Livius Lib. 5. cap. 2. dixit de Ro- manis militibus hyeme continu- are militiam coactis: *Vexari praeterea et subigi multo acrius, quam Vejentes.* Ovid. Lib. 2. Trift. El. ult. vers. 318.

*Cur non, Argolicis potius quae concidit armis,*
Vexata *est iterum carmine Troja meo?*

Ubi *Vexari* de materia, quae ab Auctoribus ad satietatem tractata saepius lectores fatigavit, sumi docet Burm. et in genere *vexari* pro fatigari, unde *vexatio* pro nimio labore, et inde orta fati- gatione, poni, late oftendit Ou- dendorp. ad Frontinum Lib. 1. cap. 4. Ex. 5. Et per eamdem metaphoram a belli moribus de- sumptam *vexare pecuniam* pro lacerare, dixit Salluftius Catil. cap. 20. 12. ubi vide Cortii no- tas. Ex hoc vero verbo iterum videmus, Auctores fere semper de belli et maris tempeftatibus eodem modo loqui solere; nam proprie etiam de navi, quae sae- vis procellis jactatur, ufurpaffe

3 quae regi portarentur, abripiebat. Datames, etsi longe aberat ab his regionibus, et a majore re abstrahebatur, tamen regis voluntati morem gerendum putavit. Itaque cum paucis, sed viris fortibus, navem conscendit, existimans, id quod accidit, facilius se imprudentem parva manu oppressurum, quam paratum
4 quamvis magno exercitu. Hac delatus in Ciliciam, egressus inde, dies noctesque iter faciens, Taurum

veteres, patet ex multis auctorum locis. Vide Burm. ad Phaedrum Lib. 4. fab. 16. vs. 3.

*Quae regi portarentur, abripiebat*] Portoria ac reditus regis intercipiebat. Et hanc interpretationem adjuvat *Polyaenus* Lib. 7. *in Mithridate*: κώμας κατέσκεψε, κατέπρησε, φόρυς ἥρπασε, λείαν ἤλασεν. Vel quae ad regios usus mittebantur, involabat: τυς κομίσαντας τα Χρήματα συνέλαβε. Cicero in Verrem: *Frumentum aversum a Rep. abreptum ab aratoribus.* Gebhard. In Ms. Boecl. fuit *arripiebat.* Quomodo et *Longolius* edidit. *Bosius.* Leid. meus [Gu.] et Voss. A. B. *arripiebat.* (p. 380.) Sed ita solent codices variare. Vid. Torr. ad Valer. Maxim. Lib. VII. cap. 3. n. 6?. et *abripiebat* retinendum. [Ed. Long. *adripiebat*, sed Dan. cod. Ult. *abripiebat.*]

*Existimans, id quod accidit*] Leid. et Voss. B. [Ult.] *Existimans, quod accidit.* Et ita Axtelle Heusingero. Sed Voss. A. *existimans, id quod accidit.* Vide quae dixi ad praefat. pag. 7. ubi pro *At id quidem*, *id quod* facile substitui posset, quamvis vulgata lectio probae sit notae. Livius Lib. VII. cap. 2. *Idem scilicet*, id quod *omnes tum erant*, *suorum carminum actor.*

*Se imprudentem*] Quae vulgo adduntur, *et imparatum*, absunt a Mss. Bavaricis, Savar. et Boecl. Utrumque tamen conjungitur infra 17, 2, 2. qui locus, opinor, glossemati h. l. occasionem dedit. Nam ne genuina esse credam, facit etiam τὸ *paratum*, quod statim sequitur. Paullo ante *id* aberat cod. Boecl. in illis, *id quod accid.* Bosius. Alii, *Et imparatum.* Abfuisse autem haec duo vocabula a Mss. libris refert Schoppius 3. Verisim. 12. *Ernstius.* Absunt etiam a meo Leid. et Vossian. A. B. [Gu. Ult. omnibusque ante Lamb. editis.]

*In Ciliciam, egressus*] Leid. meus *Ciliciam.* Sic in Cimone cap. 3. num. ult. Leid. meus, et omnes Vossiani *Cyprum* pro *in Cyprum* exhibent. Et in Epaminonda cap. 3. Ms. Boecl. et Voss. B. legunt: *Cum Peloponnesum exercitum duxisset.* Vid. Perizon. ad Val. Maxim. 2, 4, 4. et Cort. ad Sallust. Jugurth. cap. 7. num. 2. More Graecorum. Eurip. Hecub. 1260. *Ναυσολήση γῆς ὅρυς Ἑλλανίδος.* Pind. O. Pyth. 4. vs. 90. *τάνδε σὺν τιμᾷ θεῶν Νᾶσον ἐλθόντες.* 568. *Ἦλθες ἤδη Λιβύας πέδιον.*. Vide Lambert. Bos. de Ell. L. Graec. pag. 267. Contra urbium nominibus saepe addi praepositiones, docent Oudendorp. ad Frontin. Lib. I. Strateg. cap. 3. num. 19. et Cort. ad Sallust. Catilin. c. 40. num. 5. Sed hic praepositio non est ejicienda.

*Dies noctesque*] Ms. Boecl.

transiit, eoque, quo studuerat, venit; quaerit, quibus locis sit Aspis; cognoscit, haud longe abesse, profectumque eum venatum. Quem dum speculatur, adventus ejus caussa cognoscitur. Pisidas cum iis, quos secum habebat, ad resistendum Aspis comparat. Id Datames ubi audivit, arma sumit, suosque sequi jubet; ipse equo concitato ad hostem vehitur. Quem procul Aspis conspiciens ad se ferentem, pertimescit,

*dies noctes.* Statim Exc. Dan. *quae dum speculatur*: et, *cum eis.* Bosius. Voff. B. etiam *dies noctes.* Pro *transiit* Heusingerus edidit *transit*, quod in meis Codd. non legitur. Scio quidem, sequi *quaerit*, *cognoscit*, *speculatur*, sed haud ignorant mecum omnes, qui antiquos scriptores tractarunt, mutationes hujus modi temporum inveniri, id, quod jam alibi oftendi. Nec mihi refpondeatur, *transit* positum effe pro *transiit. Transisse* quidem pro *transiisse*, *exisset* pro *exiisset* cap. 6. Latinum eft, non item *transit* pro *transiit*. Cod. Dan. Gu. Ax. *transiit*, sed Ed. Arg. Ult. Long. *transit.*]

*Pisidas*] Leid. *Piscidas.* Et pro *iis*, *eis.* [Etiam Ax. Gu. *eis.*]

*Arma sumit*, *suosque s. j.*] Sic Mff. Gif. Leid. Boecler. In (p. 381.) vulgatis erat: *arma capit*, *suos s. j.* Bos. Leid. meus et Voff. *arma capit.* B. *summit* pro *sumit*. *Sumere arma*, quod in plerisque Codicibus Mff. reperitur, non eft, quod rejiciamus, cum sit phrasis latinissima. Juftinus Lib. 11. cap. 4. *Horum uxores*, *cum viderent*, *exsilio additam orbitatem*, *arma sumunt.* Val. Flaccus Lib. 5. Argonaut. vs. 638.

— *Et* sumtis *decernimus armis.*

Livius Lib. 11. cap. 43. *Ab Aequis arma* sumta. Lib. 3. cap. 17. *Juberent Tribuni*, *quoniam in Ap. Herdonium vetarent*, *in P. Valerium consulem* sumi *arma.* Cap. 19. *Tusculi antequam Romae* sumta *sunt arma.* Vide Waffe in Indice Sallufiano: cui contrarium eft *Ponere arma.* Livius Lib. 3. c. 17. *Postquam arma* poni, *et discedere homines ab stationibus nuntiatum est.* Lib. 8. cap. 4. *Respondeamusque Romanis*, *nos*, *ubi innuerint*, posituros *arma.* Cic. 10. ad Fam. Ep. 6. *Qui aut* positis *armis pacem petere debent.* Eodem modo, quo *sumere bellum* et *ponere* opponi solent. Livius Lib. 8. cap. 4. *Bellis propriis* ponendis sumendisque. Consule Broukhus. ad Propertium L. 2. El. 1. vs. 36. Quid vero sit *sumere bellum*, docet Dukerus ad Florum Lib. 4. cap. 12. num. 24. Attamen *capere arma*, ut in Vulgg. Edd. legitur, et auctoritate Codd. Leid. et Voff. A. firmatur, satis defendi poteft ex iisdem Livii, et aliorum auctorum locis infinitis. [Ax. ut editum eft. Dan. *arma sumit*, *suos sequi jubet.* Ita et Gifanii codex, non: *suosque.* Gu. *arma capit* (et supra scriptum: *sumit*), *suos s. j.* Ult. *arma capit*, *suos s. j.* Ab his omnibus ut ab antiquioribus edd. copula poft *suos* abeft, quae primum in Boecl. edit. accessit.]

*Ad se ferentem*] Vid. Ind. *ferre.* Mox Mff. Gif. Schott. Dan. [Gu. Ax.] Boecl. *sese dedidit.*

[redacted]



atque a conatu resistendi deterritus sese dedit. Hunc Datames vinctum ad regem ducendum tradit Mithridati.

Bosius. Leid. meus, *in se ferentem*. Sed Voss. A. B. [Gu. Ult.] caeterique, *Ad se ferentem*. *Ferri in aliquem* pro *ruere* latine scientibus nota phrasis est. Virg. 3. Georg. vs. 236.

*Signa movet, praecepsque oblitum* fertur *in hostem*.

Verum praepositio *Ad* pro *in* poni solet. Virgil. Lib. 4. Aen. vers. 425.

*Non ego cum Danais Trojanam exscindere gentem*
*Aulide juravi, classemque* ad
*Pergama misi*.

Vbi vide notas Servii. Sic *venire, ire ad aliquem* pro *in aliquem*, animo scilicet irato et hostili impetu. Adisis P. Burmannum ad Phaedrum Lib. 1. f. 21. vers. 5. et ad Lib. 4. fab. 3. vers. 5.

*Atque a conatu resistendi det.*] Ms. meus Leidensis legit *Atque a* conato *resistendi det.* Sic Vossianus C. in Miltiade cap. 4. *Hoc* tumulto *Athenienses tam propinquo tamque magno permoti*, pro *tumultu*, quam scripturam esse archaicam docuerunt eruditi. Consule cl. Munckerum ad Hyginum f. 40. Vulgatam tamen lectionem praeferrem.

## CAP. V.

1 Haec dum geruntur, Artaxerxes reminiscens, a quanto bello ad quam parvam rem principem ducum misisset, se ipse reprehendit, et nuntium ad exercitum Acen misit, quod nondum Datamem profectum

(p. 382.) *Se ipsum reprehendit*] Leid. meus et Voss. B. *se ipse reprehendit*. Eleganter ut solet Noster. Vide, quae congessi ad Pausaniae vitam cap. 4. num. 3. Cicero Lib. 2. de Divinatione cap. 55. *Atque a* se ipse *discessit*. Utrumque tamen dicitur, ut recte docent viri, a me ad Paus. l. l. producti. [Ed. Ult. Mag. *se ipsum*, sed Gu. etiam *se ipse*.]

*Acen*] Sic dudum viri docti et heic et *comm*. 5. legendum censuerunt. In plerisque MSS. acrem fuit. Unde *Lambinus* primum *Acaeum* vel *Acensem*; postremo *Carem* fecit. Est autem *Ace* Phoeniciae civitas, postea *Ptolemais* dicta, ut e *Scylace, Strabone, Plinio, Stephano, Harpocratione, Suida* aliisque cognoscimus: in sacris literis *Accho*, *Josepho Antiq. Jud.* 5, 1. et 8, 2. tam in editis quam MSS. codd. Ἄρκη, hodie *Acre*. De qua vid. Doctiss. *Bocharti Canaan* Lib. 1. 17. Sed apud *Josephum*, si quidem de eadem urbe loquitur, videtur legendum

ıbat, qui diceret, ne ab exercitu discederet. Hic ısquam perveniret, quo erat profectus, in itinere venit, qui Aspim ducebant. Qua celeritate quum 2
;nam benevolentiam regis Datames consecutus esset, minorem invidiam aulicorum excepit, qui illum u- ı pluris, quam se omnes, fieri videbant. Quo facto 3
cti ad eum opprimendum consenserunt. Haec Pan- :s, gazae custos regiae, amicus Datami, perscri- ei mittit, in quibus docet, *eum magno fore peri- ı, si quid illo imperante in Aegypto adversi acci- et.* *Namque eam esse consuetudinem regiam, ut* 4

'. Sane posteriore loco in mo codice Caesareo pro *τὴν* ι *Ἄρκην παράλιον* legitur *τὴν* ›ιακιιν *παράλ.* ut primitus :atur scriptum fuisse *τὴν περὶ* *ην. Bos.* Leid. meus *Achrem.* ſ. A. et B. *Acrem.* Pro *non-* ı Voſſ. A. *non.* [ Gu. *Acrem.* et Ult. sed haec in Erratis rigit: *Acen.* Tum Gu. *Data-* ı. Ult. *putaret.* ]

'*ui diceret* ] Lambinus, *qui lic.* Idem conjiciebat leg. *e- :ret.* Bosius. *Ei* abeſt a Leid. ›, et Voſſ. A. [ Ax. Gu. Ult. ε Ult. *Aspin.* ]

*ſic priusquam* ] Editio Oxon. , *priusquam.* Pro *erat pro- us* Leid. meus *erat profectu-* Pro *benevolentiam* Voſſ. B. *ivolentiam.* Pro *quod illum* :*m pluris,* [ut Gu. Ax. Ed. . ı. Lamb. et Heuch. habent, t. princeps *quod illum vi-* ı. Ed. Mag. et] Leid. meus *d illum pluris.* [ Ed. Ultraj. ıg. Boecl. Bos. cum recentio- ıs et ] Voſſ. B. *qui illum u- n pluris.* Pro *Pandates* Leid. ı. ] et Voſſ. A. *Pandantes.*

*Non minorem invidiam auli- um excepit* ] Fuit, cum legen- a putarem, *non minor eum idia aulic. exc.* Sic enim so- ; Latini scriptores. Nunc ni- hil muto. *Excipere* eſt suscipere. Plane sic Curtius 6, 10, 18. *Quid inimicitiarum creditis excepturum (me) fuisse, si insontes laesissem?* Bosius.

(p. 383.) *Perscripta* ] Sive legas *perscripta* unica voce, sive *per scripta* divisim, non multum intereſt. *Gebhardus.* Vid. not. poſt.

*Eum magno fore periculo* ] Particulam *in*, quae in aliis editionibus legitur, non reperio in Ms. Cod. eamque a vetuſtioribus membranis abfuiſſe, et abeſſe debere scribit Schoppius Lib. 4. Verisim. cap. 14. *Ernstius.* Sic meliores libri, omiſſo *τῷ in*, quod vulgo additur. Vid. Ind. V. *esse.* Boſius. Praepositionem *in* tamen addunt Leid. meus et Voſſ. B. sed eodem redit. Vide J. Fr. Gronovium ad Livium 2, 23. si praepoſitionem deleas. [Cod. Axen. cum Gu. et antiquioribus edd. praepoſitionem omittit. Ult. *in magno f. p.* Lamb. *magno fore in per.* Pro *in Aegypto adversi* Ax. Gu. *adversi in Aeg.* ]

*Consuetud. regiam* ] Expressi lectionem optimorum Mſſ. Dan. et Boecl. quae vix a librariis fuerit. Vulgo eſt *consuet. regum.* Bos. Leid. meus et Voſſ. A. [Ult.] *regum.* B. [Ax. Gu.] *regiam.* Jam

[redacted]



*casus adversos hominibus tribuant, secundos fortunae suae. Quo fieri, ut facile impellantur ad eorum perniciem, quorum ductu res male gestae nuntientur. Illum hoc majore fore in discrimine, quod, quibus rex maxime obediat, eos habeat inimicissimos.* Talibus ille

vidimus hoc adjectivum a MSS. Codicum descriptoribus in genitivum *regis*, ut hic in *regum* mutari ad Miltiad. cap. 7. n. 3. et in Lysandro cap. 4. num. 1. Pro *satrapis regii* Voss. C. *satrapis regis*. In Conon. cap. 4. num. 3. pro *regiis opibus* Cod. Dan. et Voss. A. *regis opibus*. Addo not. post.

*Fortunae suae*] Vid. Ind. in *fortuna*. Bosius.

*Quo fieri, ut facile imp.*] Sic MSS. Dan. et Leid. Vulgo est, *quo facile fieri, ut impell.* Bosius. [Axen. *quo facile fieri, ut imp.* Gu. *quo facile ut fieri imp.* Ult. receptam lectionem confirmat.]

*Quibus rex maxime obediat*] *Lambinus* exponit, *obedire* hoc loco videri idem valere, quod *πείθεσθαι*, credere et fidem habere, sequi alicujus consilium et fidem. Nugae. Ingenium et conditionem regum ἐκκαλύπτεται, inque scenam producit Pandates, qui inane tantum nomen possident, re ipsa autem sunt subjecti atque obediunt vel uxoribus, vel spadonibus, vel alii cuidam nebuloni: qui Principem, ceu *αὐτόματον*, quo volunt, impellunt. De eadem re in eundem modum loquitur *Diodorus* 17. *Ἀνεῖλε δὲ Βαγώας καὶ τοὺς ἀδελφοὺς* (Arsis) *ὄντας νέους παντελῶς, ὅπως μονωθεὶς ὁ νεανίσκος μᾶλλον ὑπήκοος αὐτῷ γένηται.* De ejusdem Bagoae Eunuchi potentia idem *l.* 16. *Ὁ δὲ Βαγώας ἐν ταῖς ἄνω σατραπείαις ἅπαντα τῷ βασιλεῖ διῳκηκώς, τοσοῦτον ἴσχυσε διὰ τὴν πρὸς τὸν Μέντορα κοινωνίαν τῶν πράξεων, ὥστε τῆς βασιλείας κύριον εἶναι, καὶ μηδὲν πράττειν τὸν Ἀρταξέρξην ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν τοὺς διαδόχους ἀεὶ βασιλέας οὗτος ἀπεδείκνυε, καὶ πάντα βασιλέως εἶχε πλὴν τῆς προσηγορίας.* Quid autem est aliud *μηδὲν πράττειν ἄνευ γνώμης* hujus vel illius, quam *obedire*? quam esse mancipium vilissimi tenebrionis, quem rex ipse ex infimis sordibus produxit? aut, ut Justinus loquitur 13, 2, 12. *sub persona regis indignorum subjici imperio?* Apud *Tacitum* Claudius obtemperabat Agrippinae 12. *A.* 59, 1. Item libertis. *Juvenalis Sat.* 14.

*Indulsit Caesar cui Claudius omnia, cujus*
*Paruit imperiis, uxorem occidere jussus.*

(p. 384.) Nero eidem Agrippinae, 13. *A.* 7, 4. apud *Nepotem* Philippus Aridaeus Polyspercbonti, 19, 3, 3. Vide Justin. 13, 2, 11. Apud *Tacitum* iterum aula Parthica et novo rege potiebatur Abdageses, 6. *A.* 43, 2. Galba obnoxius erat T. Vinnio, Laconi et Icelo, 1. *H.* 13, 1. quos ideo nunquam non adhaerentes *paedagogos* vulgo appellabant. *Suetonius* cap. 14. Ptolemaeus Jubae filius libertis, 4. *A.* 23, 2. Apud *Zonaram* Tomo 3. Nicephoro Botoniatae Imperatori imperant, pro libidine miscentes omnia, Borilus et Germanus servi. Audiamus *Plinium*, qui huic loco luculentam accendit facem *Panegyr.* c. 88. *Plerique Prin-*

litteris cognitis, quum jam ad exercitum Acen venisset, quod non ignorabat ea vere scripta, desciscere a rege constituit. Neque tamen quidquam fecit, quod fide sua esset indignum. Nam Mandroclem Magnetem 6
exercitui praefecit; ipse cum suis in Cappadociam discedit, conjunctamque huic Paphlagoniam occupat, celans, qua voluntate esset in regem; clam cum Ariobarzane facit amicitiam, manum comparat, urbes munitas suis tuendas tradit.

*cipes cum essent civium domini, libertorum erant servi: horum consiliis, horum nutu regebantur; per hos audiebant; per hos loquebantur; per hos praeturae etiam et sacerdotia et consulatus, imo et ab ipsis, petebantur.* Dein Tacitum 12. Ann. 3, 4. *Sed nihil arduum videbatur in animo principis, cui non judicium, non odium erat, nisi indita et jussa.* Gebhardus. Pro *obediat* et *habeat*, in Ms. Boecler. est *obediebat* et *habebat*. Bosius. [Ed. princeps, Par. 1. Ald. et Mag. *hoc majore fore discrimine*, omissa praepositione.]

*Litteris cognitis*] Voss. B. *cognotis*.

*Acen*] Vide supra ad vs. 1. In MSS. Burgensi, Dan. Boecl. erat *Ageen*. In Long. ed. *Agneae*. Bosius. Leid. m. *Agron*. Voss. A. *Agcen*. B. *Ageen*. [Gu. *Ageen*. Ita et Ult. neque ad h. l. in Erratis quidquam adnotatum est.]

*Mandroclem*] Sic, *Magio* teste, codd. Burgensis et Venetus, itemque Ms. Dan. At vett. edd. *Androclem*, *Androdem* vel *Mandrodem*. Lambinus *Androclem* tuetur: quem ceteri fere secuti sunt. *Bosius*. Leidens. m. *Mandrodem*. Voss. A. *Mandroclem, Magneten*. [Cod. Ax. Dan. Gu. *Mandroclen*. Ult. *Androclem*.]

*Suis tuendas tradit.*] Leid. m. *tradit suis tuendas*.

## CAP. VI.

Sed haec propter hiemale tempus minus prospere 1
procedebant. Audit, Pisidas quasdam copias adversus

*Prospere*] Vide, utrum legi debeat *propere*. Schefferus.

(p.385) *Procedebant*] Placet lectio a Schotto producta *procedebant*, quamvis sonus asperior nonnihil offendere videatur, a quo tamen historici non semper abhorrent; et quem Poëtae vitare non possunt: sic quoque loquitur Cato Lib. 5. Origin. apud Gellium Lib. 7. c. 3. *Quia haec res tam secunde processit*,

se parare. Filium eo Arsideum cum exercitu mittit. Cadit in praelio adolescens; proficiscitur eo pater, non ita cum magna manu, celans, quantum vulnus accepisset, quod prius ad hostem pervenire cupiebat, quam de re male gesta fama ad suos perveniret, ne cognita
2 filii morte animi debilitarentur militum. Quo contenderat, pervenit, hisque locis castra ponit, ut neque circumiri multitudine adversariorum posset, neque impediri, quo minus ad dimicandum manum haberet

quamquam ibi aliter legendum censeat doctissimus P. Scriverius. *Gebh.* Sic Mff. Dan. Schott. Boecl. [Gu. Ult.] Similiter Cato apud Gellium 7, 3. *quia haec res tam secunde processit. Tacitus* 15, 60, 3. *ut ferro grassaretur, quando venenum non processerat. Longolius, Lambinus*, et alii *succedebant.* Bosius. Cl. Waffe ad Salluft. Catilin. cap. 33. censet, si *procedebant* retineas, τὸ *prospere* delendum, si vero *prospere* retineas, *cedebant* legendum. Leid. m. et Vossian. A. B. *procedebant.* Quam lectionem videtur tueri Cortius ad Eumd. cap. 1. num. 5. Livius Lib. 1. c. 57. *ubi id parum processit.* Wassii conjecturam confirmant, quos laudat Dukerus ad Florum Lib. 2. cap. 17. num. 13. Sed licet *prospere cedere* dicatur, cur tamen *prospere procedere* uti non liceat, cauffam video nullam. [*Prospere procedere*, adnotante Tzschuckio, etiam Cicero dixit epift. ad div. 12, 9.]

*Pisidas*] Aliter *Diodorus* 15. Perfas Artabazo duce in Cappadociam irrupiffe, adversus eos Datamem exercitum eduxiffe. *Bosius.* Leid. m. *Physidas.*

*Arsideum*] Ita Mff. Dan. Savar. Schott. Boecl. [Ax.] ac Ed. Ultraj. Pro quo vulgati libri *Aridaeum.* Quod nomen Perfis usitatum fuiffe, cognoscimus ex *Estherae* 9, 9. Bofius. Leid. m. et Voff. A. B. *Arvidaeum.* Quid ftatuemus de nominibus Barbarorum, quorum mutationes permultas effe, jam docuit Strabo Lib. XVI. pag. 1131, 1132. Pro *proficiscitur* Voff. A. *proficitur.* [Gu. *Assideum.* Mox Gu. Ult. *de male re gesta*, ut omnes ante Boecl. editi.]

*Hisque locis*] Scribendum *Isque*, i. e. *iisque.* Schefferus. [Atque ita jam Lambinus edidit.]

*Circumiri multitudine*] Sic libri omnes, eodemque modo *Cicero Phil.* 13. *Lambinus* tamen edidit *circ. a multitudine.* Idem paullo poft, *quo minus ipse ad dimic.* Bofius. *Circumiri* Leid. et Voff. A. Sed B. *circuiri.* Quam lectionem citat, et probat J. Broukh. ad Propertium Lib. 2. El. 4. vers. 26.

*Cujus non hederae* circuiere *caput.*

Sed utrumque recte scribi docent, quos laudavi ad Themift. cap. 3. ubi, si mavis, etiam *circuiretur*, per me licet. Interea observa, Lector, Codicem Chartaceum Vossii litera B. diftinctum semper proferre *circuire*, ut et in hac vita cap. 7. num. 3. pro *circumiretur* iterum *circuiretur* exhibet. [Ax. Gu. Ult. *circumiri mult.* Tum Gu. Ult. et reliquae edd. ante Boecler. *quo minus ipse.*]

expeditam. Erat cum eo Mithrobarzanes, socer ejus, 3
praefectus equitum. Is, desperatis generi rebus, ad hostes transfugit. Id Datames ut audivit, sensit, si in turbam exisset, ab homine tam necessario se relictum, futurum, ut ceteri consilium sequerentur. In 4
vulgus edit, suo jussu Mithrobarzanem profectum pro perfuga, quo facilius receptus interficeret hostes. Quare

(p. 386.) *Mithrobarzanes* ] Voff. A. *Methrobarzanes*, ut et paullo poft *Methrobarzanem.* [ Edd. ante Lamb. *Metrobarzanes.* Axen. *Metrobarzenes.* Gu. *Metobarzanes* Ult. *Mithribarzanes* ubique.]

*Si in turbam exisset*] Si pervulgatum effet. Sueton. Galba cap. 20. *Quod ante paucos dies exierat in vulgus.* Sic in Nerone cap. 53. Exiit *opinio*, pro pervulgata eft. *Gebhard.* Vide Bosii indicem.

*Ab hom. tam necess. se relictum, futurum ut cet.*] Expunge subftantivum *esse*, invectum a male feriatis correctoribus. Caeterum verbum *relinquere* heic usurpat pro *deserere.* Ita Tacit. Lib. 14. Annal. cap. 56. *Non tua moderatio, si reddideris pecuniam; nec quies, si* reliqueris *Principem; sed mea avaritia, meae crudelitatis metus in ore omnium versabitur.* Idem L. 4. Hiftor. cap. 77. *Ita nuntiate Vespasiano, vel quod propius est Civili et Classico*, relictum *a vobis in acie ducem.* Frontin. 2. cap. 7. *Annibalem venientem in Italiam tria millia Carpetanorum* reliquerunt. Juftin. L. 22. cap. 8. m. *Bis se a rege suo in mediis hostibus* relictos *proclamantes.* Paterculus Lib. 2. cap. 84. *Multa, inquit Coponius, me hercules fecit Antonius pridie quam tu illum* relinqueres. Curtius Lib. 7. *Postquam adventare Alexandrum compertum est, in suos quisque vicos dilapsi Bessum* reliquerunt. Refpondet Graecorum *ΚΑΤΑΛΕΙΠΕΙΝ.* Polyaen. Lib. 1. Polydor. *αὐτόμολον ἔπεμψεν ἀγγέλλοντα, ὅτι στασιάζουσι δὴ καὶ καταλείψουσιν ἀλλήλους.* Verum et antiquissimi ita loquebantur. Ennius Cresphonte

*sin est probus,*
*Cur talem invitum invitam*
*cogis* relinquere.

*Gebh.* Longolius edidit *se relictum iri.* Lambinus *se esse relictum.* Sed a Mff. Dan. Schotti et uno Schoppii utrumque aberat, quomodo nos edidimus. *Schoppius* mallet *sese rel.* Bos. Abeft et a Leid. meo, et [ Gu. Ult.] Voff. A. B. Caeterum recte explicuit Gebhardus *relictum* per *desertum.* Virgil. Lib. 2. Aen. vers. 357.

— *Catulique* relicti
*Faucibus exspectant siccis.*

*Relinquere* et *deserere* jungit Cicero Lib. 2. Tusculan. Quaeft. cap. 14. *Haec enim te, nisi ita facies, custos dignitatis,* relinquet *et deseret.* Latius hoc verbum illuftravit Burmannus ad Petronium Satyric. cap. 91. pag. 441. *Signa relinquere* pro *deserere* veteres dixiffe, docet Cortius ad Salluft. Catil. c. 9. n. 4.

*Pro perfuga* ] Voff. B. *profuga.* Forfan pro *pro profuga. Profuga* et *perfuga* in Mff. saepius confunduntur. Vide Clar. Oudendorp. ad Frontin. Lib. 1.

[redacted]



relinqui eum non par esse, et omnes confestim sequi. Quod si animo strenuo fecissent, futurum, ut adversarii non possent resistere, quum et intra vallum et
5 foris caederentur. Hac re probata, exercitum educit, Mithrobarzanem persequitur, qui tantum quod ad ho-
6 stes pervenerat, Datames signa inferri jubet. Pisidae, nova re commoti, in opinionem adducuntur, perfugas mala fide compositoque fecisse, ut recepti essent majori

Strat. cap. 6. num. 4. [Axen. *Metrobarzenem.* Tum *par non esse*, commodissima verborum collocatione. *Mosche. Par non esse* etiam Gu.]

*Sed omnes conf. sequi*] Cod. Boecl. et quidam editi: *et omnes.* Bosius. Leid. m. et Voss. B. *et omnes.* [Ita et Gu. Ed. Ult. cum reliquis ante Lamb.] Vide ad Pausan. cap. 3. num. 7. Mox pro *quum et intra vallum* Leid. et Voss. B. *Cum et intra vallum.* (p.387.) Vossian. A. *Cum et inter vallum.* [Ax. *cum intervallum.*]

*Qui tantum quod ad hostes perven.*] P. Daniel probat hanc lectionem, *Qui vix dum ad hostes pervenerat*; cum tamen vocula *vix* veteribus libris absit. Schottus quoque temeritatem Lambinianam flagellat, praelato ex libris scriptis: *Qui dum ad hostes pervenerat.* Gebhardus. Sic Lambinus emendavit, praeeuntibus, ut arbitror, libris. Ernstius certe in suo diserte sic scriptum repperit. Tueturque hanc lectionem et princeps Criticorum *Gronovius ad Livii* 33, 4. Vestigia illius etiam deprehendas in Ed. Ultraject. et Ms. Leidensi. Nam illa: *qui tantum non ad h. p.* Hic, *persequitur tantum. Qui cum ad h. p.* In quibusdam, ut in MSS. Dan. et Schott. fuit: *tantum qui dum ad h. p.* At Magius: *qui tum.* Longolius: *tantum: qui vixdum.* A cod. Boecl. etiam pronomen aberat hoc modo: *dum ad hostes perv.* quae ipsa varietas indicium est corruptelae. Adde Ind. v. *tantum.* Bosius. Leid. m. *qui dum.* Voss. A. *tantum qui dum.* B. *tantum dum. Tantum quod* legit etiam Cellarius ad h. l. quem consule. ut et Manutium ad Ciceronem 7. ad Fam. Ep. 23. et cl. Graevium ad Luciani soloecistam cap. ult. Mox pro *Datames* Voss. B. *Datame.* [Axen. *Metrobarzanem persequitur tantum qui dum ad h. p.* Atque ita Ed. princeps, Arg. et utraque Parisiana. Gu. *Metobarzanem persequitur tantum. Qui dum ad h. p.* Heusingerus ad h. l. haec adnotavit: *Tantum qui dum est in pluribus. An igitur et tantum dum dicere licet, ut vixdum, nondum? Hoc vix mihi concedent plerique, sed tamen consideratione haud indignum putabunt ii, qui multa loquendi genera oblitterata esse sciunt, quae olim satis trita fuerunt. Interea Lambinianam emendationem servo, etsi illud insolens, quod non dicitur: qui tantum quod ad hostes pervenerat,* CUM *Datames signa inferri jubet. Ita enim alii solent. v. Gronov. l. c.* Pro *inferri* Ult. *inferre.*]

*Compositoque fecisse*] Composita et comparata prius inter se fraude. Sic *componere* Tacit.

jori calamitati. Primum eos adoriuntur. Illi quum, 6
quid ageretur, aut quare fieret, ignorarent, coacti
sunt cum eis pugnare, ad quos transierant, ab his-
que stare, quos reliquerant. Quibus quum neutri par-
cerent, celeriter sunt concisi. Reliquos Pisidas resi- 7
stentes Datames invadit, primo impetu pellit, fugien-
tes persequitur, multos interficit, castra hostium ca-
pit. Tali consilio uno tempore et proditores perculit, 8
et hostes profligavit, et, quod ad perniciem fuerat
cogitatum, id ad salutem convertit. Quo neque acu-
tius ullius imperatoris cogitatum, neque celerius fac-
tum usquam legimus.

3. Annal. cap. 40. *Ii secretis colloquiis, ferocissimo quoque adsumpto, aut quibus ob egestatem ac metum ex flagitiis maxima peccandi necessitudo, componunt. Florus Belgas, Sacrovir propiores Gallias concire.* Accius Agamemnone:

> *Sic quorum animus atroci junctus malitia est,*
> Composita *dicta e pectore evolvunt suo,*
> *Quae cum componas, dicta factis discrepant.* Gebhard.

Hinc *componere insidias* pro struere, moliri, machinari. ut docet Broukh. ad Tibull. Lib. 1. El. 7. vers. 3. [V. Ruhnkenium, a Bremio laudatum, ad Vellej. 2, 110. Ax. Gu. *majori essent calamitati.*]

*Reliquerant*] Voss. B. *reliquerat. Transierant* h. l. ponitur pro transfugerant, ut docet Cl. Oudendorpius ad Frontin. L. 3. Strateg. cap. 16. num. 22. Mox *cogitatum* pro *excogitatum* posuit Noster. vide Cl. Scheff. ad Phaedr. Lib. 3. in prol. num. 42.

(p. 388.) *Tali consilio*] Referunt hoc et *Frontinus Strateg.* 2, 7, 9. et *Polyaenus* 7. *Diodorus Sicul.* 15. Sed et hi tres a Probo, et ipsi inter se dissident ac discrepant tum nominibus, tum etiam totius rei gestae narratione. *Lambinus.* Adde Wess. ad Diod. Sicul. Lib. xv. jam a Lambino laudatum c. 91. *Suam* ante *perniciem* abest Voss. B. [Ax. Ed. Boecl. eamque insecutis, sed est in Ult. ceterisque ante Boecler. omnibus. Gu. *ad perniciem suam*, et supra *resistentis, fugientis, hostis.* Ax. etiam *fugientis.*]

## CAP. VII.

1 **Ab hoc tamen viro Scismas maximo natu filius desciit, ad regemque transiit, et de defectione patris detulit. Quo nuntio Artaxerxes commotus, quod intelligebat, sibi cum viro forti ac strenuo negotium esse, qui, quum cogitasset, facere auderet, et prius cogitare, quam conari, consuesset, Autophradatem in Cap-**
2 **padociam mittit. Hic ne intrare posset, saltum, in quo Ciliciae portae sunt sitae, Datames praeoccupare**
3 **studuit. Sed tam subito copias contrahere non potuit. A qua re depulsus cum ea manu, quam contraxerat, locum delegit talem, ut neque circumiretur ab hosti-**

*Scismas*] Msc. Dan. *Sysinas*. Quod, ut recte *Gebhardus* censet, Persicis nominibus propius. Est enim idem quod *Sisinnes* apud Lucianum de amicitia, *Sisines* apud Josephum 11, 4. et *Sisenes* Curtio 3, 7, 11. et 15. *Asisines* Arriano 1, 8. *Bosius*. In Leid. meo legitur *Scismas*, sed cum Viris doctis praefero *Sysinas*. [Gu. *Sysmas*. Ax. *Scimas*. Ult. *et Scismas*, atque in margine: *Al. Sysinas*.]

*Maximo natu*] Sic MSS. Alii: *maximus natu:* quomodo inf. 17, 1, 3. loquutus est. Statim *Gebhardus* e Msc. Dan. legit, *adque regem*. Bosius. Vide quae dixi ad Pausan. cap. 5. num. 3. et Cell. ad h. l. Mox pro *de defectione patris detulit* Leid. m. *defectionem patris detulit*. [Gu. Dan. Ax. Ultraj. *maximo natu*. Tum Ed. princeps, Arg. utraque Paris. Ald. Ult. Long. Mag. et Lamb. *et ad regem*, sed Gu. Ax. Ed. Boecl. ut in textu legitur.]

*Forti ac strenuo*] Conjungit quoque Epaminonda: *Pelopidas vir fortis ac strenuus*. Gebhard.

*Et prius cog. quam conari consuesset*] Notum est illud Sallustianum *Catil. cap.* 1. *Nam et prius, quam incipias, consulto, et, ubi consulueris, mature facto opus est*. Gebhard. [Axen. *qui quod cogitasset facereque conari consuesset*. Locus misere habitus, attamen non contemnendum videtur illud *quod cog.* Mosche. Atque ita jam Lambinus edidit.]

*Autophradatem*] Leid. m. *Androphadatem*, et mox *Antrophrates*. [Dan. Gu. Ax. *Autophrodatem*.]

*Ciliciae portae*] Lambinus ad h. l. adnotat, *portarum nomen h. l. unitatem sibi vindicare*; (p. 389.) *quod alibi Armeniae, alibi Caspiae: alibi Ciliciae vocantur*. Hoc originem suam debet in genere voci πύλαι, quae a Graecis de una porta, et loco angusto dici solet, ut ex Homero et aliis patet, quod etiam observavit Duker. ad Florum Lib 1. cap. 1. §. 11. de *portis Ciliciis* post alios egit Reimarus ad Dion. Cassium Lib. LXXIV. cap. 7.

*Praeoccupare*] Hoc verbum

bus, neque praeteriret adversarius, quin ancipitibus locis premeretur, et, si dimicare cum eo vellet, non multum obesse multitudo hostium suae paucitati posset.

nihi semper fuit suspectum; nam d, quod per *praeoccupare* in-licatur, simplex verbum *occu-pare* significat, ut docti norunt, attamen agnoscunt codices illud *prae*, uti et codices Liviani. Vid. Drakenb. ad Lib. IV. cap. 30. n. 3. eadem tamen suspicione sine du-bio istud *prae* sollicitum tenuit Oudendorpium ad C. J. Caesar. Lib. III. de B. Civ. cap. 13. §. 1. *praeoccupato itinere*, quem ibi consule.

*Delegit*] Pro *delegit* Cod. Gu. 1 Dan. *deligit*. Mox pro *cir-cumiretur* Voss. B. *circuiretur*. Cod. Axen. *circuniretur*, aperte pro *circumiretur*. Mosche. Ult. *circumiretur*. Gu. *circuiretur*.]

*Ancipitib. locis*] Supra Themistocle: *ancipiti premerentur periculo*. Caesar Lib. 7. Comm. 80. *Nostros premi multitudine viderent*. Gebhard. V. *not. ad.* 2, 3, 3. Mox in omnibus fere libris legitur *si dimicare eo vellet*: quod *Lambinus* exponit, ob eam caussam. Ridicule. *Bosius*. *Dimicare eo* etiam Leid. m. et Voss. A. Si cum his Codd. τὸ *cum* deleatur, haud amplius repugnabo. Pro *obesse* Voss. B. *deesse*. [Ax. *cum eo*, ut omnes post Boeclerum. Gu. cum Ult. reliquisque Edd. *cum* omittit. Ricklefsius utramque vocem, et *cum* et *eo*, a librariis additam esse suspicatur. Pro *obesse* Ax. *abesse*.]

## CAP. VIII.

Haec etsi Autophradates videbat, tamen statuit 1

*Tamen statuit congredi, quam etc.*] Lambinus *satius* de suo rursum addidisse ait. Factum nol-lem. Redundat enim *satius*. Neque enim ignorare potuit Graeca-rum litterarum peritissimus, Grae-cos μᾶλλον, eorumque exemplo Latinos historicos τὸ *potius* vel *magis* exaudire. Ut hoc loco membranae fidem faciunt nostrae ac Gifanii, editionesque extra Lambinianam omnes, Longolii, Magii, Ultraject. et Savaronis. Observarat id elegantissimus Muretus ad Terentiani Eunuchi prologum e Nonio Marcello, exem-plisque illustrarat Comici illud:

*Si quisquam est, qui placere*
*se studeat bonis,*
*Quam plurimis.*

Boni enim pauci improbis, qui plures, objiciuntur. Plautus in Rudente: *Tacita bona'st mulier* (p. 390.) *semper, quam loquens*. Polybius: *Αἰακίδαι πολέμῳ κε-χαρηκότες, ἤπερ δαιτί. Aeacidae bello magis gaudebant, quam convivio*. Plura congessit V. Cl. *Ant. Augustinus* Lib. 6. *emen-dation*. cap. 8. Schottus. Adde *Vossium de constructione* c. 61. *Bosius*. *Satius* abest et a Leid. meo, C. P. Dan. [Ax. Gu. Ult.] et

congredi, quam cum tantis copiis refugere, aut tam
2 diu uno loco sedere. Habebat barbarorum equitum viginti, peditum centum millia, quos illi Cardacas appellant, ejusdemque generis tria funditorum; praeterea Cappadocum octo, Armeniorum decem, Paphlagonum quinque, Phrygum decem, Lydorum quinque, Aspendiorum et Pisidarum circiter tria, Cilicum duo, Cap-

Voss. A: quam lectionem tacite probat Periz. ad Sanct. Minerv. Lib. 4. cap. 7. num. 4. hunc locum ad usum hujus Ellipsis monstrandum adferens. De hac Ellipsi Graecis Latinisque usitatissima egere Lambert. Bos. de Ell. L. Gr. pag. 327, 328 et 329. Cortius ad Sallust. B. Catil. cap. 8. num. 1. cap. 9. num. 5. et in fine, et ad cap. 20. num. 17. et Snakenb. ad Curtii Lib. III. cap. 12. §. 6. [Gu. Dan. Ax. *Autophrodates*. Ult. ad verbum *statuit* in margine adnotat: *Fort. maluit.*]

*Aut tam diu uno loco sedere*] Quia inopia commeatuum et morbis exercitus diminueretur. Eandem rationem regerit Darius Graecis apud Curtium 3, 8. *Trahendi vero*, inquit, *belli vix ullam esse rationem. Tantae enim multitudini*, *utique cum jam hyems instaret*, *in regione vasta et invicem a suis atque hoste vexata*, *non suffectura alimenta.* Porro eleganter adhibet verbum *sedere*, ut puriores scriptores solent, pro otiosum et sine fructu quietum aliquo loco subsistere. Curt. L. 4. cap. 99. *Maraeus segnis in eo*, *quem occupaverat*, *tumulo sedit*, *contentus non lacessi.* Liv. Lib. 21. *Stultitia est* sedendo *aut votis debellari credere posse.* Cicero Epist. *si venti essent*, *nos hic Corcyrae non* sederemus. Gebhard. Adde Vorstium ad Val. Maximum Lib. 7. c. 4. Ex. 5. n. 42. Graevium in Lection. Hesiodaeis cap. 12. et Aratzen. ad Victor. de Caesarib. c. 26. num. 2.

*Cardacas*] Primus, nisi fallor, *Barn. Brissonius* pro *Gardates*, quod in plerisque libris legitur, *Cardacas* reponendum esse monuit Lib. 3. *de regno Pers.* quam emendationem *Schottus* Gifaniani codicis, in quo *Gardacas* legitur, et veterum Graecorum auctoritate confirmat. Erant autem *Κάρδακες* genus militum apud Persas, ut e *Strabone* 1. *Eustathio ad Iliad.* 2, 869. et *Ammonio de differ. diction. Graec.* cognoscimus. Meminere et *Plutarchus* Lib. ὅτι ὐκ ἔϛιν ἡδέως ζῆν κατ᾽ Ἐπίκυρον. *Polybius* 5. *Arrianus* 2. *de gestis Alex.* ac *Pausanias:* e junioribus *Caelius Rhodig.* 18, 1. *Strabo* a κάρδα dictos ait, quod τὸ ἀνδρῶδες καὶ πολεμικὸν designet: *Hesychius* a gente vel loco. *Bos.* Leid. m. *Cardagtas.* Voss. A. *Gardatas.* B. *Gardetas.* [Dan. Gu. *Gardacas*, sed Ult. ut editum est.]

*Aspendiorum*] Pamphyliae populi *Aspendii* ab Aspendo ejus provinciae oppido, ad fluvium Eurymedonta sito. *Gebhardus.* E Strabone Lib. XIV. pag. 983. a quo vocatur *Ἄσπενδος πόλις εὐανδροῦσα ἱκανῶς, Ἀργείων κτίσμα.*

*Captianorum*] Ignotus Geographis populus. Quare *Schottus* verebatur, ne trajecta esset littera, reponendumque fortasse *Caspianorum*; de quibus *Strabo*

tianorum totidem, ex Graecia conductorum tria millia; levis armaturae maximum numerum. Has adversus co- 3
pias spes omnis consistebat Datami in se locique natura: namque hujus partem non habebat vicesimam militum. Quibus fretus conflixit, adversariorumque multa millia concidit, quum de ipsius exercitu non amplius

(p. 391.) 11. *ἔστι δὲ τῆς Ἀλανῶν Χώρας καὶ ἡ Κασπιανή, τοῦ Κασπίου ἔθνους ὁμώνυμος. Stephanus in Κασπία: γίγνεται δὲ Κασπιανὸς ἐκ τοῦ Κασπία, ὡς Καρδιανός.* Ac meminit *Caspiae gentis* et *Plinius* 6, 15. aitque *portis et mari nomen dedisse*, sicuti *Caspiorum*, occidentalia Mediae ad Armeniam tenentium, *Ptolomaeus* 6, 2. Negat tamen *Ortelius in Thesauro Geographico*, *Caspianorum* heic legendum esse; quod ceteri populi, quos *Nepos* hoc loco recenset, omnes in Asia minore sint, Caspiani vero ad mare Caspium. Verum demus id Ortelio; an idcirco nulli ex Asia majore adesse potuere? Ciliciae vicina est Armenia; Armeniae Caspii. Non igitur nimium a Cilicia distabant. Multo minus certe, quam *Capsiani*, a Capsa urbe Africae dicti, quos alii reponi volunt. Et quis credat, ex una Africae urbe, aut unius urbis territorio, duo millia militum in Asiam concessisse? *Bosius.* [Ult. *Captianorum*, et in margine: *Forte Caspianorum.*]

*Conductorum tria millia*] A Ms. Dan. [Gu.] *millia* aberat. Et potest abesse. *Bosius.* Nec reperitur in Voss. B. Leid. m. ita exhibet: *Tria millia funditorum. Praeterea Cappadocum octo millia. Armeniorum decem, Paphlagonum quinque, Phrygum decem millia, Lydorum quinque millia, Aspendiorum et Pisidarum circiter tria millia.* Pro *praeter Cappadocum*, ut Mattaire edidit, [reliqui omnes cum] Leid. m. et Voss. A. B. *praeterea Cappadocum*, sed Voss. A. *Capadocum.* Pro *Aspendiorum* Vossian. B. *Aspendorum.* Mox Voss. A. *vicesimam*, sed Leid. et Voss. B. *vigesimam.* Nescio an alibi monuerim, Codicem Membranaceum Vossii litera A distinctum semper *milia*, ut et h. l. et *mile*, pro *mille* et *millia* exhibere, quod tandem hic non praetermittendum duxi, ne in posterum obliviscar. Sic quoque in aliorum auctorum Codicibus MSS. exarari, idque ex antiquissimo veterum usu, docet Broukh. ad Propertium Lib. 1. El. 5. vers. 10. [In Ult. edit. totus locus ita expressus est: IIIM. *funditorum, praeterea Cappadocum* VIIIM. *Armeniorum* XM. *Paphlagonum* VM. *Phrygum* XM. *Lydorum* VM. *Aspendiorum et Pisidarum circiter* IIIM. *Cilicum* IIM. *Capt. tot. ex Gr. cond. tria milia.* Vox *millia* post *tria* etiam in reliquis Edd. ante Heusingerum adest. V. supra ad 4, 1, 2. et adde J. Fr. Gronovium ad Liv. 34, 10.]

*Quum de ipsius exercitu non amplius hom. mille cecid.*] Aberant haec Ms. Leidensi. Q. edd. *cecidissent.* Bosius. Leid. m. Voss. A. et Dan. *cecidisset.* sed B. *cecidissent.* Si *cecidissent* legas, subintelligi *homines* censet Celeb. J. Perizonius ad Sanctii Minervam Lib. 4. cap. 4. p. 612. Attamen cum Bosio praeferrem *cecidisset* adductus optimorum codicum auctoritate: vide quae Clar. Perizon. de voce

hominum mille cecidisset. Quam ob caussam postero die tropaeum posuit, quo loco pridie pugnatum erat.
4 Hinc quum castra movisset, semperque inferior copiis, superior omnibus praeliis discederet, quod numquam manum consereret, nisi quum adversarios locorum angustiis clausisset (quod perito regionum callideque
5 cogitanti saepe accidebat); Autophradates, quum bellum duci majore regis calamitate, quam adversariorum,

*mille* disputat usque ad pag. 616. Si quis tamen malit *cecidissent*, consentientem habebit Clar. Oudendorp. ad Caesar. III. B. Civ. cap. 84. jam a me citatum in not. post. Praeterea, *Non amplius hominum mille*, Juvenes scire oportet, poni pro *non amplius quam hominum mille*, vel *hominum mille*, sed *non amplius*. Sic Florus II. 2, 19. *Et haec et trecenta amplius castella vastata sunt.* III, 9, 6. *Sexaginta amplius millium fecit exercitum.* et cap. 20. num. 3. *Quum statim decem amplius millia coissent hominum.* IV, 2, 44. *Trecenta amplius millia.* et ita alii passim. Adeant Cortium ad Sallust. Catil. cap. 59. num. 6. *amplius* idem quod *plus* esse docet Snakenburg. ad Curtium L. VIII. cap. 20. num. 36. Inspiciant etiam, quae disseruit de *non amplius*, *non minus*, Perizonius ad Sanctii Minervam Lib. 4. cap. (p. 392.) 2. pag. 530. [Axen. Gu. Ult. *cecidisset*. Pro *adversariorumque* Ult. *adversariorum*, sine copula.]

*Pugnatum erat*] Ita quoque Dan. Alii *est*. *Longolius* et *Lambinus* verbum plane omittunt. *Bosius*. Graecos eo loco, quo pugnaverant, tropaea ponere fuisse solitos praeter Nostrum testantur etiam alii. Vide Stewechium ad Vegetium Lib. 2, de Re Milit. cap. 7. pag. 147. et Perizonium in Animadvers. Histor. cap. 7. pag. 239. De ipsa voce adeundus est Scholiastes Aristophanis in Pluto vs. 453. qui tamen, quam Diodorus Siculus, temporum distinctionem non facit. Pro *pugnatum est* Voss. A. *pugnatum erat*. Cod. m. Leid. omittit verbum substantivum. [Gu. Ax. Ult. *pugnatum erat*. Ed. Boecl. *pugnatum est*. In antiquioribus Edd. utrumque deest.]

*Semperque inf. copiis, super. omn. prael. discederet*] Ita Ms. bene. *Editio* etiam *Brixiae per Jac. Britannicum an.* MCCCCIIIC. impressa omittit quidem *semperque*, sed cetera eodem modo exprimit. *Boeclerus*. Vulgati: *ut inferior copiis ita superior omn. prael. discedebat*. Bosius. Leid. m. *Hinc quum castra movisset, erat inferior copiis, superior omnibus praeliis, semperque discederet, quod nunquam manum consereret, nisi cum adversarios l. a. c.* Voss. A. *Hinc quum castra movisset, semperque inferior copiis, superior omnibus praeliis discederet. q. n. m. c, nisi cum adv. l. a. c.* [Ax. Gu. Ult. receptam a Bosio lectionem confirmant. Pro *Hinc* Cod. Dan. Ed. princeps. Arg. Paris. 1. 2. Ald. Long. et Mag. *Hic*.]

*Nisi quum advers.*] Inserunt τὸ *cum* MSS. Dan. et Boecl. nam vulgo deest. *Bosius*. [Addunt etiam Ax. Gu. sed Ed. Ultr. cum reliquis ante Boecler. omittit.]

*Perito regionum*] *Longolius* edidit: *quod quidem perito*. Bo-

:ret, ad pacem amicitiamque hortatus est, ut cum : in gratiam rediret. Quam ille etsi fidam non 6
: putabat, tamen conditionem accepit, seque ad ıxerxem legatos missurum dixit. Sic bellum, quod adversus Datamem susceperat, sedatum. Autoıdates in Phrygiam se recepit.

. [Sed abest *quidem* a Dan. ruisque libris.]
*d pacem amicitiamque hors est, ut cum reg. in grai rediret*] Tautologiae haec iem habent. Et a cod. Dan. *ıd* aberat. Leidensis: *ut cum : in amicitiam rediret*. Quae unt, ut glossema subesse pu, Nepotemque scripsisse, *hor:s est, ut cum rege in grai rediret*. Addidit aliquis in·retamentum: *pacem*, *amiım*, quae postea in textum :pta. *Bosius*. Leid. m. *Pa. amicitiamque hortatus est*. ta quoque Vossian. A. et B. *·tari pacem et amicitiam* pro pacem et amicitiam satis deli potest. Burman. ad Ovid. st.19. Heroid. vers. 187. quare juis quatuor dictos codices ıtus hic *ad* deleret, me haet consentientem. Sequentia ba mihi quidem suspecta t. Omnes tamen, quos vidi, ices exhibent, uti hodie eır. Similis tautologia in Mile cap. 1. num. 2. *Ex his dei Delphos deliberatum missi t, qui consulerent Apollii*, interpretes vexavit. [Recta lectio Boeclerum auctorem et. Gu. Ax. Ed. Ult. *ad* otunt. Ed. princeps, Arg. et is. 2. *ad pacemque*. Eaedem ı Ald. Long. et Mag. *atque icitiam*. Lambinus: *ad pacem atque amicitiam hortatus est*. Tum Longolius: *e t ut c. r. i. gr. red.* Paullo ante Dan. Ax. *Autophrodates*.]

(p.303.) *Conditionem accepit*] h. e. descendit ad conditionem, accepit enim invitus. Quibus loquendi modis Graeci hoc exprimant, docet Schwebel. ad Onosandrum cap. IV. num. 6. pag. 27. si codices addicerent, facile permoverer ad legendum *conditiones* scil. pacis. Vide indicem Bosii. [*Non fidam* Ed. Ult. et ceterae ante Boecler. sed *fidam non* etiam Dan. Gu. et Ax.]

*Sedatum*] *Est* addit Dan. *Bosius*. *Est* abest a Leid. meo, Vossian. A. et B. Vide notata ad Aristid. cap. 3. num. 3. *Sedatum bellum* proba locutio, et Ciceroniana, quam restituere Ovidio Lib. 3. Trist. El. 12. vers. 17. conatur Burm. hoc modo:

*Otia sunt illic: junctique ex*
*ordine ludi*
Sedant *verbosi garrula bella*
*fori*.

Pro *Autophradates* Leid. m. *Autophrodates*. Pro *Phrygiam* Voss. A. *Frigiam*. [Ult. *sedatum est*. Gu. cum reliquis hoc verbum omittit. Tum Dan. *Autophrodates*. Axen. *Antrophadates*.]

[redacted]



## CAP. IX.

1 At rex, quod implacabile odium in Datamem susceperat, postquam bello eum opprimi non posse animadvertit, insidiis interficere studuit, quas ille ple-
2 rasque vitavit. Sicut quum nuntiatum esset, quosdam sibi insidiari, qui in amicorum erant numero (de quibus, quod inimici detulerant, neque credendum, neque negligendum putavit), experiri voluit, verum falsumne es-
3 set relatum. Itaque eo profectus est, quo itinere futuras

*At rex*] Voff. B. *Atque rex*. Item Axen. sine dubio pro *atqui* perpetua confusione, v. Drakenb. ad Livium Lib. III. c. 52. §. 8. Sed nihil muta. [Gu. *Datamen*, et mox cum Ax. et Ult. *quum ei nunt. esset*.]

*Quum nuntiatum esset*] Dan. *cum ei nunt. esset*. Rem ipsam narrat et *Polyaenus* 7, 4. Bos. *Ei* exhibent Leid. et Voff. A.

*Inimici detulerant*] Nempe amicorum Datamis inimici. *Gebhard*. Leid. m. et Voffiani A. B. *detulerunt* pro *detulerant*. [Ita et Gu.]

*Verum falsumne*] *Lambinus* conjicit leg. *verumne an falsum*: invitis libris. Dictum, ut apud Ciceronem: *aequum sit an iniquum*: et similia. *Bosius*. Omnes, quos vidi, codices vulgatam tuentur lectionem. Ovidius Epift. XII. Heroïd. vers. 149.

*Cum minor e pueris, juffus ftudione videndi,*
*Conftitit ad geminae limina prima foris.*

(p. 394.) Ubi Burman. et Cort. ad Salluft. Catilin. cap. 52. num. 10. [Ax. *falsumve esset relatum*. Ed. Long. *falsumve sibi esset relatum*. Dan. Gu. Ult. et reliqui ante Boecl. editi: *falsumne sibi esset relatum*, quod Tzschuckius reftituit.]

*Quo itin. futuras insidias*] Lambinus: *in quo itin*. Mff. Schotti et Boecl. itemque *Longolius* et *Magius* addunt *evenire*. *Gebhardus* utrumque, et *futuras* et *evenire*, suppofititium cenfet: nam cum exscriptorum quidam aliquid abeffe suspicarentur; hos *futuras*; illos *evenire*; iftos utrumque vocabulum intrufiffe. Sed vix ita loquutus fuerit *Nepos*. Bofius. Pro *illi* Leid. m. *evenire*. ut et Voff. A. B. Pro *quo itinere* Leid. et Voff. A. *in quo itinere*. Pro *dixerant* Voff. B. *dixerat*. Pro *consueverat* Leid. *consuerat*. Voff. A. *censuerat*. [Gu. *in quo itinere futuras insidias evenire dixerant*. Dan. Ed. Ult. *in quo itinere futuras insidias dixerant*. Lambinus: *in quo itinere futuras insidias illi dixerant*. Praepofitionem *in* omnes ante Boecl. vulgati addunt, cum hoc Axen. etiam excludit.]

insidias dixerant. Sed elegit corpore et statura simillimum sui, eique vestitum suum dedit, atque eo loco ire, quo ipse consueverat, jussit. Ipse autem ornatu [vestituque] militari inter corporis custodes iter facere coepit. At insidiatores, postquam in eum locum agmen 4
pervenit, decepti ordine atque vestitu in eum faciunt impetum, qui suppositus erat. Praedixerat autem his Datames, cum quibus iter faciebat, ut parati essent facere, quod ipsum vidissent Ipse, ut concurrentes 5

*Elegit corpore et statura simill. sui, eique vestitum suum dedit*] Utraque apta ad fallendum, praesertim quibus et statura et veſtitus non erant incognita. Curtius 8, 13, 21. *Attalum et aequalem sibi et haud disparem habitu oris et corporis, utique cum procul viseretur, veste regia exornat, praebiturum speciem, ipsum regem illi ripae praesidere, nec agitare de transitu.* Gebhard.

*Corpore et statura sim. sui*] Ita et MSſ. Bavar. ac Leid. Alii *corporis statura s. s.* Boſius. [Axen. *corpore et statura.* Gu. Ult. *corpore ac statura,* ut Heusingerus edidit. Ita et Leid. 1. non *et statura.*]

*Eo loco*] Ea parte agminis, qua ipse ut dux solebat conspici: ut patet ex eo, quod mox sequitur, *decepti ordine.* Quare male Lambinus *eo loci* legit, atque exponit *in eum locum.* Bosius.

*Ornatu vestituque milit.*] Lectio optimorum libb. Gifan. et Dan. non absurda visa *Gebhardo.* Nam neque insignibus, inquit, neque veſtitu imperatorio usus eſt Datames. Pleraeque edd. *ornatus vestitu milit.* Ms. Schotti, *ornatu vestitu mil.* Mihi rectum videtur, quod in Edit. Ultraj. legitur, *ornatu militari.* Ut τὸ *vestitu* gloſſema sit, e praecedd. et conseqq. intrusum: quod poſtea tot varietates peperit. Favet huic lectioni *Polyaenus* 7, 4. qui tantum *armaturae* meminit: ἄλλον διεσκεύασε τῇ αὐτοῦ πανοπλίᾳ, ἐν ἄλλῃ δὲ αὐτὸς ἐκινδύνευσεν. *Bosius.* Vide ad Hann. cap. 4. num. 1. [Gu. *ornatu vestitu mil.* Ax. cum antiquioribus edd. *ornatus vestitu militari.*]

*In eum faciunt impetum*] Voſſ. B. *Faciunt impetum in eum.* [Gu. Dan. *impetum in eum faciunt.* Ita et Ax. non: *faciunt impetum in eum.*]

*Suppositus*] Fruſtra tentat Schottus *supposititius* supponere, ac discrimen inter utrumque conſtituere. M. Tullius in Verrem: *Ut ille suppositus facile* (p. 395.) *et libenter se illum, qui non erat, esse simularet.* Gebhardus. Mox ab edit. Lamb. *his* abeſt in illis, *praedix. autem his Dat.* Bosius.

*Parati essent facere*] Leid. m. *paccati. Parati facere* pro ad faciendum. Virg. 5. Aen. vs. 108. — *Pars et certare parati.* Ubi Servius. *Hoc est, parati ad certandum.* Lucan. Lib. 1. vers. 351.

*Detrahimus dominos urbi servire paratae.*

Phaedrus Lib. 2. fab. 4. vs. 15.

[redacted]



insidiatores animadvertit, tela in eos conjecit. Hoc idem quum universi fecissent, priusquam pervenirent ad eum, quem aggredi volebant, confixi ceciderunt.

*Aquila est parata rapere porcellos tibi.* Plura exempla dabit Cortius ad Salluft. B. Jugurth. cap. 46. num. 5.

*Confixi cecid.* ] Malo hoc, quam Schotti *conciderunt*, ut vitetur alliteratio. *Gebhardus.* Voff. A. [Ax.] *conciderunt.* [Gu. *concurrentis*, et *conciderunt.*]

## CAP. X.

1 Hic tamen tam callidus vir extremo tempore captus est Mithridatis, Ariobarzanis filii, dolo. Namque is pollicitus est regi, se eum interfecturum, si ei rex permitteret, ut, quodcumque vellet, liceret impune facere, fidemque de ea re more Persarum

*Captus Mithridatis dolo*] Rem, sed paullo aliter, narrat *Polyaenus* quoque Lib. 7. *in Mithridate*, *comm.* 1. Bofius.

*Si ei rex permitteret*] Sic malo cum Exc. Dan. quam, ut vulgo legitur, *promitteret.* Quod haud dubie e mentione *fidei* et *dextrae datae* natum eft. *Polyaenus* hac de re nihil: tantum ait, juffum a rege Mithridatem aut occidere Datamem, aut adducere. Mox Ms. Boecler. abeft *facere:* poteftque abeffe. *Bosius.* Leid. m. Voff. A. et B. *promitteret.* *Facere* abeft a Voffiano B. pro *quodcunque vellet* Leid. m. *quodcunque vi vellet.* [*Permitteret* etiam Gu. Ult. Caefar, Heufingero laudante, B. G. 1, 35. *Deinde obsides, quos haberet ab Aeduis, redderet, Sequanisque permitteret, ut, quos illi haberent, voluntate ejus reddere illis liceret.*]

*Fidemque de ea re more Persarum dextra dedisset*] In toto paene orbe ἔθος ἐπὶ πίϛει καὶ συνθήκαις βεβαίαις τὰς δεξιὰς διδόναι ἀλλήλοις, inquit auctor *Scholiorum in Aristophanis Nubes.* At apud Perfas fides dextra data omni juramento sanctior ducebatur atque confervabatur. *Diodorus* 16, 34. Εἰπόντος δὲ τῦ Θετταλίωνος, ὡς καὶ δεξιὰν λαβεῖν ὁ Μέντωρ ἠξίωσεν, ἐπὶ τύτοις ὁ μὲν βασιλεὺς ὀργισθεὶς ὡς ὐ πιϛευόμενος παρέδοκε τὸν Θετταλίωνα τοῖς ὑπηρέταις, καὶ προσέταξεν ἀφελεῖν τὴν κεφαλήν. Ἐπεὶ δὲ ἀπαγόμενος ὁ Θετταλίων ἐπὶ τὴν τιμωρίαν τοσῦτο εἶπεν, ὅτι σὺ μὲν, ὦ βασιλεῦ, πράξεις ὃ θέλεις, ὁ μὲν τοι (p. 396.) Μέντωρ δυνάμενος ἅπαντα καταπρᾶξαι διὰ τὸ μὴ δῦναι τὴν πίϛιν, ὐδὲν μὴ συντελέσει τῶν ἐπαγγελλομένων. Πάλιν ἀκύσας τύτων μετενόησε, καὶ με-

dextra dedisset. Hanc ut accepit a rege missam, copias parat, et absens amicitiam cum Datame facit, regis provincias vexat, castella expugnat, magnas prae- 2

*ταχαλεσάμενος τὺς ὑπηρέτας, ἀφεῖναι προσέταξε, καὶ τὴν δεξιὰν ἔδωκε τῷ Θετταλίωνι. Ἔςι δ' ἡ πίςις ἄυτη βεβαιοτάτη παρὰ τοῖς Πέρσαις.* Curtius 6, 4, 14. *Nec dubitabat Alexander fidem, quo Persae modo accipiebant, dare: inviolatum, si venisset, fore.* Illud autem non satis assequor, an Reges praesentibus, quibus fidem suam obstrictum ibant, dextram dextrae jungerent, an verius dextrae simulacrum donarent, sic in eum usum more gentis fabre factum. Junxisse dextras dextris praesentibus colligo ex loco *Josephi* [*antiquit. Jud.* 18, 12.] *Ὁ δὲ,* inquit, [*Ἀρτάβανος*] *τὺστε πατρῴυς θεὺς ἐπώμνυτο, μηδὲν κακὸν δράσειν αὐτὺς, καὶ τὴν δεξιὰν ἐδίδυ, ὅπερ μέγιςον παρὰ πᾶσι τοῖς ἐκείνῃ βαρβάροις παράδειγμα τῦ θαρσεῖν γίνεται τοῖς ὁμιλῦσι.* Quomodo vero absentibus fidem dextra dabant? Num per eos, qui ad eam accipiendam missi? Stabilire haec videtur *Xenophon* 6. *Cyropaediae*: *μόνον καὶ σὺ ἡμῖν θεῶν τὰ πιςὰ ποίησον, δεξιάντε δὸς, ἵνα φέρωμεν καὶ τοῖς ἄλλοις ταῦτα, εἴπερ ἂν αὐτοὶ λάβωμεν παρὰ σῦ. Polyaenus* 7 *Δεξιὰν αὐτοῖς ἔπεμψε Περσικῷ.* Clarius *Justinus* 11, 15, 13. *In quam rem unicum pignus fidei regiae dextram se ferendam Alexandro dare.* Gebhardus. Vide ibi notas Berneggeri. In MS. Leid. erat: *more Pers. rex dextram dedisset.* Bosius. Vide et Freinshem. ad Curtii l. l. Locus Scholiastae Aristophan. Nub. vs. 81. etiam citatur a Salvagnio ad Ovidii Ibin vs. 528. Hinc *δεξιαὶ* a Graecis pro foederibus ponuntur. Ut docet Potterus ad Lycophron. vs. 51.

*Hanc ut accepit a rege missam, copias parat* Longolius edidit: *Hanc ut recepit a rege, inimicitiam adversus regem simulat, copias parat.* Lambinus: *hanc ut accepit, simulat se suscepisse cum rege inimicitias, cop. parat.* Quam lectionem fere nuperi editores retinuerunt. Sed quae de simulata inimicitia dicuntur, absunt libris: desumta, ut arbitror, e *Polyaeno*, qui ait, Mithridatem etiam ipsum simulasse, se defecturum a rege: *ὑποκρίνεται καὶ αὐτὸς ἀποςῆναι βασιλέως.* Ut nos edidimus, legitur in MSS. Schoppio laudatis, et Boecleriano. Nec valde discrepat editio Aldina, *Barthio advers.* 52, 14. probata: *hanc ut recepit a rege missam.* A MSS. Gif. Savar. (in quibus et *recepit* erat) itemque Schotti, etiam *missam* aberat, *Schotti* judicio recte. *Gebhardus* adhuc plura jugulanda censet, legitque, *Hanc ut accepit, copias parat.* Sed illud *a rege* consensus librorum facile tuetur, *τὸ missam* quoque verisimilius est ignoratione Persici ritus (de quo *Gebhardus nota praeced.*) omissum, quam insertum a librariis esse. Quae vero praeterea *Longolius* et *Lambinus* intruserunt, hoc ipso *νοθείαν* suam produnt, quod a MSS. omnibus et vett. edd. absunt. *Bosius.* Leid. m. et Voss. A. *Hanc ut recepit a rege, copias parat.* B. [Ax.] *Hanc ut accepit, a rege missas copias parat. τὸ accepit* retinendum. [Gu. Dan. Ult. ut a Bosio editum est. Puteaneus et Schotti codex: *Hanc ut accepit a rege, cop. p.*]

*Regis provincias vexat*] Sic Dan. et Leid. melius quam alii *provinciam.* Quae enim unica

[redacted]



das capit, quarum partem suis dispertit, partem ad Datamem mittit. Pari modo complura castella ei tra-
3 dit. Haec diu faciendo persuasit homini, se infinitum adversus regem suscepisse bellum, quum nihilo magis, ne quam suspicionem illi praeberet insidiarum, neque colloquium ejus petivit, neque in conspectum venire studuit. Sic absens amicitiam gerebat, ut non beneficiis mutuis, sed odio communi, quod erga regem susceperant, contineri viderentur.

illa regis provincia? *Bos.* Voss. B. etiam *provincias.* Quam lectionem probat Oudendorpius ad Frontinum Lib. 4. Strateg. cap. 3. num. 34. [Ax. etiam *provincias*, non *pecunias.* Ita et Gu. sed Ult. *provinciam.*]

*Praedas capit*] Sic MSS. et (p. 397.) edd. vett. tuenturque Schottus ac Gebhard. Quod in aliis legitur, *agit*, Lambinianae audaciae propago est. Statim pro *partem* MSS. Leid. et Boecl. utrobique *partim.* Quod etiam priore loco Exc. Dan. habent. Nam posteriore corrupte *pariter* legunt. Est autem accusandi casus antique elatus. De quo *Schoppius in Grammat. Institut.* p. 47. et *Vossius de construct.* cap. 65. Adde *Gell.* 10, 13. et celeberr. *Gronovium Observat.* 3, 2. Bosius. Leid. m. et Voss. A. B. *capit.* Itaque retinendam hanc duco lectionem, licet *praedas agere* Latinissima sit phrasis, ut jam docuit summus Gronovius ad Justinum Lib. 22. cap. 6. n. 3. Pro *partem* Vossian. B. in utroque loco *partim.* [*Capit* etiam Leid. 1. Gu. Ult. Tum Gu. cum Dan. cod. *q. partim s. d. pariter.* Bosius scribit, etiam in Leid. 1. ut in Boecleriano codice utroque loco *partim* legi, sed e Leidensi nihil adnotatum est. Pro *dispertit* Ax. *dispartit*, et pro *Datamem* Gu. *Datamen.*]

*Infinitum bellum*] Voss. A. *in infinitum.*

*Suscepisse bellum*] Atqui nondum bellum susceperat, inquit *Lambinus*, quia cap. 11, 1. *certiorem facit Datamem, tempus esse, bellum cum ipso rege suscipi.* Quare corrigit, *suscepisse odium.* Verum vox *ipso* satis indicat, ibi de nova ratione belli suscipiendi sermonem esse. Nempe hactenus provincias vexaverat, castella expugnaverat, praedas ceperat, nunc ipsum Regem adgrediendum esse monet. *Bos.* Vossian. B. *suscepit.* Paullo post pro *petivit* Leid. m. *penituit.*

*Contineri*] Arctissime cohaerere. Supra Lysandro: *nisi qui aut ejus hospitio contineretur.* Gebhard. Vid. ad Lys. cap. 1. num. 5. [Gu. Dan. *communi odio.* Paullo ante Ax. *illi suspicionem praeb.*]

## CAP. XI.

Id quum satis se confirmasse arbitratus est, certiorem facit Datamem, tempus esse majores exercitus parari, et bellum cum ipso rege suscipi; deque ea re, si ei videretur, quo loco vellet, in colloquium veniret. Probata re, colloquendi tempus sumitur, lo- 1

*Tempus esse exercitus parari*] Virgil. 5. Aen. vers. 638. *Jam tempus agi res.* Terentius Andria 4, 1, 7. *Ubi tempus est promissa perfici.* Vide J. F. Gronov. ad Livium Lib. 6. cap. 18. [Gu. *majoris.*]

*Bellum cum ipso rege*] Vulgo abeſt *ipso*, e Mſſ. Dan. et Boecl. (p. 398.) reſtitutum. Habent etiam vulgati *et bellum.* Mox *Schotto* rectius videtur, quod in scriptis reperit, *deque ea re.* Quomodo et Boecler. habet. Statim τὸ *loco* a vulgatis abeſt: sed erat in Mſſ. Dan. Sch. Leid. Boecler. *Bosius.* Leid. m. et Voſſ. A. etiam *Deque ea re*, probante Cl. Waſſe ad Salluſt. Catil. cap. 49. pag. 146. qui Noſtrum auctorem, si scripserit *qua de re*, haud Latine locutum fuiſſe contendit, quum *deque ea re* vetus sit formula. Concedo veterem hanc eſſe formulam: et a Waſſio videtur ſtare ipse Nepos in Phocione cap. 3. *Deque ea re legatos ad Polysperchontem misit.* Attamen vulgata lectio satis defendi poteſt, si explicemus *de qua re etc. in colloquium veniret*, pro *deque ea re se in colloquium venturum esse.* Quomodo Cicero saepius locutus eſt. Vide Th. Wopkens Lib. 2. Lection. Tullian. cap. 14. pag. 208. et seqq. Caeterum voce *res* loco pronominis utitur Noſter, ut et mox *re probata.* Vide Cort. ad Ciceron. 1. ad Fam. Epiſt. 8. num. 2. pro *quo vellet*, vel, ut alii, *quo loco vellet*, Leid. m. *quocunque loco vellet.* Quidquid hic proferat Heuſingerus, Nepos non Datamem, sed Mithridatem inducit loquentem, sive agentem, qui nec petit, nec jubet, nec poſtulat, ut Datames veniat in colloquium, sed promittit, vel obfert, tamquam beneficium, se in colloquium venturum eſſe cum Datame, quocumque loco vellet, nempe Datames quod sequentia verba indicant; nam ad tempus locumque colloquendi conſtitutum non Datames, sed Mithridates venit; sed venit jam clanculum ante aliquot dies, ad insidias Datami tuto ſtruendas, ad quas eum blandis verbis pellexerat; callidum enim Datamem dolo capere tentabat. Id quod ei quoque successit. Mithridates spem vultu simulabat, sed altum dolorem corde premebat, quem ceperat ex obseſſione, qua Datames clauſam tenuerat Sinopen, celeberrimam Cappadociae, vel juxta alios, Paphlagoniae, urbem ad Pontum Euxinum sitam, de qua ante Stephanum Byz. egere Herodotus Lib. 1. cap. 76. Polybius Lib. IV. cap. 56. Strabo Lib. XII. pag. 821. et Plut. in Lucullo pag. 506, 507. Hanc contra fidem datam obpugnaverat Datames, et in summas adduxerat anguſtias, ut patet ex Aenea Poliorcet. c. 40. ita ut juſſus fuerit ab ipso Perſarum rege, ab hac obſidione

[redacted]



2 cusque, quo conveniretur. Huc Mithridates cum uno, cui maximam habebat fidem, ante aliquot dies venit, compluribusque locis separatim gladios obruit, eaque loca diligenter notat. Ipso autem colloquendi die utrique, locum qui explorarent atque ipsos scrutarentur,

desistere. Vid. Polyaenum Lib. vii. cap. 21. jam a Doctissimo Lambino ad h. l. citatum, et integrum descriptum; Sinopen illam Ponti regibus acceptissimam, in qua Mithridates, qui tempore L. Luculli floruit, suam habuit regiam. Vid. Ascon. Ped. ad Cic. Lib. 1. in Verrem c. 24. et Wess. ad Diod. Sicul. Lib. xiv. c. 31. Plures fuere Mithridates, in quibus unus fuit, qui genus suum retulit ad unum e septem Persis nobilissimis, qui Magum occiderunt, tributumque suis majoribus jam olim a Dario, Histaspis filio, Ponti regnum perpetuo conservavit. Vid. Polyb. Lib. v. c. 43. Unde Appianus Al. B. Mithridat. pag. 303. vocat *Μιθριδάτην ἄνδρα γένους βασιλείου Περσικοῦ*, quae jam occupata video a Cl. Wess. ad Diod. Sicul. Lib. xix. cap. 40. num. 80. In Plut. in Lysandro pag. 447. legitur *Μιθριδάτην δὲ τὸν Πέρσην προσκεκρουκότα Φαρναβάζῳ, γενναῖον ἄνδρα*, et in Ages. p. 600. *Μιθριδάτην ἄνδρα Πέρσην*. Sed recte animadverterunt docti, legendum *Σπιθριδάτην* e Xenophonte praesertim Lib. iv. H. (p. 399.) Gr. haud longe a principio pag. 396. *ποίου τινὸς γένους ἐστὶν ὁ Σπιθριδάτης, ὁ δ' εἶπεν, ὅτι Περσῶν οὐδενὸς ἐνδεέστερος*. genus et dotes hos duos confuderunt. De Mithridate vero Ariobarzanis filio, cujus dolo captus Datames interiit, agit Wesselingius ad Diodor. Sicul. Lib. xvi. c. 90. §. 16. ex hac Sinopes obsidione Lambinus observat, Nepotis verba *neminem perfidia ceperat* in Datamem non convenire. [Gu. Ult. *et bellum cum ipso rege s.* Copulam *et* primus Boeclerus omisit, quam tamen Axenianus etiam codex, quem vere Heusingerus ad 11, 1, 2. alterum Boeclerianum appellat, cum omnibus antea Editis exhibet. Quare illam vocem revocandam esse duximus. Tum Ult. *de qua re*, sed Leid. 1. Ax. Gu. *deque ea re*, quod cum Heusingero reposui, qui ad *veniret* (Datames), *monet*, *petit*, *postulat* sc. Mithridates, subintelligendum esse, adnotat. Confer Goerenzium ad Cic. de Fin. 2, 18. p. 211. qui Heusingeri lectionem unice probat. *Quo loco* etiam Gu. Ax. Ult.]

*Cum uno*] Abest a Leid. m. et *maximam* a Voss. B.

*Maximam*] Aberat Msc. Boecler. Alii *maxime*. Sed ita quoque supra locutus *Nepos* 10, 5, 6. Statim in Ms. Gif. et aliis: *ipso autem colloquii die*. Bosius. [Gu. Dan. Ult. *maxime*. Dan. Gu. *colloquii.*]

*Atque ipsos scrutarentur*] Nullum colloquium unquam commissum sine excussione, seu scrutatione, antiquitus fuit, ne quis sicam aliudve telum occulto abditum loco stringeret. Quod Latini *scrutari*, *praetentare atque excutere*, Graeci *ἐξερευνᾶν*, *ἐκσείειν et ἐκτινάσσειν* appellant. Vide *Sueton. Claudio* cap. 35. Scrutatio autem ista fiebat per delectos invicem utriusque partis. Verbi gratia: Datami delectus excutiebat Mithridatem; et contra hujus explorator Datamen. Isti officio destinatos *Polyaenus* vocat *ἀγγέλους*, qui non solum vestes pertrectabant, sed penitus detrahebant. Docet me

mittunt. Deinde ipsi sunt congressi. Hic quum ali- 3
quamdiu in colloquio fuissent, et diversi discessissent,
jamque procul Datames abesset, Mithridates, prius-
quam ad suos perveniret, ne quam suspicionem pare-
ret, in eumdem locum revertitur, atque ibi, ubi te-

hoc *Polyaenus* 3. *in Iphicrate, Comm.* 40. *Ἰφικράτης ἐν Θεσσαλίᾳ, καὶ Ἰάσων ὁ τύραννος πλησίον ποταμοῦ σπείσασθαι βουλόμενοι, δι' ἀγγέλων ἠρεύνησαν ἀλλήλους, καὶ τὰ σώματα ἐγύμνωσαν.* Et Lib. 7. *in Mithridate comm.* 1. *Ἄμφω δὴ τότε συνηλθέτην γυμνῷ διαλεξαμένω περὶ ὧν χρῄ.* Justinus 38, 1, 9. *Solicitato juvene ad colloquium, cum ferrum occultatum inter fascias gereret, scrutatori ab Ariarathe regio more misso, curiosius imum ventrem pertractanti, ait, caveret, ne aliud telum inveniret, quam quaereret.* Sic paedagogus Sarpedon Catonem ad Sullam semper excussum adduxit. *Valer. Maxim.* 3, 3, 3. Imo ex perpetuo metu Alexander Pheraeus non prius se lecto uxoris Thisbes committebat, quam a stipatoribus diligenter esset scrutatus. Item Dionysius superior neutrius unquam sive Aristomaches Syracusanae sive Chloridis Locrensis, nisi excussae, complexum petiit, ut refert *idem* 9, 13. *ext.* 5. Gebhard. Adde Ind. v. *scrutari.* Bosius.

*Ipsi sunt congressi*] Sic et Dan. A Long. edit. *τὸ ipsi* abest. Mox. Dan. Boecler. *diverse.* Bosius. Voss. B. etiam *diverse*; sed *diversi* retinendum est: quem loquendi modum illustravit Cortius ad Sallustium B. Catilin. cap. 2. num. 1. [Etiam Gu. Ult. *ipsi s. c.* Gu. *diverse.*]

*Suspicionem pareret*] In Editione Keuchen. editum est *pararet*, qua auctoritate nescio, omnes enim, vel a me, vel ab aliis collati, *pareret* exhibent. [Ax. tamen *pararet.*]

(p. 400.) *Ubi telum erat impositum*] *Telum* est omne, quo quis cominus eminusve se defendere potest, et *telum* pro gladio videtur usurpasse Ovidius Epistola Phyllidis:

*Heu! patior telis vulnera facta meis.*

Quod proverbium alibi ita variavit:

*Heu! gladium ad miserae vulnera nostra dedi.* Gebh.

Lambinum, qui negat gladium recte dici *telum*, Cl. Boeclerus recte reprehendit. Cujus argumento ego Virgilii auctoritatem addo, qui 9. Aeneid. ita canit:

*At non hoc telum, mea quod vi dextera versat,*
*Effugies.*

Ad quem versum Servius haec notat: *Telum pro gladio posuisse, illud significat, quod infert paullo post:* consurgit in ensem. Vide l. si. calvitur. 233. §. *telum* 2. D. De Verb. signif. et ibid. Interpretes. *Ernstius.* Quod *Lambinus* heic *Nepotem* male vocabulo *teli* usum arguit, non intelligo, quid velit. Ait: *Gladii non sunt tela: neque gladiorum appellatione tela continentur.* Certe gladios esse, i. e. contineri sub *telorum* vocabulo, notius, quam ut heic ostendi debeat. Quidni igitur gladius *telum* appellaretur? cum

[redacted]



lum erat impositum, resedit, ut si [a] lassitudine cuperet adquiescere, Datamemque revocavit, simulans,
4 se quiddam in colloquio esse oblitum. Interim telum, quod latebat, protulit, nudatumque vagina veste texit, ac Datami venienti ait, digredientem se animadvertisse, locum

et pugio, et quod genus armorum non? sub *telis* comprehendatur. *Boecler.* Adde *not. Ernstii.* Pro *impositum* Dan. *impostum;* Lambinus *positum.* Statim Msc. Boecl. *ut si lassit. cup. acq. Datamem revocavit.* deinde: *se quiddam in coll. oblit.* Pro *quiddam* alii *quoddam.* Longol. *cujusdam.* Exemplar Venetum [Magii]: *quaedam* Bosius. Leid. m. et Voss. B. [Ult.] *impositum.* V. not. post. Pro *a lassitudine* Leid. m. et Voss. A. B. *lassitudine.* Praepositionem tamen defendunt Cellar. ad h. l. et Cortius ad Sallustium B. Catilin. c. 4. n. 1. Pro *quiddam* Leid. et Voss. A. *quaedam.* B. *quoddam.* [Gu. *impostum.* Ult. *ibi* omittit. Ab eadem ut a Gu. Ax. (in quo *ac si* est) editisque ante Lambinum omnibus praepositio ante *lassitudine* abest, quam Cicero, monente Heusingero, semper adjecit. Tum Ax. *Datamem revocavit, simulans se quoddam in colloq. fuisse oblitum.* Gu. Ult. vulgatam confirmant, nisi quod in illo *Datamenque* scriptum est.]

*Digredientem se animadv.*] Ita rescribendum, *Schoppius* monuit *Verisim.* 3, 12. cum vulgo legeretur, *digrediendum, se animadv.* Jam enim ante, inquit, digressi erant, et iterum nunc coibant. Firmat correctionem Ms. Ernstianus, in quo fuit: *digredientem animadvertisse.* Mox Ms. Boecl. *quem cum digito demonstraret.* Bosius. Pro *esse idoneum* Voss. B. *idoneum.* Pro *monstraret* Leid. m. et Voss. A. *demonstraret.* [Gu. Ax. *digredientem se anim.* ut ante Scioppium jam in Ultr. et Longol. editione expressum erat. Axen. Gu. *demonstraret.* Ult. *monstraret.* Pro *conspiceret* Gu. Ult. *respiceret.*] Pro *ille consp.* Voss. B. *illi consp.* Pro *aversum, adversum*, quae duae voces saepius in Mss. confunduntur. Vid. Oudendorp. ad Lucan. Lib. 1. vers. 54. et ad Lib. 8. vers. 337. et alibi, et ad Frontinum Lib. 2. Strat. cap. 2. n. 38. Broukh. ad Tibull. Lib. 3. El. 5. vers. 14. *Impia in* adversos *solvimus ora deos.* Ubi Broukh. recte jubet scribendum *aversos*, id est iratos. Consule Duker. ad Florum Lib. 2. cap. 6. num. 20. et Graevium ad Caput 12. ejusdem Libri num. 5. Ubi tamen pro *acerbos* vel *asperos* vel *aversos*, *aerios*, id est, sublimes, altos substituit Withofius in specim. Gunther. cap. 3. pag. 79. Hic vero *aversum* nequaquam in *adversum* mutandum; *aversum* (p. 401.) enim hic notat a tergo, id est, vultum retro flexum habentem, sive corpore a Mithridate averso. Cui contrarium est *adversus.* Unde *adversa vulnera*, quae in pectore, vel anteriore corporis parte accipiuntur. *Aversa* in tergo, de quibus late agere Cortius ad Sallustium B. Catil. cap. 61. num. 3. et ad Jugurth. cap. 85. num. 29. et Cellarius ad Curtium Lib. 3. cap. 11. §. 9. quibus adde J. Arntzenium ad S. A. Victorem de Viris Illustr. cap. 24. num. 2. Vocem *aversus* recte explicuit Oudendorpius ad

locum quemdam, qui erat in conspectu, ad castra ponenda esse idoneum. Quem quum digito demonstraret, et ille conspiceret, aversum ferro transfixit, priusque, quam quisquam posset succurrere, interfecit. Ita ille vir, qui multos consilio, neminem perfidia ceperat, simulata captus est amicitia.

Lucanum Lib. 9. vers. 682. adde Gron. ad Livium xxxiii. 8. Quod attinet lectionem *digito demonstraret*, ea facile admitti potest. Sueton. August. cap. 45. *Quod spectatorem, a quo exsibilabatur*, demonstrasset digito, *conspicuumque fecisset*. Cicero c. 8. in Somnium Scipionis: *Non ea figura, quae digito demonstrari potest*. Ubi tamen Aldus Manutius docet, in duobus MSS. *monstrari* scriptum exstare. [Cod. Axen. *sucurrere posset*, haud scio an melius ordine vulgato. Tum idem codex *Ita ille vir*. Mosche. Pro *priusque quam quisquam*, ut etiam in Cod. Dan. Gu. et Ult. est, Ax. Ed. Long. Mag. et Heuchen. *et prius quam q*. Tum Gu. Ult. cum edd. ante Boecler. omnibus *Ita ille vir*, quod recte a Titzio revocatum est.]

# XV. EPAMINONDAS.

## CAP. I.

1 EPAMINONDAS POLYMNI F. THEBANUS. De hoc priusquam scribamus, haec praecipienda videntur lectoribus, ne alienos mores ad suos referant, neve

(p. 402.) EPAMINONDAM memorant *Plutarchus in Pelopida* et passim, *Diodorus Siculus* 15. *Xenophon* 6. et 7. *Hist. Graecae*, *Pausanias in Arcadicis*, *Aelianus var. histor. et Cicero* saepius, *Polyaenus* 2. *Frontinus* saepe, *Justinus* 6, 4. item 6, 7. et 8. *Valerius Max.* 3, 2. *ext.* 5. 3, 7. *ext.* 5. Boeclerus. Illis scriptoribus, qui res gestas Epaminondae narrant, et a Dn. Boeclero citantur, adde Suidam in voce Ἐπαμινώνδας et ibid. Notas Aemilii Porti. *Ernstius.* Adde *Polybium* 9. (qui eum cum Hannibale comparat pag. 346.) *Diodorum Sicul.* lib. 6. in *Excerptis Peirescianis*, pag. 247. (ubi elogium ejus habes) *Nonnum in collectione historiarum ad* στηλιτευτικὴν *Gregorii Nazianzeni*, pag. 133. *Edit. Anglic.* et *Suidam.* Nummus penes me est elegantissimus, sed recentior, ut arbitror, in cujus antica parte caput Epaminondae cum literis: *ΕΠΑΜΙΝΟΝΔΑΣ ΘΗΒΑΙΟΣ.* In postica, figura militaris ad arma sedens, ac sinistra lauream tenens: ante eam columna, cui galea imposita, et serpens circumvolvitur, cum armis: subtus, *ΚΑΤΑ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝ.* *Bosius.*

*Polymni*] Dictum ut *Neocli*, *Procli*, *Pericli*, etc. de quibus ad 2, 1, 1. et 7, 3, 2. Nam Graece est πολύμνιδος apud *Aelianum hist. var.* lib. 3, 17. lib. 11, 9. et ex emendatione Cl. *Schefferi* lib. 2, 43. a πολύμνις, quod patri ejus nomen fuit. Mox Msc. Boecl. *De quo priusq. scr.* Bosius. Leid. m. *Polympni.* Voss. B. *Polumni.* vide notas meas post. pro *Epaminondas* Voss. A. et B. *Epaminundas.* pro *de hoc* Voss. B. *de quo.* ita quoque, teste Heusingero, Ax. [Gu. *scribimus.*]

*Praecipienda videntur lectoribus*] Arguit μνημονικοῦ ἁμαρτήματος Nepotem *H. Magius*; quoniam eadem in praefatione scripta reliquerit. At in mentem ipsi venire debuerat, praefationem demum Nepoti absolutis omnibus Illustrium virorum vitis fuisse elaboratam. *Gebhardus.*

*Ne alienos mores ad suos referant*; Ne mores alienos sive alienae gentis metiantur atque aestiment ex suae civitatis aut (p. 403.) gentis moribus. *Gebh.*

, quae ipsis leviora sunt, pari modo apud ceteros
sse arbitrentur. Scimus enim, musicen nostris mo- 2
ɪus abesse a principis persona, saltare vero etiam
vitiis poni. Quae omnia apud Graecos et grata,

*lusicen nostris moribus*] Haec vetus aevum spectant. Nam ſtea mutatum fuit. In his arti-ɪ omnibus eruditus fuit Anto-ɪus Philosophus, et Alexander verus. *Buchnerus.* Romano-n moribus olim cantare etiam ;enuis, licet privatis homini-ɪ, indignum visum eſt, teſte *acrobio Saturnal.* 2, 10. quid Principibus? De Principe Ne-ie Tacitus Annal. 4, 14, 1. *c minus foedum* (illi) *stu-im, cithara ludicrum in mo-m canere, cum coenaret.* Non omnibus tamen Romanis in-turpia habitum fuiſſe, *Ma-bius dicto loco* in aliquot ex-plis oſtendit. *Loccenius.* Pro *principis persona* Voſſ. B. *ab ncipis persona.* [Etiam Ax. *pr. pers.* quod reponendum etur Goerenzio ad Cicer. de ɪ. 4, 11. pag. 453.]

*Saltare vero etiam in vitiis ni*] Apud priscos Romanos, iesertim viros principes et gnates, de quibus hic inpri-ɪ sermo eſt, olim in vitiis po-ɪatur. Auctores habemus *Ma-bium dicto loco*, et *Joannem risberiensem de nugis Cu-lium* 8, 12. idem adserentes. n tamen ubique et apud om-vitio ducebatur. Quin inter ispicuas et probas perſonas [ua ejus cura fuit, sed non iosa, usque ad artis perfec-nem. Unde illud eſt *Sallustii* Sempronia: *Psallere et sal-e elegantius, quam necesse probae.* Vide etiam *Horat.* ɪd. 6. Loccenius. Adde Cl. rtium ad Sall. Catil. cap. 25. n. 2. Pro *etiam* Voſſ. B. *vero* im. [Ita etiam Cod. Dan. Gu. Ed. Ult. Boecl. cum recen-tioribus. In ceteris *vero* omit-titur.]

*Quae omnia apud Gr.*] Apud Graecos musicam et saltationem in honore et pretio fuiſſe, vel ex *Platone* intelligere licet, qui multis locis eam commemorat et commendat, Socratemque u-tramque didicisse atque usurpaſſe scribit. Sed de musica, conſtat, eam nobilium virorum filios ae-que, ut grammaticam, discere consueviſſe. *Aristoteles* quidem docet multis verbis lib. 8. *po-lit.* (capp. 2, 5, 6, 7.) musicam artem ad liberorum hominum vi-tae degendae rationem et con-suetudinem eſſe utilem: immo non eſſe neceſſariam neque uti-lem, sed liberalem atque hone-ſtam; *utilitatem et fructum*, in-quit ille, *ubique consectari, non convenit viris magnanimis et liberalibus.* Itaque accepimus, Herculem et Achillem muſica eſſe usos, quorum magiſter fuit Chi-ron, centaurorum sapientiſſimus ac juſtiſſimus, cum eſſet musicae simul, et medicinae, et juſtitiae doctor insignis et praeclarus. Quamvis autem muſicae cognitio apud Graecos laudi duceretur, ut contra ignoratio probro ver-tebatur; ex quo Themiſtocles, quod lyram in convivio recu-sasset, habitus eſt indoctior: non (p. 404.) tamen omnibus organis in muſica discenda et tractanda uti honeſtum erat. Verbi gratia, tibiarum usus illiberalis habe-batur: et tibias rejicit et impro-bat *Aristoteles eodem libro* c. 6. Itaque accepimus, Alcibia-dem, cum primum ad discipli-nas se contulit, caetera muſicae genera didiciſſe, caeteraque or-gana recepiſſe atque approbaſſe:

tibias vero aspernatum esse, quod lyra quidem et plectra nullam neque figurae, neque formae, quae liberum deceat, partem corrumpant aut deforment: tibiae vero hominis, eas ore inflantis, speciem ita diducant atque immutent, ut ne familiarissimi quidem interdum agnoscant. Praeterea lyra quidem cum eo, qui ea utitur, consonat, concinit, et, paene dicam, colloquitur: tibia vero homini tibia canenti os obturat, vocem intercludit, sermonem adimit. Quare, inquit Alcibiades, *tibia canant Thebanorum filii: non enim loqui sciunt. Nos autem Athenienses, quibus, ut a patribus accepimus, Minerva est princeps, atque antistes Apollo deus patrius, quorum alter Marsyam tibicinem pelle exuit, altera tibias abjecit, lyra ac ceteris libero dignis organis utamur.* Sed *Athenaeus* lib. 4. *extr.* ait, scriptum esse a *Chamaeleonte* quidem *Heracleota*, Lacedaemonios tibia discere solitos, et Heracleotas, qui Pontum incolunt, et viros Atheniensium clarissimos, Calliam Hipponici fil. et Critiam Callaeschri: a *Duride* vero, etiam Alcibiadem tibia canendi scientiam a Pronomo didicisse; ab *Aristoxeno*, Epaminondam Thebanum apud Olympiodorum et Orthagoram huic scientiae operam dedisse, multosque Pythagoricos, et Archytam ipsum, eandem artem didicisse atque exercuisse. *M. Tullius* vero lib. 1. *Tusc.* Epaminondam non tibia, sed fidibus praeclare cecinisse dicit. Quod autem ad saltationem attinet, iidem erant olim saltatores et philosophi. Itaque refert *Athenaeus* libro 1. philosophum Pythagoreum quendam, Memphim cognomine, disciplinam Pythagoream, quae silentio continetur, saltando planius demonstrasse, quam, qui artem dicendi profitentur, verbis explicare possent: et Telestem Aeschyli saltatorem, tantum fuisse saltandi artificem, ut tragoediam quandam totam saltando exprimeret, doceret, ac declararet. Proteum non aliam ob causam rerum variarum speciem formamque induisse ferunt, quam quod saltando omnium rerum omniumque animantium formas referret, ita ut et aquae humorem, et leonis iracundiam, et pardali feritatem, et ignis celeritatem, et arboris agitationem, motionis pernicitate imitaretur. Empusa, quam putant vulgo spectrum fuisse, mulier saltatrix fuit, quae celerrimo pedum totiusque corporis motu varias rerum formas spectantium oculis objiceret. Corybantes, quos fabulantur poëtae vagitum Jovis nascentis ab auribus Saturni avertisse; Castor et Pollux, quorum alterum equitem, alterum pugilem fuisse memoriae proditum est; Orpheus, Musaeus, Bacchus ipse, praestantes saltatores fuerunt. Plura autem de musica, et saltatione qui cognoscere volet, legat *Plutarchi librum de musica*, et *Luciani de saltatione*, et *Athenaei* lib. 14. Laudat et *Polybius* multis verbis musicam libro 4. *Ephorum* refellens, qui scripsit, musicam initio esse comparatam ac repertam ad homines capiendos et fallendos: et *Plato* libro 4. *de republica* et *Aristoteles* lib. 8. *polit. a* capite 3. *usque ad extrem.* Lambinus. adde de musica *Vossium lib. de quatuor artib. popular.* cap. 4. num. 22. *et deinc.* de saltatione *Meursium lib. de orchestra Graecorum.* Bos. Pro *videmur debere* Voss. B. *videmur velle.* Musice a Graecis tanti fuit aestimata, ut inter artes liberales fere prima habita fuerit, unde saepius cum *litteris* non solum (p. 405.) jungi, verum etiam pro artibus liberalibus poni solet. Consule Celeb. J. Perizonium ad Aelian. Lib. 7. V. H.

ıude digna ducuntur. Quum autem exprimere ima- 3
m consuetudinis atque vitae velimus Epaminondae,

ı5. et ad Lib. 12. cap. 50. Cimoni a Stesimbroto suo ıli fuit convicium factum, conftaret, αὐτὸν οὔτε MOY- ΊΝ, οὔτ' ἄλλό τι μάϑημα ἰλευϑερίων καὶ τοῖς Ἕλλη- τιΧωριαζόντων ἐκδιδαΧϑῆ- ut adnotat Plutarchus in ne pag. m. 480. E. et ver- ἐκδιδαΧϑῆναι vertendum t per *probe instructum esse*, ter praepolitionem ἐκ, vim mpolitis augentem, quomo- ιῆσαϑαι apud Herodotum . cap. 134. pro *ita sanare, hil morbi sit residuum*. ἐ- ἰειν pro *majorem in mo- valere*. v. Perizon. ad Ae- Lib. 6. V. H. cap. 13. n. 3. ıίνειν pro *pertexere*. ad L. ap. 57. num. 7. ἐκνικᾶν pro ως ἐπικρατεῖν Schol. Thu- Lib. 1. cap. 3. num. 56. Ita- .i liberaliter educti vellent ri, non leviter hac scien- mbuti, sed probe eruditi .ebebant Graeci. Et hi fum- a Rep. honoribus ducebant- igni, quoniam iidem habe- ır et viri jufti et honefti et ıam probi, quo egregius ›phanis facit locus in Ra- s. 739. et seqq. et Pindarus rth. 10. vs. 57. et seqq. Hy- ›reos dicit muficam simul litiam exercuiffe. Lege de hujus praeftantia Quincti- Lib. 1. Inftit. Orator. cap. ›c mirari debemus, Grae- ı tantis deliciis Muficen ha- :, quoniam pars erat sacro- Hymni enim, quos in lau- Deorum suorum composue- ad citharam et chordarum a cantabantur. Itaque Epa- ndas nofter forfan Alexan- lacedonis inftar, inprimis ·izando et chordarum ad a cantando dedit operam, os suos hymnis ad citha- ram cantatis celebraret. Vide Il- luftr. Spanhem. ad Callim. H. Del. vs. 302. Eadem de saltatione dici poffunt, praeterea enim hy- mnos canentes saltabant, tam viri, quam foeminae, in Deo- rum suorum honorem, et qui- dem optimi habebantur hymni, qui cum saltatione erant con- juncti. Vide Eumdem Virum in- comparabilem l. c. vs. 306. 311. et 312. et alibi, ut et ad Apoll. vs. 8. unde ifti Χόροι κύκλιοι, de quibus egit Cel. J. Perizo- nius ad Aelian. Lib. 10. V. H. cap. 6. num. 3. Magiftro Grae- cis opus fuiffe, ad hanc artem rite percipiendam, facile conjici poteft, quia in iftis choreis sal- tatio fiebat concinno pedum mo- tu vel greffu, ad rythmum dis- posito, qui Graecis vocabatur βάσις. Vide Spanh. ad Callim. H. Apoll. vs. 12. et ad Ariftoph. Nub. vs. 638. unde ἐμβαίνειν pro Χορεύειν. v. Schol. Ariftoph. Ran. vs. 379. Praeterea major bra- chiorum quam pedum moven- dorum habebatur ratio. Vid. Graev. in Lect. Hefiod. cap. 21. et forsan hic Calliphro fuit chori dux, vel magifter, qui hunc bra- chiorum pedumque motum Epa- minondam noftrum docuit. nam διδασκαλεῖα ad id erant inftituta. V. Ill. Spanh. ad Call. H. Dian. vs. 266. Haec adduxi, ut origi- nem mufices saltationisque apud Graecos oftenderem: de aliis sal- tationum generibus, quae ex ifto ritu sacro promanarunt, abunde alii egerunt, quae quidem etiam alias ob cauffas addidiciffe Epa- minondam negare non ausim, quum Nepos nofter in Praefatio- ne in genere dixerit eum *sal- tasse commode*, i. e. ad omnes modos et numeros apte concin- neque, ut Buchnerus explicat. Meam tamen conjecturam con-

[redacted]



nihil videmur debere praetermittere, quod pertineat
4 ad eam declarandam. Quare dicemus primum de genere ejus; deinde, quibus disciplinis, et a quibus sit eruditus; tum de moribus, ingeniique facultatibus, et si qua alia digna memoria erunt; postremo de rebus gestis, quae a plurimis omnium anteponuntur virtutibus.

firmat solum ejus natale Baccho sacrum (vide Schol. Pind. O. Pyth. 2. vs. 6. Triclin. ad Sophocl. Antigon. vs. 1134. Horatium Lib. 1. O. 7. vs. 3. aliosque) qui choreis maxime fuit cultus, unde φιλοχορευτὴς vocatur ab Aristoph. Ran. vs. 411.

*Consuetudinis atque vitae.*] Heusingerus ejecit τὸ *atque*, fre- (p. 406.) tus auctoritate unius Cod. Axen. et quae profert, haud infirmo talo niti videntur; sed sciendum, Nepoti nonnulla esse propria, de quibus, tamquam e tripode, respondere non possumus, uti de *vita et victu* in Alcib. cap. 1. num. 3. et aliis locis. *Exprimere* vero *imaginem vitae* est Ciceroniana locutio; ut pro Arch. P. cap. 6. *Quam multas nobis imagines non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum fortissimorum virorum expressas* etc. et de Offic. Lib. III. cap. 17. *Nos veri juris germanaeque justitiae solidam et* EXPRESSAM EFFIGIEM *nullam tenemus: umbra et imaginibus utimur.* Plinius Lib. xxxv. cap. 2. dicit eleganter: *quoniam animorum imagines non sunt, negliguntur etiam corporum.* hinc Xenophon de Administ. Domest. pag. 668. in f. Ἐμοὶ πολὺ ἥδιον ζώσης ἀρετὴν γυναικὸς καταμανθάνειν, ἢ εἰ Ζεῦξίς μοι καλὴν εἰκάσας γραφῇ γυναῖκα ἐπεδείκνυεν. confer Plutarchum in L. Paullo Aemilio in initio. pag. 255.

*Quare dicemus*] Vide, quam accurate de Epaminonda dicturum se promittat: quod in aliis non fecit. Sed majore diligentia opus erat, quod major esset, qui describebatur. Sane *Cicero* Epaminondam *principem Graeciae* appellat *Tuscul.* 1, 2. et *summum omnis Graeciae virum* de orat. 3, 34. *Buchn.* Pro *primum* Voss. B. *primus.* Codices caeteri habent *primum*, sed Heusingerus *primo* edidit. [Gu. Ax. Ult. cum omnibus ante Heusing. editis *primum.*]

*Quibus discipl.*] Ms. Boecl. *de disciplinis.* Bosius. [Ax. *q. d. primum de genere, deinde de disc.* Pro *deinde* Ult. *dein.*]

*Digna memoria*] Inter quae referenda sunt dicta ejus illustria, non infimi certe animi atque ingenii ipsius testes, quae refert Plutarchus ἀποφϑ. βασιλ. *Ernstius.* V. *not. Boecleri ad praef.* 1. Bosius. Voss. B. *memoria digna.* item Axen. [Dan. Gu. Ult.]

*A plurimis*] Immittenda praepositio *a*, ut sententiae ambiguitas evitetur. Notarunt quoque P. Daniel, Savaro, et Schottus. Diodor. Lib. 15. Εἰκότως καὶ πράξεις ἐπιφανεστάτας συντετέλεσε. Gebh. Praepositionem habent optimi libri, Gif. [Gu.] Savar. Dan. Leid. Vulgo abest. Cod. Boecl. una voce auctius: *quae a plurimis pluribus omn.* non male. *Bosius.* Praepositio abest a meo Leidensi. Voss. B. *quae a plurimis pluribus omn. Anteponuntur* exhibent omnes mei

## CAP. II.

Natus igitur patre, quo diximus, honesto genere, 1
auper jam a majoribus relictus; eruditus autem sic,
t nemo Thebanus magis. Nam et citharizare, et can-
ıre ad chordarum sonum doctus est à Dionysio, qui
on minore fuit in musicis gloria, quam Damon aut

odices; in Edd. tamen Londin.
t Oxon. editum eſt *anteponen-*
*ır.* De re consule P. Manutium
d Ciceron. Lib. 5. ad Fam. Ep.
ı. pag. 235. et J. Perizonium
l Aelianum Lib. 7. V. H. c. 14.
um. 17. [Cod. Axen. *quae a*
*lurimis omnium*, non: *a plu-*
*imis pluribus.* Ab Ult. editione,
t a reliquis antiquioribus, prae-
oſitio abeſt.]
(p. 407.) *Patre honesto genere*]
ediocri et humili. Nam Latini,
uorum parentes obscuros di-
ere nolunt ac viles, vocant *ho-*
*estos*, gratia quadam sermo-
is. *Aelianus* Polymnim scribit
ıſtitiſſe *ἀφανῆ*, lib. 12. *Var.* 43.
ıl *Ἐπαμινώνδας δὲ πατρὸς ἦν*
*φανῦς.* Cicero Tusc. quaeſt.
*ui quum esset bonis parenti-*
*ıs atque honesto loco natus.*
ebhardus. Vide not. poſt. Sic
umenes Cardianus, licet ejus
ater in Chersoneso victum ve-
ura quaereret, ut Duris tradit,
beralibus artibus fuit probe in-
ructus. v. Plut. Eum. pag. 583.
ater Epaminondae ab antiquis
ticetur, id quod indigne tu-
: Dicaearchus. v. Plut. in A-
silao pag. 606. attamen in vi-
s fuit, quum victoriam ad Leuc-
a reportaret. Vide Eumdem in
*n posse suaviter vivi sec. Ep.*
ıg. 1098. *Μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ*
*παμεινώνδας εἰπών, (ὥς φα-*
*ν) ἥδιστον αὐτῷ γενέσθαι τὸ*
*ıs γονεῖς ζῶντας ἐπιδεῖν τὸ ἐν*
*εύκτροις τρόπαιον, αὐτοῦ στρα-*
*τηγοῦντος.* Ergo tunc Epaminon-
dae parentes ad extremam se-
nectutem pervenerint oportet,
nam idem Plut. de Occulte vi-
vendo adnotat pag. 1129. *Ἐπα-*
*μεινώνδας γοῦν εἰς τεσσαρακοστὸν*
*ἔτος ἀγνοηθεὶς, οὐδὲν ὤνησε Θη-*
*βαίους, ὕστερον δὲ πιστευθεὶς, καὶ*
*ἄρξας, τὴν μὲν πόλιν ἀπολλυ-*
*μένην ἔσωσε, τὴν δὲ Ἑλλάδα δου-*
*λευομένην ἠλευθέρωσεν.* [Ax.
Gu. *genere honesto. Honestus*,
notante Tzschuckio, h. l. minus
quam *nobilis*, neque tamen me-
diocris vel adeo humilis eſt.]

*Eruditus autem sic*] Diodor.
l. 15. *μετέσχε γὰρ ἐπὶ πολὺ πά-*
*σης παιδείας.* Juſtinus 6, 8, 9.
*Jam literarum studium, jam*
*philosophiae doctrina tanta, ut*
*mirabile videretur, unde tam*
*insignis militiae scientia homi-*
*ni inter literas nato.* Gebhard.
Si quis videre cupit, quantum
conferat philosophia ad rem mi-
litarem, legat *Chionis Platonici*
*ad Matridem epistolam.* Lam-
binus. Exſtat ea inter epiſtolas
Graecorum ab *Aldo* editas. Bo-
sius. Inter philosophos, qui mi-
litarunt, et Remp. simul geſſe-
runt, Epaminondam recenset
Aelianus III. V. H. 17. et VII.
14. [In Ult. *et* ante *citharizare*
abeſt.]

*A Dionysio*] Fuit hic Lyriſtes
Thebanus excellens. Auctor *Plu-*
*tarchus in lib.* qui inscribitur
*Musica.* Magius.

*Quam Damon, aut Lamprus*]

Lamprus, quorum pervulgata sunt nomina; [carmina]
2 cantare tibiis ab Olympiodoro, saltare a Calliphrone.
At Philosophiae praeceptorem habuit Lysim Tarentinum, Pythagoreum, cui quidem sic fuit deditus, ut

Damon hic fuit Atheniensis, qui teste *Plutarcho l. c.* pag. 1136. Lydiam harmoniam remissam excogitasse fertur. Ejusdem Damonis meminerunt *Plato dialogo* (p. 408.) *de Repub.* 4. (et in *Lachete ac Alcibiade*) et *Athenaeus* 14, 11. *Lamprus* a *Plutarcho eod. loco* inter eos, qui lyricorum pulsaminum praestantes habiti sunt, refertur. *Plato* tamen hunc imperitum fuisse musicum demonstrat in *Menexeno*. *Lampri* item meminit *Athenaeus* 1, 16. et 2, 2. Mag. Voss. B. *Damo*, Pro *Lamprus* Leid. [Dan. Gu. Ax. Ult.] *Lampus*. pro *pervulgata* Voss. A. *pervigilata*.

*Carmina*] Aberat MSS. Dan. et Leid. et suspectabat etiam *Gebhardus*. Vix dubito, quin glossema sit. *Bosius*. *Carmina* abest etiam a Leid. m. [Gu. Ult.] Damonem Periclis magistrum, quia erat *μεγαλοπράγμων*, et *φιλοτύραννος*, exilio decennali fuisse mulctatum, Comicis scribendi materiam praebuisse refert Plut. in Pericle pag. 154. sed in Arist. pag. 319. refert *τῷ δ' ὀστράκῳ πᾶς ὁ διὰ δόξαν ἢ γένος, ἢ λόγου δύναμιν, ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς νομιζόμενος ὑπέπιπτεν. ὅπου καὶ Δάμων ὁ Περικλέους διδάσκαλος, ὅτι τῷ φρονεῖν ἐδόκει τις εἶναι περιττὸς, ἐξωστρακίσθη*. ideo ejus nomen fuit celebratissimum Athenis. Deinde propter musicam, sive harmoniam Lydiam. v. Magium h. l. De hoc *Lampro*, qui perverse *Lampus* vocatur a Librariis, egere Menag. ad Diog. Laërt. Lib. 11. c. 32. et Fabricius Bibl. Gr. Tom. I. Lib. 11. cap. 15. §. 36. Pro *Calliphrone* Voss. A. *Caliphrone*. [Ax. *quorum pervulgata carmina, cantare tibiis*. Vides, cur in quibusdam *carmina* omittatur: quod scilicet, similitudine duarum vocum decepti, librarii alteram omiserunt, hic *nomina*, alii *carmina*. Hoc enim non temere potuit adjici, nisi in primis exemplaribus fuit. Fuit autem in Codd. Vossianis, Boecl. estque in Edit. [principe, Arg. utraque] Parisina, Ald. Long. Mag. Lamb. aliisque pluribus, nec suspectum esse debet. *Miserabile carmen integrat* philomela apud Virgil. Georg. 4, 514. *mistum tibiis carmen sonat* lyra apud Horat. Epod. 9, 5. *carmina fistula dicunt* pastores 4. Od. 12, 9. *Latinum carmen dicit* barbitos 1. Od. 32, 3. 4. Praeter poëtas Quintilianus 9, 4, 11. *Nec idem signorum concentus est, procedente ad praelium exercitu, idem receptui carmen*. V. et Cicer. Acad. quaest. 2, 27. pr. Sic Graeci lyram *ᾄδειν μέλη* dicunt. *Heusingerus*.]

*Ab Olympiodoro*] Et ab Orthagora, vide supra ad 15, 1, 3. *Bos*. Tibiis cantare didicit etiam ad belli usum, Spartanos imitatus, quos Thebani etiam antiquae severitatis homines imitari non fuere dedignati. v. Val. Maxim. Lib. 11. cap. 6. Ex. 2.

*Praecept. hab. Lysim Tarent.*] Ita *Cicero* 3. *de Orat.* 34. et 1. *Offic.* 4. *Diodorus Sic. l.* 6. *in Exc. Peiresc.* pag. 247. *Pausanias Boeoticis*, *Aelianus var.* 3, 17. *Malchus* sive *Porphyrius extrema vita Pythagorae*, *Jamblichus in ejusd. argumenti opere* cap. 35. etc. Qui omnes *Lysidem* sive *Lysim*, quomodo et in Ms. Dan. correctum erat, non, ut in plerisque MSS.

adolescens tristem et severum senem omnibus aequalibus suis in familiaritate anteposuerit, neque prius eum

et vett. edd. Nepotis legitur, *Lysiam*, vocant. Ejus *epistola ad Hipparchum* quendam legitur inter *epistolas Graecorum* ab *Aldo* editas, itemque inter *fragmenta Pythagoricorum*, cum Laërtio *Casauboni* edita: et paullo aliter apud *Jamblichum l. c.* cap. 17. ubi vide *notas Jo. Arcerii Theodoreti* pag. 80. Alia de Lyside habes apud eundem *Jamblichum* cap. 35. et cap. 30. pag. 162. et *Porphyrium l. c.* pag. 36. *Ed. Rittershusii*, cujus ibi *notas* vide. Ceterum *Nonnus in collectione et expositione historiarum, quarum Gregorius Nazianzenus orat. 1. in Julianum meminit*, cap. 19. Epaminondam Philolai Pythagorici discipulum facit: *ὁ Ἐπαμινώνδας τὸ γένος ἦν Θηβαῖος, ὁ ἀριστεύσας ἐν τῷ Λευκτρικῷ πολέμῳ, μαθητὴς γενόμενος Φιλολάυ τῦ Πυθαγορείυ*. *Bos.* Leid. et Voss. A. B. [Gu. Ult.] *Lysiam.*

*Tristem et severum senem*] Ex tota phrasi indies magis ac magis deprehendo, *Ciceroni* aetate proximum hunc auctorem extitisse, cumque ipsum esse *Cornelium Nepotem*. Nam et ille *tristis* eodem significatu frequentat, et *severus* adjungit. De Claris Oratoribus: *Triste et severum dicendi genus.* De Oratore: (p. 409.) *Severus ac tristis vultus.* De Aruspicum Responsis: *Tristitia autem et in omni re severitas absit.* De Claris Oratoribus: *Homo ipsa tristitia et severitate popularis.* Vulgo talem *melancholicum* appellitamus: Graeci *σκυθρωπόν*. Diogenes Laërtius: *Σεμνὸς δὲ τάτε ἄλλα Ξενοκράτης καὶ σκυθρωπὸς ἀεὶ, ὥστε αὐτῷ συνεχὲς λέγειν τὸν Πλάτωνα, Ξενόκρατες, θύε Χάρισι.* Gebhardus. Vocem *tristis* illustravit Celeb. J. Perizonius in Epist. 3. ad N. Heinsium, et Graevius ad Cic. Lib. 1. de Offic. cap. 30. *Senem* Noster vocat Lysim, non propter aetatem, sed quia philosophus fuit: omnes enim olim philosophi hoc titulo fuere insigniti. Propertius Lib. 2. El. 25. vs. 30.

*Quid tua Socraticis tibi nunc sapientia libris*
*Proderit? aut rerum dicere posse vias?*
*Aut quid Lucretî tibi prosunt carmina lecta?*
*Nil juvat in magno vester amore* senex.

Ubi vide Passeratii notas. Phaedrus Lib. 2. in Prol. vs. 8. de Aesopo: *Equidem omni cura morem servabo* senis. ubi Clar. Schefferus consulendus, et Graevius ad Cic. Lib. 1. de Offic. cap. 34. sed Heusingerus putat, nullam esse rationem, cur haec vox hic inproprie sumatur, quia ei opponitur *adolescens;* sed adhuc in eadem sum sententia; nam Lysis, quum ex Italia Thebas fugit, erat adhuc juvenis, ut e Plutarcho et Jamblicho ostendit cl. Perizonius ad Aelian. Lib. III. V. H. cap. 17. num. 34. hinc quoque lis orta est inter R. Bentleium et Dodwellum, audieritne ipsum Pythagoram, an ejus discipulos, ut adnotavit Wesseling. ad excerpta ex Diodoro pag. 556. nec de ejus aetate judicandum, quod Epaminondas hunc suum magistrum, Thebis defunctum, sepeliverit, ut patet e Plut. de Genio Socratis pag. 585, 586. id, quod jam observavit ex eodem Fabricius Lib. II. Bibl. Gr. cap. 13. Tom. I. pag. 507. nam Epaminondas magistro suo defuncto, quem vivum *patrem* vocare solebat, ut Jamblichus nar-

[redacted]



a se dimiserit, quam in doctrinis tanto antecessit condiscipulos, ut facile intelligi posset, pari modo supe-
3 raturum omnes in ceteris artibus. Atque haec ad nostram consuetudinem sunt levia, et potius contemnenda; at in Graecia utique olim magnae laudi erant.
4 Postquam ephebus factus est, et palaestrae dare operam coepit, non tam magnitudini virium servivit, quam velocitati. Illam enim ad athletarum usum, hanc

rat in vita Pythagorae cap. 35. pag. 201. jam in viros transscriptus post aliquot annos justa persolvere potuit, et quis nobis dicat, senio confectus, an morbo aliquo correptus, naturae debitum reddiderit, diu ante Epaminondam fato suo functus. Inter longaevos philosophos non numeratur a Luciano §. 18, 19. Plut. Tom. II. pag. 579. de Gen. Socratis vocat, fateor, *Λύσιδα τὸν γέροντα*. sed propter honorem, quia jam fato functus erat, vel quia philosophus fuerat. Plura de Lyside et Epaminonda not. post. Pro *anteposuerit* Leid. m. *composuerit*. [Gu. Ult. *tristem ac s. s.*]

*Quam in doctr. tanto antecesserit*] Sic Ms. Boecl. Vulgo est, *quam doctr. t. antecessit.* mox Dan. [Gu.] *posset.* Bosius. Praepositio *in* abest a meo Leidensi, quam tamen Vossiani A. et B. [Ax. Gu.] agnoscunt. et pro *antecessit* Voss. B. *antecesserit.* *Antecedere* vero pro *antecellere* optimos scriptores posuisse ex hoc ipso etiam Auctoris loco docet Davisius ad Ciceron. Lib. 1. Academic. cap. 1. Pro *discipulos* Voss. A. *discipulis*, sed supra notatum erat *discipulos.* [Axen. non *antecesserit* exhibet, sed *antecessit*, quod quidem unice verum videtur. *Mosche.* Ita etiam Gu. Ult. omnesque ante Bos. editi. Quare sine dubitatione restitui. Praepositio *in* etiam ab Ed. Ult. reliquisque antiquioribus abest.]

*In Graecia magnae laudi er.*] Non est dissimulandum, membranis Schotti *laudi* h. l. abfuisse, et diphthongo *ae* suprascriptum *i.* Ut Noster scripsisse videatur, *in Graecia magni erant:* quomodo 9, 1, 1. et 14, 1, 4. locutus est. *Bosius.* [Pro *utique* Ult. *uti.*]

*Postquam eph. f. e.*] Msc. Boecler. corrupte: *Post ephebus est factus.* Bosius. sic etiam Voss. B. [Gu. *postquam eph. est factus.*]

*Palaestrae*] Nam inter quatuor artes, quibus apud Graecos pueri atque adolescentes exercebantur, etiam gymnastice erat: de qua post *Hier. Mercurialem*, *Pet. Fabrum* aliosque, accurate *Vossius lib. de quatuor artib. popular.* cap. 3. Bosius.

*Illam enim ad Athletarum usum, hanc ad belli existimabat utilitatem pertinere.*] Voss. B. non invenusse ,: *Illam enim Athletarum usum, hanc ad belli existimabat utilitatem pertinere.* Saepe Latini praepositiones in priori membro omittere solent. Vid. Burm. ad Ovidium 1. Art. Amat. vs. 383. et Bentleium ad Horatium Lib. 3. Carm. Ode 25. vs. 2. Graecorum imitatione. Pindarus Olymp. 2. vs. 109. *Ἴσον δὲ νύκτεσσιν ἀιεὶ Ἴσα δ' ἘΝ ἡμέραις ἄλιον ἔχοντες*, ita et O. Pyth. 4. vs. 232. nec non O. Pyth.

ad belli existimabat utilitatem pertinere. Itaque exercebatur plurimum currendo et luctando ad eum finem, quoad stans complecti posset atque contendere. In armis plurimum studii consumebat.

5. vs. 93. *Καὶ Λακεδαίμονι, Ἐνὶ Ἄργεϊ, καὶ Ζαθέᾳ Πύλῳ.*

*Quoad stans compl. poss.*] Clar. Dn. Boeclerus ad hunc locum notat, Cl. Freinshemium legendum existimare: *quo adstans.* Verum ita ante multos annos emendavit Schoppius Lib. 3. Verisim. cap. 4. et ego in Ms. meo libro reperio, qui cum Schoppii veteribus codicibus in plerisque consentit. *Ernst.*. *Schoppius verisimil.* 3, 4. cum libris Bavaricis et quibusdam edd. vett. mallet, *quo adstans*, quomodo et *Freinshemius* legendum existimabat, sed sensu diverso. Nam *τὸ adstans* exponebat *coram factus*, *prope hostem positus;* ut sensus sit, non modo currere didicisse Epaminondam, sed etiam luctari, quo adstans et prope hostem positus eum complecti atque cum eo contendere posset. Schoppii vero sententia *adstans* idem fuerit quod *stans*, ut in Priapaeis: *Auctumnus sterilis duobus adstans.* et Plautus Aulul. 1, 1, 17. *Istic adstato.* Jacentes enim, inquit, et stantes luctari solebant. de quo *P. Faber Agonist.* 1, 10. et *Mercurialis de Arte Gymnast.* 2, 8. In Ms. Boecleri fuit: *currendo* (omissa voce *luctando*) *ad eum finem*, *quod stans compl. p. a. c.* Vir celeberrimus, *Jo. Fr. Gronovius*, nil mutandum existimabat. Apponam verba ejus ex epistola ante complures annos ad celeberr. *Boeclerum* scripta: Memini, inquit, olim tecum egisse me de verbis in *Epaminonda* c. 2. *Itaque exercebatur plurimum etc.* Ubi nihil placebat mutari. Duplex erat lucta; *erecta*, quae peragebatur a stantibus, et *volutatoria* jacentium. Quin etiam vulgo acrius et vehementius agentes videntur non cum casu fecisse finem repugnandi, sed (p. 411.) tum quoque laborasse, ut secum detractum adversarium, si forte, succumbere cogerent. Quo alludens Justinus Lib. 31. *Cum Romano, seu occupaveris prior aliqua, seu viceris, tum etiam cum victo et jacente luctandum esse.* Ab illo igitur sive altero genere, sive nimio conatu luctandi abstinuisse Epaminondam, usumque lucta hactenus, seu certamen eousque produxisse, quousque stans et erectus, nondum jacens aut genibus nixus, adversarium complecti, et nodis stringere et parem illi praestare posset. Jacentis enim illam contentionem ad studium et spectaculum pertinere judicavit, et illorum esse, qui in luctando nihil praeter praesentem victoriam et athletae nomen spectarent: ipse autem palaestra se castigabat, non propter campum, nec ut secum comparatum omnino vinceret; sed ut exerceretur in praesens, in posterum melior agiliorque miles esset. De compacto igitur cum luctatore seu palaestrita egit, ut, si alteruter supplantatus collaberetur, ambo certaminis desinerent. *Usque ad eum finem*, non est *ea de causa*, sed *hucusque:* ut *Ciceroni* act. 1. in Verrem: *Mansit in conditione et pacto usque ad eum finem, dum judices rejecti essent.* Quae verba perperam sollicitantur a viris doctis. Lib. 1. de nat. deorum: *Quid dicam, quantus amor bestiarum sit in educandis custodiendisque iis, quae pro-*

[redacted]



*creaverunt, usque ad eum finem, dum possint se ipsa defendere.* Quod si plures MSS. adfirmarent *quod stans*, forsan rejiciendum non esset. Scis enim *Terentio* et *Ciceroni* et similibus saepe poni *τὸ quod* pro *quoad* vel *quantum ad*. Haec *Gronovius*. Quod *Nepos* heic dixit *ad eum finem*, pro eo cap. 9, 3. *usque eo* posuit: *usque eo retinuit, quoad renuntiatum est, vicisse Boeotios.* Qui locus receptam lectionem, meo quidem judicio, mire confirmat. Cicero alibi dixit *ad eum finem*. v. Ind. A Leid. tamen aberant illa *ad eum finem*. Bos. Leid. m. *quo astans*. Voss. A. *quo adstans*. B. *quod stans*. cui lectioni et ego faveo, licet nil mutem; vide ad Chab. 3, 3. *Stare* vero proprie ad Luctam illam erectam respiciens hic utitur Noster. Hinc etiam Luctatores *stare* dicuntur, qui eum, quem cepere, locum obtinent. Vide Broukhusium ad Tibullum Lib. 3. El. 6. vs. 4. et Manutium ad Ciceronem Lib. 1. ad Fam. Ep. 4. [Ax. *quod istas*. Gu. Ult. ut in textu legitur.]

*In armis*] Ms. Dan. addit *vero*, non male. *Bosius*. *Vero* etiam Leid. m. [Gu.] Voss. A. et B. qui pro *consumebat*, *consumabat*. [Ax. *in armis plurimum*, non: *in armis vero pl.* Ult. etiam cum omnibus edd. hanc vocem omittit.]

## CAP. III.

a Ad hanc corporis firmitatem plura etiam animi bona accesserant. Erat enim modestus, prudens, gravis,

*Ad hanc corp. firm.*] Voss. A. *At hanc corp. firm.* Sed haec lectio est nihili. Cicero de Senect. cap. 11. *Ad paternam magnitudinem animi doctrina uberior accesserat.* Notissima locutio est, ut *animi*, ita *corporis bona* dicuntur. v. Rich. Bentleii Emendat. ad Cic. Tusc. Disput. Lib. v. cap. 7. Cicero Lib. eod. cap. 30. *Tria genera bonorum, maxima animi, secunda corporis, externa tertia.*

*Plura animi bona*] *Φυσικοῖς προτερήμασι κεχορηγημένος.* Diodor. Lib. 15. *Gebhardus.* [Omnes libri *plura* solus Bosius *plurima*, nulla reddita mutationis ratione. *Heusinger.*]

(p. 412.) *Modestus*] Epaminondas modestus fuit in muniis citra ambitum et fastum susceptis gestisque, in cultu corporis, et sensu de se moderato. Munia humiliora non sprevit, donec ad majora se praepararet, et ascenderet. Eadem ita gessit, ut ornamentum non accipere, sed dare ipsi dignitati videretur. *Justinus* 6, 8, 8. *Valer. Max.* 3, 7. *ext.* 5. Simplici veste et victu utebatur. *Aelian. var. histor.* 5, 5. *Plutarch. in Lycurg.* Arma magis ad usum quam ornamentum habebat. Attico adolescente ensis Epaminondae capulum irridente, velut ex vilissimo ligno rudem et inelaboratum: *atqui*, inquit Epaminondas, *dum pugnabimus, capuli quidem periculum non facies; ferrum autem non poenitendum tibi videbitur. Synes.*

temporibus sapienter utens, peritus belli, fortis manu,
animo maximo; adeo veritatis diligens, ut ne joco
quidem mentiretur. Idem continens, clemens, patiens- 2
que admirandum in modum, non solum populi, sed
etiam amicorum ferens injurias; inprimisque commissa
celans, quod interdum non minus prodest, quam di-
serte dicere; studiosus audiendi: ex hoc enim facil-
lime disci arbitrabatur. Itaque quum in circulum venis- 3
set, in quo aut de republica disputaretur, aut de
philosophia sermo haberetur, numquam inde prius dis-
cessit, quam ad finem sermo esset adductus.

*in orat. de regno.* Postridie pugnae Leuctricae, cum ante serena et exporrecta fronte solitus esset in publicum prodire, subtristis et humilis processit. Interrogantibus amicis, *numquid ipsi adversum accidisset*, Ille, *Nihil*, inquit, *sed heri me sensi animo fuisse, quam par sit, solutiore et laetiore, quocirca hesterni gaudii intemperantiam hodierna castigo tristitia.* Plut. Apophth. Haec de modestiae ejus exemplis. *Loccenius.*

*Temporibus sapienter utens*] Versum heic imprudenti excidisse *Nepoti* adnotavit *Lambinus.* Bosius.

*Veritatis diligens*] De Aristide simile quid refert *Plutarchus.* Bos. [Ed. Longol. cum aliis antiquioribus: *nec joco quidem*, sed *ne j. q.* etiam Dan. Ax. Gu. Ult.]

*Non solum populi, sed etiam amicorum ferens injurias*] Leves injurias silentio et contemtu, graves non acerbe ultus est, sed jure depulit. Quod ex Pythagorae disciplina habuisse videtur, cujus hoc est scitum apud *Stobaeum: Magna est peritia aliorum ferre imperitiam.* Loccenius. Pro *admirandum in modum* Voss. B. *admirum in modum*, et pro *inprimisque comm.* Leid. m. *inprimis comm.* [Ax. *mirum in modum*, non *mirandum i. m.* Tum Dan. etiam *inprimis comm. c.* omissa copula.]

*Studiosus audiendi*] Ex consuetudine enim fortasse, licet jam eruditus, morem tacendi in disciplina Pythagorica receptum libenter servabat; et silentio facile disci arbitrabatur: nam silentio parari sapientiam Pythagorici censuerunt; ideoque non minus, quam biennium, discentes audiendo tacebant. Lege *A. Gellium* 1, 9. Magius. Imme plerique quinquennium integrum silebant. De quo silentio post alios accurate egit celeberr. *Schefferus* noster *lib. de natura et constitut. philosophiae Pythagor.* cap. 12. *Plutarchus in Socrat. Genio* ait, Epaminondam fuisse *ἄπλησον τῦ μανθάνειν καὶ ἀκροᾶσθαι.* Bosius. [Mox. Ax. *prius inde.*]

(p. 413.) *Ad finem sermo esset adductus*] Lambinus putat rectius legi *perductus:* nulla necessitate, cum etiam Cicero *adducere* dixerit pro *perducere* lib. de senect. Simili virtute praeditus fuit Diogenes, de quo Laërtius scribit, quod, cum Antisthenes eum ab auditorio arcere vellet, baculumque jam intendisset, dixerit: *Caede, non enim*

[redacted]



4 Paupertatem adeo facile perpessus est, ut de republica nihil, praeter gloriam, ceperit. Amicorum in se tuendo caruit facultatibus, fide ad alios sublevandos saepe sic usus est, ut possit judicari, omnia ei cum ami-
5 cis fuisse communia. Nam quum aut civium suorum aliquis ab hostibus esset captus, aut virgo amici nubilis propter paupertatem collocari non posset, amicorum concilium habebat, et, quantum quisque daret,

*ita durum baculum reperies, qui me abs te, quam diu sermonem habueris, abigere possit.* in Vita Diog. *Ernstius. Lambinus* mallet *perductus.* Sed ita Mss. plerique, ut Dan. Leid. et *Schotto* visi. *Longolius* edidit *deductus.* v. *not. Ernstii.* Bosius. Leid. m. *eductus.* Voss. A. *deductus.* B. *aductus* pro *adductus.* [Gu. Ax. Ult. *adductus.* Reliquae edd. ante Boecl. *deductus.*]

*Paupertatem*] *Justinus* 6, 8, 6. *Pecuniae adeo parcus* (i. e. non cupidus) *fuit, ut sumtus funeri deesset. Gloriae quoque non cupidior, quam pecuniae.* Frontinus 4, 3, 6. *Tantae abstinentiae fuit, ut in supellectili ejus praeter ahenum et veru unicum nihil inveniretur. Aelianus* 5, 5. unam habuisse vestem scribit, eamque sordidam. adde eundem 2, 43. et 9, 11. *Apulejus in apologia strenuam* ei *paupertatem* tribuit. *Bosius.* Amicorum coenas sumptuosiores quoque sprevit. v. Plut. in *Non posse suaviter vivi sec. Ep.* pag. 1099.

*Facile perpessus*] Facilem eam, levem ac tolerabilem philosophando faciens, ut ait *Plutarchus Pelopida,* ubi plura in hanc rem. Inter eos, qui tenuissime parcissimeque vixerunt, recensetur ab *Athenaeo* 10, 3. Ceterum etiam haec patientia magnam gloriam parit. Tacitus 4, 44, 1. *Lentulo super consulatum et triumphalia de Getulis gloriae fuerat bene tolerata paupertas.* Unde Aristides dixit, *plus gloriandum sibi egestatis caussa, quam Calliae pecuniae: quippe paupertatem qui aegre ferret, ejus rarum esse exemplum.* Refert ex *Aeschine Socratico Plutarchus Aristide,* *prope finem,* et hinc docet, Aristidem *gloriam ex paupertate non minus, quam e tropaeis amasse et cupivisse.* Bosius. *Adeo facile* meo Leidensi absunt. [Ax. vitiose *cepit.*]

*Amicorum in se tuendo caruit facult.*] Alii libri *caruerit.* q. d. licet abstinuerit et uti noluerit facultatibus. *Gebhardus.* Pelopidae inprimis, suas prolixe offerentis. vid. *Plutarch. Pelopida* pag. 279. Pro *caruit* Mss. Gif. Sch. ac, ut videtur, et Dan. *caruerit.* Sed repugnant quae proxime sequuntur. *Bosius.* Leid. m. *caruerit.* Pro *possit judicari* Leid. m. *judicari possit.* [Ita et Ax. Gu. Pro *caruit,* quod in Ult. reliquisque Edd. legitur, etiam Gu. Ax. *caruerit.* Tum Dan. Gu. *esset captus,* ut primus Boeclerus edidit, sed Ult. cum ceteris Edd. *fuisset* c.]

*Pr. paupert. collocari. n. p.*] Sic Msc. Dan. et alii. Msc. Boecler. *quae pr. p. c. n. p.* [Codd. Savaronis et] alii, *Magio* teste, *quam pr. paup. collocare non posset.* Bosius. Leid. m. et Voss. A. *Quam propter paupertatem*

pro facultatibus imperabat. Eamque summam quum fe- 6
cerat, priusquam acciperet pecuniam, adducebat eum, qui quaerebat, ad eos, qui conferebant, eique ut ipsi numerarent, faciebat, ut ille, ad quem ea res perveniebat, sciret, quantum cuique deberet.

*collocare non posset.* Voss. B. *quae propter paupertatem collocari non posset.* [Dan. Gu. Ax. Ed. Arg. Paris. 2. Mag. Ult. *quae pr. p. collocari p.* quod Heusingero restituendum videtur, ut ad verba: *aut virgo amici nubilis* repetendum sit: *esset.* Longol. *quae pr. p. collocare n. p.* Ed. princeps, Paris. 1. Ald. *quam pr. p. collocare n. p.* Vulgata lectio, quam et ipse commodissimam esse existimo, Lambinum auctorem habet.]

(p. 414.) *Cujusque.*] Id mihi quoque suspectum est, et facile subaudiri potest, sed peculiaria nonnumquam Nepos habet, de quibus secundum Criticorum canonas judicari non potest, quae si imputanda librariis, miserum in modum mutilarunt scriptorem. [*Cujusque,* a Lambino additum, abest a Gu. Ax. Edit. Ult. reliquisque ante Lamb. omnibus. Quare hanc vocem delevi, quamquam eleganter illam additam esse non diffiteor.]

*Quum faceret*] Msc. Dan. *cum fecerat.* bene. mox [Ald. et] Lambinus: *sciret quib. et quantum c. d.* Sed illa *quib. et* absunt melioribus libris. [ut Gu. Ult.] *Bosius.* Leid. m. et Voss. A. etiam *fecerat.* et ita legendum. paullo ante pro *concilium habebat* Voss. A. et B. *consisilium habebat.* sed vulgatam lectionem praefero. Vide Indicem Bosii, et Oudendorp. ad Frontinum Lib. 3. Strateg. cap. 2. n. 17. [Ax. *consilium,* quod cum de deliberantium coetu jam dicatur, haud repudiandum videtur. *Mosche.* Etiam Gu. Ed. princeps, Arg. utraque Paris. Ult. Long. et Mag. *consilium,* sed Lamb. *concilium,* quod jam in Aldina fuisse videtur. Tum *fecerat* etiam Gu. sed Ax. Ult. cum ceteris edd. *faceret.*]

[redacted]



## CAP. IV.

1 Tentata autem ejus est abstinentia a Diomedonte Cyziceno. Namque is rogatu Artaxerxis Epaminondam pecunia corrumpendum susceperat. Hic magno cum pondere auri Thebas venit, et Micythum adolescentulum quinque talentis ad suam perduxit voluntatem, quem tum

*Tentata autem ejus est abstinentia*] Voss. A. *temptata. Est* non reperitur in Voss. B. eleganter. Cicero 1. ad Fam. Ep. 9. num. 33. *Recreati enim boni viri consulatu tuo, et constantissimis atque optimis actionibus tuis excitati, Cn. Pompejo praesertim ad caussam adjuncto*: subintellecto verbo substantivo, ita enim ibi ex MSS. legitur. Vide, quae congessi ad Aristidem cap. 3. num. 3. Heusingerus statuit, illud *est* in Voss. B. in alium locum translatum fuisse, et in hoc Codice, ut in Axeniano, legi: *Tentata autem est ejus abstinentia.* Non tamen operae pretium duxi, Codd. in publica Bibliotheca adservatos ab integro consulere, dum persuasum mihi habeo, me meis oculis semper bene usum in hoc Codice non reperisse *est.* Mox pro *et Micythum* Leid. m. *Admihitte.* Voss. A. *Michitum.* B. *Michithum.* Verbum *perducere* proprium in hac re. Hyginus fab. 47. *Phaedra, Minois filia, Thesei uxor, Hippolytum privignum suum adamavit. Quem cum non potuisset ad suam perducere voluntatem.* [Recte Heusingerus notat lectionem cod. Axen. *Tentata autem est ejus abst.* Tum idem *Michitum*, mox *Michitus*, et *Michite.* Mosche. Gu. Dan. *Michitum.* Ult. ut editum est.]

*A Diomedonte*] Idem testantur *Plutarchus apophth. reg.* et *Aelianus Var. H.* 5, 5. A Jasone quoque Thessalorum tyranno tentatum, narrant *Plutarchus l. c.* et *Aelianus* xi. 9. ut et de Pelopida, Phocione et Ephialte similia refert. *Bosius.*

(p. 415.) *Rogatu Artaxerxis Ep. pecunia corrump.*] Msc. Boecl. *rog. Artaxerxis regis Ep. corrump.* omissa voce *pecunia.* mox Msc. Dan. *Michitum*: et statim *Michytus* ac *Diomedonti*, et v. 2. *si rex ea vult.* Bosius. Nomen Micythi in hac historia frustra quaesivi. celebratissimum vero nomen *Micythi* servi illius fidelis Anaxilai Rheginorum tyranni. de quo latissime Herodotus Lib. vii. cap. 170. et Diodorus Siculus Lib. xi. c. 66. Strabo Lib. vi. pag. 388. a quo Messenae princeps in Sicilia vocatur. Justinus Lib. iv. c. 2. Macrobius Lib. 1. Saturnal. cap. xi. pag. 197. qui addit, hunc Olympiae summa cum tranquillitate consenuisse; contra Herodoti et Pausaniae testimonia, ut jam ostendit Wesseling. ad Diodori locum. Deceptus fuit Macrobius, quia, teste Herodoto et Pausania, Micythus complures Olympiae statuas consecravit, sed et is Smicythus a Pausania vocatur. Vide ultimos Herodoti et Diodori interpretes. unde haec sua de hoc Micytho hauserit

tum Epaminondas plurimum diligebat. Micythus Epa-
minondam convenit, et caussam adventus Diomedontis
ostendit. At ille Diomedonte coram, *nihil*, inquit, 2
*opus pecunia est. Nam si ea rex vult, quae Theba-
nis sint utilia, gratis facere sum paratus; sin au-
tem contraria, non habet auri atque argenti satis.
Namque orbis terrarum divitias accipere nolo pro pa-
triae caritate. Tu quod me incognitum tentasti, tui-* 3

Nepos, ignoro. [Gu. Ax. r. *Art. regis Ep. pec. c. s.* et *si rex ea vult.* Tum *Diomedonti* etiam Gu. Ult. Pro *sint utilia* Ax. Ed. Mag. et Heuch. *sunt utilia.*]

*Artaxerxis*] Nempe Mnemonis, qui multum auri Epaminondae misisse dicitur ab Aeliano Lib. v. V. H. cap. 5. ubi vide Periz.

*Epamin. plurimum diligebat*] Videtur hic adolescentulus ab Epaminonda fuiſſe adamatus. Sed *Athenaeus* 13, 38. ex *Theopompo* Asopicum ab Epaminonda amatum fuiſſe refert. Consuevere namque Thebani pueros amare: unde cohors illa ex amatoribus et amatis, de qua *Plutarchus in Pelopida*. Hi tamen obscoeni erant amatores. *Xenophon in symposio, et lib. de rep. Lacedaem.* Sed Epaminondas neutiquam paedico videtur fuiſſe, cum *Plutarchus in Pelopida* et *Probus* in praesenti vita continentem eum fuiſſe dicant. *Magius.*

*Caussam adventus Diomedontis ostendit*] *Ostendere* hic notat dicere, declarare, docere. Vide Graevium in Lect. Heſiod. cap. 12. et in Addendis p. 135. Cortium ad Cic. Lib. 2. Fam. Ep. 3. num. 4. et P. Burm. ad Phaedr. l. 5. Prol. vs. 12.

*Namque orbis terr. divit. accipere nolo pro pat. carit.*] Abſtinentiae Epaminondae et hoc eſto teſtimonium: quum intellexiſſet scutiferum pecuniae plus aequo ab homine captivo exegiſſe: *Redde*, inquit, *mihi scutum, tibi vero ipsi patrique cauponam redime.* Credebat, hominem quaeſtui deditum ad cauponandum quam belligerandum aptiorem fore. De mensa sua frugali solitus eſt dicere: *Tale prandium non capit proditionem.* Plutarchus in Lycurgo. (p. 416.) *Loccen.* Ceterum haec verba abſunt Ed. Ultraj. Sed libri agnoscunt. *Lambino* e Graecis expreſſa videntur, legendumque cum *Cl. Puteano* putat *prae putr. car.* quod etiam *Schotto* et *Buchnero* placebat. Sed nulla neceſſitate. v. Ind. *pro. Bosius.*

*Pro caritate patriae*] Alii legunt *prae.* sed *pro* non videtur mutandum, expreſſum ex *ἀντί.* sic, *ἀντὶ Χρυσέων Χάλκεα*, pro *aureis aenea.* Xenophon Agesilao: *μάλα ἔκδηλον ποιῶν ὡς οὔτε πᾶσαν τὴν γῆν δέξαιτο ἀντὶ πατρίδος.* Curtius Lib. 5. c. 58. *Quasque sedes elegeris, pro patria et domesticis rebus petituri.* Gebhard.

*Te qui*] Haec pars orationis Diomedontem reſpicit: illa quae sequitur, *Tu argentum h. r.* ad Micythum pertinet. *Boecler.* Ceterum pro *Te qui*, Ms. Sch. *tuque.* Dan. *tu quod.* non male. cod. Boecl. et Longol. *tu qui.* ſtatim vulgo erat, *tibi ignosco.* mox Dan. *Et tu Mychyte.* Vul-

[redacted]



*similem existimasti, non miror, tibique ignosco. Sed egredere propere, ne alios corrumpas, quum me non potueris. Tu Micythe, argentum huic redde; nisi*
4 *id confestim facis, ego te tradam magistratui.* Hunc

gati: *I tu Michite.* Statim Msc. Boecler. *ego tradam magistr.* possis de argento capere. *Bosius.* Leid. m. *tu qui.* Quae Lectio non tam barbara est, quam videtur. Est genus dicendi, ut ajunt, absolutum, quod Grammatici per syllepsin explicant, optimis utriusque linguae Auctoribus familiare. Confule Burm. ad Petronium Satyric. cap. 60. p. 303. et Cortium ad Ciceron. Lib. 1. ad Fam. Ep. 8. num. 13. Heusingerus in textum recepit *tu quod*, quia aliis Codicibus adsentitur Cod. Ax. Nihil vero melius, et simplicius videtur quam *te, qui — non miror*, praesertim, quia sequitur, *tibique ignosco*, licet hanc Lambini corruptelam vocet Heusingerus, et ideo Lambinianam istam corruptelam post alios Bosius servavit; quem sequor. *tu quod* non quidem improbo; sed si aures consulantur, durum est. Voss. A. pro *tentasti, temptasti.* pro *ne alios corrumpas* Leid. et Voss. A. *neque alios corrumpas.* [ Lamb. *Te, qui*, quem recentiores fere secuti sunt. Ed. Ult. et reliquae ante Lamb. *Tu qui.* Sed Axen. Dan. Gu. *Tu quod*, quam lectionem cum Heusingero revocavi. Tum etiam Leid. 1. Ax. Gu. Ult. *tibique ignosco.* ]

*Tu argentum huic redde*] Vulgati libri *I tu Michite*, quod correctores extuderunt ex scriptura Membranarum Dan. *Et tu Mychyte.* Gebh. vide Heusingerum ad h. l. [ Ax. *i tu Michite.* Long. *i tu Mythice.* Dan. *et tu Mychyte.* Paris. *i. tu Michite.* Optime Ald. et Lamb. omisso nomine proprio, quod interpres aliquis adscripsit: *Tu argentum huic redde.* Pronomini *tu* superscriptum fuit *i. Micythe*, ut est in Paris. pro *id est, Micythe*; unde illud *i tu* factum. Sic apud Phaedr. fab. 1, 10, 9. seq. *Tu non videris perdidisse, quod petis; Te credo surripuisse, quod pulchre negas.* Heusinger. Gu. *et tu Michite.* Ult. *i tu Micythe.* ]

*Nisi id confestim facis, ego te tradam magistratui*] Videtur belgicismus, sed revera est elegans loquendi modus Latinis usitatus, qui per verbum *facere* praecedentia significare solent. vide Burm. ad Ovidium Ep. 1. Heroid. vs. 103. et Wopkens L. 1. Lect. Tull. cap. 3. Caeterum *Aut* abest Vossiano B. qui et pro *ego te tradam*, exhibet *ego tradam.* pro *magistratui* Leid. m. *magistratu.* Dativus antiquus, de quo latissime egere Tennulius et Oudendorpius ad Frontinum Lib. 2. Strateg. cap. 4. n. 52. nisi praeferas *magistratibus.* Vide quae dicemus ad Pelopid. cap. 2. *Tradere* etiam proprium in hac re est verbum. Hyginus fab. 27. *Petitque, ut interficiendus sibi traderetur, aestimans Hippoten esse.* In Phocione c. 4. *Inde judicio, legitimis quibusdam confectis, damnatus, traditus est undecim viris*, quod statim ipse explicat, *quibus* ad supplicium, *more Atheniensium, publice damnati* tradi *solent. In custodiam tradere* Veteres etiam dixere. vide Cortium ad Sallustium Catil. c. 50. num. 3. Eodem modo Graeci verbum *παραδιδόναι* adhibuere. Vide Raphelium ad Evang. Jo-

Diomedon quum rogaret, *ut tuto exire, suaque, quae attulisset, liceret efferre, istud quidem,* inquit, *faciam, neque tua caussa, sed mea, ne, si tibi sit pecunia ademta, aliquis dicat, id ad me ereptum pervenisse, quod delatum accipere noluissem.* A quo quum quaesisset, *quo se deduci vellet,* et ille, *Athenas,* dixisset, praesidium dedit, ut [eo] tuto perveniret. Neque vero id satis habuit, sed etiam, ut inviolatus in navem ascenderet, per Chabriam Atheniensem, de

annis cap. 19. comm. 16. Elsnerum ad Evang. Lucae cap. 21. comm. 12. et Alberti ad Acta Apostol. cap. 8. comm. 3. Pro *exire* Leid. m. *exiet.* Voss. A. et B. *exiret.* Pro *istud, inquit, faciam* Heusinger. dicit Ax. Cod. (p.417.) habere: *istud quidem, inquit, faciam.* [Ed. Boecl. Bos. et recentiores cum Ax. cod. *nisi id conf. facis*, sed Gu. Ult. ceterique antiquiores editi *aut nisi i. c. f.* Mox et Gu. cum Ax. Ed. principe, Arg. Ult. Long. *exiret.* Male. *Istud quidem, inquit, faciam* etiam Gu. Ult. idque, jam Heusingero probatum, in textum recepimus.]

*Attulisset*] Exc. Dan. *attulerat.* Bosius. Voss. B. *attulisse.* [Gu. *attulerat*, et supra scriptum: *t isset.* Ult. cum reliquis omnibus *attulisset.*]

*Id a me erep.*] Sic diserte Dan. habet. Boecl. *id a me er.* Longol. *id me er.* Ceteris fere abest τὸ *id.* Bosius. Leid. m. *id me ereptum.* Voss. A. *ad id me ereptum.* B. *id a me ereptum.* pro *quaesiisset*, [quod in Heuchen. edit. est, reliqui libri cum Gu. Ax. Ult.] Leid. et Voss. A. B. *quaesisset.* [Gu. etiam atque Ult. *id ad me er. perv.*]

*Quo se deduci*] Ita rescripsi auctoritate codd. Dan. et Boecl. Antea editi habent, *duci.* vide Ind. mox Dan. pro *adscend.* habebat *escenderet.* de qua voce diximus ad 2, 8, 6. Pro *effecit*, quod in Mss. Gif. et Schotti legitur, [Lamb. et] vulgatae edd. *curavit* ponunt, idque ante illa, *de quo sup. m. f.* Longolius *procuravit.* Bosius. Leid. et Voss. A. [Ax. Gu.] *deduci.* Voss. B. [Ult.] *duci.* Legendum *deduci.* *deducere* enim est de loco in alium locum ducere. Saepius vero haec duo verba confunduntur. Vide Cort. ad Sallust. Catilin. cap. 55. num. 2. Mox pro *diceret*, [quod Mag. et Keuch. habent, Gu. Ult.] Leid. m. et Voss. A. B. *dixisset.* pro *eo tuto* Leid. *ex tuto.* Caeterum Leid. m. et Voss. A. B. hic legunt *ascenderet.* Recte. De Mss. haec verba saepius confundentibus latissime jam egisse video Arntzenium ad Victorem de Viris Illustr. cap. 58. num. 3. [Ax. corrupte *ostenderet.* Gu. *escenderet.* Ult. *conscenderet.* V. Goerenz. ad Cic. de Fin. 3, 10. p. 355. supra ad 7, 4, 3. et 2, 8, 6. Paullo ante Ax. habet *ut tuto perveniret* sine *eo.* In Heusingeri nota: *Eo est in Cod. Dan. Ax. et prius editis*, aperte ante *est* excidit *non.* Nam *eo* in Longol. editione, cum qua Danielis codex collatus est, in MS. Guelph. Ed. Ult. omnibusque ante Lamb. excusis omittitur. Quare Heu-

[redacted]



6 quo supra mentionem fecimus, effecit. Abstinentiae erit hoc satis testimonium. Plurima quidem proferre

singerus uncis inclusit. Potuit tamen facile a sequenti voce absorberi, unde nos loco movere ausi non sumus.]

*Effecit*] Heusingerus me reprehendit, quod lectorem non monuerim, quomodo in meis Codd. hoc loco legatur. Collationes meas ab integro examinavi, et vidi, nullam in iis esse variationem, unde certus sum, in singulis *effecit* scriptum esse. [Gu. Dan. Ax. *effecit*. Sed in Ult. hoc verbum abest, hac addita in margine nota: *Post dictionem Atheniensem opinor interjiciendum curavit, aut simile verbum.*]

(p. 418.) *Abstinentiae*] De hac abstinentia sua ipse Epaminondas praeclare disputat apud *Plutarchum de genio Socratis* pag. 583. *et seqq.* Imitatus eum Philopoemen est, sicut in aliis etiam hunc virum exemplum sibi proposuit vitae. *Plutarch. Philopoem.* pag. 357. *B.* 364. 365. Fuit ei et fortuna similis, et morte, vid. *Plutarch.* pag. 363. F. et cum casum ejus refert. *Buchnerus.*

*Abstinentiae erit hoc satis testimonium*] Miserum *Lambinum!* qui statim, quae ipsius captio non est, aut delet aut supplet pessimo Latinae linguae. Existimabat heic aliquid desiderari: quare liberaliter suppeditat lectionem: *abstinentiae erit hoc satis magnum testimonium.* Vel ordinat: *Hoc testimonium abstinentiae, quod exposuimus, satis erit.* Denique dictat corrigendum esse: *abstinentiae erit hoc satis testimonii.* Nugae. Solemne antiquioribus scriptoribus, apponere nomen eo casu, quem vocabulum *satis* exigebat: cum regulariter dicendum fuisset *satis testimonii*, probe extulit Nepos: *abstinentiae erit hoc satis testimonium.* Ovidius:

*Fortunamque dies habuit satis.*

Quod ex vetustis codicibus recte, nequicquam relatrantibus indoctis, restituit *Raphael Regius.* Cic. l. 12. ad Atticum: *Si satis consilium qua de re haberem.* Cajus l. 19. ff. de Oper. Libert. *Satis tempus ad quaestum faciendum, unde ali possit, habebat.* Tacitus 12. 56. 2. *Sat tamen spatium amplexus ad vim remigii.* Ut ibi restituendum. *Gebh.* Adde *Gruterum ad Plaut. Menaechm. prol.* 16. *Schoppium Grammat. philos.* pag. 112. *Phil. Pareum Lexico critico p.* 1116. et quae nos in *Indice.* In *observationibus Gifanii in Linguam Lat.* pag. 220. locus hic ita laudatur: *Abstinentis erat hoc satis testatum.* Quod fateor me non capere. Nec additur, an in vet. lib. sic legerit. *Bosius.* Adde Cortium ad Sallust. Catil. cap. 58. num. 9. Eodem modo Graeci ἅλις. vide Homerum Odyss. E. vs. 38. et Odyss. N. vs. 136. Apollon. Rhod. 1. Argonaut. vs. 1261. Eurip. in Phoeniss. 1241. et Ill. Spanhem. ad Callim. II. in Jovem. vs. 84. [Adde Goerenz. ad Cic. de Fin. 2, 26. pag. 248.]

*Proferre*] Aberat Msc. Boecl. non male. Mox Dan. et alii codd. *vitam*: quod *Magio* emendatius videbatur. Et sane singulari numero etiam in *praefat. extr.* usus est Noster; vide quae ibi adnotavimus. mox alii *quas*, alii, Magio visi, *quam separatim*: sed τὸ *quorum* etiam in Exc. Dan. et Ed. Aldina legitur. Post *excellentium virorum* vulgati addunt *complurium*: quod Msc. Boecler. abest. Idem Msc. pro

possemus, sed modus adhibendus est, quoniam uno hoc volumine vitam excellentium virorum complurium

*concludere* legit *conducere.* Bosius. *Proferre* etiam abeſt Voſſiano B. pro *vitas* Leid. m. et Voſſ. A. *vitam.* pro *complurium* Voſſ. A. *complurimum*, sed abeſt Voſſiano B. qui pro *concludere* exhibet *conducere.* Pro *constituimus* Leid. *constituemus.* Pro *vitas* Heus. reſtituit *vitam.* In praefatione lectionem *de vita* pluribus ipse defendi; attamen id vocabulum ex omnibus Nepotis locis non eſt ejiciendum; nam Nepos variat saepe suos loquendi modos. Certe *vita* in pl. n. usurpatur a Cicerone Lib. I. de N. D. cap. 20. *In ipso mundo Deus inest aliquis, qui — hominum commoda* VITASQUE *tueatur*, i. e. hominum actiones. ita quoque Graecorum libri sunt inscripti; ut Plutarchi *βίοι τῶν δέκα Ῥητόρων.* Diogenis Läertii *περὶ βίων ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων.* quamvis Menagius putet, ipsum Läertium scripsiſſe *φιλόσοφος ἱσορία*, qui tamen addit, a Photio Bibl. CLXI. hoc opus vocari *φιλοσόφυς βίυς.* et ab Euſt. ad Il. M. *σοφιςῶν βίυς.* adde Menag. ad Diogen. (p. 419.) Läert. Lib. II. cap. 78. Ponamus, a Grammaticis Graecis titulos fuiſſe mutatos, non tamen hi a Graecarum literarum cognitione tam peregrini fuerunt et hospites, ut *βίυς* in pl. n. Graecis non uſitato ponerent. Eusebius Pamphili apud Suidam in voce *βίος* suſtinuit etiam hac voce in pl. n. uti. et Manetho Aſtrol. Lib. II. vs. 434. *Ἐσσομένυς ποιῆσε βίυς λαοῖς παναγήτυς*, ut emendatur a Dorvillio Animadv. ad Chariton. L. VIII. cap. 8. pag. 731. Titulus sane hic ab ipso Nepote eſt profectus, uti ex h. l. patet. Sed *vitis* et *vitas* forsitan ab ipsis librariis in *vita* et *vitam* sunt mutata, credentibus, hanc vocem a Latinis in pl. n. fuiſſe positam numquam, qualis Grammaticorum fuit error de voce *vinum*, id quod docti jam dudum observarunt. et de voce *vῦς.* v. Davis. ad Ciceron. Lib. II. Tusc. Disput. cap. 8. Duo mei Codices, fateor, habent *vitam.* in praef. in duobus Codd. Voſſ. nec legitur *vitas*, nec *vitam*, nec *de vita.* Munckerus ad Hyginum Lib. II. A. P. cap. 4. dicit, se legiſſe in Codice Chartaceo Bibl. Leid. in fine prologi *de vitis excellentium imp.* id, quod facile viro doctissimo excidere potuit, magis ad praep. *de* attendenti, quam *vita*, aut *vitis.* nam, quantum memini, in eo *de vita* legi; sed etiam homo sum, et errare poſſum; et, ſi meus eſt error, laetor, quod eum detexi, ad tutandam vulgatam lectionem plurimum facientem. [Gu. *vitam excellentium virorum complurium concludere constituimus.* Ult. *vitam exc. vir. complurium concludere statuimus.* Ed. princeps, Paris. 1. et Ald. *vitam exc. vir. complurium concludere*, omiſſo verbo *constituimus.* Ed. Arg. et Paris. 2. *vitam exc. vir. complurium conc. const.* Ed. Long. Mag. et Lamb. *vitas exc. vir. complurium concl. const.* Ms. Boecl. *vitas exc. virorum* (omiſſa voce *complurium*) *conducere const.* Ax. *vitam exc. virorum concludere const.* Ego cum Heuſingero atque Harlesio *vitam* edidi, cum Titzio vocem *complurium* ex Gu. omnibusque ante Boecl. excusis revocavi, ideo omiſſam in Codd. Boecl. Voſſ. B. et Ax. quia concurſus vocum *complurium concludere constituimus* librariis ingratus fuit. Quod idem faſtidiens scriptor membranarum, ex quibus Ultraj. editio ex-

concludere constituimus, quorum separatim multis millibus versuum complures scriptores ante nos explicarunt.

pressa est, *statuimus* pro *constituimus* dedit. Sed vide supra ad 6, 1, 5. Quamquam illa vox ob similitudinem proximarum ab eadem syllaba incipientium, etiam invitis librariis elabi potuit. Hac certe de caussa in Ed. princ. Par. 1. et Ald. verbum *constituimus* omissum est. Tum Gu. Ax. Ult. cum plurimis edd. *quorum*. Ed. Long. et Mag. *quas*.]

*Multis millib. versuum* ] Sic solebant veteres ex versuum numero libri magnitudinem significare ac notare: fortasse ne quid alienum inculcaretur, ac supponeretur, vel ne quid detraheretur. V. Ind. *versus*. Ceterum hunc locum imitatus videtur auctor *epitomes ecdiceseos Hygini contra haeresiarchas*, ante hos annos XXIV. primum a *Sirmondo* editae, in prooemio: *Sancti quique orthodoxi viri, suo quisque tempore uniuscujusque haeresis ortum, et certamen, et exitum, per plurimos libros, et multa millia versuum conscripserunt. Quae nos epitomantes, juvante Domino, hoc uno libello conclusimus.* Bosius.

## CAP. V.

1 Fuit etiam disertus, ut nemo ei Thebanus par esset eloquentia, neque minus concinnus in brevitate

*Fuit etiam disertus, ut nemo ei Theb. p. e. el.* ] Idem *Plutarchus in praeceptis Politic.* testatur: *Quod si forte caussam dicturus, vel legationem obiturus, tu te ipsum ad dicendum intelligas parum idoneum, virum dicendi peritum adjutorem tibi sociumque muneris adsciscas, ut Pelopidas Epaminondam.* Loccenius. Caeterum Ms. [Ax.] Boecl. habet, *ut nemo ex Thebanis p. ess. el.* Exc. Dan. *ut n. ei Thebanus*. Bosius. Leid. m. *ne nemo*. sed Voss. A. B. *ut nemo*. Pro *fuit et disertus* (p. 420.) Voss. B. *fuit etiam disertus*, cui et τὸ *ei* abest. Quod Heusingerus praefert, fretus auctoritate codicis hujus, et Axen. dum caeteri habent *et*. praeterea legit *nemo ei Thebanus* unius codicis Dan. auctoritate. sit hoc elegantius, sed quaestio est, num ita scripserit Nepos. *Etiam disertus* Gu. Ax. Ult. idque post Heusingerum Harlesiumque recepimus, quamquam *et* ferri possit. V. supra ad 1, 3, 4. Tum Gu. Ult. *nemo ei Thebanus*, ut Heusingerus edidit. Recte. Reliqui edd. ante Lamb. pronomen *ei* excludunt, quod, Heusingero monente, quia in *ex* mutatum fuit, locum suum amisit. Vulgata lectio *nemo Theb. ei* a Lambino est.]

*Concinnus* ] Cujus brevis re-

respondendi, quam in perpetua oratione ornatus. Habuit obtrectatorem Meneclidam quemdam indidem Thebis et adversarium in administranda republica, satis exercitatum in dicendo, ut Thebanum scilicet. Nam- 2

sponsio aptissime congrueret. M. Tullius de Finibus. *Aristo concinnus et elegans.* et de Oratore, *Concinna, distincta, ornata, festiva Oratio.* Gebhard.

*Habuit obtrectatorem Meneclidam quemdam etc.*] De Meneclide vid. *Plutarchus Pelopida*, pag. 290, 291. et *in praeceptis politicis.* Bosius. De scriptura vocis, de qua agit Heusingerus, vid. not. post. Ego MSS. codices sequor. Si vero graeca servare velimus, legendum esset *Menecliden*, vel *Meneclidan.* [Dan. *Meneclydem.* Gu. *Menecliden.* Ed. Ult. Lamb. et vulgg. *Meneclidem.* Ita etiam Ax. non *Menaclidem.*]

*Et adversarium*] Ita recte meliores libri, puta Dan. Leid. Boecler. Vulgo copula deest. *Bos.* Pro *indidem* Voss. B. *indedem.* Pro *adversarium in administranda* Leid. m. *et adversarium administranda.* Pro *exercitatum* Voss. B. *exercitus.* forsan pro *exercitum*, sed *exercitatum* praeferendum. Vide Oudendorp. ad Frontinum Lib. 2. Strateg. cap. 1. num. 30. [Gu. Ax. Ult. *et advers.*]

*Ut Thebanum scilicet*] Eodem modo de Brasida Lacedaemonio loquitur Thucydides Lib. IV. cap. 84. ἦν δὲ ὐδὲ ἀδύνατος, ὡς Λακεδαιμόνιος, εἰπεῖν: quod dictum repetit Aelianus Lib. XII. V. H. cap. 50. Thucydidis locum jam ad partes vocatum video a cl. Valckenario ad Herodotum Lib. II. cap. 134. qui hunc loquendi modum prudenter illustravit: unde patet, plerosque Curtii locum Lib. IX. cap. 1. §. 24. non intellexisse, *gens, ut barbari, sapientia excellit.* Frustra enim Modius subintellexit *credebant.* Heinsius legit *ut in barbaris.* Sed nihil mutandum. Sic idem Curtius Lib. III. c. 2. §. 6. *Hyrcani, egregii, ut inter illas gentes, sex millia expleverant.* Burmannus hunc locum adducit ad locum Ovidii Lib. 1. Trist. El. 1. vers. 17. *Siquis, ut in populo, nostri non immemor illic.* Sed Burmannus ibi h. l. citat *impleverant.* Locum Ciceronis Lib. 1. Tuscul. Disput. cap. 8. non videtur Davisius recte cepisse: *sed tu mihi videris Epicharmi, acuti hominis, nec insulsi,* UT SICULI, *sententiam sequi,* ubi Davisius, postquam plerosque Epicharmum Siculum dixisse retulerat, addit, *is populus ob acumen erat nobilis.* De acumine gentis Siculae nihil detractum volo, et contra loca alia Ciceronis et Firmici a Davisio citata haud insurgo. Sed credo, Ciceronem potius respexisse ad eam significationem, qua vox *Siculus* pro stulto poni solet. Audiamus Scaligerum ad Festum in voce MOMAR. MOMAR *Sicula vox, ut etiam ipse notat. Μῶμαρ significat μέμφιν, αἶσχος. Isidorus in Glossis:* MOMAR, *Siculus, stultus, qui cito movetur ad iram. Plautus. Quid tu, o Momar, Sicule homo, praesumis? ubi non tantum Momar, sed et* SICULUS *pro stulto.* Sed ad rem bene observat Valerius Maxim. Lib. 1. cap. 1. pag. 33. *Quid attinet mores natione perpendi?* Plut. jam a Bosio citatus eum vocat δεινότατον λέγειν, sed simul ἀκόλασον καὶ κακοήθη τὸν τρόπον, Χρησάμενον τῇ φύσει πρὸς τὸ συκοφαντεῖν καὶ δια-

3 que illi genti plus inest virium, quam ingenii. Is, quod in re militari florere Epaminondam videbat, hortari solebat Thebanos, ut pacem bello anteferrent, ne illius imperatoris opera desideraretur. Huic ille, *fallis*, inquit, *verbo cives tuos, quod hos a bello avo-*
4 *cas. Otii enim nomine servitutem concilias. Nam*

*βάλλειν τὺς κρείττονας*, *ὐδὲ μετα δίκην ἐκείνην παυσάμενον*, et mox addit, *Ἐπαμεινώνδαν μὲν ὖν ἐξέκρυσε τῆς ΒοιωταρΧίας, καὶ κατεπολιτεύσατο πολὺν Χρόνον.* (p.421.) de quo idem Plut. T. II. de sui laude p. 542. *ὅθεν καὶ Ἐπαμεινώνδας, Μενεκλείδυ ποτὲ Χλευάζοντος ἀυτὸν ὡς μεῖζον τῦ Ἀγαμέμνονος φρονῦντα, Δι ὑμᾶς γε (εἶπεν) ὦ ἄνδρες Θηβαῖοι, μεθ' ὧν μόνων ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ κατέλυσα τὴν Λακεδαιμονίων ἀρΧήν.*

*Illi genti plus inest virium*] Ob crassum, ut volunt, aërem. Quod notus *Horatii* versus docet. [*Epist.* 2, 1, 244.]

*Boeotum in crasso jurares aere natum.*

Et illud *Tullii in lib. de Fato cap.* 4. *Athenis tenue coelum, ex quo etiam acutiores putantur Attici: crassum Thebis, itaque pingues Thebani et valentes.* Tertullianus de anima cap. 20. *Thebis hebetes et brutos nasci relatum est. Pindarus* apud *Strabonem* l. 7. *p. m.* 321. olim *porcos* inde dictos notat. *Loccenius.* Adde *Torrent. commentar. ad Horat.* pag. 738. De Boeotiorum ingenio etiam *Lambinus ad Horat. l. c.* et *Erasmus in adagiis* videri possunt. *Ἀναισθήτυς* putatos Thebanos, e *Demosthenis orat. pro pace* cognoscimus. *Bosius.* Adde Eustat. ad Dionysium Perieget. vs. 426. Schol. Apoll. Rhod. Lib. 3. Argonaut. vers. 1241. Tzetz. ad Lycophron. vers. 433. Interpretes ad Aelian. Lib. 13. V. H. cap. 25. et Gebhardum ad Alcibiad. cap. 11. §. 3. Artaxerxes *τὺς* (Pelopidae Thebani) *λόγυς κατενόησε, τῶν μὲν Ἀττικῶν βεβαιοτέρυς, τῶν δὲ Λακεδαιμονίων ἁπλυςέρυς ὄντας.* V. Plut. in Pelop. pag. 294. In genere dicit idem de exsilio pag. 607. *ἀνθρώπυ δὲ ὐδεὶς ἀφαιρεῖται τόπος ἐυδαιμονίαν, ὥσπερ ὐδὲ ἀρετὴν, ὐδὲ φρόνησιν.*

*Avocas*] MSS. Boecl. et *Schotto* inspecti ac ed. Paris. *evocas.* Quod tamen *Schottus* non sequitur. *Bosius.* Voss. A. et B. *evocas.* Haec verba saepius in MSS. confunduntur. Vide Graevium ad Ciceronem 8. ad Famil. Ep. 11. et Oudendorp. ad Frontin. Lib. 1. Strateg. cap. 4. num. 65. [Gu. *evocas*, atque ita Editt. ante Lamb. omnes, praeter Ult. in qua recte *avocas* legitur. Pro *cives* Gu. *civis.*]

*Otii nomine servit. concilias*] Pacis falso nomine cives tuos alieno jugo ac dominationi subjicis. Cicero in Antonium: *cum his facta pax non erit pax, sed pactio servitutis.* Infra *Timoleonte: Tantum otium totae insulae conciliavit.* Hamilcare: *Tota Africa tantum otium reddidit.* Caesar Lib. 1. de B. Civil. cap. 5. *Si qua hominum aequitate res ad otium deduci posset.* Lib. 2. de B. Civ. cap. 36. p. *Erat in oppido multitudo insolens belli diuturnitate otii.* Valer. Maxim. Lib. 7. c. 7. Tacit. Lib. 15. Annal. cap. 6. Justin. Lib. 6. cap. 9. Cicero Bru-

*paritur pax bello. Itaque qui ea diutina volunt frui, bello exercitati esse debent. Quare si principes Grae-*

to: *Eloquentia pacis est comes, otiique socia.* Gebhard. Sic M. Lepidus ad populum R. in fragm. *Hist. Sallustii* cap. 23. *Ne nomina rerum ad ignaviam mutantes, otium pro servitio appellent.* Petronius Turpilianus (p. 422.) apud Tacit. Annal. 14, 39, 5. *honestum pacis nomen segni otio imposuit.* Civilis apud eundem H. 4, 17, 3. *Simul secretis sermonibus admonebat malorum, quae tot annis perpessi, miseram servitutem falso pacem vocari.* Loccen. *Otium* centies, uti et hic, pro pace usurpatur. Livius Lib. 1. c. 22. *Senescere igitur civitatem* otio *ratus, undique materiam excitandi belli quaerebat.* Et ita L. 8. cap. 30, 31, 65, et 68. Lib. 4. cap. 28. *In* otio *tumultuosi, in bello segnes.* Justinus Lib. 3. c. 7. *His malis fracti Lacedaemonii in annos triginta pepigerunt pacem, sed tam longum* otium *inimicitiae non tulerunt.* Adi Manutium et Cortium ad Ciceron. Lib. 2. ad Fam. Ep. 17. num. 8.

*Paritur pax bello*] Respexit Nepos locum Thucydidis Lib. 1. cap. 124. ἐκ πολέμου μὲν γὰρ εἰρήνη μᾶλλον βεβαιοῦται. Haec Epaminondae et Meneclidae verba multum lucis mutuantur a Polybio Lib. IV. cap. 31. qui consulendus. Caeterum scriptores Romani amant imitari Thucydidem; uti Sallustius B. Cat. cap. 8. §. 2. ut jam observatum a doctis; uti et Xenophontem. Vid. Bern. Martinum L. 1. Var. Lect. cap. 12. Sulpicius in Epist. ad Ciceron. imitatur Aeschylum. v. eumdem Lib. 1. Var. Lect. cap. 20. alii alios scriptores, poëtarum ad exemplum, Virgilii praecipue, ut egregie ostendit F. Ursinus. Nec tantum Romani Graecos scriptores, sed quoque Graeci Graecos, Romani Romanos. De Homero, quem caeteri expresserunt, vid. Interpr. Aeliani L. XIII. V. H. cap. 22. Quosnam auctores Thucydides fuerit secutus, vide Schol. Gr. pag. 648. Si Hecataei Milesii et Herodoti opera conferre liceret, pluribus de iis agi posset. Vide interea Valckenarium ad Herodot. Lib. II. cap. 77. lin. 51. Hecataeum ab Herodoto consultum patet e Libro V. cap. 137., sed sine dubio magis propter historiam, quam ejus verba ipsa; Herodotus enim novam quandam vim verbis indidit. Vid. Valckenar. ad L. VIII. cap. 22. Homerum tamen et Sophoclem imitatum patet. Vid. Eumdem ad Lib. III. cap. 19. et 80. ad Lib. IV. cap. 97. Romanos a Romanis expressos negari nequit; vide de Virgilio Macrobium Lib. VI. Saturn. cap. 1. et seq. Virgilium fere singuli expresserunt poëtae insequentes, et quidem praeterea id sibi laudi duxerunt. Hoc tamen Nepote indignum videtur Heusingero in appendicula adnotationum ad Themist. cap. 9, 1. putanti, *parum credibile, Nepotem alienis, quam suis verbis uti maluisse, aut sua ad Ciceronianos numeros exegisse, qui suos quoque saepissime variat.* Sed si Nepos suis, quam alienis verbis uti maluit, cur ergo transtulit Ciceronis verba in sua a se scripta de Thrasybulo cap. 1. §. 4. *Itaque jure suo nonnulla ab imperatore miles, plurima vero fortuna vindicat.* Locum Ciceronis ex Orat. pro Marcello cap. 2. desumptum esse jam dudum observavit Schottus. Plura non addo. Denique uti verba, ita aliorum sententias

*ciae esse vultis, castris est vobis utendum, non palaestra.* Idem ille Meneclidas quum huic objiceret, *quod liberos non haberet, neque uxorem duxisset, maximeque insolentiam, quod sibi Agamemnonis belli gloriam videretur consecutus,* at ille, *desine,* inquit, *Meneclida, de uxore mihi exprobrare. Nam nullius in ista*

Nepos est secutus, uti hoc capite §. 2. *illi genti plus inest virium, quam ingenii,* e Ciceronis cap. 4. de Fato: *Athenis tenue coelum, ex quo acutiores etiam putantur Attici. Crassum Thebis, itaque pingues Thebani et valentes.* Et hisce antiquius Cyri dictum apud Herodotum Lib. IX. in fine φιλέειν ἐκ τῶν μαλακῶν Χώρων μαλακοὺς ἄνδρας γίνεσθαι. Sed de perversa hac opinione jam pluribus egi in not. post. quibus adde Wesselingii notam ad Herodotum: sed ad rem. Nepos in praefat. scribit *neque sedet, nisi in interiore parte aedium, quae gynaeconitis appellatur, quo nemo adcedit, nisi propinqua cognatione conjunctus.* Nonne Nepos h. l. respicit, non quidem verba, sed sententiam Ciceronis Lib. II. Tusc. Disput. c. 14. *quae* (feminae) *ceteris in urbibus* (p. 434.) *mollissimo cultu parietum umbris occuluntur.*

*Castris est vobis utendum*] Vossian. A. *castris est nobis utendum.* Pro *Meneclides* Voss. B. *Menaclides.* Et mox pro *Meneclide* et *Meneclides* Voss. A. et B. item Leid. m. *Meneclida* et *Meneclidas. quam tuo* absunt Voss. A. et B. [Pro *esse vultis* Gu. Ax. *vultis esse.* Mox Dan. *Meneclydes* et *Meneclyda.* Gu. *Meneclydes* et *Meneclida.* Ult. *Meneclides* et *Meneclida.* Ax. *Menaclides* et *Menaclida.*]

*Quod liberos non haberet, neque uxorem duxisset*] Vid. inf. ad cap. 10, 1. *Bosius.*

*Insolentiam* ] Suppositum *Lambino* videtur: nec tamen delere audet. *Bosius.*

*Belli*] Sic MSS. Dan. ac Schotto visi, et Ed. Ultraj. Vulgati, *bello.* Statim vulgo erat: *desine, inquit, Meneclide.* Nos auctoritatem codicum Dan. et Boecl. sequuti sumus. *Meneclida,* ut *Atrida, Anchisa, Aeacida,* de quibus *Vossius de analogia* 2, 2. ac 3. Illa *quam tuo,* quae vulgo voci *minus* subjunguntur, etiam MSS. Dan. Schott. Leid. et Ed. Ultraj. aberant. *Schottus* tamen perspicuitatis caussa retinebat. *Bosius. Bello* etiam Leid. m. sed Vossiani A. et B. *belli.* Quod praeferendum est. Passim apud optimos Auctores duos vel plures Genitivos uni substantivo junctos reperies. In Pelopida cap. 2. ex MS. ita legendum est: *Quorum imperii majestas neque ita multo post Leuctrica pugna ab hoc initio perculsa concidit.* Vide Jac. Perizonium ad Sanctii Minervam Lib. 2. cap. 3. n. 15. Cortium ad Sallustium B. Catil. cap. 23. num. 4. ad Jug. 30, 3. et ad Cic. 2. Fam. Ep. 13. num. 5. et Th. Wopkens Lib. 1. Lect. Tull. cap. 16. imitatione Graecorum. Vide Triclin. ad Sophocl. Antigon. vs. 1198. [Gu. *belli.* Ult. *sibi* post *quod* omittit. Tum Edd. ante Boecl. omnes, etiam Ultr. (Schottus enim fallitur): *minus, quam tuo, uti cons. v.*

*re minus uti consilio volo.* (Habebat enim Meneclidas suspicionem adulterii.) *Quod autem me Agamemnonem* 6
*aemulari putas, falleris. Namque ille cum universa Graecia vix decem annis unam cepit urbem; ego contra ea una urbe nostra dieque uno totam Graeciam, Lacedaemoniis fugatis, liberavi.*

sed absunt verba *quam tuo* et a Gu. Ax.]

*Habebat enim Menecl. suspicionem adult.*] Erat apud cives suos suspectus adulterii: adulterii suspicione in civitate laborabat. Et est responsio acutissima, contra quam putat *Monstroliensis*. Nam qui consilio adulterorum in ducenda uxore utuntur, iis metuendum esse videtur, ne illos etiam ad torum suum violandum alliciant: sive, ne ipsis talis istorum opera concilietur, cujus illicita consuetudine ante usi sint, aut adhuc usuros esse se sperent. *Gebhard.* add. Ind. v. *habere*. Bosius. Hunc loquendi modum illustravit Burmannus ad Petronium Satyric. cap. 15. [Gu. *Meneclydas*. Ult. *Meneclides*.]

*Falleris*] Membranae Schotti *fallis*, ut *versu* 3. Bosius.

*Unam cepit urbem*] Trojam. Res nota ex *Homero* aliisque. Bosius.

*Ego contra ex una urbe etc.*] Id accidit in pugna Leuctrica. Quod ideo hic repetit Epaminondas, non ut Agamemnoni se arroganter praeferat, sed ut a se fortiter facta a calumniis et (p. 424.) mendaciis vindicet, et obtrectatori os obstruat. Quo fine recte facta modeste praedicare licet. De quo plura *Plutarchus* in *lib. quomodo quis se ipsum citra invidiam laudare possit.* Loccenius. Porro in MSS. Schott. et Gifan. fuit: *contra ea una u. n.* An leg. *contra ea, ex una u. n?* Quomodo loquutus est *praef.* 9. *infra* cap. 10, 4. etc. *Bosius*. Leid. m. et Voss. A. *Contra ea una urbe nostra*. De *contra ea* ad praef. egi. Heusingerus in textum recepit: *Ego contra ea, una urbe nostra, dieque uno, t. G. L. f. liberavi.* Sed quis ita locutus est? *Una urbe* pro *cum civibus unius u. n. t. G. liberavi*. Exempla, quae adfert, nil faciunt ad rem. Non me latet usus ablativi: non me fugit, *urbem* pro civibus poni, sed proferendum est exemplum, quo doceamur, aureae Latinitatis scriptores ita fuisse locutos. Tum *contra ea*, licet Nepoti haud inmerito a Doctis videatur restitutum, non tamen ubique intrudendum puto. Praeterea miror, Curtium, Nepotis imitatorem, numquam, quantum memini, scripsisse *contra ea*, sed semper *contra*. Sed cur cum Bosio non legit *ego contra ea ex u. u. n?* Tum *τὸ ea* retinetur. Responsum Epaminondae apud Plut. legitur integrum Tom. II. de sui laude pag. 542. quem locum ad §. 2. hujus capitis protuli jam. [Cod. Dan. *ego contra ea una urbe nostra*. Ax. *ego contra una urbe nostra*. Vulgata praepositio *ex* nata est ex *ea*, ut supra n. 1. ex *ei* factum fuit *ex*. *Una urbe nostra* est, cum civibus unius urbis nostrae. Hujus ablativi exempla vide in Indice v. *Ellipsis praepositionis cum*. Heusinger. Ult. cum vulgatis *ego contra ex una ur. n.* sed Gu.

*ego contra ea una urbe n.* Optime, v. Goerenz. ad Cic. de Fin. 8, 2. pag. 314.]

*Dieque uno*] quo Lacedaemonios vicit Epaminondas in Leuctris. *Lambinus.*

*Liberavi*] superba Lacedaemoniorum dominatione. *Lambinus.*

## CAP. VI.

1 Idem quum in conventum venisset Arcadum, petens, ut societatem cum Thebanis et Argivis facerent, contraque Callistratus, Atheniensium legatus, qui eloquentia omnes eo praestabat tempore, postularet, ut potius amicitiam sequerentur Atticorum, et in oratione sua multa invectus esset in Thebanos et Argivos, in

*In conventum Arcadum*] *Εἰς τὺς μυρίυς.* Sic enim dicebatur Arcadum conventus. Harpocratio: *Μυρίοι ἐν μεγάλῃ πόλει. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνυ. Συνέδριόν ἐςι κοινὸν Ἀρκάδων ἁπάντων, ὗ πολλάκις μνημονεύυσιν οἱ ἱςορικοί. Lambinus,* Pro *Arcadum* Voss. A. [Ax. Gu.] *Archadum.*

*Callistratus*] De quo *Xenophon* 6. *de reb. Gr.* eujusque exstat oratio apud *Lacedaemonios* habita *eod. libro.* Commemorat eum et *Aeschines orat. περὶ παραπρεσβ.* non admodum longe ab extr. *Lamb.* Mox Msc. Boecler. *Atheniens. ductor legatus.* Quod spernere non ausim. Fortassis autem principem legationis, ut hodie loquimur, fuisse innuit. Florus *ducem legationis* vocat 2, 6, 7. *Bosius.* Voss. B. quem jam saepius vidimus Boecleri libro consentire, legit: *Atheniensium ductor legatus.* Si *ductor legatus* legendum sit hoc loco, in not. post. ostendi, (p. 425.) per *ductorem* intelligi *demagogum*, quod genus hominum a *Menestheo* Petei filio primo, ut ajunt, inter mortales demagogo profectum, jam a Thesei temporibus Athenas et totam Graeciam turbavit. Vid. Plut. in Theseo pag. 15. Sed in eadem maneo sententia, hanc vocem non esse Nepotis, vel delendum *legatus.* De Callistrato v. Fabric. Bibl. Gr. Tom. II. Lib. IV. cap. 24. pag. 67. et Cl. Ruhnken. in Hist. Critic. Orat. Gr. pag. 59. Mox pro *amicitiam* Leid. m. et Voss. A. *amicitias.* B. *amicitia.* [Ax. etiam *Ath. ductor legatus.* Sed *ductor* inepti grammatistae glossa est, qui *legatos* apud Romanos singulis legionibus praefuisse audiverat. Mox [Ed. princeps, Arg. utraque Paris. Mag.] Ald. et Long. *amicitias seq.* Voss. B. *amicitia seq.* unde *amicitias seq.* facile fieri potuit, quod Lambinus merito mutavit. *Heusinger. Amicitiam* jam in Ult. expressum est. Ita etiam Gu.]

*Multa invectus*] Loquitur infra pari modo, *nonnulla inveheretur in Timoleonta,* qua pro-

eisque hoc posuisset, *animadvertere debere Arcadas, quales utraque civitas cives procreasset, ex quibus de ceteris possent judicare: Argivos enim fuisse Orestem* 2

pter ἀκανϑολογεῖ Lambinus. *Gebhardus*. Vid. Ind. *invehi*, et supra *ad praef.* 8. Msc. Boecl. *multa* aberat. De re vide *Plutarch. apophth. reg. et praecept. polit.* Bosius. Eodem modo *multa querens*, *gemens* etc. dixere. Vide Davis. ad Ciceron. Lib. 1. de Divinat. cap. 2. Manut. ad 3. ad Fam. Ep. 3. et Cort. ad Salluſt. Catilin. cap. 27. num. 3. *Multa* tamen abeſt Voſſiano B. Pro *in eisque* idem *in eosque*. Pro *animadvertere* Vossian. A. *animum advertere*. Quomodo veteres locuti sunt. Cicero Lib. 12. ad Fam. Ep. 18. *Animum adverti enim*, *hoc vos magnos oratores facere nonnunquam*. Etiam *advertere animos* dixit Livius Lib. 4. cap. 45. Virgilius simpliciter *advertere* dixit. Aen. Lib. 4. vs. 116.

— *Nunc qua ratione*, *quod instat*,
*Confieri possit*, *paucis* (adverte) *docebo*,

Ubi Servius: *Adverte* id eſt *animum adverte: parte pro toto usus est*. cui consentit Donatus ad Terentium in Andriae prologo vers. 8. *Quaeso animum advertite*. *Legitur et* attendite, *unde manifestum est, et* advertite, *et* attendite, *non esse plenum*, *nisi addideris* animum. Vide Cortium ad Salluſt. Jugurth. cap. 69. num. 1. Ubi in duobus Mſſ. *animo advertere* legi docet, quae lectio firmari poſſet loco Virgilii Lib. 2. Aen. vs. 712.

*Vos*, *famuli*, *quae dicam*, *animis* advertite *vestris*.

Sed alteram lectionem, cave, rejicias. Ut autem *animum advertere*, eodem modo *aures advertere* dixere. Propertius Lib. 1. El. 1. vers. 37.

*Quod si quis monitis tardas* advertérit *aures*,
*Heu referet quanto verba dolore mea*.

Adde Burmann. ad Ovid. Lib. 1. Faſt. vers. 179. E quibus patet, quoties *animadvertere* legas, contracte pro *animum advertere* eſſe positum; si vero simplex *advertere*, neceſſario *animum* subaudiri, eodem modo, quo Graeci ἐπέχειν et προσέχειν subintellecto νοῦν adhibuere. Vide Raphelium ad Acta Apoſtol. cap. 8. com. 6. et 16, 14. Elsner. ad cap. 3. comm. 5. Pro *Arcades* Leid. m. *Arcadas*. Voſſian. A. [Gu. Ax.] *Archadas*. Reſtitui nunc *Arcadas*, licet sciam, Hiſtoricos Latinos vocabulis Graecis dediſſe terminationes Latinas. Poëtae Graecas saepius servarunt metri cauſſa. Pro *quales* Voſſ. B. *qualis*, et pro *cives* Voſſ. A. *civis*. [Gu. *animum avertere* pro *advertere*, et *qualis*, *civis*. Ult. etiam et Ax. *qualis*. sed uterque *cives*. *Arcadas* etiam Ult. cum antiquioribus edd. *Arcades* a Lambino eſt.]

*Orestem et Alcmaeonem*, *matricidas etc.*] De Oreſte et Clytemneſtra ejus matre, Oedipo et Lajo ejus patre, notae fabulae: et quibus ignotae sunt, legendus (p. 526.) *Sophoclis Oedipus tyrannus*, *et Euripidis Orestes*. Lambin. Leid. et Voſſ. A. [Ax. Gu.] *Horestem*. Pro *Alcmaeonem* Leid. m. *Alcynconem*. Pro *Oedipum* Leid. Voſſ. A. et B. *Oedippum*. Sed hae lectiones

*et Alcmaeonem, matricidas, Thebis Oedipum natum, qui, quum patrem suum interfecisset, ex matre libe-*

sunt nihili. De Alcmaeone, Amphiarai et Eriphyles Talai filiae filio, omnia satis nota sunt, de quo etiam hic agit Lambinus. Hic *matricida* vocatur; quia patris praecepto matrem suam interfecit: fabulam lege apud Hygin. fab. 73. et ejus interpretes. Hujus quoque meminerunt Historici, in primis Thucydides L. II. cap. 102. *Λέγεται δὲ καὶ Ἀλκμαίωνι, τῷ Ἀμφιάρεω, ὅτε δὴ ἀλᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τὸν φόνον τῆς μητρός.* Perlege totum caput, quocum confer Strabonis L. VII. pag. 501. Lib. IX. pag. 647. Lib. X. pag. 709, 710. vox male scribitur in Clemente Al. Lib. I. Strom. pag. 334. de vatibus *Ἀλκμένων ἐν Ἀκαρνᾶσιν* lege *Ἀλκμαίων*. Ex auctoribus adlatis ipse conficiet Lector, quomodo Alcmaeon quis inter Acarnanas vates recenseri possit. Varii fuere Alcmaeones in historia vera illustres. Alcmaeon Perithi filius Crotoniata Pythagoreus primus scripsit librum de Natura. Vid. Clement. Al. Lib. I. Strom. pag. 308. et Menag. ad Diogen. Laërt. Lib. VIII. §. 83. Est et Alcmaeon, qui Delphorum commentarios scripsit, ut Plut. in Solone pag. 84. et ex eo Voss. Lib. IV. de Hist. Gr. parte prima p. 501. Varietas Alcmaeonum viros doctos in errorem abstulit. Pausanias Lib. II. cap. 18. inter Nestoris posteros Messenia ejectos numerat Alcmaeonem Silli filium, qui inter alios Athenas profectus est, unde gens Alcmaeonidarum nomen accepit, ut idem testatur. Non nego, gentem Alcmaeonidarum primam suam originem ab eo trahere potuisse, qui sane clari Athenis olim fuerunt, teste Herodoto Lib VI. cap. 125. Sed alii tamen Athenis *Alcmaeonidae* erant, quibus quidem hunc sui generis auctorem non invideo, verum illi *Alcmaeonidae*, qui Hippiam imperio spoliarunt, de quibus agit Thucydides L. VI. cap. 59. erant ex Megacle oriundi, ut dicit Herodotus Lib. I. cap. 61. vid. Wess. ad cap. 65. Lib. V. cap. 62, 63, 70, 71, 72. Lib. VI. a cap. 120. ad cap. 132. qui ideo caeteris illustriores fuerunt, ut dicit cap. 125. Attamen hi famam suam commacularunt scelere Cylonio. Vid. Herodot. Lib. I. cap. 61. et Lib. V. cap. 70, 71. confer Plut. in Solone p. 84. unde hi et eorum posteri sceleratis et impiis fuerunt adnumerati. V. Thucydid. Lib. I. cap. 126. cum Dukeri nota. et Simson Chronic. pag. 581. nec non J. Marium Mattium Annotat. c. 43. et alios. et ex hoc genere Alcmaeonidarum fuit Pericles, unde a Plut. Tom. II. de his, qui sero a Num. pun. pag. 553. e genere scelerato ortus dicitur, nempe propter Agaristam Xanthippo nuptam. Vid. Herodot. Lib. VI. cap. 131. et Thucydid Lib. I. c. 127. de Lacedaemoniis *εἰδότες δὲ Περικλέα τὸν Ξανθίππου προσεχόμενον αὐτῷ (ἄγει) κατὰ τὴν μητέρα.* qui locus non fugit Marshamum in Chronic. Secul. XVIII. pag. 638. Ex hac Alcmaeonidarum gente fuit quoque Alcibiades; sed incertum utrum per matrem, an per patrem, dicit Meurs. Lib. VI. Att. Lect. c. 12. Sed H. Valesius Lib. IV. Emendat. cap. I. ostendit invictis argumentis, Alcibiadem materna stirpe fuisse Alcmaeonidem. Haec pluribus exsecutus sum, quia in notulis meis post. ad Alcib. cap. 2. non satis clare me expressi, et verba a *qui tamen* usque ad *vide Schol. Aristophan. Nub* 64. in spongiam incumbere ibi jam jussi cum *Diodori loco* L. XI. c. 27, 34.

*ros procreasset*; hic in respondendo Epaminondas, quum de ceteris perorasset, postquam ad illa duo opprobria pervenit, *admirari se* dixit *stultitiam rhetoris Attici, qui non animadverterit, innocentes illos natos, domi scelere admisso, quum patria essent ex-* 3

*Procreasset*] Sic et MSS. sed vir summus et de Nepote nostro in primis praeclare meritus, *Au-* (p. 427.) *gust. Buchnerus*, aut hic legendum *procreasset* (quomodo *Longolius* pridem, nuper et Cl. *Keuchenius* edidit) aut supra *quem* pro *qui* reponendum, censebat. *Bosius*. Mei codices *procreasset*. [Codicis Dan. vitio et Lambini auctoritate *procreasse* legitur, ante quem *procreasset* recte vulgatum erat. Nec aliter Cod. Ax. falliturque Bosius, qui *procreasse* in Mss. esse dicit, quod in uno alterove tantum fuit. *Heusinger*. Gu. *procreasse*, sed Ult. *procreasset.*]

*Hic*] Ms. *huic*: Non dubito, a prima manu fuisse *heic*. Schefferus. Leid. m. et Voss. B. *hic*. Voss. A. *hinc*. [Gu. Ax. Ed. princeps, Arg. Par. 2. Ult. Long. et Mag. *huic*, sed Paris. 1. Lamb. cum ceteris *hic*.]

*Domi scelere admisso*] Voss. B. *Domi scelere amisso*. Sed hae praepositiones saepius in compositis confunduntur; ut in *aversari* et *adversari*, aliisque viri docti adnotarunt. *Admittere scelus* latinissime dicitur pro perpetrare. Terent. Heaut. 5, 2, 3. *Quodnam ob facinus? Quid ego tantum sceleris admisi miser?* Cicero 3. ad Fam. Epist. 10. *Si quid a me praetermissum erit, commissum facinus, et admissum dedecus confitebor.* A. Gellius Lib. 1. Noct. Attic. cap. ult. *Obloquebatur non meruisse, ut vapulet, nihil mali, nihil sceleris* admisisse. Sallust. Jugurth. cap. 53. *Paene imprudentia* admissum *facinus miserabile*. Unde etiam videmus, quoties *admittere* pro peccare, et *admissum* pro peccato ponuntur, ut docent Broukhus. ad Tibull. Lib. 1. El. 7. vers. 62. et P. Burmannus ad Ovidium Lib. 1. Metam. vers. 209. vocem *scelus* subintelligi. Haec vero verba ita distinxit Heusingerus: *innocentes illos natos domi, scelere admisso*. Male. Non hic agitur de nobilitate, aut virtute parentum: nec de legitimis, aut illegitimis parentum nuptiis; nec inquiritur, paternae alicujus infamiae heredes sint, nec ne. Epaminondas simpliciter respondet, sese fateri, Argis natos esse Orestem et Alcmaeonem, Thebis Oedipum; sed, quum nascerentur, fuisse innocentes, uti omnes infantes, quocumque loco nascantur, nec ullam regionem esse tam barbaram, quin recens natos recipiat, ignara, utilia an noxia civitatis membra sint futuri, etiamsi ex parentibus impuris progeniti sint; sed tum Argivos et Thebanos fuisse culpandos, si in patria hujusmodi hominum monstra post admissa scelera alere et fovere perseverassent. Et an in horum parentes nihil potest dici? Nonne Orestis mater, si haec Clytaemnestra fuit, maritum suum Agamemnonem interfecit? quamvis inter Mythographos lis sit de Orestis parentibus. Vide ad Hygin. fab. 119. Vulgo tamen creditur fuisse filius Agamemnonis et Clytaemnestrae. Vid. Schol. Homeri Il. 1. vers. 143. qui profecto innocens natus est festo die Cereris,

4 *pulsi, receptos esse ab Atheniensibus.* **Sed maxime ejus eloquentia eluxit Spartae, legati ante pugnam Leuctricam. Quo quum omnium sociorum convenissent legati, coram frequentissimo legationum conventu sic Lacedaemonio-**

quae dicebatur Erinnys. Vid. Ptolem. Hephaestionis apud Photium pag. 477. Nonne etiam Alcmaeon patris Amphiarai instinctu matrem interfecit, et ita paternae infamiae fuit heres? Mater ejus auro corrupta prodiderat maritum, unde Horatius Lib. III. Od. 16. *Concidit auguris Argivi domus ob lucrum demersa exitio.* Praeterea an Oedipi parentes tam probi fuerunt? Qui sane auctores fuerunt Oedipi filii infamiae. Vid. Hygin. fab. 66. Quid veteres de Lajo Oedipi patre adnotaverint, vide Perizon. ad Aelian. Lib. XIII. V. H. cap. 5. de Laji et Oedipi furiis Herodot. Lib. IV. cap. 149. et ibi Cl. Valcken. lin. 82. praeterea parentes Oedipum exposuerunt contra legem Thebanorum. Vid. Aelian. Lib. II. V. H. cap. 7. itaque hic non agitur de parentibus, sed de ipsis infantibus, qui, simul ac in sua patria postea parricidio sese fecerant affines, ex ea fuisse tur- (p. 428.) piter ejectos, sed ab Atheniensibus receptos. Nec ad rem faciunt illae locutiones, *domi nobilis*, *domi suae summo loco natus* etc. [Pro *animadverterit* MS. Boecl. Ax. Gu. *animadvertit*. Ed. Mag. *animadverteret.*]

*Quum patria essent expulsi*] Sic rescripsi e MSS. Dan. et Boecler. cum antea legeretur *pulsi*. Usus et alibi hoc verbo *Nepos*. *Plutarchus* hac ipsa in re: *ἡμεῖς μὲν ἐξεβάλλομεν* etc. *Bosius*. Leid. m. et Voss. A. tamen *pulsi*. Sed B. [Gu. Ult.] *expulsi*. Utrumque recte, ut ostendi ad Aristid. cap. 1.

*Receptos esse ab Atheniensibus*] Adde Valer. Maxim. L. V. cap. 3. ext. 3. qui haec latius exsequitur. Hinc Aristides Rhetor dicit Oration. Tom. I. pag. 446. agens de Laconibus: *θαυμάζω δ' ὅπως ὐ καὶ τὸν Οἰδίπυν προσέθηκαν ὡς ἐδεξάμεθα, ὐδὲ καὶ τῦτο εἰς τὴν Λακεδαιμονίων τιμὴν ἀνήνεγκαν.*

*Legati ante pugnam Leuctricam*] Haec omittunt *Longol. Mag.* et *Lambinus*; *Schottus* quoque ex ora intrusa putabat: quod mox *Leuctricae pugnae* fiat mentio, addatque Nepos, *quod mox apparuit*. Et profecto nullo sententiae detrimento omitti possunt. Erant tamen in plerisque melioris notae libris, ut Dan. Gif. Schott. Leid. Boecler. Quare satis habui, si uncis, ut suspecta, includerem. Mox *Longol.* et e Ms. suo *Schottus*: *legionum conventu*: perperam. *Legationes* sunt legati ipsi, ut alibi passim. v. Ind. *Bosius*. Agnoscunt haec verba tres mei codices. [Gu. Ult. Optime.] Pro *legationum* [quod etiam in Dan. Axen. et Ult. est, Gu.] Leid. m. et Voss. A. *legionum*, sed *legationum* cum Bosio praeferrem, qui recte per *legatos* explicat. Est abstractum pro concreto. Quod loquendi genus utriusque linguae scriptoribus usitatissimum est. Vide Schol. Aristophan. Nub. 259. Doctiss. Alberti ad Evang. Matthaei cap. 24. comm. 45. Stolbergium ad Sophocl. Ajac. pag. 158. Graevium ad Justinum Lib. 42. c. 2.

moniorum tyrannidem coarguit, ut non minus illa oratione opes eorum concusserit, quam Leuctrica pugna. Tum enim perfecit, quod post apparuit, ut auxilio sociorum Lacedaemonii privarentur.

num. 5. Cortium ad Salluſt. Catilin. cap. 14. num. 1. et Eruditiss. J. Arntzenium ad Victorem in Epitome cap. 41. num. 14. Huc referri poteſt, quod Pallas vocatur *βία* pro *δυνατή*. v. Tzetz. ad Lycophron vs. 520. quia nihil domi militiaeque sine Pallade, id eſt, sapientia perfici poteſt: eodem modo, quo in Evang. Lucae cap. 7. vs. 35. Servator noſter *σοφία* vocatur, quia in se omnem sapientiam continet ac possidet, et *τὸ ληςικὸν* sc. *χρῆμα* vel *σύςημα* pro *οἱ λῃςαί*. Schol. Thucyd. Lib. 1. cap. 4.

*Ut non minus illa oratione opes eorum concusserit, quam Leuctrica pugna*] *Concutere* notat labefactare. De quo verbo late disputarunt N. Heinſius ad Vellejum Patercul. cap. 2. §. 3. et Dukerus ad Florum Lib. 2. c. 15. §. 12. Paullo ante pro *sic Lacedaem*. Voſſ. A. *si Lacedaem*.

*Leuctrica pugna*; De qua *Diodorus* 15. *Xenoph*. 6. *h. Gr. Plutarchus Pelopida*, *Pausanias Boeoticis*. *Polyaenus* L. 2. *Strategem*. aliquot Epaminondae in hoc praelio refert ſtrategemata. *Lambinus*. Iconismum ejus habes apud *Sixtum Arcerium* poſt *notas ad Aeliani Tactica* pag. 173. Tempus inveſtigant *Scaliger* 5. *de emendat. tempor*. *Petavius de doctr*. (p. 429.) *temp*. 10, 31. et *Seldenus* in *canone chronico ad veteres Graecorum epochas* pag. 117. Bosius. Voſſ. B. *Leutrica pugna*.

*Sociorum Lacedaemonii*] Transponit haec Dan. Quod facit, ut suspicer, *τὸ Lacedaemonii* gloſſema eſſe. Boſius.

## CAP. VII.

Fuisse patientem suorumque injurias ferentem civium, quod se patriae irasci nefas esse duceret, haec

*Fuisse pat.*] Longol. *Fuisse autem pat.* mox Lambinus conjicit *testimonio:* nil tamen mutat. neque opus mutatione. sic enim et supra cap. 4, 6. loquutus *Nepos*. Bosius. *Autem* agnoscit Leid. m. solus. [*Autem* omittit Cod. Dan. Gu. Ax. sed exſtat haec vox in Ult. reliquisque ante Boecler. editis. Mox ab Ed. principe, utraque Paris. et Ald. *exercitui* abeſt. Lamb. edidit *exercitui praeſ.* Receptam lectionem tuentur et Dan. Gu. Ax. Ed. Long. in qua *voluiss*. legitur, atque Ult. Poſt *cives* Gu. *sui* addit.]

*Irasci nefas esse*] Ejusdem oris locutio eſt *Attico*, ut qui semel cursim hujus et caeterorum *Excellentium Imperatorum Vitas* legerit, diversosque et hujus

[redacted]



sunt testimonia. Quum eum propter invidiam cives praeficere exercitui noluissent, duxque esset delectus belli imperitus, cujus errore eo esset deducta illa multitudo militum, ut omnes de salute pertimescerent, quod locorum angustiis clausi ab hostibus obsidebantur,

et illarum auctores ſtatuat, eum nihil in Lingua Latina et usu puriorum Scriptorum sapere judicem. *Hunc*, inquit, *ea fuisse in suos indulgentia, ut, quos amare deberet, irasci eis nefas duceret*. 25, 17, 2. Gebhardus. Adde de mirifica Epaminondae patientia in sibi iratos cives exercita, et ad patriae salutem conversa, Val. Maxim. Lib. III. cap. 7. Ext. 5. Hinc Plut. in Philopoem. pag. 357. dicit ἀλλὰ καίπερ Ἐπαμεινώνδυ βυλόμενος εἶναι μάλιςα ζηλωτὴς, τὸ δραςήριον, καὶ συνετὸν αὐτῦ, καὶ ὑπὸ Χρημάτων ἀπαθὲς ἰσΧυρῶς ἐμιμεῖτο. τῷ δὲ πράῳ καὶ βαθεῖ καὶ φιλανθρώπῳ παρα τὰς πολιτικὰς διαφορὰς ἐμμένειν ὀυ δυνάμενος δι ὀργὴν καὶ φιλονεικίαν, μᾶλλον ἐδόκει ςρατιωτικῆς, ἢ πολιτικῆς ἀρετῆς ὀικεῖος εἶναι.

*Duxque belli imperitus*] Cleomenes, teſte *Pausania Boeoticis* IX. 15. Falsum itaque, quod *Lambinus* adnotat, *neque a Diodoro, neque ab aliis nominari*. Bosius.

*Illa multitudo militum*] Ms. *res illa militum*. Neque aliter editiones veteres, ut nesciam, an pro *res*, *multitudo* debuerit retineri, cum opinione mea hoc gloſſa sit. Videl. non intellexerunt satis *rem militum*. *Res militum* sunt ipsi milites, Graeca consuetudine, quomodo Χρῆμα θηλειόν apud *Euripidem* sunt foeminae. Conſule *Fabrum ad Phaedri* Lib. 5. fab. 7. Poſſet quis et sic diſtinguere: *cujus err. eo ess. ded. res illa, militum ut omnes*. Verum magis placet (p. 430.) alterum. Haec Clar. *Schefferus*. Ut nos edidimus, legitur in optimis libris Gif. et Dan. nec displicet *Gebhardo*. *Nam ut peccatum ducis*, inquit, *protrahat Nepos, immensam illam multitudinem ait conjectam in angustias, in quibus paucitas res gerere posset, multitudo vero nil nisi se impedire et hostis ferrum hebetare*. Recepit etiam in poſteriores editiones suas ampliss. *Boeclerus*. In Leid. erat, *ded. illa multitudinem militum*. Unde olim conjiciebam legendum: *cujus errore esset ded. res, illa multitudine militum, ut etc.* h. e. in tanta militum multitudine, nam mox ait, *locorum angustiis clausos atque ab hostibus obsessos fuisse*. Hoc igitur videbatur innuere, in his anguſtiis multitudinem sibi ipsi fuiſſe impedimento, ne tota hosti resiſtere, aut etiam commode recedere poſſet. Quod si Gifaniani codicis scripturam retinere malis, dixeris, ob similitudinem omissa a librariis voce *multitudo*, ab alio τὸ *res* subſtitutum, quod aliquid deeſſe animadverteret. Magis tamen placet prior conjectura noſtra. Rem ipsam narrant *Diodorus* 15. et *Pausanias Boeoticis*. Bosius. Leid. meus et Voſſ. A. *Cujus errore eo esset deducta res illa militum*. B. c. *e. eo esset deducta res militum*. Oudendorpii sententiam in not. poſt. cum lectore communicavi. *Deduci* dicitur de iis, qui in malum quoddam incidunt. V. Interpr. ad Phaedr. Lib. 2. Fab. 1. vs. 7. In Leid. 1. non eſt *multitudinem militum*, sed

desiderari coepta est Epaminondae diligentia. Erat enim 2
ibi privatus numero militis. A quo quum peterent o-
pem, nullam adhibuit memoriam contumeliae, et exer-
citum, obsidione liberatum, domum reduxit incolumem.
Neque vero hoc semel fecit, sed saepius. Maxime au- 3
tem fuit illustre, quum in Peloponnesum exercitum
duxisset adversus Lacedaemonios, haberetque collegas
duos, quorum alter erat Pelopidas, vir fortis ac stre-
nuus. Hi quum criminibus adversariorum omnes in in-
vidiam venissent, ob eamque rem imperium his esset
abrogatum, atque in eorum locum alii praetores suc-

*militum multitudo.* Atque ita Boecleri ultima editio habet, non: *multitudo militum.* Codex Gu. vitiose: *eo esset deducta illa mulitum.* Ed. princeps, Arg. utraque Paris. Ald. Long. Mag. et Lamb. *eo ess. ded. res illa militum.* Atque ita in MS. Boecler. et Ax. legitur, non *res militum.* Sed Ult. *eo ess. ded. res militum.* In hac librorum varietate veram lectionem a Titzio repertam esse credo, qui *eo esset deducta res, ut omnes* etc. edidit, exclusis vocibus *illa militum*, quas e glossa accessisse suspicatur.]

*Erat enim privatus*] Nam, ut *Diodorus* refert, populus proditionis accusato magistratum (βοιωταρχίαν) abrogaverat, privatumque fecerat. *Bosius.* Diodori Siculi locus est Lib. xv. c. 71 et 72. a quo caussam docemur, cur in expeditione Thessalica gregarium militem egerit, privatam tunc vitam agens, et quando fuerit Dux creatus. Pro *numero militum*, quod in Ed. Mag. et Keuch. legitur, recte Bosius edidit *numero militis*, sic enim exhibent Leid. m. Voss. A. et B. [Gu. Ult.] quam lectionem probat Burmannus ad Phaedr. L. 4. Fab. 24. vs. 16.

*Neque vero*] Leid. m. et Voss. A. [Gu. Ax.] *nec vero.*

*In Peloponnesum*] Msc. omittit praepositionem non hic tantum, sed saepe alibi in ejusmodi locutionibus. *Boeclerus.* Neque Voss. B. agnoscit praepositionem, nec Axen. [Praepositionem addunt Gu. Ult. cum omnibus Edd.]

*Collegas duos*] Sic legendum esse, declarat id quod sequitur, *quorum alter erat etc.* Neque obstat, quod dicunt alii, sex fuisse. Nam non semper inter se congruunt historici, ut apparet. *Lambinus.* Alterum collegam fuisse Gorgiam, e *Diodoro* colligitur. *Bos.* [Par. 1. *coll. suos.*]

*Hic quum criminibus*] Ms. *hi cum.* Lege *hi*, h. e. *hii* vel *ii.* (p. 431.) Ex *hi* factum *hic* adnexo c ex sequenti vocabulo. *Schefferus.* Confirmant hanc emendationem Exc. Dan. in quibus diserte scriptum *hii cum.* Bosius. Leid. m. et Voss. A. *Hi Criminibus* hic posuit Noster pro *criminationibus* accusationibus. Livius Lib. 4. cap. 21. *Falsis* criminibus *a Minucio circumventum Maelium arguens.* qui ita saepius. Sallust. Catilin. cap. 34. num. 2. *Se falsis* criminibus *circumventum*, ubi videndae Cortii notae. [Gu. Hii

4 cessissent, Epaminondas populi scito non paruit, idemque ut facerent, persuasit collegis, et bellum, quod susceperat, gessit. Namque animadvertebat, nisi id fecisset, totum exercitum propter praetorum imprudentiam
5 inscientiamque belli periturum. Lex erat Thebis, quae morte multabat, si quis imperium diutius retinuisset, quam lege praefinitum foret. Hanc Epaminondas quum reipublicae conservandae caussa latam videret, ad perniciem civitatis conferre noluit, et quatuor mensibus diutius, quam populus jusserat, gessit imperium.

cum. Ax. Ult. *Hi cum*, ut jam Tzschuckius recte edidit. Reliqui: *Hic cum*. Ita supra 13, 3, 3. pro *Hi cum* in Ax. codice *Hic cum* scriptum est.]

*Imperium his esset abrogatum*] *Plutarchus in Pelopida* hoc non scribit, sed solum elapsum fuisse dicit tempus imperii a lege praefinitum. *Magius. Diodorus* 15. nullum de aliis successoribus in eorum locum subrogandis, neque de lege, verbum facit. *Lambinus.* v. not. Post.

*Populi scito*] Sic diserte Gifan. Dan. [Gu.] et ed. Ultraj. Itaque non dubitavi reponere. vide quae dixi *ad* 3, 1, 5. Vulgo erat *plebiscito*. Bos. Voss. B. *plebescito.* Ax. *plebiscito.*]

*Nisi id fecisset*] Etiam hoc loco pro *ubi* reposui *nisi*, auctoritate MSS. codicum Dan. Leid. Boecler. probante id quoque nobiliss. *Boeclero*. Hoc vult, nisi effecisset, ut collegae *legi non obedirent*; cap. 8 1. Bos. [Gu. Ax. Ult. *nisi id fec.* Mox Gu. Ax. Ult. omnesque ante Lamb. editi *inscitiamque*. Praeclare de utroque nomine disputat Gernhardus in *Excursu de vocibus inscientia et inscitia* editioni Ciceroniani Catonis adjecto pag. 293 — 302. ubi pag. 298. Lambini lectionem praefert.]

*Lex erat Thebis*] V. *Cic.* 1. *de invent. Plutarch. apophth. reg.* et *Aelian. Var.* 13. Bosius. Vide J. Perizonium ad Aelian. Lib. 7. V. H. cap. 14. num. 4.

*Morte multabat*] Ex hoc loco recte docemur, hoc verbum de omni poena adhiberi. Livius Lib. 4. cap. 15. *Decemviros bonis, exsilio, capite* multatos *ob superbiam regiam*. Vide Burm. ad Phaedrum 1, 26, 2. et J. Arntzenium ad S. A. Victorem de Viris Ill. cap. 51. n. 2. Sic Graeci ζημιῶν φυγῇ Eurip. Oreste. 901. et ζημιῶν θανάτῳ. Herodot. L. 3. cap. 27. adde Spanhem. ad Aristophanis Plutum vs. 1125. [Cod. Axen. *tenuisset.* Ita et Boecler. non item Dan. cui falso Fischerus hanc lectionem tribuit.]

## CAP. VIII.

Postquam domum reditum est, collegae ejus hoc 1
crimine accusabantur. Quibus ille permisit, ut omnem caussam in se transferrent, suaque opera factum contenderent, ut legi non obedirent. Qua defensione illis periculo liberatis, nemo Epaminondam responsurum putabat, quod, quid diceret, non haberet. At ille in 2
judicium venit, nihil eorum negavit, quae adversarii crimini dabant, omniaque, quae collegae dixerant, confessus est, neque recusavit, quo minus legis poenam subiret; sed unum ab iis petivit, ut in periculo

(p. 432.) *Collegae ejus*] Sic et *Aelianus* ac *Plutarchus in apophth. reg.* etsi hic in *Pelopida* tantum Epaminondae et Pelopidae hac in re meminit. *Bosius.*

*Omnem caussam in se transferr.*] Ad verbum Plutarchus εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρειν τὴν αἰτίαν. Simili propemodum pacto evasit sive M. Naevii, sive Petiliorum judicium P. Scipio apud *Valer. Maxim.* 3, 7, 1. Gebhard.

*Contenderent*] *Contendere* dicitur is, quin in eo, quod cupit, intendit omnes nervos, unde omnis vehemens actio *contentio* vocatur, ut docet P. Manutius ad Ciceron. Lib. 1. ad Fam. Ep. 1. pag. 16. hinc pro crebro et constanter adfirmare, uti h. l. vide Scheff. ad Phaedr. Lib. 1. Fab. 17. vs. 3. [Ult. *obedierint.*]

*Quod quid dic.*] Ms. Boecl. *qui quid dic.*. Forsan fuit, *qui quod diceret.* Bosius. Voss. B. *qui quid dic.* Bosii conjecturam rejicit Thomas Wopkens. Lib. 11. Lect. Tull. cap. 1. pag. 121. [Probat Bremius.] Deinde Bosium secutus edidi *dixerunt.* Nam Nepos loquitur de Epaminonda, quasi istos criminatores praesentes intuente. Heusingerus tamen *dixerant* edidit. [Gu. Ax. Ult. cum reliquis edd. *dixerant*, quod recte Heusingerus revocavit. *Dixerunt* non primum a Bosio editum, sed jam in ultima Boecleri editione operarum, credo, errore expressum est.]

*Neque recusavit*] Sperni non debet, quod est in cod. Boecl. *neque renuntiavit.* Habet enim hoc verbi aliquando vim negandi, abnuendi, recusandi. *Sabinus Asidius* apud *Senecam suasoria* 2. de Leonida Spartano: *Ego illi ad prandium promisissem: ad coenam renuntiassem.* Cogitent amplius, qui cuncta veterum scriptorum in numerato habent. *Bosius.* Omnes mei *neque recusavit.* de quo verbo consulendus Schefferus ad Phaedr. Lib. 3. Fab. 2. vers. 16. Mox pro *ab iis* Leid. et Voss. B. *ab his.* [Ax. etiam cum Gu. Ult. *recusavit.* Pro *legis poenam* Ms. Boecl. Ax. *poenam legis.* Tum et Gu. Boecl. Ax. Ed. princeps, utraque Par. Lamb. *ab his.*]

*In periculo*] Tuentur hanc lectionem Cujacius Obser- (p. 433.)

[redacted]



vat. 5. cap. 25. et Schoppius Lib. 4. Verisimil. cap. 18. nisi quod hic etiam corrigat *inscriberent*. Videtur autem hoc mihi sentire Nepos, Epaminondam se quidem obtulisse poenae; sed petiisse, ut in actis illis, in quibus suum periculum, usitato omnibus civitatibus more, ad memoriam notaretur, talia inscriberent; quae subjungit. Habent quippe civitates bene constitutae tabulas publicas, in quas relata nomina et caussae supplicio affectorum. Hinc intelligendus Val. Max. Lib. 9. cap. 11. de L. Sulla: *Quatuor millia et septingentos dirae proscriptionis edicto jugulatos in tabulas publicas retulit, videlicet, ne memoria tam praeclarae rei dilueretur.* Lambinus conjectabat in *cippo* seu *cippulo suo*. Memmius *in scapulo suo*: Magius *breviculo*: Longolius *Peristylio*: Aldus *sepulcro*. Gebhardus. Schoppius putat in vetere libro rectius legi: *ut in periculo suo inscriberent. Periculum* heic quid significet, anxie tum hic Lib. 4. Verisim. cap. 18. tum alii viri doctissimi, quorum nomina vide a Lambino laudata, inquirunt. *Periculum* hoc loco dici pro *tabella damnatoria*, unde reos maximum manet periculum, praecipue in capitis judicio, quale hoc fuit, nullum est dubium. Verba enim, quae sequuntur, id satis aperte indicant. Atque haec magni Cujacii sententia est: quam Joh. Savaro egregio loco Ciceronis confirmat. Verum non est, quod Gebhardus ad locum hunc notat, Magium videlicet conjectare, pro *in periculo* legendum esse *breviculo*. Ipse enim Doctissimus Magius, id quod sibi juveni in mentem venerat, revocat. *Ernst*. Cum viri docti non satis congruere huic rei vocem *periculum* censerent, certatim eam emendare conati sunt. Aldus *in sepulchro* edidit; quam lectionem *Hotomannus* 3. *obs.* 20. tuetur, probatque et *Jac. Gothofredus in commentario ad l. 2. Cod. Theodos. de sentent. ex periculo recit.* pag. 393. Longolius conjecit leg. *in peristylio*: Memmius, *in scapulo*: Lambinus *in cippo*, vel *in cippulo*. Buchnerus, *in titulo*, i. e. *αἰτίας ἐπιγραφῇ*, quod etiam Cl. *Kirchmaiero* placere video, sed ita, ut videatur, adactus testimoniis *Plutarchi* et *Aeliani*, et antiqua consuetudine, id potius de columna sepulcrali sive inscriptione monumenti Epaminondae, caussam mortis ejus indicatura, accipi velle. Sed omnes istae emendationes nimium a scriptura librorum abeunt, qui constanter *in periculo* legunt. Propius accedit ad eam lectionem conjectura doctissimi viri, *J. Sirmondi*, qui legi vult *pariculo*, quem sequuntur *H. Grotius sparsione florum ad Jus Justinianeum*, pag. 370. et *Des. Heraldus in observationibus* cap. 50. ac in *animadversionib. in Salmasii observat. ad jus Att. et Rom.* Lib. 2. cap. 7. Nisi quod *Heraldus* tandem admittit, *τὸ periculum* retineri posse, sed ut idem sit ac *pariculum*. Qua voce significari volunt *τὸ ἴσον*, *ἰσότυπον*, *ἀντίγραφον*, exemplum ex archetypo descriptum: dicique, ut *pariculae chartae* apud *Marculphum*. Sed recte docuere *Salmasius in observ. ad jus Att. et Rom.* cap. 7. *et lib. de modo usurarum* cap. 15. ac *Jac.* item *Gothofredus* loco paullo ante laudato, vocem *pariculum* infimae latinitatis esse, nec instituto Epaminondae aut sententiae *legis 2. C. Th. de sent. ex peric. recit.* convenire: cum utrobique non *ἀντίγραφα* sive exempla, sed prototypa et ipsissima *αὐτόγραφα* designentur. Nec absolute dici *pariculum*; sed *pariculum instrumentum*, *pariculas chartas*, *epistolas*, *etc.* Ipse *Salmasius* cum eruditorum aliis *periculum* exponit, titulum se-

ralem, sive *ἐπιγραφὴν* mo-
enti: in cujus vicem senten-
ı, qua condemnandus erat,
minondas in cippo suo con-
bi voluerit. Non quod id un-
m factum fuerit; sed ut The-
os in invidiam his verbis vo-
t. Sed eo sensu hanc vocem
alibi reperias. Neque cre-
le est, demnato et capitali
licio adfecto Thebanos fuisse
ndidum monumentum aut ti-
m posituros. Nam verisi-
: est Thebis non minus, quam
rtae et Athenis, damnato-
cadavera non in sepulchro
34.) paterno, sed peculiari
sepulta. Denique verba,
o Epaminondas in periculo
bi voluit, potius sententiam
cum aut tabulas publicas,
m elogium sepulchrale, re-
ınt. Quanquam huic inter-
ationi favere videntur *Plu-*
*hus in apophth. et Aelia-*
13, 42. apud quos Epami-
das jubet haec *ἐπιγράψαι τῇ*
*η. Στήλην* autem viri docti
onunt columellam sepulcris
oni solitam. Malim inter-
ari columnam, cui inscri-
antur, quibus ignominia ir-
abatur. Sic Athenienses Arth-
m quendam, Plistonactis F.
tem, cum urbe ejecissent,
d Graecos pecunia corrupis-
ut Persae obsequerentur,
demnationem ejus pilae ae-
: inscripserunt, potestate fa-
volenti eum occidendi, eique
oti generi ipsius ignominia ir-
ata; adscripta etiam caussa
demnationis; quod aurum e
lia in Peloponnesum invexis-
Rem narrant *Demosthenes*
*lippica* 3. *p. mihi* 40. *et de fal-*
*egat. p.* 235. *Aeschines orat.*
*tra Ctesiph. pag.* 310. *Di-*
*chus orat. contra Aristogi-*
*em pag.* 77. *et Nonnus sub*
*ium collect. historiar. ad*
*liteut.* 1. *Nazianzeni.* Qui
it: *στήλη ἐστὶν ἢ λίθος ἢ χαλ-*
*ὸν ἐπιμήκει τετραγόνῳ σχή-*
*ι, ἐν ᾗ ἐγγέγραπται ἡ τοῦ*

*στηλιτευομένου ὕβρις.* Videri et *Meursius* potest in *Cecropia* c. 29. Pari modo devotionis Alcibiadis exemplum in pila lapidea incisum et in publico positum est. De quo noster 7, 4, 5. ubi vide *Gebhardo* adnotata. Atque hunc morem respexisse *Plutarchum* ac *Aelianum*, haud negaverim. Sed ut de eo verba Nepotis, et *periculi* vocem accipi debere putem, nondum adduci possum. Nusquam enim alibi, quod sciam, hoc significatu occurrit. Ac fieri potuit, ut hi mentem auctorum, unde narrationem suam hauserunt, non satis perceperint, aut in alios auctores, quam *Nepos*, inciderint. Quare malim de libello, sive scripto judicis, verba auctoris nostri accipere, atque illud *suo* non ad Epaminondam, ut cum aliis *Salmasius* facit, sed ad Thebanos referre, quo etiam *Schoppius* refert. Nam *periculum* indicem sive libellum Graecorum imitatione dici, *Salmasius* ipse *locis alleg.* ac in *not. ad hist. Aug.* pag. 84. adnotavit. Idque clare docent tituli utriusque Codicis *de sententiis ex periculo recitandis.* Nam quod in epigraphe, et textu l. 2. C. Theodos. *ex periculo recitari,* ac *promi*, id in textu l. 3. Cod. Justin. *de scriptis*, et in l. 1. C. Theod. *de scripti recitatione proferri;* lib. 2. C. Justin. lib. 4. Cod. Theod. et l. omnem 40. C. Theod. de appellat. *de* vel *ex libello dari* dicitur. Etiam in notis Juris Magnonis legitur: *D. P. de periculo. D. L. de libello.* Et in collatione Carthagin. 2. c. 68. dicuntur *Exceptores, memores periculi* et *professionis suae, constituto die gesta edere festinasse, ita ut Notarii partis utriusque in dictando non desint.* Neque enim possum adsentiri *J. Gothofredo*, ibi *periculi* vocem proprio significatu efferri censenti. *Exceptores* sunt scribae, librarii, *ταχυγράφοι*, qui acta

seu gesta publici officii excipiebant, servabant, recitabant, et de jure petentibus edebant. Eorum saepe mentio fit in illis *collationibus;* itemque in *Notitia Imperii*, et alibi: ut docet *Gothofredus in comment. ad l.* 2. *C. Th. de numerariis etc.* Vetus inscriptio Rom. apud *Gruter.* 11. *pag.* 1164. *Hinc pater exceptor, lector, levita sacerdos, etc.* Gesta purgationis Caeciliani et Felicis cum *Optato* edita p. 767. *edit. Albaspinaei: Novit eos officium publicum, id est, Aedesius et Junius Exceptores.* Quae repetuntur *pag. proxima. L. Aurelius Marcianus Aug. L. Exceptor* est in Inscr. 4. p. 372. et in aliis *Exceptor* et *Exceptores Praesidis.* Fit et in libris juris aliquoties mentio *Exceptorum*, ponunturque in scriniorum officiis. Loca, praeter *Gothofredum l. c.* et in *paratitlis ejus tituli*, indicant *Brisson. Lex. Juris*, et *Guther. de offic. domus Aug.* 2, 14., et 3, 7. Graecis sunt ἐκσκέπτορες. *Suidas:* ἐκσκέπτωρ, ἐκσκέπτωρος. Male interpres: *Exspeculator. Explorator. Contemplator.* Neque liquebat editori novissimo, *Aemilio* (p. 435.) *Porto.* Fortassis nec doctiss. *Meursius* intellexit, vix alias omissurus in *Lexico Graecobarbaro.* In Exceptores igitur optime congruit, ut *periculi* i. e. protocolli, ut hodie loquimur, et *professionis suae memores, gesta edant.* Non item, ut periculi sibi imminentis recordantes id faciant. Quodnam enim periculum illud, et quomodo cum *professione* Exceptorum conjungitur? Apud Capitolinum quoque *in Marco Antonino* cap. 11. *periculum praefectorum, quo* (sive, ut *Casaubonus* legit, *ex quo*) is *semper jura dictasse* dicitur, si *Casaubono* et *Gothofredo* credimus, idem est ac libellus sive formula a praefectis praescripta, etsi aliud *Salmasio* visum. Vid. *Gothofred. l. c.* p. 393. Ac ne quis sequiori demum aevo hunc vocis usum introductum existimet, *Cicero* quoque *tabulas publicas* et *pericula magistratuum* conjunxit in *orat. frumentaria* sive L. 3. *in Verrem*, cap. 79. *Ordo est honestus*, inquit, *quis negat?* (de scribis loquitur) *est vero honestus, quod eorum hominum fidei tabulae publicae, periculaque magistratuum committuntur.* Scio, aliter haec verba interpretari non solum *Hottomannum l. c.* sed etiam *Gothofredum.* Vult enim tabulas publicas vocari *pericula magistratuum*, quod magistratuum administrationis tabulae a scribis diligenter conficerentur, ex quibus postea ratio administrationis Senatui reddi posset: et sic, si repetundarum arguerentur, accusatoribus satisfieret: ideo aptissime, quibus illarum tabularum custodia committitur, *periculum magistratuum* committi dici; eodem sensu, quo ipse Cicero *suum scelus et periculum committere* dixit, *pro Cluentio, paucis a fine pagellis.* Sed quis non videt, haec coacta nimis esse, et *pericula magistratuum*, illic tanquam monumenta publica, *scribis committi* dici? *Sirmondus* quidem etiam apud *Ciceronem* et in *utroque Codice*, ac in *notis Magnonis* volebat *pariculi* vocem reponi, suffragante *Grotio;* sed perperam, ut *Salmasius* ostendit. Cujus rationes frustra convellere conatur *Heraldus.* Ait, *quae ejusmodi monumentis* (columnis puta aut pilis) *inscribebantur auctoritate publica*, αὐτόγραφα *non fuisse, sed* ἀντίγραφα, *verum* ἰσότυπα, *et ejusdem roboris ac ipsum* αὐτόγραφον: *sententiarum autem plura fuisse exemplaria; totidem*, scilicet, *quot dabantur exsequutioni mandandae.* Fateor, me non capere, quonam haec pertineant. Neque nunc disputabo, quam vera sint. Illud quae-

inscriberent: EPAMINONDAS A THEBANIS MOR- 3
MULTATUS EST, QUOD EOS COEGIT APUD
ICTRA SUPERARE LACEDAEMONIOS, QUOS
'E SE IMPERATOREM NEMO BOEOTIORUM

:ur Epaminondas non in *ἀνάφῳ*, sed in *pariculo*, h. e. li interpretantur, in *ἀντιρῳ* verba iſthacc inscribi pe: : cur item Imperatores non ›ello sive scripto prototypo, ›x *pariculo*, sive exemplo, :ntias recitari juſſerint. Hoc re *Heraldus* debebat. Quid faciet *periculis magistra*ı apud *Ciceronem?* An et *ἀντίγραφα* designari dicet? ıi non opus erat *ἀντιγράactorum*, cum prototypa :eret adservari. Porro apud ›tem *periculi* vocem *Cujacomment. d. tit. ad Cod. in. et observ.* 5, 255. *Lanus Semestr.* 5, 5. et ibi *ıh. Autumnus in notis* p. *J. Raevardus lib. protribuım* cap. 21. *P. Faber Ser.* 2, 24. *Osw. Hilliger ad ellum* 28, 3. *lit. H.* et ex inretibus *Lambinus, Savaro, stius*, de libello sive tabella, ıa sententia de Epaminonda :e mulctando perscribenda , accipiunt. Videri tamen it de tabulis publicis potius, archivo Reip. accipienda; nodo et *Schoppius Verisim.* ł. ac *Gebhardus* videntur acſſe. Nisi quod hic *periculi* m vulgato significatu expovultque *Epaminondam pe*ε, *ut in actis illis, in quisuum periculum ad memoı notetur, talia inscriberent. ericulum* idem sit, quod adtio sive commemoratio peıl illius in tabulis publicis. loquendi modus exemplo, , caret. Melius *Schoppius*, libellum sive annalem publiinterpretatur. Ut ita sen, facit quod in sententia inscribenda non *multandus* vel *damnatus*, sed *multatus* legatur. Quod magis archivo, quam (p. 436.) sententiae judicum, congruit. Et de hujusmodi monumentis *Cicero* quoque et *Collatio Carthaginiensis* videntur loqui. Sed de eo dispiciant amplius, qui me perspicaciores sunt. Neque enim quicquam temere adſirmare ausim. *Bosius.* Consule Perizonium ad Aelianum Lib. 13. V. H. cap. 42. n. 5. Adde not. poſt. *periculum* etiam notat judicium capitis. Vid. ad Phocion. cap. 2.

*Inscriberent*] Sic reposui e Mſſ. Bavar. Sav. Leid. Boecler. praeeunte etiam *Schoppio*. Proprium huic rei verbum. *Bosius.* Ita etiam Leid. m. et Voſſ. B. [Gu. etiam cum Ax. Ult. *ut in periculo suo inscriberent.* Pro *inscriberent* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. et Boecl. *conscriberent.*]

*Boeotiorum*] Dan. *Boeotorum*: non male. *Stephanus*: *τὸ ἐθνικὸν βοιωτός.* Apud eundem *Ephorus*: Βοιωτοὶ περὶ τὴν τῆς γυμνασίας ἐπιμέλειαν ἠσχόληνται. Bosius. Pro *Leuctra* Leid. m. [Gu.] et Voſſ. B. *Leuctram.* Voſſian. A. *Leuctrium.* Pro *Boeotiorum* Leid. m. *Boetiorum.* Voſſ. A. *Boetonum.* B. *Boeticorum.* Supra in Alcibiade c. 11. §. 3. vidimus, et cap. 9. hujus vitae videbimus, *Boetii* pro *Boeotii* scriptum eſſe in tribus a me collatis codd. si vero hic cum cod. P. Dan. *Boeotorum* praeferas, per me licet; nam hujus regionis incolae tam Boeoti, quam Boeotii, ut alibi jam notatum, dicebantur. Dionys. Perieg. vs. 426.

[redacted]



4 AUSUS FUIT ADSPICERE IN ACIE; QUODQUE UNO PRAELIO NON SOLUM THEBAS AB INTERITU RETRAXIT, SED ETIAM UNIVERSAM GRAECIAM IN LIBERTATEM VINDICAVIT, EOQUE RES UTRORUMQUE PERDUXIT, UT THEBANI SPARTAM OPPUGNARENT, LACEDAEMONII SATIS HABERENT,

*Τῷ δ' ἐπὶ ΒΟΙΩΤΩΝ τε πέδον καὶ Λόκρις ἄρυρα.*

Horat. Lib. 2. Epist. 1. vs. 244.

BOEOTUM *in crasso jurares aëre natum.*

[Ax. *Leutra* et *Boetiorum.* Gu. *Boetorum.* Ita etiam Dan. non *Boeotorum.*]

*Ausus fuit aspicere*] Ergo solo ante Imperatorem Epaminondam adspectu Boeotios debellabant Lacedaemonii. Id terroris habebant et Romani. Tacitus 3. Ann. 45, 2. *Viderent modo adversos, et adspicerentur, id satis ad victoriam.* Iterum 3. H. 24, 2. *Frustra minis et verbis provocatos Vitellianos, si manus eorum oculosque non tollerent.* Caesar 1. Bell. Gall. 39. *Saepenumero cum iis congressos, ne vultum quidem atque aciem oculorum ferre potuisse.* Livius 7, 35. *Samnites cum quaererentur, quaenam prima causa tam obstinatos movisset in fugam? Oculos sibi Romanorum ardere visos ajebant, vesanos vultus, et furentia ora. Polybius* dixit: *ὐδεὶς ἐτόλμα μένειν κατὰ πρόσωπον.* Item Lib. 3. *ὧν ἡττηθέντων ὐδεὶς ἔτι τῶν ἐντὸς Ἴβηρος ποταμῦ ῥαδίως πρὸς αὐτὺς ἀντοφθαλμεῖν ἐτόλμα. Diodorus* extulit, *κατὰ σόμα παρατάξασθαι.* Lib. 15. *Οἱ μὲν Θηβαῖοι*, inquit, *δυσχωρίας τινὰς ἑτέρας καταλαμβανόμενοι διεκώλυον μὲν τὺς πολεμίυς λεηλατεῖν τὴν χώραν, κατὰ σόμα πρὸς ἅπασαν τὴν δύναμιν ἐν τοῖς πεδίοις ὐκ ἐτόλμων παρατάξασθαι.* Florus 1, 18, 5. *Mancinum assiduis caedibus ita subegerunt, ut ne oculos quidem aut vocem Numantini viri quisquam sustineret.* Gebhard. De extremo hoc timoris gradu consulendi sunt interpretes, et in his Dukerus ad Florum Lib. 2. cap. 18. §. 5. pro *adspicere* Voss. B. *inspicere.*

*Quodque*] Sic MSS. [Gu. Dan. Ax. Ult.] Male Longol. et alii, *In acie quoque*, ut jam *Lambino* observatum. *Bosius.* Vossian. A. *quoque.*

*Retraxit*] Al. *extraxit. Retraxit* tamen non damno. *Lambinus.* Vid. Ind. *Bosius.* Leid. m. et Voss. A. B. *retraxit.* [Ita et Gu. Ult. omnesque editi.]

(p. 437.) *Universam Graeciam*] Nam Lacedaemonii clade Leuctrica et Mantineensi accepta, principatum Graeciae amiserunt: quod et *Diodorus* testatur L. 15. pag. 474. *Lambinus.* [Ax. *sed universam*, omisso *etiam.*]

*Satis haberent*] Contenti eo solo erant, nihil amplius requirebant. *Satis habere* est Graecis *ἀγαπᾷν.* Aelian. Lib. IV. Variae Histor. *Ἠγάπα γὰρ, εἰ δυνηθείη διασῶσαι αὐτὸν γῦν μόνον.* Lib. XV. *Ἀγαπητὸν ὑπάρχειν ἐδόκει τὺς πολλὺς ὀλίγυς νικῆσαι.* Polyaen. Lib. IV. in Philippo Com. 17. *Ἀθηναῖοι δὲ ἠγάπησαν τὸ ἐλευθέραν ἀφεῖσθαι.* Loqui similem in modum amant optimi scriptores. Caesar Lib. III. Civil. cap. 46. *Nostri vero, qui satis habebant sine de-*

**SI SALVI ESSE POSSENT; NEQUE PRIUS BELLARE DESTITIT, QUAM MESSENE CONSTITUTA URBEM EORUM OBSIDIONE CLAUSIT.** Haec quum

*trimento discedere.* Hirt. Lib. VIII. cap. 6. *Caesar tempore anni difficillimo cum* satis haberet *convenientes manus dissipare.* Curt. Lib. IV. cap. 81. *Rex monere*, ut satis haberent *arma retinere, cetera se redditurum.* Tacit. Lib. II. Annal. cap. 37. Satis habebam, *si tenues res meae nec mihi pudori, nec cuiquam oneri forent.* Lib. IV. Annal. cap. 37. *Ego me, P. C. mortalem esse, et hominum officia fungi*, satisque habere, *si locum principem impleam.* Lib. XV. cap. 25. f. *Regressum Paetum, cum graviora metueret, facetiis insectari* satis habuit Caesar. Nepos Timoleonte: *Hoc superato Timoleon maximas copias Carthaginiensium apud Crimissum flumen fugavit, ac* satis habere *coegit, si liceret Africam obtinere.* Eumene: *a ceteris tantum* satis habeant *se defendere.* Annibale eadem ferme repetit. Justinus Lib. XXII. cap. 8. f. *Tunc respondit*, satis habere *se, quod superstites eos esse Agathoclis liberis sciat.* Sallust. Jugurth. Satis habebatis, *animum retinere.* Gebhardus.

*Si salvi esse possent*] Si urbem defendere possent. *Lamb.* Rem pluribus narrat *Diodorus* 15. pag. 491. *Bosius.*

*Messena constituta*] Quae multos annos deserta fuerat, atque adeo diruta atque eversa jacuerat, ut narrat idem *Diodor.* eod. loco. *Lambin.* Adde *Pausan. Boeoticis.* MSS. Gif. Dan. Leid. et Savaro: *restituta*, qua voce in re eadem usus 16, 4, 3. Ms. Boecl. *destituta.* Vulgatam lect. firmat *Diodorus*: *ἔκτισε τὴν Μεσσήνην, πολλοὺς ποιήσας αὐτῆς οἰκήτορας.* Ignoratus librariis rarior vocis usus (de quo vid. Ind.) corruptelae occasionem praebuit. *Bos.* Pro *destitit* Leid. m. *destititis.* Pro *Messena* [Dan. Gu. Ax.] Leid. Voss. A. et B. *Messene.* Hanc lectionem non male praefert Heusingerus, *quia*, ut dicit, *Nepos Graecas terminationes servare solet.* Attamen non semper; nam paullo ante quidem dixit *Spartam*, quae a Graecis *Σπάρτη* vocatur. Cum Fabro ad Justinum Lib. III. cap. 4. eodem redire opinor, utrum legatur *Messene*, an *Messena*. Graecum, ut scimus, est *Μεσσήνη*, sed hujusmodi nomina a Romanis per *a* efferuntur, et quam exigua fides habenda sit codicibus urbium Graecarum nomina scribentibus, norunt omnes. Livius Graecorum more *Messene* quoque dixit. Vid. Drakenb. ad Lib. XXXVI. cap. 31. In Pelopid. cap. 4. Codices habent *Messena*, *Mesena*, non *Messene*. De scriptura *Mesena*, Dorvillius ad Chariton. pag. 90. jam a me in not. post. citatus, hanc Peloponnesi urbem ab Isocrate vocari scribit. Nonnulli Siciliae urbem *Messenen* potius *Mesenen* dicendam volunt, ut docet Dukerus ad Thucydid. Lib. VI. c. 5. e Casaubono ad Polybium (p.438.) p. 120. quem etiam Dorvillius l. l. ad partes vocavit. Nomen *Mesene* multis locis in medio positis est tributum. Vid. Reim. ad Dion. Cass. Lib. LXVIII. cap. 28. Sed si magni Casauboni observata ad Polybium porro examinemus, patet, Siciliae urbem *Messenen* conditam esse, sive nomen adeptam a *Messeniis* e Peloponneso profugis ob

[redacted]



dixisset, risus omnium cum hilaritate coortus est, neque quisquam judex ausus est de eo ferre suffragium. Sic a judicio capitis maxima discessit gloria.

prioris patriae nomen, quum Zancle antea diceretur. Unde non est, quod *Messana* proprie urbs Siciliae, *Messene* Peloponnesi civitas dicatur, ut censet Cellarius ad Lactant. Lib. I. de Fals. Rel. cap. XI. pag. 73. Hoc verum est, Romanos scriptores Peloponnesiacam *Messenen*, Siculam *Messanam* vocare, et hoc observatum vult Casaubonus Graecorum scriptorum interpretibus. Leid. et Voss. A. [Gu. Ult.] *restituta*. B. *constituta*. De epigrammate, quod ad Epaminondae statuam adscriptum prolatum jam est a Lambino et aliis ad h. l. e Pausaniae Lib. IX. cap. 15. agit etiam Aristides T. II. pag. 400. [Axen. non *constituta* habet, sed *destituta*, quod commendat lectionem *restituta*. Mosche.]

*De eo*] Absunt haec vulgo: reducta a me auctoritate optimorum codd. Dan. Leid. Boecl. *Bosius*. Leid. m. et Voss. A. B. [Gu. Ult.] agnoscunt *de eo*.

*Sic a judicio capitis*] Simile ferme exemplum exstat de Scipione apud *Livium* Lib. 38. et *Appian. in Syriac. Aelianus* 3. *Var*. 42. refert, cum Epaminondas domum e curia regressus, et Melitensis catellus ei obvius cauda blanditus esset, dixisse ad praesentes: *Hic mihi pro beneficio gratiam reponit, et Thebani, de quibus saepe praeclare sum meritus, mihi capitis supplicium minabantur*. Loccenius.

## CAP. IX.

1 Hic extremo tempore imperator apud Mantineam

*Apud Mantineam*] Prolixe de hoc praelio *Diodor*. 15. pag. 502, 503. *Strabo* 9. et *Xenoph. Hist. Gr*. 7. *prope fin*. Iconismum habes apud *Arcerium ad Tactica Leonis* pag. 176. In Ceramico ab Euphranore pictas exstitisse res ab Atheniensibus in eo gestas, docet *Meurs. in Ceram*. cap. 4. *Bosius*. Constanter omnes mei Codices [cum Gu. Ult.] habent *Mantineam*. *Mantiniam* tamen scribendum censet Oudend. ad Front. Lib. 3. cap. 11. Ex. 5. Vide, quae dixi ad Alcibiad. cap. 4. §. 7. De situ Mantineae Plinius Lib. IV. N. H. c. 6. ubi de Graeca hujus urbis scriptura Harduin. et de ea olim e quinque pagis composita J. Meursius Lib. II. L. Att. cap. 3. Sed et adde Interprr. ad Strabonem Lib. VIII. p. 519. et Wess. ad Diod. Sicul. Lib. XV. cap. 5. num. 88. Haec ἱππομαχία vocatur ab Aristide Oration. p. 177. sive 309. qui Marathoniam pugnam pedestrem, navalem Sala-

cie instructa audacius instaret hostes, cognitus laemoniis, quod in unius pernicie ejus patriae utabant salutem, universi in unum impetum fe- neque prius abscesserunt, quam magna caede multisque occisis,] fortissime ipsum Epaminon-

et apud Mantineam e- vocat p. 186. sive 324.
.) *Instaret hostes*] Fi- n textum recepi hanc . scripturam: cum vul- nes haberent *hostibus*. *Priscianus* observat L. iani veteres utrumque , *insto illi*, *et illum*: ieci ἐπιϛατήσει ὑμῶν καὶ iutus Poen. 4, 2, 96. *tan- n instat exitii*. Vide *construct*. cap. 43. Eo- do Noster infra loqui- 4 2. Mox Msc. Boecl. n *a Lacedaem*. Bosius. *cognitum a Lacedaem*. *taret hostibus* scribunt et Voss. A. B. [Ax. Ult. nquam huic cum Dan. n plerisque convenit.]
*in un. pernicie ejus pa- im*] Infra Eumene: *cu rnicie positam spem ha- victoriae*. Gebhardus. *in ejus unius pernicie*, etiam cum Ax. Ult. et] *In unius pernicie ejus itam putabant salutem*. *ius pernicie patriae si- abant salutem*. Vide kens Lib. 3. Lect. Tul- . 2. pag. 243. unde Le- ebitur, *ejus* facile hic itti. Paullo post pro *ab- it* Voss. B. *ascesserunt*.
*a caede facta*] Ms. Boe- Ed. Brixiensis omittunt ox *fortissime* etiam in . erat. a vulgatis abest. *Facta* omittunt [cum omnibusque ante Lamb. id. m. et Voss. B. Hic sine dubio mutilus; sed Heusingero adsentior, legenti: *magna caede fortissime ipsum Epaminondam pugnantem sp. eminus perc. conc. vid. Tà multisque occisis* videntur quidem interpretatio τῶν *magna caede facta*; attamen haec verba retinent codices, licet *facta* omittant. Si verba, uti Heusingerus distinguit, ad Epaminondam pertinent, quaestio est, an quidem unus homo dici possit, *magna caede fortissime pugnans sp. e. perc. concidere*. Judicium acutioribus relinquo. Ita haec narrat Diod. Sic. Lib. xv. cap. 87. *οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι θεωρῦντες Ἐπαμινώνδαν προθυμότερον προσπίπτοντα τῷ θυμῷ*, (hinc Orosius Lib. III. c. 2. dicit, eum incautius dimicasse) *συνέδραμον ἐπ' αὐτὸν, πολλῶν δὲ καὶ πυκνῶν φερομένων βελῶν, τὰ μὲν ἐξένευε, τὰ δὲ διεκρύετο, τινὰ δὲ ἐκ τῦ σώματος ἐξαιρῶν, τύτοις ἠμύνετο τῦς ἐπιφερομένυς, ἡρωικῶς δὲ ὑπὲρ τῆς νίκης ἀγωνισάμενος* (pro his Nepos dixit *fortissime pugnantem*). deinde *καὶ πολλῶν παρ' ἀμφοτέροις ἀναιρεθέντων* videntur exprimere haec Nepotis *magna caede facta*, *multisque occisis*, licet a Diodoro dissentiat in nonnullis, ut jam observatum est a Lambino, unde incidit mihi suspicio, an non legi possit, *magna caede facta*, *multisque mutuo occisis*. Ipse Nepos in Datame c. 10. dicit *non beneficiis mutuis, sed odio communi*. Vel *mutua caede multis occisis*. Inter Lacedaemonios, quorum socii in hac pugna erant Athenienses, occisus quoque fuit Gryllus, Xenophontis Atheniensis filius. Xe-

[redacted]



dam pugnantem, sparo eminus percussum, concidere
2 viderunt. Hujus casu aliquantum retardati sunt Boeotii;
neque tamen prius pugna excesserunt, quam repugnan-
3 tes profligarunt. At Epaminondas quum animadverte-
ret, mortiferum se vulnus accepisse, simulque, si
ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, ex-

nophontis enim filii sequebantur signa Atheniensium. Vid. Periz. ad Aelian. Lib. III. V. H. cap. 3. n. 2. De publico Grylli funere, quo eum Mantineenses extulere, Pausan. pag. 622. Caeterum de hac pugna propter Epaminondae mortem ancipiti agit Polybius Lib. IV. cap. 33. et L. IX. cap. 8. et Diod. Sic. l. l. c. 89. etiam vocat ἀμφισβητυμένην νίκην. [ Heusingeri sententiam probat et praeclare de h. l. disputat Goerenzius ad Cic. de Fin. 3, 2. pag. 314. Horum igitur virorum auctoritate verba *facta multisque occisis* uncis inclusimus. Caeterum in pugna Mantineensi Epaminondam et Gryllum, Xenophontis filium, obiisse, ex Ephori libro XXV. etiam Diogenes Laërtius refert 2, 54. quem locum a Marxio in *Ephori Fragmentis* omissum, Wyttenbachius supplevit *Philomathiae* Libro Tertio Amstelodami a. 1817. edito pag. 308. *Fortissime* etiam Gu. Ax. Ult. addunt.]

*Sparo em. percussum*] A Gryllo, Xenophontis filio, ut apud Athenienses et Thebanos fama erat. Mantineenses et Lacedaemonii a Machaerione factum volebant. (Vide *Pausan. Arcad. et Boeotic.*) *Plutarchus Agesilao* ab Anticrate quodam, La-(p. 440.) cone. *Bosius*. Leid. m. *pharo*. *Sparus* erat telum missile, nulla politum arte, ut docet J. Lud. de la Cerda ad locum Virgilii a viris doctis jam saepius citatum ex Lib. XI. Aen. vs. 682. et ex vocis sono conjiciunt idem esse, quod hodie ein Speer vocatur. Vide Cortium ad Sallust. Catilin. cap. 56. num. 3.

*Hujus casu*] Sic legendum, non ut omnes habent, quos quidem viderim, libri vulgati, *hujus causa*. Lamb. Leid. m. et Voss. A. *caussa*. B. *casu*. Pro *Boeotii* Voss. A. et B. [Gu. Ax.] *Boetii*, et ita semper. [ Gu. *causa*. Ita et Ax. non *casu*. Sed Ult. *casu*.]

*Hujus casu aliquantum retardati sunt Boeotii*] Animos et ardorem pugnandi parumper remiserunt. Tacitus 2. Annal. 21, 2. *Imprompto jam Arminio ob continua pericula, sive illum recens acceptum vulnus tardaverat*. Gebhardus. Pro *repugnantes* Voss. A. [Gu.] *repugnantis*. [Dan. Gu. Ax. *aliquantum*, sed Ed. Arg Ult. Long. et Mag. *aliquantulum*.]

*At Epaminondas*] De vulnere et ex eo consecuta Epaminondae morte paullo aliter narrat *Pausanias in Arcadicis*; sed cum nostro convenit *Diodorus* 15. itemque *Cicero fam. epist.* 5. 12. Buchnerus. Videri et *Aelianus* potest 12, 3. ac *Valer. Maxim.* 3, 2. itemque *Plut. in Apophthegm.* et *Justin.* 6, 8. Bosius.

*Mortiferum vulnus*] Mortale, lethale, θανάσιμον. Sic *Mortiferum bellum* Ennio Telamone: *Scibam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere*. M. Tullius pro Sextio: *Plaga insanabilis et mortifera*. Pro Sulla: *Accepit P. Sulla vehemens et mortiferum vulnus*. Gebhard. [Cod. Axen. *mort. vulnus se accepisse*.]

traxisset, animam statim emissurum, usque eo retinuit, quoad renuntiatum est, vicisse Boeotios. Id postquam 4
audivit, *satis*, inquit, *vixi: invictus enim morior.* Tum ferro extracto confestim exanimatus est.

*Statim emissurum*] Sic ex MSſ. emendavi. Ita *efflare animam* dixit *in Pausania* cap. 5, 4. *emittere spiritum* Marcianus in L. 18. §. *in quibus. De reb. dubiis.* et non semel Damasus de vita Pontificum. Jocose Plautus: *cave, ne quid emittat animae.* Savaro. Non probo factum Savaronis *emissurum* substituentis. Sic Cicero pro S. Roscio: *Per summum dedecus vitam amittere.* Auctor ad Herennium: *Decius amisit vitam, at non perdidit: recepit patriam, amisit animam.* Gebhard. Confirmat Savaronis lectionem et cod. Boecl. Nobiliss. *Schefferus* cenſebat ideo retinendam, quia simul reſpiciatur ad sanguinem et ejus fluxum, cum quo anima conjuncta. Vulgo erat *a missurum.* Boſius. Leid. m. Voſſ. A. B. item ms. Oxon. [Gu. Ult.] *emissurum. Emittere animam, spiritum, dimittere vitam* et *deponere animam* idem notant. Vide Muncker. ad Hyginum fab. 59. *emittere* et *amittere* saepius confundi docemur ex notis Burmanni ad Phaedrum Lib. 1. f. 13.

*Vicisse Boeotios*] Celeberrimum hoc praelium ad Mantineam (quo victores quidem extiterunt Thebani, verum una cum praeſtantiſſimo hoc eorum duce imperium suum amiſerunt) varia prodigia praeceſſerunt, quae Cicero Lib. 1. De Divinat. exponit. Xenophon in luctuosa toti Graeciae hac victoria hiſtoriae suae finem facit. *Ernstius.*

*Satis*, inquit, *vixi*] Vir fortis ac fidus patriae nunquam paratius et gloriosius occumbit, quam pro patriae salute. Tullius (p. 441.) Lib. 2. Tusc. Qu. c. 24. *Num tu ingemuisse Epaminondam putas, cum una cum sanguine vitam effluere sentiret? imperantem enim patriam Lacedaemoniis relinquebat, quam acceperat servientem.* Loccen. Voſſian. A. *satis, inquit, nixi.* Praecipue vero cum audivit, clypeum suum eſſe salvum, tum spiculum sibi evelli juſſit. Vide Lambinum, Perizon. Animadv. Hiſtor. cap. VII. p. 237. et Weſſ. ad Diod. Sicul. Lib. XV. cap. 87. lin. 78. Utrumque tamen rogavit, primo an *scutum esset servatum*, deinde *utri vicissent*, uti e Diodoro et Juſtino liquet. Orosius Lib. III. cap. 3. paullo aliter rem narrat, sed vide ibi Fabric. de verbis, quibus uſus esset, quum in tentorium vivus eſſet delatus, vide Interprr. ad Aelian. XII. V. H. 3.

*Confestim exanimatus est*] Τῦ δόρατος ἐξαιρεθέντος ἄνευ πάσης ταραχῆς ἐξέπνευσεν. Valer. *E corpore deinde suo hastam educi jussit, eoque vulnere exspiravit.* Gebhard. Servius ad Virg. Lib. 1. Aen. vers. 488. Exanimus *et* exanimis *dicimus*, *sicut* unanimus *et* unanimis, inermus *et* inermis. *Ergo pro nostro arbitrio aut secundae declinationis erunt, aut tertiae; sed tertiae ablativum singularem in* i. *amittunt, quia communis sunt generis.* Exanimis *autem est mortuus, ut hic indicat locus*, exanimatus *vero timens, ut:* Exanimata *inpingeret agmina muris.* Qui Lib. 4. Aen. vs. 672. sibi obloquitur ad illa verba: *Audiit exanimis trepidoque exterrita cursu*, dicens: Audiit exanimis, *id est exterrita; nam ut diximus,*

## CAP. X.

1 **Hic uxorem numquam duxit. In quo quum reprehenderetur, quod liberos non relinqueret, a Pelopida, qui**

Exanimatus, *mortuus est.* Pro *mortuo* usi sunt Suetonius in Caesare cap. 39. *Ac saepe prae turba elisi* exanimatique *sunt plurimi, et in his duo senatores.* Et A. Gellius Lib. 3. N. A. cap. 15. *Anus repente, filio viso, copia atque turba et quasi ruina incidentis inopinati gaudii oppressa* exanimataque est.

*Hic uxorem numquam duxit*] Tamen filium ejus Stesimbrotum memorat *Plutarchus in parallelis* pag. 308. e *Ctesiphontis tertio Boeoticorum:* uxorem (γυναῖκα) a Phoebida amatam *Polyaenus* 2, 2. *Gebhardus* tamen negat Polyaeni verba fidem nostro demere. Aliud enim, inquit, est, habere mulierem; aliud, γαμετήν. Uxorem quidem non duxisse testantur omnes Epaminondam; ast caput libenter cum scortis collimasse, apparet ex isto *Plutarchi* loco in παραγγέλμασιν: Ἄριστα δὲ ἀνθρώπων, inquit Philosophus, ὁ Ἐπαμινώνδας, ἀρνησάμενος δεηθέντι τῷ Πελοπίδᾳ τὸν κάπηλον ἐκ τῆς εἱρκτῆς ἀφεῖναι, καὶ μετ' ὀλίγον τῆς ἐρωμένης δεηθείσης ἀφεὶς, τοιαύτας, ἔφη, χάριτας, ὦ Πελοπίδα, λαμβάνειν ἑταιριδίοις, οὐ στρατηγοῖς, πρέπον ἐστίν. Haec *Gebhardus.* Bosius. Ctesiphon, cui sua debet Plutarchus, haud illustris auctor, est a Plutarcho solo citatus, sed raro. Vid. Voss. L. III. de Hist. Gr. pag. 350. et Fabr. Tom. I. Bibl. Gr. Lib. II. cap. 15. §. 26. praeterea quaestio est, an Plutarchi locus sit sanus; nam ab eodem Plut. in Pelopida p. 279. dicitur Epaminondas μονότροπον βίον ἀπ' ἀρχῆς ἑλόμενος, et μονότροπον βίον recte per *vitam caelibem* esse versum, docent sequentia. Πελοπίδᾳ δὲ ἦν μὲν γάμος λαμπρὸς, ἐγένοντο δὲ καὶ παῖδες. Polyaeni locus suspectus est Casaubono. Adde not. post.

(p. 442.) *Reprehenderetur, quod liber. non relinqueret*] Sic Ms. Boecl. et ante *Lambin.* vulgati. Leidensis paullo aliter, *reprehend. a Pelopida, quod l. n. rel.* Primus *Lambinus* illa *quod lib. non rel.* in alium locum conjecit, et illis, *maleque eum in eo patr. cons. diceret* subjunxit. Quem ceteri secure secuti sunt. Mihi suspecta sunt, et e cap. 5, 5. ab aliquo in ora libri adscripta videntur. *Bosius.* Sic etiam Leid. m. et Voss. B. [Gu. Ult. ut in textu legitur. Verissime Tzschuckius: *Cur verba quod — relinqueret rejiciantur, non satis caussae subesse puto, quum inprimis sequentia ex iis illustrentur et comprobentur.*]

*A Pelopida, qui filium habebat infamem, maleque eum in eo patriae consulere diceret*] Sc. Pelopidas, qui Nominativus ex praecedenti repetendus Ablativo *Pelopida.* De quo ellipseos genere plurima congessere Oudendorp. ad Frontinum lib. 4. Strateg. cap. 1. num. 136. et Th. Wopkens lib. 2. lection. Tullian.

qui filium habebat infamem, maleque eum in eo patriae consulere diceret, *vide*, inquit, *ne tu pejus con-* 2
*sulas, qui talem ex te natum relicturus sis. Neque vero stirps mihi potest deesse. Namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quae non modo mihi superstes, sed etiam immortalis sit necesse est.* Quo 3
tempore, duce Pelopida, exsules Thebas occuparunt, et praesidium Lacedaemoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, quam diu facta est caedes civium, domo

cap. 12. Quae Elliptica locutio utriusque linguae scriptoribus familiaris mire vexavit Virum Cel. J. Perizonium in Aeliano L. 8. V. H. cap. 17. Ὅτι Σκύθης ὁ Ἰνύκινος, τῶν Ζαγκλαίων μονάρχης ἀνέβη εἰς Ἀσίαν παρὰ βασιλέα *ΔΑΡΕΙΟΝ*, καὶ αὐτὸν ΈΝΟΜΙΣΕ (sc. *ΔΑΡΕΙΟΣ*) πάντων δικαιότατον ἀνδρῶν εἶναι. Consule ibi Abr. Gronovii notas. Caeterum, *quod liberos non relinqueret*, inserta forsan sunt ab iis, qui apud Diodorum l. l. legerant τελευτᾷς ἄτεκνος. et apud Val. Max. Lib. III. c. 2. ext. 5. qui narrat ipsum Epaminondam dixisse: *Orbus quoque, non tamen sine liberis morior.* etc. Quem vero scriptorem sit secutus Nepos, ignoro. Vid. not. post.

*Qui filium habebat infamem*] Ex *Plutarcho* cognoscere licet, filios aliquot Pelopidam ex uxore sua habuisse: sed neque quot fuerint, neque ullum ex iis infamem fuisse narrat. *Lambinus.* Pro *maleque* Leid. m. *male.* Paullo post pro *occupaverunt*, [quod Reuch. habet, Gu. Axen. Ult.] Leid. m. *occuparunt.*

*Ex me natam rel. pugnam Leuctr.*] Xenophon Lib. 7. dicit eum reliquisse duas filias, victoriam Leuctricam et Mantineensem. *Ernst.* Alteram, Mantineensem, addunt *Xenoph. h. Gr.* 7. *Diodor.* 15. *et Val. Maxim.* 3, 2. Bosius. [Gu. *N. v. stirps potest mihi d.* Pro *Namque* Ax. *Nam.*]

*Domo se tenuit*] *Lambinus* edidit, *domi se retinuit*, Aldinam et Paris. edd. sequutus. Quanquam ipse mallet *continuit*: quod *Gebhardus* recte rejecit. Qui vulgatam lectionem firmat illo Curtii 10, 5, 8. *Nec se ipsos intra vestibulum regiae* retinere *potuerunt.* Et altero Varronis:

*Si quis melodinis sit* ὄνος λύρας,
*Praesepibus se* retineat *forensibus.*

Ed. Col. *domo se retinuit.* Ven. *domum se retin.* Verum in optimis libris Dan. Sav. Leid. Boecler. erat, *domo se tenuit*: quomodo fere loquutus 18, 5, 7. 23, 12, 3. et 10, 9, 1. quare non dubitavi sic et hoc loco, praeeunte *Savarone*, rescribere. *Bos.* Etiam Leid. m. Voss. A. et B. item Oxon. *domo se tenuit.* De *domo* pro *domi* consule Muncker. ad Hyginum fab. 247. Idem usus obtinet in nominibus propriis. Ita in Milt. cap. 8. num. 3. Leid. et Voss. A. C. *Chersonesso* pro *Chersonesi.* In Chabria c. 3. num. 4. Cod. P. Dan. Leid. et Voss. B. *Timotheus Lesbo, Chares Sigeo.* Vide et Oudendorp. ad Julium Obsequentem c. 114. (p. 4?3.)

[redacted]



inter pugnandum sibi suisque sociis in memoriam pugnam Leuctricam revocantes. V. Diodor. Sicul. Lib. XVII. cap. 10. et seqq. Adnotant nonnulli, de quo tamen tacet Diodorus, non nisi Epaminondae, Pelopidae et Philonis posteris fuisse parcitum. Vid. Interprr. ad Aeliani L. XIII. c. 7. Quamvis autem Epaminondas praeferatur omnibus Graecorum ducibus, imo et Romanorum, juxta Aelian. Lib. VII. V. H. cap. 14. vid. et Diodor. Sicul. Lib. XV. cap. 39. et 88. de eo tamen Plut. in Philopoem. p. 363. Ἐφ᾽ ὃν εὐθὺς αἱρεθεὶς ἄρχων (Philopoemenes) καὶ ναυμαχίᾳ παραβαλλόμενος, τὸ τοῦ Ἐπαμεινώνδου παθεῖν ἔδοξε, πολὺ τῆς περὶ αὐτὸν ἀρετῆς καὶ τῆς δόξης ἀφαιρεθεὶς ἐν τῇ θαλάσσῃ κάκιον ἀγωνισάμενος. πλὴν Ἐπαμεινώνδαν μὲν ἔνιοι λέγουσιν ὀκνοῦντα γεῦσαι τῶν κατὰ θάλασσαν ὠφελειῶν τοὺς πολίτας, ὅπως αὐτῷ μὴ λάθωσιν, ἀντὶ μονίμων ὁπλιτῶν, κατὰ Πλάτωνα ναῦται γενόμενοι καὶ διαφθαρέντες, ἄπρακτοι ἐκ τῆς Ἀσίας καὶ τῶν νήσων ἀπελθεῖν ἑκουσίως.

# XVI. PELOPIDAS.

## CAP. I.

PELOPIDAS THEBANUS magis historicis, quam vulgo, notus. Cujus de virtutibus dubito quemadmodum exponam, quod vereor, ne, si res expli- 1

(p. 445.) PELOPIDAM narravere *Plutarchus in vita, Xenophon hist. Gr.* 5. *Diodorus* 15. *Polyaenus* 2. *Frontinus* 1, 5, 2. 3, 3, 8. 4, 7, 28. *Aelianus var. hist.* 11, 9. *Polybius* 6. et 8. *Pausanias in Boeoticis.* Boeclerus.

*Pelopidas Thebanus*] Suidas plenius: *Πελοπίδης ὁ τῦ Πέλοπος. Ernstius.* Hippocli filius, nobili Thebis genere: ut *Plutarchus* ait. Ad nostrum igitur haud pertinet, quod vir doctus e *Suida* adducit. *Bosius.* Pelopidam tamen fuisse pauperrimum docet Aelianus Lib. 2. V. H. c. 43. ubi caussam ejus paupertatis nobis aperit Perizonius in notis.

*Magis historicis, quam vulgo notus*] Secus atque Epaminondas, qui in ore paene omnium. Pelopidas autem tantum Historicorum scriptis memoratus, in quae vulgus non ita penetrat. Caeterum sive *historiis* sive *historicis* legas, res eodem recidit. Jul Capitolinus Vero: *Scio, plerosque ita vitam Marci ac Veri literis atque historiae dedicasse.* Gebh. Non autem accipiendum hoc de vulgo Thebanorum, ac si suis ignotus fuerit; sed de Romanis aut etiam Graecorum aliis. Quare non est, cur quis existimet, nostrum ab initio scripsisse, *non magis historicis etc.* Ceterum in vulgatis libris legitur *historiis*: sed nostrâm lectionem firmant cum manuscripti Dan. Schotti et Boecler. tum, ut jam *Lambino* et *Schotto* observatum, illa Ciceronis or. pro Mur. cap. 7. *Tua vero nobilitas, Ser. Sulpici, tametsi summa est, tamen hominibus literatis et historicis notior est, populo vero et suffragatoribus obscurior.* Bosius. Leid. m. et Voss. A. B. [Gu. Ult.] *historicis.* Verbum *dubito* abest a meo Leidensi.

*Ne, si res explicare*] *Lambinus* ait, quosdam legendum putare, *si eas expl.* virtutes scilicet; idque probat: ita tamen, ut etiam hanc lectionem ferri putet posse, ut res gestas Pelopidae significarit, et *res summis rerum* opponi intelligamus. Verum nihil mutandum est. Neque tam *res* et *rerum summae* invi-

care incipiam, non vitam ejus enarrare, sed historiam videar scribere; si tantummodo summas attigero, ne rudibus litterarum Graecarum minus lucide appareat, quantus fuerit ille vir. Itaque utrique rei occurram, quantum potero, et medebor cum satietati tum ignorantiae lectorum. Phoebidas Lacedaemonius, quum ex-

ecm sibi opponuntur, quam *res explicare*, et *rerum summas attingere*. Illud pleniorem narrationem designat, idemque est ac *rationem gestorum explicare*, 14, 1, 2. hoc brevem et compendiosam. Porro plerisque edd. τὸ *ne* abest: *Lambiniana* tamen habet, nescio unde desumtum. Neque enim in *commentario* quidquam de eo adnotat. Et certe vix potest abesse. Nemo namque veterum, quod sciam, hanc particulam post Verbum (p. 446.) *vereor*, in hoc structurae genere omisit. Quocirca expungere eam nolui. Posset tamen etiam alio loco, post τὸ *incipiam*, inseri, legique, *ne non vit. ejus*. ut a librariis ob continens *non* omissa fuerit. Sed magis tamen placet mihi *Lambinianus* verborum ordo. Atque sic et *Cicero* solet. ut de orat. 3, 9. *ne*, *si paullo obsoletior fuerit oratio, non digna exspectatione fuisse videatur*. Bosius. In alia sententia est Heusingerus; sed Codices et Ciceronis locus a Bosio adductus Bosianam satis defendunt. [Etiam in Axen. Gu. Ult. *ne* omittitur. Heusingerus edidit: *quod vereor, si res exp. incipiam*, *ne non v.*]

*Sed historiam*] Oportuisset enim ea etiam, quae superius de Epaminonda dicta, aliaque non pauca ab eo gesta heic repetere, quae, ut infra auctor memorat, communia cum eo habuit Pelopidas. *Ernstius*. Vid. Ind. *historia*. Similiter et alii locuti, de quo vide *Savaron. ad Sidon.* 1, epist. 2. *Bosius*. Pro *attigero* Voss. B. *attingerem*. [Ax. *hist. scribere videar*. Tum Ult. *sin tant.* Dan. Gu. *Graecarum litterarum*.]

*Lucide*] Exc. Dan. *dilucide*. quomodo Terentius Phorm. 2, 3, 52. *Dilucide expedivi, quis me oportuit.* Sed simplici *lucide* etiam Cicero usus 2. de orat. cap. 25. *ut verbum illud, quod caussam facit, lucide breviterque definiatur*. Apud eundem Lib. 3. ejusd. operis cap. 10. in quibusd. libb. *puri lucidique sermonis* mentio. Mox Dan. et Boecler. *quantum potuero*. ille etiam, *tum satietati*. Bosius. Pro *potero* Voss. B. *potuero*. Verbum *occurram* eleganter mox ipse explicat per *medebor*, positum quippe pro succurram, opem feram, de qua verbi notione egere Burmannus ad Epistolam Demophoontis Phyllidi, a Sabino versibus conscriptam, vs. 19. et Snakenburg. ad Curtium L. 7. cap. 5. §. 10. Pro *cum satietati*, *tum ignorantiae* Voss. A. *tum satietati tum ignorantiae*. Haec saepe in iisdem Codicibus miro confunduntur. Sic vidimus in praefatione §. 8. Codicem Vossianum litera A. distinctum scribere, cum *magnitudo voluminis prohibet*, *tum festinatio*: ubi Vulgati edd. et Voss. B. tum *magnitudo voluminis prohibet*, tum *festinatio*, exhibent, et Leid. m. *Magnitudo vol. p.* tum *festinatio*. in Pausania c. 3. num. 3. Leid. et Voss. A. cum *patriae*, tum *sibi inimica*. B. *tum patriae*, *tum sibi inimica*. in Cimone cap. 2. num. 1. Leid. m.

m Olynthum duceret, iterque per Thebas faceret, oppidi, quae Cadmea nominatur, occupavit im- perpaucorum Thebanorum, qui, adversariae fac- quo facilius resisterent, Laconum rebus studebant; suo privato, non publico, fecit consilio. Quo 3

'. B. tum *juris civilis* tum *itaris*; contra vero Voff. i *juris civilis*, cum *rei* -*is*. Vide et eandem MſT. ım varietatem in Alcibiade num. 5. *Qua ex re cre-* :um *fama*, tum *opibus*. et v. Arntzenium ad Victo- : Orig. G. R. c. 11. n. 3. *ucide*, et in margine: *Al.* *le. Potuero* etiam Gu. sed *tero*. V. ad 25, 19; 1. Ea- ım Gu. Ax. *tum sat.*]

*nthum duceret*] Auxilio ae Macedonis, qui socie- um Lacedaemoniis inita, um cunctis viribus medi- r oppugnare. *Gebhardus.* ıarrat *Diodorus* 15. p. 467. llo aliter *Xenoph. hist.* Bofius.

:*m oppidi occup.*] Prolixe ;.) de hoc *Xenophon l. c.* -*chus Pelopida*; brevius ›*rus* 15. pag. 468. aliique. *s.*

*ulsu perpaucorum*] Fue- ıi Archias, Leontides, et pus, homines principatu n et divitiis clari, sed ni- ›deſtum sentientes, ut in- *Plutarchus* pag. 280. Ma- Conſulendus ad h. l. est nus. et adde Plut. in A- ag. 609. ubi dicit, Phoebi- er Archian et Leontidan ı fuiſſe ingreſſum, et occu- ırcem, et quidem pacis et ·is tempore, sive *ἐν σπον... καὶ εἰρήνῃ*. et Ariſtidem in :ica prima pag. 429, 430. on Plut. Tom. II. de genio tis pag. 575. Ariſtides The- ›id. pag. 409. Phoebidam arcem occupaſſe non com- muni consensu, sed ipſorum Thebanorum novis rebus ſtudentium consilio, nec adſirmare, nec negare audet. Diod. Sicul. Lib. xv. cap. 20. num. 20. dicit Lacedaemonios Ducibus clam in mandatis dediſſe, ut occuparent Cadmeam, et ita Phoebidam hujus mandati memorem eam invaſiſſe. adde not. poſt. et Ariſtid. Or. Leuctr. tertia pag. 448. Pro *perpaucorum* Leid. et Voff. A. *Paucorum*. pro *impulsu* Voff. B. *impulsum*. et paullo ante pro *Cadmea* Voff. A. *Cadmei*. [Ax. Gu. *paucorum*. MS. Boecl. *impulsum paucorum*. Ult. *perpaucorum*, et in margine: *Al. paucorum.*]

*Adversariae factioni*] Viris adverſariae factionis, Ismeniae, Pelopidae, Pherenico, Androclidae, Epaminondae: quanquam hic propter paupertatem et philosophiam minus timebatur. *Lambinus.*

*Quo facilius resisterent, Lacon. reb. stud.*] Vide *Xenoph. l. c.* pag. 556. *Bosius.*

*Idque suo privato*] Et Agesilai, ut *Plut. in Agesil.* teſtatum reliquit. *Magius.* Imo et publico, sed occultato, ut *Polyb.* 4, et *Diod. Sic.* teſtantur. Sed ut privato ausu, non publica auctoritate feciſſe videretur, Spartani eum dicis cauſſa mulctarunt; re vero ipsa ejus factum tacite approbarunt. Quod eventus oſtendit: dum arcem Thebanis non reddiderunt, quam contra foedus occuparat Phoebidas. Agesilaus hoc ita excuſavit, quod rem patriae utile feciſſet antiqua lege, quae intuitu utilitatis publicae

[redacted]



facto eum Lacedaemonii ab exercitu removerunt pecuniaque multarunt, neque eo magis arcem Thebanis reddiderunt, quod susceptis inimicitiis satius ducebant eos obsideri, quam liberari. Nam post Peloponnesium bellum Athenasque devictas cum Thebanis sibi rem esse existimabant, et eos esse solos, qui adversus resi-
4 stere auderent. Hac mente amicis suis summas potesta-

aliquid raptim et ex tempore agere permitteret. *ἀρχαῖον εἶναι νόμιμον, ἐξεῖναι τὰ τοιαῦτα αὐτοσχεδιάζειν.* *Loccenius.* Hinc Plut. pag. 280. addit: *οἱ μὲν ἄλλοι πάντες Ἕλληνες ἐθαύμαζον τὴν ἀτοπίαν, εἰ τὸν μὲν πράξαντα κολάζουσιν, τὴν δὲ πρᾶξιν δοκιμάζουσιν.* et Tom. II. p. 576. de Genio Socratis. Hinc Thebani post pugnam Leuctricam Spartanis litem intenderunt in Amphictyonum judicio, de quo Diod. Sicul. Lib. xvi. cap. 29. De hac Spartanorum et Phoebidae injustitia Polybius Lib. iv. c. 27. Hic Phoebidas postea cecidit, Lacedaemoniis ad Thespias fusis fugatisque. v. Plut. Pelop. pag. 285. sed non sine gloria. v. Diodor. Sicul. Lib. xv. cap. 33. et Xenophont. Lib. v. Hist. Gr. p. 449. de tempore vide Casaub. ad Aeneae Tactica pag. 1762. c. 24. Pro *suo privato* Voss. B. *suae privatae*.

*Pecuniaque multarunt* Decem myriadibus drachmarum, ut *Plut. Pelopida* ait. Quod autem idem in *praeceptis ger. reip.* ab Agesilao servatum scribit, id recte *Magius* de poena capitis interpretatur. *Bosius.*

(p. 448.) *Susceptis inimicitiis*] Quid sit *suscipere inimicitias* docuere Eruditi Lipsienses in Actis M. Aprilis. A. 1731. p. 194. et Cortius ad Ciceron. L. 2. ad Fam. Ep. 18. num. 2. Polybius Lib. iv. c. 27. *τὴν δὲ φρουρὰν οὐκ ἐξήγαγον.* pro quo Nepos dicit: *Neque eo magis arcem Thebanis reddiderunt.* Nempe ut Lacedaemonii Thebanos in sua retinerent potestate. Hinc Lacedaemonii hoc tempore dicti sunt: *Θηβαίων ἄρξαντες.* v. Periz. ad Aelian. Lib. iv. V. H. c. 8. num. 2.

*Peloponnesium bellum*] Leid. et Voss. A. *Peloponensium bellum.*

*Qui adversus resistere*] Nihil mutandum: quod Lambinus imperite conatur. *Gebhard.* Lambinus hoc genus loquendi miratur. Credam, Eruditissimum Virum, ut saepe accidere solet, alio contulisse animum, cum id scripserit: cum mea quidem sententia nihil dici possit planius, quam quod soli Thebani auderent adversus resistere, nempe Lacedaemoniis. Dixit Nepos *adversus* sive *adversum resistere*, ut est in Ms. nostro Cod. per *ἀντέξησιν.* *Ernst.* Lambino mirum loquendi genus videtur, putatque legendum, *qui sibi resist. aud.* vel certe, *qui se adversus*, seu *adversus se.* quod postremum et *Barthio* placebat. Sed constantem omnium librorum lectionem facile tuetur locutio similis 17, 4, 7. vide Ind. in *adversus.* Bosius.

*Amicis suis summas potestates dederant*] Potentiae paucorum fautoribus, quales erant Thebis Archias, Leontidas, Philippus. *Lambinus.* Quorum impulsu et arcem ceperant. *Longolius.* Supra Lysandro: *Decem delegerat in unaquaque civitate,*

tes dederant, alteriusque factionis principes partim interfecerant, alios in exsilium ejecerant, in quibus Pelopidas hic, de quo scribere exorsi sumus, pulsus patria carebat.

*quibus summum imperium potestatem omnium rerum committeret.* Xenophon Lib. 5. Hellen. *Τȣ́τȣ γενομένȣ ἐνόμιζε τὰς Θήβας παντάπασιν ὑπὸ τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ ἡμῖν τοῖς ὑμετέροις φίλοις ἔσεσθαι. Gebh.*

*Alteriusque factionis principes etc.*] Ismeniam capitis accusatum damnarunt: Androclidas, Pelopidas, Pherenicus, et multi alii, plus cccc. Athenas profugerunt, ex quibus Androclidem Leontidas dolo interficiendum curavit; ut *Xenophon* et *Plutarchus* narrant. *Lambinus.* Copulam *que* restitui e libb. Dan. et Boecl. nam vulgatis abest, etiam optimis. *Bosius.* Pro *Summas potestates* Voss. B. [Boecl. Ax.] *summam potestatem.* Pro *alterius factionis* Leid. m. *alteriusque factionis.* Verbum *carebat* abest a Vossiano A. [Ult. cum omnibus ante Bosium excusis *alterius*, omissa copula, quam et Gu. Ax. addunt.]

## CAP. II.

Hi omnes fere Athenas se contulerant, non quo 1
sequerentur otium, sed ut, quemque ex proximo lo-
cum fors obtulisset, eo patriam recuperare niterentur.
Itaque quum tempus est visum rei gerendae, commu- 2
niter cum his, qui Thebis idem sentiebant, diem de-

(p. 449.) *Quo seq.*] Sic e membr. suis et Ultraject. edit. *Schottus*; itemque Exc. Daniel. Alii *ut seq.* Bosius. Leid. m. et Voss. A. *ut seq.* et pro *contulerant* idem Voss. *contulerunt.* Pro *fors* Voss. B. *sors.* quas voces saepius permutari docet J. Arntzenius ad Victorem de V. Ill. cap. 13. num. 1. *offerre* proprie hic adhibetur ab Auctore nostro, ut et a Livio Lib. 2. c. 23. *Pauci admodum Patrum, quos casus obtulerat, contracti ad consules.* Lib. 25. cap. 29. *Quosque fors obtulit.* Hirtius Bello Alex. c. 22. *Quandocumque fors obtulerat.* ex restitutione Arntzenii. Locutionem *sequi otium* explicat Burm ad Phaedri Lib. v. f. 1. vs. 7. Pro *delegerunt* Voss. B. *elegerunt.* Saepe haec duo verba commutantur. Vide Oudendorp. ad Frontinum Lib. 1. strategemat. cap. 1, n. 48. quod verbum recte defendit Burmannus ad Quinctilian. Instit. Orat. L. 1. cap. 3. Graevius vero ad Justinum Lib. 2. cap. 10. citat: *Diem legerunt, quo Maximi Magi-*

[redacted]



legerunt ad inimicos opprimendos civitatemque liberandam eum, quo maximi magistratus simul consueverant epu-
3 lari. Magnae saepe res non ita magnis copiis sunt gestae, sed profecto numquam ab tam tenui initio tantae

*stratus simul consueverunt epulari.* pro *ab tam tenui* [Dan. Gu. Ax.] Voss. B. *tam ab tenui.* [Gu. *Hii*, ut infra 2, 4. Idem cum Ax. *non quo*, ut etiam Boeclerus edidit. *Quemque* h. l. est *quemcunque*, quod ipsum, invitis libris omnibus, Lambinus reposuit. Vide, quos Heusingerus laudat, Cortium ad Sallust. Cat. 6, 3. 17, 7. et Gronov. ac Drakenborch. ad Liv. 1, 24, 3.]

*Quo maximi magistr.*] Haec lectio est editionum vett. plerarumque, et quarundam e recentioribus, quibus concinunt MSS. Dan. Sav. Schotti; quorum nemo adnotavit, *τὸ maximi* abesse. Etiam Boecler. et Leid. habent, etsi corrupti. nam ille: *cum quoque maximi magistr. similiter cons. ep.* hic: *eum quo maximus magistr. s. c. e.* Et res ipsa retineri jubet. Neque enim omnes Thebanorum magistratus una epulabantur, sed Polemarchi tantum, Archias et Philippus, cum paucis aliis, ut *Xenophon* ac *Plutarchus*, qui prolixe rem narrant, tradunt. Hos *maximos magistratus* dixit. *Bosius.* Omnes mei *maximi magistratus.* praeterquam quod Voss. B. exhibet, *cum quoque maximi magistratus.* Heus. monet, Axen. scribere *quo diem. m.* non male. Pro *consueverant* Leid. m. [Dan. Gu.] *consuerant.* Voss. A. *consuerat.* Pro *saepe* Leid. m. *spe. magistratus* h. l. in pl. N. more Latinis usitato, de collegio adhibuit Noster. quomodo Sallustius in Catilina cap. 30. *Romae per totam urbem vigiliae haberentur, iisque minores magistratus praeessent.* in Themistocle c. 7. n. 4. *Hos postquam Athenas pervenisse ratus est, ad magistratus senatumque Lacedaemoniorum adiit.* ita ibi cum Oudendorpio legendum. Quam lectionem ibi confirmatam vidimus loco Terentii in Phorm. 2, 3, 56. *At tu, qui sapiens es, magistratus adi.* qui locus nos monet, ut in Eunuchi prologo vs. 22. Codicum quorumdam scripturam amplectamur, exhibentium, Magistratus *cum ibi ad-* (p. 450.) *essent, occepta'st agi.* In Lysandro cap. 4. n. 3. quantum ex collatione Oudendorpii conjicere mihi licuit, in Cod. Leidensi scriptum fuit: *Postquam de suis rebus gestis apud* maximos magistratus, *quae voluerat, dixerat.* et in Epaminonda cap. 4. non refragarer, si quis *Ego te tradam magistratibus* legeret. Vide Graevium ad Justinum Lib. 2. cap. 20. Quum vero indicatur quis munere quodam publico fungi, dicitur *in magistratu esse*, ut vidimus ad caput quartum Chabriae, vel etiam *magistratus* nuncupatur. Vellejus Paterculus Lib. 2. c. 42. *Longum est narrare, quid et quoties ausus sit, quanto opere conata ejus, qui obtinebat Asiam* magistratus *P. R. metu suo destituerit.* Plinius Lib. III. N. H. Sect. 9. p. 152. dixit *scripsit Nicodoro Atheniensium magistratu*, pro magistratum gerente Athenis; sed Nepoti hoc non est proprium. [Axen. legit *liberandam, quo die*, sine *eum*, quod, cum *die* repetatur, commode abesse potest. *Mosche.* Hanc dicendi formam inprimis Caesar frequentavit. B. Gall. 1, 16. *Diem instare, quo die frumentum militibus metiri opor-*

opes sunt profligatae. Nam duodecim adolescentuli coierunt ex his, qui exsilio erant multati, quum omnino non essent amplius centum, qui tanto se offerrent periculo. Qua paucitate perculsa est Lacedaemoniorum potentia. Hi enim non magis adversariorum factioni, 4

*teret*. V. Oudendorp. ad B. G. 2 18. princ. Vocem *maximi*, quae in Boecl. ed. operarum vitio omissa est, reliquae omnes cum Gu. Ax. Ult. addunt. Ab Ax. *simul* ante *consueverant* abest.]

*Simul consuev. epulari*] *Xenophon* ait, Aphrodisia sub finem magistratus in polemarcheo celebrasse. Lib. v. Hell. p. 443. Verum *Plutarchus* cum in *Pelopida*, tum in *lib. de genio Socratis*, a Phyllida eorum scriba convivio exceptos scribit. *Bosius*. Adde Lambin. Sicut autem post Codrum Athenis, ita post Xanthum nemo Thebis regnavit. v. Pausan. Lib. ix. cap. 5. in f. deinde summa rerum fuit penes *Boeotarchas*, de quorum numero consule Cel. J. Perizon. ad Aelian. Lib. vii. V. H. cap. 14. §. 12. et Wess. ad Diod. Sic. Lib. xv. cap. 53. num. 85. Sed Bosius ostendit, per *maximi magistratus* non omnes Boeotarchas intelligendos, sed tantum Polemarchos, Archiam et Philippum cum paucis aliis. Si Aphrodisia agitarint, non mirum est, vino sese obruisse; nam festis diebus in genere Thebani vino sese ingurgitabant, unde Plut. ad Princip. Indoctum p. 781. *ὁ δὲ Ἐπαμινώνδας εἰς ἑορτήν τινα καὶ πότον ἀνειμένως τῶν Θηβαίων ῥυέντων, μόνος ἐφώδευε τὰ ὅπλα καὶ τὰ τείχη, νήφειν λέγων, καὶ ἀγρυπνεῖν, ὅπως ἐξῇ τοῖς ἄλλοις μεθύειν, καὶ καθεύδειν.*

*Duodecim adolesc.*] In his Melon, Damoclides et Theopompus, summo loco nati. *Plut*. pag. 281. Schottus. *Xenophon* tradit, sex duntaxat exsules fuisse cum Melone; qui erat septimus. *Plutarchus* cum Probo congruit. *Lambin*. Plut. vero pag. 282. addit, in domum Charonis cum exsulibus devenisse octo et quadraginta, et Tom. II. de Socratis genio pag. 594. Sed hic agitur tantum de iis, qui societatem hanc inierunt.

*Qui tanto se offerrent periculo*] Ita est se exponerent, tantum adirent periculum. Cicero Lib. 10. ad Fam. Ep. 18. *Non dubitandum putavi, quin succurrerem, meque communi periculo offerrem*. Justinus Lib. 9. cap. 8. *Pater de convivio in hostem procurrere, manum conserere, periculis se temere offerre*, et ita centies. ut et *offerre se pugnae, invidiae, et similibus*.

*Qua paucit. perculsa*] Sic q. edd. ut infra *versu* 4. Reliqui *percussa*. Bosius. Omnes mei *percussa*. [Gu. Ax. Ult. cum omnibus ante Bosium excusis *percussa*, non *perculsa*, quod Lambinus in *aliis*, quos tamen non nominat, esse scribit. Verissime Heusingerus: *Omnes libri percussa est. Neque tamen hic consensus vincit, non esse legendum perculsa est. Nusquam fere non ita errarunt librarii. V. Bentlej. ad Horat. Epod.* 11, 2.]

*Perculsa est Laced. pot.*] Nam (p. 481.) bellum, quod Spartae dignitatem ac majestatem fregit, quodque Lacedaemonios maris et terrae imperio spoliavit, ex illa nocte, qua hi xii. juvenes Thebani tyrannos oppresserunt, natum est. Sic *Plutarchus Pe-*

[redacted]



quam Spartanis eo tempore bellum intulerunt, qui principes erant totius Graeciae; quorum imperii majestas, neque ita multo post, Leuctrica pugna, ab hoc initio perculsa, concidit. Illi igitur duodecim, quorum erat dux Pelopidas, quum Athenis interdiu exissent, ut vesperascente coelo Thebas possent pervenire, cum ca-

*lopida* et *Diodorus* 15. Lamb. Pro *Spartanis* Voss. B. *spartani.* [Schulthesius adnotante Bremio, pro *qui principes erant totius Graeciae* Cornelium scripsisse arbitratur *quo* (i. e. tempore) *pr. e. t. G.*]

*Imperii majestas*] Recte consensu quodam restituta vox *imperii*, et tam vulgatum *imperio* quam *τὸ imperiosa* Lambini rejectum est praeeuntibus libris melioribus Dan. Sav. Schotti, Boecl. Leid. neptum et valde coactum est, *majestatem imperio* dici pro *in imperio*, vel *imperii*. Longe aliud est *fulgor ab auro* et similia. Vide Ind. v. *majestas*. Recte quoque *Lambinus*, *Leuctrica pugna*, ablativo casu rescribendum, et, ut nunc legitur, locum distinguendum censuit concinentibus codd. Dan. et Boecl. [Gu. Ax. Ult.] Nam illa *neque ita multo post* seorsim accipi debent: quomodo 4, 3, 1. illa, *post non multo*. Vult scil. quinquennio post, quando Leuctrica pugna commissa est, id factum esse. Quod vulgo, et in MSS. Sav. Sch. aliisque habetur, *neque ita multo post pugnam Leuctricam* nescio quomodo non satis congruens genio Nepotis mihi quidem videtur. Et, si de Mantinensi praelio accipias (quo Lacedaemonios funditus corruisse et principatum Graeciae *ἀνελπίστως* amisisse, *Diodorus* 16. p. 474. scribit) ne quidem verum fuerit. Nam id toto octennio Leuctrico posterius fuit. Ne nunc dicam, res Thebanorum potius pugna ad Mantineam concidisse: sic enim exserte *Diodorus* 15. pag. 498. Restabat, ut *τὸ concidit* fide codd. Dan. Sav. Sch. Boecl. reponeretur; quod ego sine ulla haesitatione feci, cum et alibi noster hoc sensu id usurparit. Confer 17, 5, 2. et 19, 2, 4. In Cod. Boecler. erat *percussa*, vitiose, ut arbitror. *Bosius.* Voss. A. et B. etiam exhibent *imperii majestas*. Pro *post Leuctrica pugna* Leid. et Voss. A. *post Leuctricam pugnam*. pro *perculsa* solus Voss. B. *percussa*. Centies haec duo verba confundi in Mss. a viris doctis satis superque monstratum est. Vide Gebhardum ad Dion. cap. 5. num. 3. et ad Eumenis vitam cap. 5. Broukh. ad Propert. Lib. 1. El. 1. vs. 13. Cortium ad Sallust. Catilin. cap. 43. num. 2. et quos laudat Oudendorpius ad Lucanum Lib. 1. vs. 487. Codicum MSS. plurimorum auctoritatem sic sequar, qui legunt *perculsa*; quoniam viri docti adnotarunt, verbum *percellere* notare evertere, pervertere, perturbare, ab omni conatu resistendi, aut vindicandi dejicere, in terram dare, sive prosternere, ubi in pugna res geritur. [Gu. Bosii lectionem in omnibus confirmat. Ult. habet *imperio* et *perculsa cecidit*. Ax. *percussa concidit*, non *perculsa conc.*]

*Vesperascente coelo*] Xenophon tradit, eos ea hora ad urbis portas venisse, qua ab opere rustico in urbem ii redeunt, qui postremi et maxime sero redeunt. *Lambinus.* Diodorus *noctu* rediisse ait; Plutarchus pag. 281.

nibus venaticis exierunt, retia ferentes, vestitu agresti, quo minore suspicione facerent iter. Qui quum tempore ipso, quo studuerant, pervenissent, domum Charonis devenerunt, a quo et tempus et dies erat datus.

*ἔτι ἡμέρας οὔσης*, et aëre ob ventum et nivem mutari incipiente, eoque plerisque civium in aedes suas ob tempestatem reversis. *Bosius.* Plut. de Socratis Genio Tom. II. pag. 576. latius rem describit. [*Quum existsent* — — *exierunt* minus eleganter. Sed talia in Nostro passim objiciuntur. *Tzschuckius.* v. supra ad 7, 1, 2. Ita mox *quum pervenissent* — — *devenerunt*, et 17 8, 3. *fama quum esset perlata*, — — *munera* — *sunt allata*. Pro *erat dux* Ax. Gu. Ult. *dux erat.*]

(p.452.) *Vesperascente coelo*] Crebro ad id exemplum loquitur Tacitus Lib. 1. Annal. c. 65. *Enisaeque legiones* vesperascente *die in aperta et solida.* Lib. 16. cap. 34. *Tum ad Thraseam in hortis agentem Quaestor consulis missus* vesperascente *jam die.* Lib. 2. Histor. cap. 49. Vesperascente *die sitem haustu gelidae aquae sedavit.* Forte ita corrigendus Sallustius in Jugurthino: *Et jam dies vesperaverat.* vulgo editum: *Et jam die vesper erat.* Gebh.

*Quo studuerant*] Subaudi *pervenire.* Sic et 14, 4, 4. Non igitur opus corrigere *statuerant.* Bosius.

*Domum Charonis devenerunt*] Charon autem potens et dives fuit Thebis, qui domum conjuratis obtulerat, et ad Plataeas feliciter pugnaverat. Ad quem etiam Leuctricae pugnae laudem Meneclides orator invidiose transferebat. *Plutarchus* auctor. *Schottus. Lambini* judicio vera scriptura est *deverterunt;* quomodo Cicero pro Dejotaro: *cum domum regis devertisset.* Sed nulla mutatione opus. Usus eodem verbo mox c. 3, 1. *Bos.* Verbum *deverterunt*, quod invedit. Lambini legitur, satis defendi, facileque admitti posset, vide de hoc verbo Burm. ad Ovidium Lib. 2. Amor. El. 6. vs. 9. sed omnes, quos inspexi Codices *devenerunt* exhibent. pro *Charonis* Voss. A. et B. *Caronis.* Hic domum suam praebiturum se promiserat, sed res ipsa clanculum pertractata fuerat antea in aedibus Simmiae. v. Plut. Tom. II. de Genio Socratis pag. 576. ubi plura de hoc Simmia et Charone, qui Simmias fuit discipulus Socratis. v. pag. 588. et de Charone pluribus Plut. pag. 282, 283. 290, 291. [Gu. Ult. *devenerunt.* Ax. Gu. *Caronis.*]

*A quo et tempus*] Quid sibi vult et *tempus* et *dies?* nonne idem sunt *tempus* et *dies*? utrum tempus diei significat, an anni? Ita *Lambinus:* plane ridicule. Tempus enim diei intelligi, poterat ex antecedd. discere: *cum tempore ipso, quo studuerant, pervenissent.* Sensus igitur est, et diem, et tempus diei Charonem significasse. Nec male *tempus* et *dies* exponas tempus diei, per figuram, quam Graeci *ἓν διὰ δυοῖν* vocant. *Tempus* opportunitatem interpretari, hoc quidem loco, opus non est. *Bosius.* Hunc loquendi modum contra Lambinum defendit Cl. Burmannus ad Quinctilian. Lib. 3. Institut. Orat. cap. 6. Hic etiam Juvenes monendi sunt, saepe Adjectiva cum proximis Substantivis convenire, vide Eruditos Lipsienses in Actis suis M. Apri-

[redacted]



lis A. 1731. pag. 190. Cic. 10. ad Fam. Ep. 11. *Hoc tibi spondeo, mi Cicero, neque animum nec diligentiam defuturam.* Imo etiam si priora substantiva numeri sint diversi. Livius Lib. 3. c. 7. *Deserta omnia sine capite, sine viribus, Dii praesides ac fortuna urbis tutata est*, ubi verbum etiam proximae respondet personae, quomodo apud Ovidium et in Codice Thysiano legitur 1. M. vs. 99. *Non galeae, non ensis erat.* Vide Oudendorp. ad Lucanum Lib. 1. vs. 422. Praeterea saepe veteres, uti et ex h. l. patet, duobus Nominativis pluribusve junxisse verbum singularis numeri docuere Burmannus ad Phaedrum Lib. 4. fab. 21. vs. 10. et Cortius ad Sallustium B. Catilin. cap. 12. n. 1. Nonnumquam etiam remotioris substantivi genus praevalet. v. Burm. ad Ovid. iv. Ms. 177. et laudatos Lipsienses, et Oud. ad J. Caes. ii. B. G. 7.

## CAP. III.

1 Hoc loco libet interponere, etsi sejunctum ab re proposita est, nimia fiducia quantae calamitati soleat esse. Nam magistratuum Thebanorum statim ad aures pervenit, exsules in urbem devenisse. Id illi, vino epulisque dediti, usque eo despexerunt, ut ne quae-

(p. 453.) *Hoc loco libet interp.*] De formulae hujus usu vide Ind. *libet.* Bos.

*Ab re posita*] οὐκ ἀνοίκειον τῆς πραγματείας. *Gebh.* Sic Ms. Boecler. Reliqui tam editi quam scripti, *a re posita. Lambinus* tamen, *a re proposita.* quem alii postea sequuti sunt. Atque sic et Dan. *ab re proposita.* Mihi simplex rectum videtur. *Ponere* est referre, narrare, etiam optimis scriptoribus. Noster 15, 6, 1. *in eisque hoc posuisset etc.* Celsus 7, 9. *quod de cancro supra posui.* Bosius. Leid. m. et Voss. B. *Ab re posita.* Contra Codices hic non lego *proposita.* pro *devenisse* Voss. B. *venisse.* [MS. Boecl. Axen. *ab re posita*, omisso verbo *est.* Gu. *ab re posita est.* Sed Ult. *ab re proposita est.* Optime. *Proposita* est *ab initio posita*, notante Heusingero, qui Cic. ep. ad div. 2, 6, 8. Offic. 1, 9. 2, 3. 3, 2. et Coel. in epist. Cicer. 8, 10, 5. laudat, Heusingerum Tzschuckiumque secuti *proposita* in textum recepimus.]

*Quantae calamitati*] In Boecler. corrupte erat, *quanta calliditate sol. esse*, et mox, *venisse.* Bosius. Ax. *quanta calamitate calliditate.* Utrumque est a manu prima, eademque verba *calamitate* puncta supposuisse videtur, cum potius *calliditate* his damnationis signis notandum fuisset. Caeterum *e* atque *i* saepius inter se commutantur. *Mosche.* Gu. *quantae calliditati.* Idem cum Ax. Ult. *venisse. Eo* post *usque* ab Ax. Gu. abest.]

rere quidem de tanta re laborarint. Accessit etiam,
quod magis aperiret eorum dementiam. Allata est enim 2
epistola Athenis ab Archia [hierophante] uni ex his,

*Ut ne quaerere quidem*] Immo, si *Plutarcho* pag. 282, 283. credimus, quaesiere ex Charone ad se accito, sed jam ebrii et negligenter. De epiſtola hac plane nihil *Xenophon.* Bos. *Quaerere* hic notat inquirere. Cicero Lib. 1. Academ. Quaeſt. cap. 4. *Ut de virtutibus et vitiis, omninoque de bonis rebus et malis* quaereret; *coelestia autem vel procul esse a nostra cognitione censeret.* Lib. 9. ad Fam. Ep. 2. *Navare remp. et de moribus ac legibus,* quaerere. Hyginus fab. 27. *Rex diligentius* quaerit, *et in custodium eum conjici jussit.* et de amatoribus Ovidius Epiſt. 17. Heroid. vs. 198.

> *Nec tamen ipse negas: et nobis omnia de te*
> Quaerere, *si nescis, maxima cura fuit.*

v. ibi Burm. pro *de tanta re lab.* Voſſ. *de tanta lab.*

*Ab Archia*] Archiae nomen fuit antiquiſſimum, pluribus proprium, licet non sint ejusdem civitatis; unus enim ex Heraclidis nomine Archias Syracuſas condidit. v. Thucydid. Lib. vi. cap. 3. et quos ibi laudat Dukerus. De Archia, qui demo Pitanates, et Lacedaemonius erat, et de ejus avo Archia Herodotus agit Lib. iii. cap. 55. *Archias* puer a poculis jam vocatus fuit, quem condylo interfecit Hercules juxta Hellanicum apud Athenaeum Lib. ix. cap. 18. in f. sive pag. 410. inter Archontas Athenarum quidam Archias nominatur a Meurſio Lib. iii. L. Att. c. 10. de alio Thebano Archia agit Ariſtoteles Lib. v. c. 6. pag. 395. Inter Macedonas celebris fuit Archias Anaxidoti filius Pellaeus. vide Arrian. Hiſt. Indic. cap. 18. et 27. Graecum vocabulum *hierophante* servaſſe vi- (p. 454.) detur Nepos, si sit Nepotis, quia id nomen non proprium erat omnibus sacerdotibus. v. Harpocrationem et ex eo Suidam in hac voce cum ejus interprete, et, quos laudat Bosius in Indice. Adde Plut. Alcib. pag. 202. ubi docemur, peculiarem Hierophantae fuisse stolam.

*Ab Archia hierophante, Archiae* Sic omnes hodie legunt, et feliciter reſtitutum ab *Aldo,* ut creditur, locum hunc exiſtimant; quoniam apud *Plutarchum* legitur, *venisse quendam Athenis ab Archia hierophante ad Archiam cognominem, hospitem et amicum, litteras adferentem,* etc. Et tamen in Mſſ. et edd. vett. purioribus nullum vocis *hierophanta* veſtigium, quod sciam, reperire eſt, nam in iis fere legitur, *ab Archino uno ex his Archiae:* vel; *ab Archia uno Tysarchiae,* vel *Tinarchiae.* quod poſtremum *Longolius* et *Magius* (non adsentiente *Lambino*) a negligentia *Nepotis* eſſe cenſent; qui cum in Graeco scriptore reperiſſet *ἀπ' Ἀρχίȣ τινός τιν' Ἀρχίᾳ*, ita reddiderit, ac si *Τιναρφίᾳ* uno vocabulo scriptum eſſet. Speciose dictum, fateor; si meliores codd. ita legerent. Nunc quid prohibet, ne prima lectione, quae et optimorum codd. Dan. et Boecler. fuit, leviter immutata legamus: *ab Archia uni ex his, Archiae? Ex his;* magiſtratibus scil. de quibus paullo ante. Pro *uni* librarius scripsit *uno,* quod ad Archiam Athenienſem id per-

tinere putabat. Quamquam et hoc ferri posset: cum Titinius dixerit *uni collegii*; Terentius, *nulli consilii*; Plautus, *coloris ulli*: ut observatum *Prisciano*. Sic alii *isto*, *toto*, *altero* dixere: de quo *Vossius de analog*. 4, 6. Qui et illud *Appuleji* huc refert, 8. Metam. *uno potiundi studio postponens omnia*. Sic noster alibi, *alterae alae*, *totae insulae*, pro *alteri*, *toti*. Fortassis et τὸ *Archino* retineri, vel in *Archinoo* mutari potest, nam utrumque nomen Athenis usitatum fuit. Certe si mittenti et accipienti unum idemque nomen fuisset, vix dubito Nepotem addita voce aliqua fuisse eos distincturum. Nec *Plutarchi* loco moveor: nam is saepe aliter, ac reliqui scriptores, nomina effert. *Bosius*. Leid. m. *ab Archino uno Thisarchiae*. Voss. A. *ab Archino uno Hexhisarchiae*. B. *ab Archino hierophante uno ex his*. pro *allata* Voss. A. *adlata*. De Boeotarcharum numero egi ad c. 2. §. 2. In his undecim, vel juxta quosdam, duodecim duo plerumque erant Polemarchi, summum magistratum obtinentes. vide Thucydid. Lib. II. cap. 2. *ἡγῦντο δὲ αὐτῶν βοιωταρχῦντες Πυθάγγελος τὲ ὁ φυλίδυ, καὶ Διέμπορος ὁ 'Ονητορίδυ*. et ita hic Archias, secundum Plutarch. in Agesil. p. 609. habuit collegam Leontidam, per quos Phoebidas ingressus occupavit arcem, *ἔργῳ μὲν τυράννυς, λόγῳ δὲ πολεμάρχυς ὄντας*. a quibus Thebani, *ἀποβεβληκότες τὴν πάτριον πολιτείαν*, dicuntur fuisse *καταδεδυλομένοι*. cui additur Philippus. vide Plut. in Pelop. pag. 280. Historiam hanc tangit Periz. ad Aelian. IV. 8, 3. de hujusmodi Polemarchis Thucydides Lib. IV. cap. 91. *Παγώνδας ὁ 'Αιολάδυ Βοιωταρχῶν ἐκ Θηβῶν μετ' 'Αριανθίδυ τῦ Λυσιμαχίδυ, καὶ ἡγεμονίας ὔσης αὐτῦ*. Diod. Siculus Lib. XV. c. 62. de duobus Polemarchis, Epaminonda, et Pelopida, quibus caeteri Boeotarchae hoc munus sponte obtulerant, agit pluribus. Summa urgente necessitate videntur aliquando tres polemarchi creati. Plut. Pelop. pag. 284. *ἐκ δὲ τύτυ βοιωτάρχης αἱρεθεὶς μετα Μέλωνος καὶ Χάρωνδς ὁ Πελοπίδας*. Attamen plerumque duo. Sic pag. 285. *ἔτυχε μὲν ὁ Πελοπίδας μετὰ Γοργίδυ βοιωταρχῶν*. qui et Boeotarchae dicuntur, quippe ex iis sumpti. Hi Polemarchi erant, *τῶν πραγμάτων καὶ τῆς πολιτείας κύριοι*. ita vocantur a Plut. Ages. p. 609. Nostrum vero Pelopidam, *ἀφ' ἧς* (Thebani) *εἵλοντο πρῶτον ἡγεμόνα τῶν ὅπλων, ὐκ ἀνεπάυσαντο καθ' ἕκασον ἐνιαυτὸν ἄρχοντα χειροτονῦντες, ἀλλ' ἢ τὸν ἱερὸν λόχον ἄγων, ἢ τὰ πλεῖσα βοιωταρχῶν ἄχρι τῆς τελευτῆς ἔπραττεν*. in Pelop. p. 285. qui pag. 288. adnotat de eodem, *βοιωτάρχης μὲν ὐκ ἀποδεδειγμένος, ἄρχων δὲ τῦ ἱερῦ λόχυ, καὶ πισευόμενος, ὡς ἦν* (p. 455.) *δίκαιον, ἄνδρα τηλικαῦτα δεδωκότα τῇ πατρίδι σύμβολα εἰς τὴν ἐλευθερίαν*. ter et decies Boeotarches fuit. v. Plut. pag. 297. De Jure Polemarchi apud Thebanos Xenophon L. V. H. Gr. pag. 485, 486. *τῦ νόμυ κελεύοντος ἐξεῖναι πολεμάρχῳ λαβεῖν, ἔιτις δοκεῖ ἄξια θανάτυ ποιεῖν*. Caeterum in Archiae caede sita videtur fuisse Thebanorum salus, unde Plut. in *non posse suaviter vivi sec. Ep.* 1099. dicit *τίς ἂν — βύλοιτο μᾶλλον — ἢ κτείνας 'Αρχίαν ἐλευθερῶσαι τὰς 'Αθήνας*. Sed cum Xylandro lege *Θήβας*. qui primus quoque fuit occisus. v. Plut. de Socratis Genio pag. 597. Huic uni Archiae Epistola data est, quod inter alia patet e loco Plutarchi Tom. II. de S. G. pag. 596. *ἧκεν ἐνθένδε παρ' ὑμῶν ἐπισολὴ παρ' 'Αρχίυ τῦ ἱεροφάντυ πρὸς 'Αρχίαν ἐκεῖνον, ὄντα φίλον αὐτῷ, καὶ ξένον*. et in Pelop. pag. 283. Si itaque *uni ex*

Archiae, qui tum maximum magistratum Thebis obtinebat, in qua omnia de profectione exsulum perscripta erant. Quae quum jam accubanti in convivio esset

*his Archiae* scribendum sit, quod tamen dubito, res ipsa monet, ut legatur, *uni ex his Archiae, qui tum m. m. Thebis obtinebant.* Nam ex allatis locis patet, Archiam non solum tum temporis fuiſſe polemarchum, sed Leontiden et Philippum. v. Plut. pag. 281. et de Socratis Genio p. 595. Praeterea, si aures conſulantur, melius procederet *Archiae, uni ex his, qui tum m. m. obtinebant*; vel Graecos scriptores, vel potius unum Plutarchum secuti, legere poſſemus, *uni Archiae, qui t. m. m. Th. obtinebat.* non quod is unus polemarchus erat, sed quia epiſtola ad hunc solum, non ad duos vel tres polemarchos ab Archia Atheniensi fuerat scripta, cujus rei rationem reddit Plutarchus. Si Codices addicerent, qui satis hic sunt confusi, legi poſſet *hierophante, cognomini Archiae.* ita Plut. pag. 283. [ Ax. Dan. Gu. *ab Archino uno ex his Archiae.* Ult. *ab Archino uno Tysarchiae,* ut Ed. princeps, Arg. utraque Paris. Heuſingerus edidit *ab Archia hierophante uni ex his Archiae.* Hanc lectionem, quae Harlesio etiam admodum probabilis eſſe videtur, in textu expressimus, sed nomen *hierophante,* quod in solo Voſſiano B. exſtare dicitur, ut suspectum uncis incluſimus.]

*Qui tum max. magistratum obtinebat*] Polemarchi munere fungebatur. Vide dicta ad cap. 2, 2. Ms. Leidensi *maximum* aberat. *Bosius.* Voſſ. B. *obtenebat.* Thucydides de Argivis Lib. v. c. 37. dicit, Ἀργείων δύο ἄνδρες τῆς ἀρχῆς τῆς μεγίστης.

*Exsulum*] Dan. *eorum*, et in gloſſa, *exulum.* Pari modo et alibi noſter pronomen relativum non ad propius sed remotius nomen refert. Ut 12, 2, 3. *Lacedaemonii cum Aegyptiis, a quibus magnas praedas Agesilaus rex eorum* (Lacedaemoniorum) *faciebat.* Nisi illa *rex eorum,* gloſſema sunt. Infra 17, 4. 8. *qui supplicibus eorum nocuissent*; deorum scil. quorum templa Agesilaum sancta habuiſſe, vs. 7. dixerat. Tacitus Agric. 41, 3. *Comparantibus cunctis vigorem, etc. cum inertia et formidine eorum: ducum* scil. de quibus vers. 2. Nulla neceſſitate *Grotius* aliique corrigunt: *formidine ceterorum: Barthius* etiam inepte, *morum.* Quid enim *formido morum?* Paullo post Ms. Dan. *cum jam occubanti.* Boecl. *jam* aberat. *Bosius.* Tres mei Codd. [Gu. Ult.] *exsulum.* pro *perscripta* Leid. m. *scripta.* sed *perscripta* retinendum, neque pro simplici *scripta* Auctor noſter posuiſſe cenſendus. Quomodo eum hoc verbum usurpaſſe in Datame cap. 5. putat Scheſſerus ad Juſtinum Lib. 2. cap. 10. *Perscribere* notat ita scribere, ut nihil scribendum reſtet, ordine et accurate scribere. Cic. 2. ad Fam. Ep. 7. *Ut, quoniam sane feliciter et ex mea sententia remp. gessimus, unis literis totius aestatis res gestas ad senatum* perscriberem. et Epiſt. 11. ejusdem libri. *Tu, velim, ad me de omni reip. statu quam diligentissime* perscribas. Sueton. in Galba cap. 5. *Quia notata, non* perscripta *erat summa.* Eandem vim habet haec praepositio et in aliis compositis, quod, credo, jam supra oſtendi, ut *pertentare* pro penitus tentare. Serv. ad Virg. 3.

data, sicut erat signata, sub pulvinum subjiciens, *in*
3 *crastinum*, inquit, *differo res severas*. At illi omnes,

Georg. vers. 250. *Perrogare* (p. 456.) pro omnes ordine rogare. Interpr. ad Justinum L. 31. cap. 5. *Persalutare* est ad unum omnes salutare. Vid. Burm. ad Phaedr. Lib. 4. fab. 11. vers. 4. *Perluere* pro penitus madefacere. Idem Vir incomparabilis ad Petronii Satyric. cap. 120. *Persolvere* pro ita solvere, ut nihil maneat reliquum, Broukh. ad Tibull. 1, 10, 13. *Perdolere* pro nimis dolere, perfentire dolorem. Donat. ad Terent. Eun. 1, 2, 74. et infinita talia produci possunt. v. Tennul. ad Frontin. Lib. III. Strateg. cap. 12. n. 7. [Gu. Ult. *perscripta*. Reliqui ante Boecl. editi *scripta*.]

*Sicut erat signata*] *Buchnerus* putabat leg. *sicut erat, signatam s. p. s.* atque sic laudat etiam in *accession. ad thesaur. Fabri, col.* 1270. et hoc dicere ait Nepotem, Archiam non resignasse epistolam, sed signatam, uti acceperat, subjecisse in pulvinum. Sane sic solent optimi scriptores, quorum loca praeter *Buchnerum l. c.* adnotarunt *Gevartius Papinian. lection.* 2, 7. *Barthius ad Claudian. in tert. consul. Honorii*, vs. 163. *Bos.* Paullo ante pro *quum jam acc.* Leid. m. *cuidam acc.* Voss. B. *cum acc.* *Signata* habent tres mei Codices. Sueton. Claudio cap. 34. *Induxit et unum ex nomenclatoribus suis*, sicut erat *togatus*. Ubi Casaubonus etiam legit, *sicut erat, togatum*. Adde not., post. apud Val. Maxim. Lib. IV. c. 6. Ex. 3. Leid. prim. legit: *quem amici, sicut erat togatus et calceatus, corpori conjugis junxerunt*. [Gu. Ult. *sicut erat signata*. Hirtius, ab Heusingero laudatus, de B. Afric. cap. 4. *Litteras nondum perlectas, sicut erant signatae, dat homini certo ad Scipionem perferendas*.]

*Sub pulvinum subjiciens*] Curtius 3, 6, 7. *Diu animo in diversa versato, nulli, quid scriptum sit, enuntiat, epistolamque sigillo annuli sui impressam, pulvino, cui incumbebat, subjecit*. Dan. liber habet *sub pulvinum*. Porro vides, quae fato manent, vitari non posse. Caesar apud Sueton. cap. 81. *Libellum insidiarum indicem ab obvio quodam porrectum libellis ceteris, quos sinistra manu tenebat, quasi mox lecturus commiscuit*. Vide *Paterculum* 2, 57, 2. Ubi pulcre concludit: *Sed profecto ineluctabilis fatorum vis, cujuscunque fortunam mutare constituit, consilia corrumpit, etc.* Gebhard. Longol. et alii, *in pulvinum*. Sed nostra lectio firmatur codd. Dan. et Boecler. Plane sic *Plutarchus*: ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον ὑπέθηκεν. *Bosius*. Vossiani A. B. *sub pulvinum*, approbante Burmanno ad Petronium Satyric. cap. 74. et ad Ovid. Lib. 5. Metam. vs. 350. Vide quae congessi ad Themistoclem cap. 7. num. 1. [Leid. 1. Gu. Ult. *sub pulv.*]

*Differo res sev.*] Dictum Archiae hujus in proverbium abiisse, quod ad suam usque aetatem in usu fuerit testatur *Plutarchus in Pelopida* pag. 283. Magius. Quo etiam adlusisse *Plautus in Poenulo* videtur, *a.* 1. *sc.* 3. *Res serias omnes extollo ex hoc die in alium diem*. Loccen. Mavult Schottus *serias*. Quod vero *Lambinus* verbum *differo* ejiciendum censet, quia Plutarchus *εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα*, solemni suo facit. *Gebh.* *Serias restitui* pro *severas*. v.

quum jam nox processisset, vinolenti ab exsulibus duce Pelopida sunt interfecti. Quibus rebus confectis, vulgo ad arma libertatemque vocato, non solum qui in urbe erant, sed etiam undique ex agris concurrerunt, praesidium Lacedaemoniorum ex arce pepulerunt, patriam obsidione liberaverunt, auctores Cadmeae occupandae partim occiderunt, partim in exsilium ejecerunt.

not. post. *εἰς ἕω τὰ σπυδαῖα* legitur apud Plut. Lib. 1. Symp. quaest. 3. pag. 619. qui addit, Archiam, abjecta epistola, statim sumsisse *τὴν Θηρίκλειον*, scil. *κύλικα*. de quo poculo vide quos laudat interpres Suidae in voce *Θηρικλέυς τέκνον*, et Menag. ad Diogen. Laërt. Lib. v. cap. 72. [*Severas*, non *serias*, in omnibus libris est, etiam Gu. Ax. Ult. Quare hanc vocem cum Heusingero aliisque reduximus.]

*Omnes vinolenti sunt interfecti*] Ms. Codex habet: *vino pleni*. Neutrum rejicio, unum enim idemque significant. Nam *vinolentus* Latinis est ebrius. *Ernstius*. Non adversatur, uti *Lambino* visum, Nepoti *Plutarchus*, cum Leontidam sobrium fuisse tradit. Nepos enim de magistratibus epulantibus solummodo (p. 457.) do hoc tradit. Ceterum *vino pleni*, quod *Ernstius* in suo cod. reperit, glossema puto. *Bosius*. Historiam hanc latius extendit Perizonius ad Aelianum Lib. 4. V. H. cap. 8. num. 1. et Wess. ad Diod. Sic. Lib. xv. c. 25. num. 63.

*Quum jam nox processisset*] Nullum hic *Probus* de exsulibus vestitu muliebri ornatis verbum facit, neque *Diodorus*. Ceteri, *Xenophon*, *Plutarchus*, *Polyaenus*, mulierum nobilium noctes promissas fuisse, et juvenes exsules muliebri ornatu intromissos esse in domos tyrannorum, Lacedaemoniorum rebus studentium, congruentes inter se narrant. *Lambinus*. *Τῆς νυκτὸς προϊέσης*. Sallustius Jugurtha: *Sed ubi plerumque noctis processit*. Gebhard. Voss. B, *cum jam non processissent*. [Ita et Ms. Boecl. Ax. vitiose. Ab Ax. cod. etiam verba *duce Pelopida* absunt.]

*Quibus reb. confectis*] Paullo aliter *Plut*. pag. 284. *Bosius*.

*Vulgo ad arma libertatemque vocato*] Quod faciebant vel voce vel etiam propositis libellis, qui praesentem statum ibant imminutum. *Diodorus* 15. *Ἔπειτα τὺς πολίτας ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν παρακαλέσαντες, συνεργὺς ἔσχον ἅπαντας τὺς Θηβαίυς*. Tacitus 4. A. 27, 2. *T. Curtisius positis propalam libellis ad libertatem vocabat agrestia per longinquos saltus et ferocia servitia*. Pacuvius Dulorefte:

*— Ex templo Aegisthi fidem*
*Nuncupantes conciebant populum.*

Cicero pro Rabirio: *Cum ad arma consules ex Scto vocavissent*. Gebhardus.

*Patriam obsid. liberav.*] Non quod eam obsiderent, sed quod arcem tenebant Lacedaemonii, quo fiebat, ut quasi obsessa teneretur urbs Thebanorum et clausa. Ita supra 7, 4, 7. et 16, 1, 3. *Buchnerus*. Leid. et Voss. A. *Liberarunt*. [Ita etiam Gu. Ult. cum omnibus ante Boecler. excusis. Sed Ax. etiam *liberaverunt*.]

[redacted]



data, sicut erat signata, sub pulvinum subjiciens, *in*
3 *crastinum,* inquit, *differo res severas.* At illi omnes,

Georg. vers. 250. *Perrogare* (p. 456.) pro omnes ordine rogare. Interpr. ad Justinum L. 31. cap. 5. *Persalutare* est ad unum omnes salutare. Vid. Burm. ad Phaedr. Lib. 4. fab. 11. vers. 4. *Perluere* pro penitus madefacere. Idem Vir incomparabilis ad Petronii Satyric. cap. 120. *Persolvere* pro ita solvere, ut nihil maneat reliquum, Broukh. ad Tibull. 1, 10, 13. *Perdolere* pro nimis dolere, perfentire dolorem. Donat. ad Terent. Eun. 1, 2, 74. et infinita talia produci possunt. v. Tennul. ad Frontin. Lib. III. Strateg. cap. 12. n. 7. [Gu. Ult. *perscripta.* Reliqui ante Boecl. editi *scripta.*]

*Sicut erat signata*] *Buchnerus* putabat leg. *sicut erat, signatam s. p. s.* atque sic laudat etiam in *accession. ad thesaur. Fabri, col.* 1270. et hoc dicere ait Nepotem, Archiam non resignasse epistolam, sed signatam, uti acceperat, subjecisse in pulvinum. Sane sic solent optimi scriptores, quorum loca praeter *Buchnerum l. c.* adnotarunt *Gevartius Papinian. lection.* 2, 7. *Barthius ad Claudian. in tert. consul. Honorii,* vs. 163. *Bos.* Paullo ante pro *quum jam acc.* Leid. m. *cuidam acc.* Voss. B. *cum acc. Signata* habent tres mei Codices. Sueton. Claudio cap. 34. *Induxit et unum ex nomenclatoribus suis, sicut erat togatus.* Ubi Casaubonus etiam legit, *sicut erat, togatum.* Adde not. post. apud Val. Maxim. Lib. IV. c. 6. Ex. 3. Leid. prim. legit: *quem amici, sicut erat togatus et calceatus, corpori conjugis junxerunt.* [Gu. Ult. *sicut erat signata.* Hirtius, ab Heusingero laudatus, de B. Afric. cap. 4. *Litteras nondum perlectas, sicut erant signatae, dat homini certo ad Scipionem perferendas.*]

*Sub pulvinum subjiciens*] Curtius 3, 6, 7. *Diu animo in diversa versato, nulli, quid scriptum sit, enuntiat, epistolamque sigillo annuli sui impressam, pulvino, cui incumbebat, subjecit.* Dan. liber habet *sub pulvinum.* Porro vides, quae fato manent, vitari non posse. Caesar apud Sueton. cap. 81. *Libellum insidiarum indicem ab obvio quodam porrectum libellis ceteris, quos sinistra manu tenebat, quasi mox lecturus commiscuit.* Vide *Paterculum* 2, 57, 2. Ubi pulcre concludit: *Sed profecto ineluctabilis fatorum vis, cujuscunque fortunam mutare constituit, consilia corrumpit, etc.* Gebhard. Longol. et alii, *in pulvinum.* Sed nostra lectio firmatur codd. Dan. et Boecler. Plane sic *Plutarchus:* ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον ὑπέθηκεν. *Bosius.* Vossiani A. B. *sub pulvinum,* approbante Burmanno ad Petronium Satyric. cap. 74. et ad Ovid. Lib. 5. Metam. vs. 350. Vide quae congessi ad Themistoclem cap. 7. num. 1. [Leid. 1. Gu. Ult. *sub pulv.*]

*Differo res sev.*] Dictum Archiae hujus in proverbium abiisse, quod ad suam usque aetatem in usu fuerit testatur *Plutarchus in Pelopida* pag. 283. Magius. Quo etiam adlusisse *Plautus in Poenulo* videtur, *a.* 1. *sc.* 3. *Res serias omnes extollo ex hoc die in alium diem.* Loccen. Mavult Schottus *serias.* Quod vero *Lambinus* verbum *differo* ejiciendum censet, quia Plutarchus εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα, solemni suo facit. *Gebh. Serias restitui pro severas.* v.

quum jam nox processisset, vinolenti ab exsulibus duce Pelopida sunt interfecti. Quibus rebus confectis, vulgo ad arma libertatemque vocato, non solum qui in urbe erant, sed etiam undique ex agris concurrerunt, praesidium Lacedaemoniorum ex arce pepulerunt, patriam obsidione liberaverunt, auctores Cadmeae occupandae partim occiderunt, partim in exsilium ejecerunt.

not. post. *εἰς ἕω τὰ σπϰδαῖα* legitur apud Plut. Lib. 1. Symp. quaest. 3. pag. 619. qui addit, Archiam, abjecta epistola, statim sumsisse *τὴν Θηρίκλειον*, scil. *κύλικα*. de quo poculo vide quos laudat interpres Suidae in voce *Θηρικλέϰς τέκνον*, et Menag. ad Diogen. Laërt. Lib. v. cap. 72. [*Severas*, non *serias*, in omnibus libris est, etiam Gu. Ax. Ult. Quare hanc vocem cum Heusingero aliisque reduximus.]

*Omnes vinolenti sunt interfecti*] Ms. Codex habet: *vino pleni*. Neutrum rejicio, unum enim idemque significant. Nam *vinolentus* Latinis est ebrius. *Ernstius*. Non adversatur, uti *Lambino* visum, Nepoti *Plutarchus*, cum Leontidam sobrium fuisse tradit. Nepos enim de magistratibus epulantibus solummodo (p. 457.) hoc tradit. Ceterum *vino pleni*, quod *Ernstius* in suo cod. reperit, glossema puto. *Bosius*. Historiam hanc latius extendit Perizonius ad Aelianum Lib. 4. V. H. cap. 8. num. 1. et Wess. ad Diod. Sic. Lib. xv. c. 25. num. 63.

*Quum jam nox processisset*] Nullum hic *Probus* de exsulibus vestitu muliebri ornatis verbum facit, neque *Diodorus*. Ceteri, *Xenophon*, *Plutarchus*, *Polyaenus*, mulierum nobilium noctes promissas fuisse, et juvenes exsules muliebri ornatu intromissos esse in domos tyrannorum, Lacedaemoniorum rebus studentium, congruentes inter se narrant. *Lambinus*. *Τῆς νυκτὸς προϊϰ́σης*. Sallustius Jugurtha: *Sed ubi plerumque noctis processit*. Gebhard. Voss. B. *cum jam non processissent*. [Ita et Ms. Boecl. Ax. vitiose. Ab Ax. cod. etiam verba *duce Pelopida* absunt.]

*Quibus reb. confectis*] Paullo aliter *Plut*. pag. 284. *Bosius*.

*Vulgo ad arma libertatemque vocato*] Quod faciebant vel voce vel etiam propositis libellis, qui praesentem statum ibant imminutum. *Diodorus* 15. *Ἔπειτα τϰ̀ς πολίτας ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν παρακαλέσαντες, συνεργϰ̀ς ἔσχον ἅπαντας τϰ̀ς Θηβαίϰς*. Tacitus 4. A. 27, 2. *T. Curtisius positis propalam libellis ad libertatem vocabat agrestia per longinquos saltus et ferocia servitia*. Pacuvius Dulorefte:

> —*Ex templo Aegisthi fidem*
> *Nuncupantes conciebant populum*.

Cicero pro Rabirio: *Cum ad arma consules ex Scto vocavissent*. Gebhardus.

*Patriam obsid. liberav.*] Non quod eam obsiderent, sed quod arcem tenebant Lacedaemonii, quo fiebat, ut quasi obsessa teneretur urbs Thebanorum et clausa. Ita supra 7, 4, 7. et 16, 1, 3. *Buchnerus*. Leid. et Voss. A. *Liberarunt*. [Ita etiam Gu. Ult. cum omnibus ante Boecler. excusis. Sed Ax. etiam *liberaverunt*.]

*Partim in exsilium ejec.*] *Schoppius* ait in v. c. legi *partim exsilium ejec.* laudatque illud Catulli carm. 34. *Cur non exsilium malasque in oras Itis?* et hoc Accii in Phoenissis: *Jussit proficisci exsilium quovis gentium.* Sed apud Catullum nil prohibet *τὸ in* aeque ad *exsilium*, ac ad *oras*, referre. Accius ἀρχαΐζει, ac praeterea poëta eſt. Nec opus, ut cum *Voſsio* transponamus verba. Etsi non inficior, similes ellipſes in scriptoribus priscis reperiri: quod inter alios idem *Voſsius* obſervavit, cap. 65. *de constructione.* In Schoppiano codice *τὸ in* facile ultima proximae vocis absorbere potuit. Et ipsum hanc lectionem poſtea improbaſſe, ex eo colligas, quod in *addition. ad Minervam Sanctii* pag. 363. cum reliqua duo loca commemoraſset, hunc omisit. *Bosius.* Pro *ejecerunt* Leid. m. *venerunt.* Mox pro *diximus* idem et Voſſ. (p. 458.) A. *docuimus.* Quam veram eſſe lectionem puto: Verbum enim hoc saepius pro narrare, certiorem facere, indicare ponitur ut supra in Miltiade c. 6. *Cujus victoriae non alienum videtur, quale praemium Miltiadi sit tributum*, docere. Florus Lib. 3 cap. 5. num. 16. *Sed fiduciam oppidanis resistendi nuntius fecit*, docens *adventare Lucullum.* Quomodo et Litterae aliquem *docere* dicuntur a Cicerone Lib. 3. ad Fam. Ep. 6. pag. 136. et *docere* pro per legatos vel literas aliquid alteri indicare poni J. Arntzenius docet ad Victorem de V. Illuſtr. cap. 30. n. 2. Virg. 4. Aen. vs. 116. *Paucis adverte*, docebo. Juſtinus L. 1. cap. 10. num. 16. eo significatu *edocere* poſuit. et ita paſſim. [*Docuimus* etiam Gu. Ax. Ult. sed Ed. Mag. et Heuch. *diximus.*]

## CAP. IV.

1 Hoc tam turbido tempore, sicut supra docuimus, Epaminondas, quoad cum civibus dimicatum est, domi

*Epaminondas, quoad cum civib. dimic.*] Leid. m. *Epaminundas.* et a Voſſ. A. abeſt praepoſitio *cum.* quomodo *certare alicui* Virg. Ecl. 5. vs. 8. et 2. Georg. v. 138. ad quae loca Servius videndus, et *pugnare puellae* Propert. L. 1. El. 10. vs. 21. Sed nihil hic mutandum duco.

*Quoad cum civib. dimic. est*] Vide *Plutarch. de genio Socr.* pag. 567. et 594. Buchner. Plut. in Pelop. pag. 284. ἦκον δὲ βοηθοῦντες αὐτοῖς μετὰ τῶν ὅπλων οἱ περὶ Ἐπαμεινώνδαν, καὶ Γοργίδαν, συνειλοχότες οὐκ ὀλίγους τῶν νέων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων τοὺς βελτίστους. et Tom. II. de Socratis Genio pag. 598. πυθόμενος τὸν Ἐπαμεινώνδαν ἐγὼ καὶ Γοργίδαν ἤδη μετὰ τῶν φίλων συναθροίζεσθαι περὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερόν. etc. itaque, licet victoriae hujus propria laus sit Pelopidae, teſte etiam Diodoro Siculo Lib. xv. cap. 81. ut jam Gebhardus notavit, in ejus partem tamen venit Epaminondas. et Nepos ipse de Epaminonda dixit: *idem, postquam apud*

quietus fuit. Itaque haec liberandarum Thebarum
propria laus est Pelopidae; ceterae fere omnes com-
munes cum Epaminonda. Namque Leuctrica pugna, im- 2
peratore Epaminonda, hic fuit dux delectae manus,
quae prima phalangem prostravit Laconum. Omnibus
praeterea periculis adfuit. Sicut Spartam quum oppu- 3
gnavit, alterum tenuit cornu, quoque Messene cele-
rius restitueretur, legatus in Persas est profectus. De-
nique haec fuit altera persona Thebis, sed tamen se-
cunda ita, ut proxima esset Epaminondae.

*Cadmeam cum Lac. pugnari coeptum est, in primis stetit.* vide porro Plut. et quae dixi ad Epam. l. l.

*Liberandarum Thebarum propria laus*] Hanc locutionem illustravit J. Perizonius ad Sanctii Minervam Lib. 1. cap. 15. n. 8. pro c. *f. omnes communes* Leid. m. *ceterae f. communes.* Pro *fere* Voss. B. *ferme.* [Ax. c. *ferme omnes cum Ep.* omissa voce necessaria, ob similitudinem. *Heusinger.* Gu. *c. fere communes cum Ep.*]

*Propria laus est Pelopidae*] Quam ei quoque adscribit *Diod.* 15. Gebhardus.

*In Leuctr. pugna*] Msc. Boecler. deest praepositio. *Bos.* Abest et a Leid. meo et Voss. A. B. Quae praepositio in talibus saepe omitti solet. Explicari etiam potest: *Quando Leuctrica pugnabatur.* Vide Oudendorp. ad J. Obsequentem de Prodigiis c. 61. et Cortium ad Cic. 10. Fam. Ep. 32. num. 7. qui tamen ad Lib. 1. ad Fam. Epist. 4. num. 6. J. Ob- (p. 459.) sequenti praepositionem restitui mavult. [Etiam a Gu. Ax. Ult. reliquisque ante Lamb. vulgatis abest praepositio, quam cum Staverio in edit. minori, qui Oudendorpium ad Caes. B. Gall. 2, 2, laudat, Bremio aliisque omisimus.]

*Delectae manus*] Constantis trecentis amatoribus, conjuratis, aut vincere aut una perire. Haec cohors sive manus instituta est a Gorgia, dictusque *ἱερὸς λόχος. Polyaen.* Lib. 2. Sacrae huic manui haud dissimiles fuisse reor Soldurios, de quibus *Caesar* 3. *Comment.* 22. *de bell. Gall.* Gebhard. De cohorte hac multa *Plutarchus Pelopida.* Bosius. Vide not. post. et Wess. ad Diod. Sic. Lib. xv. cap. 81. num. 5.

*Messene celeriter restitueretur*] Diruta atque eversa instauraretur atque incolis frequentaretur. *Restituere* hic est *ἀνοικίσαι.* Superius Epaminonda: *Neque prius bellare destitit, quam Messene restituta urbem eorum obsidione clausit.* Ut ibidem docti e Mss. libris corrigunt. Diodor. Lib. xv. *Πρὸς δὲ τὸν Περσῶν βασιλέα πρεσβεύσας, ἐν ταῖς κοιναῖς ὁμολογίαις τὴν Μεσσήνην κατ' ἰδίαν παρέλαβεν, ἣν ἀνάστατον οὖσαν ἔτη τριάκοντα Θηβαῖοι πάλιν ἀποκατέστησαν. Gebhard.* Pro *Messena* Leid. m. *essent.* Voss. A. *Essena.* B. *Mesena.* cur Heusingerus hic quoque non emendavit *Messene*, nam de eadem urbe agitur? *Restituere urbem* dixit etiam Florus L. 1. cap. 13. n. 19. [Ax. *quo Mesena.* Dan. Gu. *quoque Essena.* Ult. *quoque Messena*, ut omnes ante Staver. editi.]

*Altera*] Vid. Ind. mox *Bar-*

[redacted]



## CAP. V.

1 Conflictatus autem est cum adversa fortúna. Nam et initio, sicut ostendimus, exsul patria caruit, et, quum Thessaliam in potestatem Thebanorum cuperet redigere, legationisque jure satis tectum se arbitraretur, quod apud omnes gentes sanctum esse consuesset, a

*thius* legebat: *sed tamen ita secunda, ut pr. e. Ep.* Bos. [Confer Cic. Brut. cap. 47. init. Horat. Od. 1, 12, 18. seqq. et Quintilian. 10, 1, 86. quae loca Interpretes hic attulerunt.]

*Quum Thessaliam in potestatem T. c. redigere*] Imperio Thebanorum adjicere, atque subjicere. Curt. Lib. IX. cap. 35. *Quas gentes redigit in potestatem.* Vellejus Lib. II. cap. 37. *Et aliae restitutae populo Romano; aliae tum primum in ejus potestatem redactae, ut Syria, quae tum primum facta est stipendiaria.* Idem cap. 94. *Cum legionibus ingressus Armeniam, redacta ea in potestatem populi Romani, regnum ejus Artavasdi tradidit.* Curt. Lib. IV. cap. 4. *magnam partem Asiae in ditionem redegi meam.* Gebhardus.

(p. 460.) *Legationisque jure*] Nulla legationis fit mentio neque apud *Diodorum*, neque apud *Plutarchum*. *Diodorus* hoc tantum scribit, Pelopidam et Ismeniam, cum Alexandro Pherarum tyranno obvii facti essent, temere et sine ulla probabili ratione ab eo comprehensos esse, et in custodiam datos. *Lambinus*. Legationem tamen ad Alexandrum Pheraeum iterum obiisse Pelopidam, *Polybius* auctor est Lib. 8. *Publica amicitia*, qua fretum fuisse, *Pausanias Boeoticis* ait, legationem non evincit. *Bosius*.

*Tectum*] Sic libri meliores. Alii, *tutum*. *Tectus* idem ac salvus, tutus, defensus. vid. Ind. *Bosius*. [Ax. Gu. Dan. Ult. cum plurimis Edd. *tectum*. Ed. Long. Mag. *tutum*.]

*Quod apud omnes gentes sanctum e. c.*] Peccarunt igitur contra jus gentium Fidenates Romanorum hostes, quod, ut sine spe veniae fortius dimicarent, legatos ad se missos interfecerint. Auctor de Viris illustribus, qui creditur esse Aurelius Victor, cap. 25. Nam *legati nomen etiam inter hostium tela impune versari debet.* Cicero 3. in Verr. vide Grotii Lib. 2. de Jure Bell. ac Pacis cap. 18. *Ernst.* In Msc. Boecl. corrupte erat: *quod apud eos gentes factum esse consuescet.* Scriptum fuerat *apud oes.* Pro *sanctum* etiam alii libri *factum* habent. quod recte *Schottus* improbat in *notis ad script. de viris illustr.* cap. 25. Edita lectio firmatur msc. Danielis, et similibus aliorum scriptorum locis, quae congessit *Grotius in adnotat. ad 2. de J. B. et P.* c. 18, 1. ubi et de re ipsa prolixe agit. mox msc. Boecl. *similiter cum hismenia.* An fuit ἀρχαϊκῶς *simulter*, quo *Plautum Pseud.* 1, 3, 148. pro *simul* usum volunt? *Bos.* Voss. B. *quod apud eos gentes factum e. c.* *Sanctum* est inviolatum, sive inviolabile. Vide ad Agesilaum c. 4. et de sancto legationis jure,

tyranno Alexandro Pheraeo simul cum Ismenia compre-
hensus, in vincula conjectus est. Hunc Epaminondas 2
recuperavit, bello persequens Alexandrum. Post id fa-
ctum numquam is animo placari potuit in eum, a quo
erat violatus. Itaque persuasit Thebanis, ut subsidio
Thessaliae proficiscerentur, tyrannosque ejus expelle-
rent. Cujus belli quum ei summa esset data, eoque 3
cum exercitu profectus esset, non dubitavit, simul ac
conspexit hostem, confligere. In quo praelio Alexan- 4
drum ut animadvertit, incensus ira equum in eum con-

quos laudat Erud. Arntzenius ad Victoris locum ab Ernstio citatum. Hinc prov. *πρέσβυς ὐ τύπτεται, ὐδὲ ὑβρίζεται.* V. Schol. Hom. Il. *Δ*. 399. Hoc tamen jus violarant Athenienses, et Lacedaemonii. v. not. post. ad Milt. cap. 4. num. 1. et Lyciscum apud Polybium Lib. ix. cap. 32. unde Xerxes apud Herodotum Lib. v. cap. 136. dicit Lacedaemonios *ἀποκτείναντας κήρυκας, συγχέαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα.* ubi vide interpr. [Gu. Ult. *sanctum.*]

*A tyranno Alexandro*] A quo contra fas in vincula conjectus, magnitudinem animi satis declaravit: uti videre est apud Plut. in vita ejus, et *ἀποφθ. βασιλ.* 71. cum seq. *Ernstius.* Hic Alexander Pheraeus tyrannus fuit crudelissimus; v. Cic. Lib. 1. de Divinat. cap. 25. et Plut. in Pelop. pag. 291, 292, 293, 297 et 298. ob crudelitatem aliaque scelera ab uxore Thebe, a fratribus Pitholao, Lycophrone, et Tisiphono adjuta trucidatus, postquam annos undecim regnaverat. v. Diod. Siculum Lib. xv. cap. 61. Wess. ad Lib. xvi. cap. 14. num. 63. Interprr. ad Valer. Maxim. Lib. ix. cap. 13. Ext. 3. Perizon. ad Aelian. Lib. xiv. V. H. cap. 40. num. 1. Davis. ad Ciceronis locum. multa etiam de eo congessit Heinsius ad Ovid. L. ii. ex Ponto Epist. 9. vs. 43. quomodo intelligendus sit Cicero L. ii. de Offic. c. 7. *Ab ea* (Thebe uxore) *est enim ipse propter pellicatus suspicionem interfectus,* explicat Perizonius ad Sanctii Min. Lib. iii. cap. 4. num. 5. Hinc Pelopidae non ducitur laudi, quod Alexandri ingenium probe sciens, sese huic monstro crediderit, et ita Thebanorum res, suamque famam, rebus excellenter gestis jure merito partam, diminuerit, a Polybio L. viii. cap. 1.

*Ismenia*] Leid. m. *ii sine via.* pro *vincula* Voss. A. [Ax.] *vincla.* de hujus fato not. post. et Plut. Tom. II. de Genio Socratis pag. 576.

*Hunc Epaminondas recuperavit*] Quo consilio, qua arte, quaque moderatione usus, narrat *Plut.* Lamb.

*Numquam is*] Msc. Boecler. *nunquam se.* Dan. *nunquam animo plac. pot.* Bosius. Voss. B. etiam *nunquam se.* [Ita et Axen. sed Gu. cum Dan. codice utrumque excludit.]

*Simul ac conspexit hostem*] Sic *Diodor.* et *Plutarch.* Lambin. Pro *confligere* Leid. m. *conflingere.*

*Incensus ira, equum in eum conc.*] *Plutarchus* ob id factum Pelopidae temeritatis notam inurit. *Magius.*

[redacted]



citavit, proculque degressus a suis conjectu telorum confossus concidit. Atque hoc secunda victoria accidit, nam jam inclinatae erant tyrannorum copiae. Quo facto omnes Thessaliae civitates interfectum Pelopidam

*Degressus*] Leid. et q. edd. *digressus.* mox *concidit* est in Dan. Leid. Boecl. Vulgati, *cecidit.* Bos. Leid. m. et Voss. A. B. *digressus. Digressus* et *degressus* quomodo differant, jam dudum est ostensum. v. Cerdam ad Virgil. Lib. III. Aen. vs. 492. quia *procul* additur, cum Codicibus *digressus* praeferrem, sed e Plut. in Pelop. pag. 295. patet *degressus* legendum; nam is narrat: ὁ δὲ Πελοπίδας ΑΠΟ ΤΩΝ ΑΚΡΩΝ κατιδών. etc. et pag. 296. addit πολὺ πρὸ τῶν ἄλλων ἐξαλλόμενος. etc. Praevalebat Alexander propter locorum eminentiam, ut scribit Diodorus L. XV. cap. 80. Sic *ab arce degressus* dixit Florus Lib. III. c. 16. §. 6. ubi vide Duk. Pro *confossus* Voss. B. *confosus.* Pro *cecidit* Leid. et Voss. A. B. item Cod. P. Dan. *concidit.* Eadem varietas in Eumene cap. 11. *Cur non in praelio cecidisti potius?* Voss. B. *concidisti.* Quid si utroque in loco *decidit* et *decidisti* reponamus? de quo verbo eleganter disputavit Burmannus ad Ovid. Ep. 4. Her. vs. 94. et ad 10. Met. fab. 1. vs. 10. sed sequi malo Mstorum fidem. [Ax. Gu. Ult. omnesque ante Lamb. editi *digressus.* Tum Gu. Ult. *concidit.*]

*Secunda victoria*] Scribendum *Victoria*: propitia Victoria, cum jam se inclinasset ad Thessalos victoria. Robertus Titius Lib. IV. Controv. Locor. cap. 8. conjecerat *secuta Victoria.* Curt. Lib. IV, cap. 105. *Aristander in candida veste praeibat preces regi Jovem, Minervam, Victoriamque propitianti.* Justinus L. V. 4. *Hunc quasi de coelo missum, et ut ipsam Victoriam contuentur.* Gebhard. Corruptus hic locus *Lambino* videtur: itaque satis audacter *secunda pugna* rescribendum putat. Sed sana omnia sunt, et nihil mutandum. Meliore loco Thebanorum fuisse, (p. 462.) quam Lacedaemoniorum, res, ex eo constat, quod Noster dicit, *eorum copias jam inclinatas fuisse*, molitasque fugam: quod victoriae initium fuit. Quamvis autem ducis intervenerit casus. quod alias plurimum damni adferre solet, et impedire victoriae cursum; nihilominus tamen non deseruisse fortunam Thebanos significat, atque sic victos profligatosque penitus tyrannos fuisse, quod *secundam victoriam*, quasi *secundum solem* Nigidius (apud *Gellium* 2, 22.), dixit, quod sequeretur Thebanos, et minime eos desereret. Ita *secundum currum* Virgilius dixit, qui pergit decurrere, neo impeditur. Ita enim I. Aen. vs. 156. *Flectit equos, curruque volans dat lora secundo. Secundum amnem* et *fluvium* idem dixit, qui prono alveo devehit, et sequitur adeo vehentes. Quemadmodum et *secundum ventum* dicimus, qui sequitur a tergo, et navem impellit, quem *secundantem* Tacit. 2. *Ann.* 24. Haec *Bucknerus* in *access. ad Thes. Fabri col.* 1245 et 46. ubi et *Nigidii* locum explicat. *Lambini* audaciam castigavit etiam *Rob. Titius locor. cont.* 4, 8. Sed quod ipse reponit *secuta victoria*; comparatque cum illo Velleji 1, 2, 3. *Athenienses sequuta victoria est:* eo opus haud esse, e dictis apparet. Sicut et illud, non esse cur *suis*, quod vir doctus

coronis aureis et statuis aeneis, liberosque ejus multo agro donarunt.

volebat, subaudiamus. In Ms. Boecl. est, *Atque haec secunda victoria accidit.* Dictum videri possit, ut illud 2, 5, 3. *Haec altera victoria etc.* ni repugnaret, quod sequitur, *nam jam inclinatae etc.* Mutavit, opinor, librarius, quod τὸ *secunda* non intelligeret. *Bosius.* Voss. B. *Atque haec secunda victoria accidit.* [*Secunda* i. e. *sequente*, ut *secundum lumen* in versu Ennii apud Cic. ep. ad Attic. 7, 26. Haec *Bremius.*]

*Omnes Thess. civit.*] Pelopidam a Thessalis, quibus opem tulerat, splendide fuisse sepultum, inter eos, quos Dn. Boeclerus citat, potissimum referunt Plut. in ejus vita, et Diodor. 15. *Ernstius.* De honoribus Pelopidae post mortem habitis prolixe *Plutarchus in vita*, p. 296. *Bos.* Pro *Thessaliae* Voss. B. *Thesaliae*, uti supra *Thesaliam* pro *Thessaliam.*

*Coronis aureis*] Vid. Ind. Mox msc. Boecl. *et statuis*, *liberosque ejus agro donarunt.* Unde haud vane colligas, cetera, quae vulgo adjiciuntur, a glossa esse. *Bosius.* *Aeneis* et *multo* absunt a Voss. B. *Donarunt* pro *donaverunt* tres mei Codices: [Axen. *aeneis* habet, sed *multo* omittit. Pro *agro* Ult. *auro. Donarunt* etiam Dan. Gu. Axen. Ult. sed Ed. Arg. Long. Mag. et Heusch. *donaverunt.*]

[redacted]



# XVII. AGESILAUS.

## CAP. I.

1 AGESILAUS LACEDAEMONIUS, cum a ceteris scriptoribus, tum eximie a Xenophonte Socratico collaudatus est: eo enim usus est familiarissime.
2 Hic primum de regno cum Leotychide, fratris filio,

(p. 463.) AGESILAUS memoratur *Herodoto* Lib. 7. *Plutarcho in vita, et alibi*: *Xenophonti in Agesilao et rebus Graecis*: *Polyaeno* 2. *Pausaniae Laconicis* · *Diodoro* 14 et 15. *Polybio* 3. *Athenaeo* 14. *Aeliano var. hist.* 7, 13. 10, 20. 14, 27. *Justino* 6. *Frontino saepius*: *Valer. Max.* 7, 2. *ext.* 12. *Ciceroni saepius.* Boecler. Elogium ejus habes apud *Diodorum* 15. pag. 473. In Ms. Dan. *Hagesilaus* scriptum erat et heic et supra. *Bos.* De hac scriptura Bun. ad Lact. Firm. Lib. 1. de Fals. Rel. cap. xi. pag. 72.

*A Xenophonte*] Cujus librum de hoc rege valde praedicat M. Tullius Epiſtola ad L. Lucceium Lib. 5. ad Fam. Ep. 12. *Ernstius.* Exſtat laudatio haec praeſtantissimi Philoſophi ac ducis, Socratis cum Platone auditoris. Scripsit et Plutarchus *de vita Agesilai*, itemque *Apophthegmata*, praeter *Laconica.* Simultatem autem Xenophontem cum Platone exercuiſſe, multis colligit argumentis *Athenaeus* xi. et *Agellius* 14, 3. Hic tamen falso efficere conatur, neutrum alterius odii cauſſa meminiſſe, cum Xenophon in *'Απομν.* Lib. 3. ejus meminerit, ut ante *Muretum Var. Lect.* 5, 14. notavit *Laërtius* in *Platonis vita.* Schottus. De cognomine *Socratici* adi Ind. Pro *collaudatus* vitiose ed. Long. *collatus.* Bosius. Pro *Socratico* Voſſ. A. et B. *Sacratico.*

*Eo enim*] Aliam reddit caussam *Themistius Orat. ad Caesarem*; idcirco Agesilai vitam literis mandaſſe, quod ejus opera a Spartanis agro donatus esset. *Schottus.*

*Usus est familiarissime*] Quaerit *Lambinus*, Xenophonne Agesilao, an hic illo; et illud potius cenſet. Ego poſterius. Nam *usus* eſt idem qui *collaudatus.* Xenophontem secum et in pretio habuiſſe, etiam *Plutarchus* ait *in apophthegmatis Laconicis.* Boſius.

*Leotychide*] Leid. m. *Leontychide.* Forſan pro *Leutychide.*

**habuit contentionem. Mos est enim a majoribus Lacedaemoniis traditus, ut duos haberent semper reges, nomine**

Jones enim hunc vocant *Λευτυχιδέα*. Plures hujus nominis Spartani fuerunt. Vid. Herodot. Lib. vi. cap. 65, 71, 72. L. viii. cap. 131. ubi plura de Leutychidis stemmate (adde interprr.) et Lib. ix. c. 90. praefert hanc scripturam in hoc nomine etiam Oudendorp. ad Frontin. Lib. i. Strat. cap. xi. §. 7. quia Graecorum *eo* a Latinis in *eu* mutari solet; sed non necesse est, ut eo fugiamus; nam Herodotus, ut dixi, semper eum vocat *Λευτυχιδέα*. [Ax. *Leothichide*. Gu. Dan. Ult. Lamb. *Leotychide*. Ald. *Leontychide*. Reliquae antiquiores: *Leutychide*.]

(p. 464.) *Nomine magis*] Quippe Spartanorum regum imperium Ephororum et Senatus auctoritate circumscriptum erat. Quod pluribus exponunt *Aristoteles* 2. *polit.* 4, 7, 10. *et* 4. *Pol.* 9. *Xenophon*, *Cragius* et *Emmius de Rep. Laced. Polybius* Lib. 6. et alii. *Loccen.* Adde *not. ad* 4, 3, 4. *Bosius*. Vult Nepos indicare, Lacedaemoniorum reges fere non nisi nomina esse; imperium vero penes alios, puta Ephoros et Senatum fuisse. In Regibus c. 1. num. 2. dixit Agesilaum *nomine*, non *potestate* fuisse regem; quomodo in Conone c. 1 *Hunc adversus Pharnabazus habitus est imperator, re quidem vera exercitui praefuit Conon.* Eodem modo hujusmodi reges posses etiam vocare *nomina vana*. Vide Oudendorp. ad Lucanum Lib. i. vs. 313. Nic. Heinsii et Graevii Epistolas mutuas num. 476 et 477. et Burm. ad Ovid. Lib. i. Art. Amat. vs. 739. Sic *ὄνομα* adhibuit Euripides in Phoenissis vs. 555. *Τί δ' ἐστι τὸ πλέον; ΟΝΟΜΑ ἔχει μόνον.* *Traditus*, quod praecessit, proprium] huic rei verbum est. Tibull. 2, 1, 2. *Ritus ut a prisco traditus exstat avo.* Haec vero Nepotis verba sano sensu sunt capienda. Nam licet duo essent reges, quorum alter ducebat exercitum, alter domi manebat, secundum legem a Spartanis latam post Demarati secessionem; vide Interprr. ad Herodotum L. v. cap. 75. et Thucydidem L. v. cap. 75. ubi tamen necessitate urgente alterum quoque regem militatum exisse legitur; licet quoque domum ex acie reversi magistratibus rerum a se gestarum rationem reddere cogerentur, et aliquando iis decem consiliarii adderentur, sine quibus exercitum ex urbe educere non liceret; vid. Thucydid. Lib. v. cap. 63. non tamen sine summo imperio erant, quando in castris erant. Vid. Eumd. cap. 66. Adde Hudz. De aliis honoribus interprr. ad Herodot. Lib. vi. cap. 56. sed non diutius in castris iis manere licebat, quam Magistratus vellent. Vide not. post. ad cap. 4. hujus vitae §. 2. et hinc possunt dici *nomine magis quam imperio*. Contra Dictator Romanus οὐκ ὀνόματι ἀλλ' ἔργῳ ἀκριβῶς βασιλεὺς ἦν. ut dicit Appianus Al. Lib. ii. B. Civ. p. 811.. Sub Tiberio consules dicuntur modo habuisse τὸ τῶν ὑπάτων ὄνομα a Dione Cassio Lib. 58. cap. 20. Lambinus ad h. l. adnotat, *nam ita Ephori a Theopompo regibus fuerant oppositi, ut reges Ephororum potestati subjecti essent.* Qui ita de Ephororum institutione agit, ac si inter doctos de auctore institutionis ejus nulla esset lis, usus verbis Ciceronis Lib. iii. de Legib. cap. 7. *quare nec ephori Lacedaemone sine caussa a Theopompo oppositi regibus.* Quem sine dubio secutus est Valer. Maxim. L. iv.

[redacted]



magis quam imperio, ex duabus familiis Procli et Eurysthenis, qui principes ex progenie Herculis Spartae
3 reges fuerunt. Horum ex altera in alterius familiae

cap. 1. Ext. 8. et hunc Plutarchus in Lyc. pag. 43. eamdem narrans historiam. Valerium Maximum a Plutarcho saepius fuisse consultum, patet e vita Marcelli pag. 316. Sed alii Lycurgo hanc tribuunt, ut Justinus Lib. III. c. 3. secutus Herodotum Lib. I. c. 65. ubi vide Cl. Wess. et Davis. ad Ciceronis l. quidam Chiloni. vid. Perizon. ad Aelian. L. III. V. H. cap. 17. num. 10. Sed Herodotus unus mihi est instar omnium. licet communior sit opinio a Theopompo fuisse profectos, hinc Polybius Lib. IV. c. 81. Lycurgi legibus acceptam refert pulcherrimam Reip. formam.

*Ex duabus familiis*] Quarum genealogiam habes apud *Henning. Tomo* 3. *theatri genealog.* pag. 465. *et deinceps*, aliosque. Ceterum *Plutarchus* Lysandro et in apophthegm. Lacon. *Eurypontidas* et *Agidas* vocat, nam ut diserte *Pausanias* testatur (p. 465.) *in Laconicis*, qui antea *Proclidae*, post ab Euryponte, Procli ex Soo nepote; qui *Eurysthenidae*, ab Agi, Eurysthenis F. nomen acceperunt: ut jam a *Lambino* observatum est. Adde *Cragium* 2, 2. *Magius* adnotat, nostrum *e duabus familiis* idcirco dicere, quia, cum praeter has plures essent Spartae Heraclidarum familiae, ex reliquis, ut *Plutarchus* ait, nullus per generis nobilitatem plus, quam alii, in rebus urbanis poterat. *Bosius*. Discrimen quoque faciendum inter Heraclidas *πρώτυς*, *καὶ σύνεγγυς Ἡρακλέυς*, et *νεωτάτυς τῶν ἐν Σπάρτῃ βασιλέων*. Vid. Plut in Lyc. pag. 40. quorum majores dicuntur rediisse in Peloponnesum. Lycurgus legislator dicitur fuisse *ἑνδέκατος ἀφ' Ἡρακλέυς*. Vid. Plut. in Sol. pag. 87.

*Procli*, Sic MSS. meliores et edd. vett. Atque sic et *Cicero* extulit *de divinat.* 2, 43. *Proclus et Eurysthenes*, *Laced. reges*: et mox: *anno enim Procli vita brevior fuit*. Quod mirum *Longolio* visum, cum Graecis *Προκλῆς* vocetur. Atqui sic et alibi noster: de quo ad 2, 1, 1. Sic item alii, *Persi*, *Verri*, *Achilli*, ut adnotavit *Dan. Pareus ad Sallustii Fragment.* c. 30. *Bos.* Leid. m. et Voss. A. *Procli.* B. *Precli.* Pro *Eurysthenis* Leid. m. *Erysthenis*. Voss. A. *Eristhenis.* De vocis *Procli* declinandi modo Cort. ad Sallust. Lib. I. Hist. Fragm. pag. 934. *Procles* saepe mutari in *Patrocles*, ut ex Platone in not. post. observavi, jam ante me ostenderat Casaub. ad Strabon. Lib. VIII. cap. 560. cui adde Wess. ad Herodot. Lib. III. cap. 50. n. 12. contra *Procles* saepe scriptum pro *Patrocles* monstravit Meursius Lib. I. Lect. Att. cap. 18. et Lib. III. Athen. Att. cap. 8. Item Fabricius Tom. I. Bibl. Gr. L. II. cap. 26. p. 939. [Ax. Boecl. Gu. Ult. omnesque ante Lambin. excusi *Procli.* Tum Boecl. Ax. *Eristhenis*. Gu. *Eristenis.*]

*Principes*] I. e. primi. Nam ante eos Pelopidae, tertia regum Spartanorum familia, regnabant. Vid. *Crag. l. c.* Pari sensu vox haec exstat 8, 1, 5. et 22, 3, 3. *Bosius.*

*Harum*] Longol. et Ms. Schotti, *Horum*: ut ad *reges* referatur. Sic subaudiendum esset *neutrum* vel *nullum*. Sed alterum magis congruum videtur. Ad *τὸ fieri* subaudi *regem*. Bos. Leid. m. et Voss. A. B. *horum*. Ver-

locum fieri non licebat: itaque utraque suum retinebat ordinem. Primum ratio habebatur, qui maximus natu esset ex liberis ejus, qui regnans decessisset; sin is virilem sexum non reliquisset, tum deligebatur, qui

bum vero *fieri* saepissime pro magistratum vel regem etc. creari poni solet. Coelius ad Ciceronem Lib. 8. ad Fam. Ep. 8. *Nam mea, si fio*, (id est, si aedilis creor) *forsitan cum locupletiore referam.* Consule Burmann. ad Quinctilan. Lib. 5. Instit. Orator. cap. 10. pag. 425. *Harum* retinendum, quia de familiis Proclis et Eurysthenis, non de ipso Procle et Eurysthene agitur. Idque docent verba *utraque suum retinebat ordinem.* Codicum hic non est habenda ratio, sed historiae. Ipsa Heusingeri explicatio monet servandum *harum.* [Non Lambinianum *Harum*, sed *Horum* est in omnibus libris, etiam in Ax. *Horum* (Proclis et Eurysthenis) *ex altera* (ortum familia) *in alterius familiae locum fieri* (regem) *non licebat.* Qui ex Proclis familia erat, non poterat rex fieri in locum alterius, qui ex Eurysthenis familia regnans decesserat, et contra. *Heusinger.* Omnes codd. et edd. veteres *Horum*, quod praetuli. *Horum* autem refero ad *reges*, de quibus initio hujus narrationis in universum dixerat, minime ad Proclem et Eurysthenem, qui ad explicationem primariae sententiae pertinent et propter adjuncta de familiis cogitari hic nequeunt, neque fieri poterant reges, quum jam essent. *Horum* est, ex his duobus omnino regibus, et in *fieri* regem suppleri debet ex nexu. Post autem *utraque* etiam ex librorum consensu recte habet, etsi male auribus Noster consuluit. Haec *Tzschuckius.* Verissime. Itaque *Horum* restitui, quod etiam in Gu. et Ult. est.]

*Itaque utraque*] Sic diserte Leid. Etiam optima Ed. Ultraj. *Ita utraque.* Melius multo, quam alii *uterque.* Nam *ordinem*, successionis scil. de quo mox sequitur, non personae, sed familiae retinebant. De ordine illo plura *Cragius l. c.* Bosius. Pro *itaque* Voss. A. *ita.* [Ax. *Itaque uterque*, quod ostendit, *horum* minime a librarii incuria esse profectum. *Mosche.* Gu. *Ita uterque.* v. supra ad 6, 1, 5. et 15, 4, 6.]

*Primum ratio habebatur*] Etiam haec lectio est meliorum libb. ut Dan. Leid. etc. At Longolius edidit: *primum ideo habebatur.* Magius et Lambinus: *primus in eo habebatur.* Quam scripturae varietatem *Schottus* e notarum compendiis ortam censet. Addere poterat, provo- (p. 466.) cabulum *ejus* omissum corruptelae occasionem praebuisse. Omissum autem videtur, ne mox repeteretur. *Bosius.* Locutio desumpta a candidatis Romanis. Romae enim dicebatur *illius haberi ratio*, qui in numerum candidatorum recipiebatur, cui licebat petere magistratum. Vide cl. Graevium ad Ciceronem Lib. 6. ad Fam. Ep. 6. [Gu. Ax. Ult. ut in textu legitur.]

*Qui max. natu*] Idem testatur *Herodotus* Lib. 6. Magius.

*Tunc eligebatur*] Praetulerim, quod est in Ed. Longolii, *tum deligeb.* si scripti libri addicerent. Bos. Leid. m. Voss. A. *deligebatur.* B. *diligebatur. Deligebatur* recte servatur. Vid. Oudendorp. ad J. Caesar. L. VI. B. G. cap. 13. De re vid. Spanhem. ad Juliani Imp. Orat. I.

[redacted]



4 proximus esset propinquitate. **Mortuus erat Agis rex, frater Agesilai. Filium reliquerat Leotychidem, quem ille natum non agnorat, eumdem moriens suum esse dixerat. Is de honore regni cum Agesilao, suo patruo, contendit, neque id, quod petivit, consecu-**
5 **tus est. Nam Lysandro suffragante, homine, ut osten-**

pag. 217. haud procul a fine. [ Ax. non : *tunc diligebatur*, sed : *tum deligebatur*. Ita etiam Gu. Ed. Paris. 1. Long. Mag. et Ult. Sed Lamb. *tum dilegebatur*. Ed. Boecl. et Bos. *tunc eligebatur.*]

*Mortuus erat Agis*] De morte Agidis et sepultura lege *Xenophontem* 3. *de reb. Graec.* Lambinus. Ms. Dan. *Hagis*; ut *Hagesilaus*. Bosius. Pro *Leotychidem* Leid. m. et Voss. A. iterum *Leontychidem*. [ Gu. *Hagis* Ax. *Leothichiden*. Ald. *Leontychiden*. Gu. Dan. Ult. Lamb. ut editum est. Reliquae antiquiores: *Leutychidem.*]

*Natum* ] Nempe pro filio. Proprie enim filius, sive filii nomen, ad eum tantum pertinet, qui ex legitima conjunctione et matrimonio natus est. L. Filium 6. D. De his, qui sui vel alieni juris sunt. L. Quia 5. D. de in jus voc. Recte igitur Pollux Onomast. Lib. 3. cap. 2. Sect. 3. inter *γνήσιον* et *νόθον* distinguit. Ille ex legitima conjuge procreatus est, hic vero ex pellice. Leotychidem quod attinet, si verum est, quod Plut. in Agide, et Athenaeus Lib. 12. de eo referunt, patrem nimirum habuisse Alcibiadem, non quidem nothus, sed spurius, et adulterinus filius ex adulterio conceptus est. Si vero Pausaniae fides habenda est, legitimus fuit. Et recte sibi et filio huic suo rex Agis consuluit, qui improbam suspicionem, quam de conjuge Timaea et filio ejus receperat, ante obitum deposuerit: licet dimovere eam non potuerit ab aliorum animis. Secunda Boecleri editio legit, *quem ille vivus non agnorat*. Ernstius. Sic Long. et Mss. Leid. Boecler. Sed Magio inspecti, et plerique editi *vivens* vel *vivus* : prius *Gebhardo*, posterius *Lambino* placebat. Verum utrumque haud dubie a scioli cujusdam manu est, qui *morienti* putabat *vivum* opponendum esse : ut in Institut. Justiniani, tit. *de Lege Fusia Canin. toll. Natum*, i. e. cum natus esset. Tempus tempori opponit. Non igitur opus subaudire *ex se*. Bosius. Leid. m. et Voss. A. B. [ Gu. Ult.] exhibent *natum*.

*Non agnorat* ] Quia Alcibiadis filius putabatur. Stupri enim commercium Alcibiades cum Timaea Agidis uxore habuit. Lege, quae de hoc adulterio retulit *Athenaeus* 12, 16. et scripta reliquit *Plutarchus in Alcibiade*, *Lysandro*, et *Agesilao*. Magius. *Pausanias in Laconicis* scribit, Agidi mali genii impulsu hoc in mentem venisse, ut audientibus Ephoris diceret, se non putare Leotychidem filium suum esse. *Lambinus*. Adde *Plutarchum de tranquillit. animi* pag. 467. F. *Bosius*.

*Suum esse dixerat.* ] Quo pacto id consecutus sit lacrymis Leotychides, docet *Pausanias*. (p. 467.) Longol. Adde *Plutarch. Agesilao*. Ms. Boecler. *duxerat*, corrupte. *Bosius*. Vossian. B. etiam *duxerat*. Mox verbum substantivum *est* post *consecutus* abest a Voss. A. [ Ax. Gu. *patruo suo*. Gu. etiam *Hagesilao*.]

*Suffragante* ] Adnitente, com-

dimus supra, factioso et his temporibus potente, Agesilaus antelatus est.

mendante. Vid. Ind. De re *Xenoph*. 3. *h. Gr.* et inde *Plut. Agesilao*. Boſius. [Ax. *Lysandro homine suffragante.*] Voſſ. B. *Lysandro homine suffragante, homine, ut ost.* etc. Pro *his* Voſſ. A. Ult. *iis*. A Plut. in Lyſandro pag. 446. dicitur Ageſilaus *Χρώμενος τῷ Λυσάνδρῳ συναγωνιστῇ*. Quid per ſuffragium Lyſandri intelligatur, patebit ex notis meis ad cap. 8. hujus vitae §. 1.

*His temporibus potente*] Nempe poſt Athenas captas. Unde a Plutarch. in Lyſand. p. 442. vocatur *ἀνὴρ δυνατώτατος, καὶ τρόπον τινὰ κύριος τῆς Ἑλλάδος*. pag. 443. *ὅσον ὐδεὶς τῶν πρόσθεν Ἑλλήνων δυνηθεὶς*. Et in Ageſil. pag. 597. *ὁ Λύσανδρος ἤδη καταναυμαχηκὼς τὺς Ἀθηναίυς, καὶ μέγιστον ἐν Σπάρτῃ δυνάμενος τὸν Ἀγησίλαον ἐπὶ τὴν βασιλείαν προῆγεν*.

## CAP. II.

Hic simulatque imperii potitus est, persuasit Lace- 1

*Imperii*] Sic Msc. Dan. At Boecler. et quidam edd. *imperio*. Paullo ante Long. et alii, *simulac*. Boſius. Cum pleriſque codd. *imperii* retinendum. Vid. Perizon. ad Sanct. Minerv. Lib. IV. cap. 4. num. 44. [Gu. Ax. Ult. *simulatque*. Tum Gu. Ult. *imperii*. Ax. *imperio*.]

*Persuasit Lacedaem.*] Ita fere et *Xenophon in Agesilao*. Idem tamen *h. Gr.* 3. et *Plut. in vita*, Lyſandri impulſu id factum ajunt, in Aſiam reverti et suis illic amicis opitulari cupientis. *Bosius*. Videamus, quomodo Xenophon et Plutarchus rem narrent. Verum eſt Plutarch. in Lysand. p. 446. narrare, Lyſandrum Ageſilao ſtatim, poſtquam Rex ſalutatus eſſet, persuasisse, *εἰς τὴν Ἀσίαν στρατεύειν, ὑποθέντα ἐλπίδας ὡς καταλύσαντι Πέρσας, καὶ μεγίστῳ γενησομένῳ*. Et Lyſandrum ad Amicos Aſiaticos, ut poſcerent a Lacedaemoniis Ageſilaum hujus belli ducem, ſcripſiſſe, qui amici Lyſandro paruerunt, et Legatos cum hiſce poſtulatis ad Lacedaemonios miſerunt, et ſtatim Plutarchus addit: *ὃ δοκεῖ τῆς βασιλείας ὐκ ἔλαττον Ἀγησιλάῳ καλὸν ὑπάρξαι διὰ Λύσανδρον*. Adde Plut. Ageſil. pag. 598. Jam bis maximopere Lyſandro devinctus erat, antea enim, illo ſuffragante, erat factus Rex. Sed Xenophon L. III. pag. 386, 387. H. Gr. refert, Lacedaemoniis ab Heroda quodam Syracuſano nuntiatum eſſe, claſſem parari a Tiſſapherne et Rege negante, se scire quo tenderet. Plut. in Ageſil. pag. 598. *ἀπήγγειλάν τινες ἐξ Ἀσίας ἥκοντες, ὡς ὁ Περσῶν βασιλεὺς παρασκευάζοιτο μεγάλῳ στόλῳ Λακεδαιμονίυς ἐκβαλεῖν τῆς θαλάσσης*. Lacedaemoniis hoc nuntio commotis, Lyſandrum Ageſi-

[redacted]



daemoniis, ut exercitum emitterent in Asiam, bellumque Regi facerent, docens, satius esse in Asia, quam in

laum adhortatum, ut sese bellum suscepturum promitteret, *si triginta Spartani sibi adjungerentur.* Haec adnoto, caetera ibi examinanda omitto. Nam in hisce recte intellectis tota re- (p. 468.) rum cardo vertitur. Hi Triginta erant *σύμβυλοι* et *ἡγεμόνες*, ut vocantur a Plutarcho in Agesil. pag. 598. et a Diodoro Siculo Lib. XIV. cap. 79. dicti *τριάκοντα τῶν πολιτῶν εἰς τὸ συνέδριον οἱ ἄριϛοι.* Hujusmodi triginta consiliarii tum primum dati sunt Agesilao, et postea Agesipolidi, ut observat Cragius Lib. IV. de Rep. Lac. cap. 4. Hoc consilium sine dubio Agesilao dedit Lysander, quia non dubitabat, quin unius ex hisce triginta esset, quippe de Agesilao optime meritus. Id quod non fefellit eum, nam Agesilaus, teste Plutarcho, *ἐπηγάγετο Λύσανδρον ἐν τοῖς τριάκοντα συμβύλοις.* Plut. in Agesil. p. 598. refert, eum ob hanc amicitiam factum esse primum consiliariorum. Sed hoc honore ab Agesilao sibi habito ita sese gessit, ut teste Xenophonte, *ὁ μὲν Ἀγησίλαος ἰδιώτης ἐφαίνετο, ὁ δὲ Λύσανδρος βασιλεύς.* Teste Plutarcho: *περὶ τὸν σύμβυλον* (Lysandrum) *ἦν τὸ πᾶν ἀξίωμα τῆς ἀρχῆς τῷ δὲ βασιλεῖ* (Agesilao) *τὔνομα τῆς δυνάμεως ἔρημον ἐλείπετο.* Adde Plut. in Agesil. p. 599. pluribus haec memorantem. Quod non ferendum erat Agesilao; Regum enim Lacedaemoniorum amplior militiae quam domi erat potestas. Vid. Cragium Lib. II. de Rep. Laced. cap. 2. unde Agesilai gratia excidit Lysander, ut pluribus exsequitur Plutarchus p. 447. Sed de *κρεωδαίτυ* munere, quod ei in Asia dedit Agesilaus, alio quodam modo loquitur idem T. II. Lib. II. Symp. Quaest. 10. p. 644. Interea revertamur ad bellum hoc. Diodorus Siculus simpliciter dicit, Lacedaemonios, praevidentes molem belli Persici, elegisse ejus ducem Agesilaum, a quo non dissentit Pausanias L. III. cap. 9. qui locus jam ante citatus est. Nepos brevitatis studiosissimus dicit simpliciter de Agesilao: *persuasit Lacedaemoniis ut e. em.* celato Lysandri consilio.

*Ut exercitum emitt.*] Ms. Boecler. *exercitus:* sed unicum fuisse, sex millibus militum constantem, e *Diodoro* 14. constat. *Xenophon h. Gr.* 3. bis mille: et *in Agesilao* ter mille novos cives addit. *Bosius.* Vossian. B. [Gu. Ax. Ult.] *exercitus.*

*Bellumque facerent*] Tacit. 3. Ann. 18. *Quando M. Antonii, qui bellum patriae fecisset, nomen maneret.* Just. l. 3. *Peloponnenses immiserunt, qui bellum Atheniensibus facerent.* Gebh. Noster in Dion. cap. 4. *sibique bellum facere conari.* Vid. Cort. ad Sall. Cat. c. 26. num. 5. qui probam esse locutionem monstrabit. Cui adde Burmann. ad Ovid. l. 8. Metam. vs. 58. et Torrenium ad Valer. Maxim. lib. 5. cap. 4. num. 18.

*Regi*] Absolute positum, pro (p. 469.) *regi Persarum.* Adi Indicem. *Bosius.* *Rex Persarum* per excell. *rex* et *magnus rex* vocabatur. Aristophanes Acharn. vs. 617. *Ὅτι καὶ ΒΑΣΙΛΕΥΣ Λακεδαιμονίων τὴν πρεσβείαν βασανίζων.* Ubi Schol. v. *ΒΑΣΙΛΕΥΣ, ὁ μέγας Περσῶν.* Eustathius ad Dionysium Periegeten vers. 1056. *Μόνοι δὲ Πέρσαι ἔθνος ἔχυσιν Ἀσίας ΒΑΣΙΛΕΥΤΑΤΟΝ, καὶ ΜΕΓΑΣ δὲ*

in Europa dimicari. Namque fama exierat, Artaxerxem comparare classes pedestresque exercitus, quos in Graeciam mitteret. Data potestate, tanta celeritate 2

τῦτο ἐλέγετο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ὁ τῶν Περσῶν, ὡς καὶ ὁ Κωμικὸς δηλοῖ. Et apud Eundem Scholiastem vs. 1069. exstat Epigramma hoc de Cyro Persarum rege:

Ἐνθάδ' ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΗΩΝ.

Id est: Omnium regum maximus. Ut Cicero Lib. 9. ad Fam. Ep. 14. *Quod ipsi Agamemnoni regi regum fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiundis Nestorem.* Vide Doctiss. Alberti ad Apocalypsin Joannis cap. 19. comm. 16. Sic Florus Lib. 2. cap. 6. num. 35. *Saevitum in urbes, urbemque urbium Caralim.* Ubi consule Dukerum. κακὰ κακῶν pro malis gravissimis Sophocl. Oed. Col. vs. 1301. ἐχθροὶ ἐχθρῶν pro hostibus infestissimis Eurip. in Andromache vs. 521. Vide et Suidam in voce ἔσχατα ἐσχάτων. Sed ad rem redeamus. Persarum reges per excell. non tantum *reges*, et *reges magnos*, ut praeter alios etiam ostendit Wesseling. Lib. 2. Observ. c. 9. sed quoque *regum reges* vocari docet Burmann. ad Rutilium Itiner. Lib. 1. vs. 85. Adde not. post. et Fabric. ad Dion. Cassium Lib. xxxvii. cap. 6. p. 115. et ad Lib. xlix. cap. 41. p. 598. ubi de hoc Armeniae Regum titulo. Xerxes ὁ Περσῶν Ζεὺς vocatur a Gorgia Leontino, qui ideo castigatur a Dion. Longino cap. 3. de Sublim. §. 6.

*Satius esse in Asia, etc.*] Non laudat tamen Isocrates hunc Agesilai conatum in Oratione ad Philippum, eo, quod non prius Graecos inter se conciliarit, quam regi Persarum bellum inferret. *Lambinus.* Isocrates Orat. ad Philipp. Agesilai negligentiam reprehendit, cupiditatesque ejus inter se non consentientes coarguit et convincit, p. 99. *Ernstius.*

*Dimicari*] Ita Mss. Dan. et Boecler. Quod sperni non debet. Nam sic et alibi loquitur. Vide 4, 5, 1. et 16, 1, 3. Vulgo editur *dimicare.* Quomodo 1, 5, 4. *dimicare utile arbitrabatur.* Mox pro *fama exierat* vet. cod. Schotto laudatus et Ed. Ultraj. *fama erat:* sed vide Ind. in *exire.* Quidam editi, [ Ald. et Junt. ] *famam exire*, ut sint verba Agesilai; quod recte *Lambin.* rejicit. *Bosius.* Leid. m. et Voss. A. B. *dimicari.* Item Ax. [Gu. Ult.]

*Classis pedestrisque exerc.*] Ms. Dan. *Classes.* Ita loquitur paullo post, et supra Miltiade. Graeci dicunt ἑτοιμάζειν vel κατασκευάζεσθαι. Caesar Lib. 7. de Bell. Gall. cap. 12. *Praesidium Genabi tuendi caussa, quod eo mitterent,* comparabant. *Gebhardus.* Sic Ms. Boecler. probante *Scheffero.* ἀρχαικῶς, ut infra cap. 3, 5. *Sardis*, et alibi similia alia. *Classes*, plurium numero, etiam Dan. habuit. Nempe sequitur et *exercitus* in plurali. *Bosius.* Leid. m. *classem pedestrisque exercitus.* Voss. A. *classis pedestresque exercitus.* [ Ax. Gu. Ult. *classes pedestresque ex.* Ante Bosium excusi: *classem ped. ex.* Paullo ante Paris. 1. *fama* (non: *famam*) *exire.*]

*Tanta celeritate usus est*] Hoc proprium fuit Agesilao iter facienti, ita ut aliquando iter duorum dierum uno confecisse dicatur, teste Polyaeno Lib. 11. Strateg. cap. 1. §. 11. si is locus ita

[redacted]



usus est, ut prius in Asiam cum copiis pervenerit, quam regii satrapae eum scirent profectum. Quo factum est,
3 ut omnes imparatos imprudentesque offenderet. Id ut cognovit Tissaphernes, qui summum imperium tum inter praefectos habebat regios, inducias a Lacone petivit, simulans, se dare operam, ut Lacedaemoniis cum Rege conveniret, re autem vera ad copias comparan-

legatur, ut eleganter restitutus est a Cl. Valkenario ad Herodotum Lib. IX. cap. 15. num. 13. omittit Nepos a Graecis scriptoribus memorata, ut a Xenophonte Lib. III Hist. Gr. pag. 387. juxta quem Agesilaus decreverat Agamemnonis ad exem- (p. 470.) plum Trojam navigaturi, Aulidem proficisci et ibi sacrificare, somnio, ut fingebat, monitus, verum, ut ego opinor, superbia ablatus, quia post Agamemnonem totius Graeciae dux factus erat, sed inpeditus a Thebanis. Pluribus haec exsequitur Plutarch. in Ages. pag. 598, 599. et in Pelop. pag. 289. Confer et Pausan. Lib. III. cap. 9. p. 226.

*Perveniret*] Longol. *pervenerit*. Bosius. Leid. m. et Voss. A. *pervenerit*. B. *perveniret*. [Gu. Ult. reliquique ante Boecl. editi *pervenerit*.]

*Ut omnes imparatos*] Longol. et alii una voce auctius: *ut omnes imperatores imparatos*. Sed ea MSS. abest. *Bosius*. [Abest etiam a Dan. Gu. Ax. Ed. Ult. In ceteris ante Boecl. adest.]

*Inducias a Lacone petivit*] De induciis his *Xenophon Agesilao*, et *h. Gr.* 3. *Plutarchus Agesilao*, et *Polyaenus* 2, 8. Bosius.

*Ut Lacedaemoniis cum rege conveniret*] Ut Lacedaemonii, quae vellent, a rege impetrarent, id est, ut rex Persarum sineret civitates Graeciae, quae erant in Asia, esse liberas et uti suis legibus. *Lambin.* Id enim ut impetraret, venisse se significarat Agesilaus Tissapherni. Testis *Xenophon*. 3. *de reb. Graec.* Bosius. Plutarch. in Agesil. pag. 600. *Τισαφέρνης ἐν ἀρχῇ μὲν φοβηθεὶς τὸν Ἀγησίλαον, ἐποιήσατο σπονδὰς ὡς τὰς πόλεις αὐτῷ τὰς Ἑλληνικὰς ἀφήσοντος ΑΥΤΟΝΟΜΟΥΣ βασιλέως*. p. 601. Tisaphernem vocat *μοχθηρὸν ἄνδρα, καὶ τῷ γένει τῶν Ἑλλήνων ἐπαχθέστατον*. unde ipse Agesilaus apud eundem Tisaphernem vocat *κοινὸν ἐχθρὸν Ἑλλήνων*. Et mox refert, quod post acceptam cladem *ἔπεμψεν εὐθέως ὁ Βασιλεὺς Τιθραύστην ἐπ' αὐτὸν, ὃς ἐκείνου μὲν τὴν κεφαλὴν ἐπέτεμε*. Diodorus Siculus Lib. XIV. cap. 80. et Polyaenus Lib. VII. cap. 16. rem pluribus et distinctius memorant. Iram enim sui Regis ipse in se concitaverat propter clades belli, cujus auctor Tisaphernes fuisse credebatur a Rege. Vide Diodor. l. l. et Xenophontem Lib. III. Hist. Gr. pag. 391. et in Agesil. p. 519. Leid. m. et Voss. A. *ut Lacedaemonii cum rege convenirent*. Sed Vulgata Lectio est praeferenda. Iustinus Lib. 21. cap. 2. *Quibuscum sibi de pace conveniret*. Florus Lib. 3. cap. 22. n. 3. *Viro cum viris facile convenit*. Non vero recte dicuntur homines *cum alio convenire* pro pacisci, consentire, sed vel res dicitur vel de re *convenire* inter homines, vel saepe etiam Nominativus rei subintelligitur. P. Mela Lib. 1. cap. 7. num. 40. *Posteaquam in eo, quod con-*

das; easque impetravit t.imestres. Juravit autem uterque, se sine dolo inducias conservaturum. In qua pa- 4
ctione summa fide mansit Agesilaus; contra ea Tissaphernes nihil aliud quam bellum comparavit. Id etsi sen- 5
tiebat Laco, tamen jusjurandum servabat, multumque in eo se consequi dicebat, quod Tissaphernes perjurio suo et homines suis rebus abalienaret, et deos sibi

venerat, *non manebatur.* Noster in Paufania cap. 4. *Quae inter regem Pausaniamque convenerant.* Livius Lib. 4. cap. 26. *Nam ne quidem inter collegas convenerat.* Sic *Pax convenit* pro *de pace*, apud Livium aliosque. Consule Vorftium et Torrenium ad Valerium Maximum Lib. 2. cap. 8. num. 10. et Cortium ad Salluftium Jugurtha cap. 38. num. 10. contra *de pace convenit* dixit Florus 2, 6, 59. A. Gellius Lib. 3. N. Att. cap. 8. *Et, si de praemio conveniret, promisit Regem venenis necare.* Livius Lib. 3. c. 31. *Quum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet.* Florus L. 4. cap. 2. n. 11. *De invadenda* (p.471.) *Rep. facile* convenit. Abfolute ibidem num. 80. *Subito ingens inter utrosque silentium, quasi* conveniffet. *Hic omnium sensus erat.* Livius Lib. 2. c. 23. *Non modo inter Patres, sed ne inter consules quidem ipsos satis* conveniebat.

*Trimestres*] Dan. *trimenstris.* Bofius. Leid. m. et Voff. A. *trimestris.* Sic cap. sequenti idem Voff. A. pro *omnes s copias, omnis suas copias.* Et cap. 5. pro *peccantes*, *peccantis.* Sic alibi saepius. De qua scriptura Cortius ad Salluftium Catil. cap. 44. num. 1.

*In qua pactione summa fide mansit Ages.*] Haec locutio puriffimam respicit antiquitatem. Eumene: *Quam cum imperasset, in fide non* mansit. Caefar Lib. 1. Comm. de Bell. Gall. c. 36. *Neque iis neque eorum sociis injuria bellum illaturum, si in eo manerent, quod convenisset.* M. Tullius Attico: *Quod verita sit, ne Latinae in officio* manerent, *et in montem Albanum hostias non adducerent.* et Tuscul. *Earum bestiarum quaeque suum tenens munus* manet *in lege naturae. Manere in fide* eft ἐμμεῖναι τοῖς ὅρκοις. *Gebh.* Livius Lib. 4. cap. 7. *In foedere atque amicitia, restituto agro,* manfuros *appareret.* P. Mela L. 1. cap. 7. §. 40. *Postquam in eo, quod convenerat, non* manebatur. Vid. Duker. ad Florum L. 4. cap. 2. n. 17. Eodem modo verbum ἐμμένειν adhibuere Graeci: sic ἐμμένειν νόμῳ dixit Sophocles in Ajace Flagell. vers. 350. Aelianus Lib. 10. V. H. cap. 15. *Κἂν μετὰ ταῦτα ἐπέμεινεν τῇ μνηστείᾳ.* Eo sensu simpliciter verbo ἐμμένειν usus eft Euripides in Medea vs. 753. Elegantissimum hunc loquendi modum invenimus etiam apud Sacros Scriptores. Lucas in Actis Apoftol. cap. 14. comm. 22. πίστει ἐμμένειν dixit. Confule Raphelium ad Epift. Pauli ad Galatas c. 3. comm. 10. plura ex Xenophonte et Polybio prferentem hujus elegantiae exempla. [Ult. *contra,* sine *ea.*]

*Laco*] Voff. B. *loco.*

*In eo se consequi*] Sic Dan. Reliqui, *consequi se. Buchnerus* suo codici adscripferat, *in* abundare, ut 2, 2, 3. et apud Virgil. Eclog. 7. *Referebat in ordine Thyrsis.* sed secus eft, vid. Ind.

iratos redderet; se autem conservata religione confirmare exercitum, quum animadverteret, deorum numen facere secum, hominesque sibi conciliari

v. *in.* Bosius. [Axen. Ult. *consequi se.* Gu. ut Bosius edidit.]

*Servata relig.*] Msc. Dan. *conservata*: quomodo statim *conservare fidem* dixit. *Bosius.* Voss. A. *confirmata religione.* Sed in Marg. *al. conservata.* Et mox pro *conservare fidem* Voss. B. *confirmare fidem.* Gu. Ax. Ult. *conservata*, quod cum Bremio recepi. V. Jac. Frid. Heusinger. ad Cic. Offic. 3, 28, 8..

*Cum animadverteret*] Scilicet exercitus. *Lambinus.* Abest hoc verbum a Voss. B. [Ax. verba *quum animadverteret* omittit.]

*Deorum numen*] *Unius nomen* erat in Boecler. Unde Cl. *Schefferus* conjiciebat *hujus nomen*, referebatque ad *religionem*: ut *religionis nomen* sit fama ejus. Quomodo et 1, 8, 4. *nobile nomen* pro fama clara. Fortasse tamen monachus aliquis, (p. 472.) superstitionem Graecorum detestatus, scripserat in ora, *unius*, ut unius solummodo DEI numen esse innueret; idque librarius pro plurali *deorum* supposuit. *Bosius.* Voss. B. etiam *unius nomen.* [Ax. *unius numen.*]

*Facere secum*] *Facere cum aliquo* pro alicui adesse, favere, defendere aliquem, latinissima phrasis est. Vide Burmann. ad Ovid. Remed. Amoris vers. 759. Pagondas apud Thucydidem Lib. IV. cap. 92. *πιστεύσαντας δὲ τῷ θεῷ πρὸς ἡμῶν ἔσεσθαι, ὃ τὸ ἱερὸν ἀνόμως τειχίσαντες νέμονται.* Hinc pie bellantes dicebantur *θεοὺς συναγωνιστὰς ἔχειν.* Vid. Schwebel ad Onosandrum cap. 4. num. 2. pag. 26. De dicto et sententia hac Agesilai vid. Aelian. Lib. XIV. cap. 2. cum ejus interpretibus. Plut. in Agesilao p. 600. non haec adnotat, quasi Agesilai verba; sed ipse observat, postquam narravit Agesilaum in Phrygia complures urbes cepisse, et ingentem praedam egisse, quod hic Agesilaus hac sua victoria sive ipsa re ostendisset *τοῖς φίλοις ὅτι τὸ μὲν σπεισάμενον ἀδικεῖν, τῶν θεῶν ἐστι καταφρονεῖν. ἐν δὲ τῷ παραλογίζεσθαι τοὺς πολεμίους, οὐ μόνον τὸ δίκαιον, ἀλλὰ καὶ δόξα πολλή, τὸ μεθ' ἡδονῆς κερδαίνειν ἔνεστι.*

*Hominesque sibi conciliari*] Nihil de hominibus *Plutarchus* et *Polyaenus.* *Xenophon* tamen *or. de Agesilao* ait, eum hac re effecisse, ut omnes et Graeci et barbari ei, si voluisset, adhaesuri fuerint. *Bos.*

*Conciliari amiciores*] Propria quaedam Nepoti in loquendo est indoles, quam qui non attendunt, eam eunt perversum, quod creberrime facit Lambinus. Nam heic quoque delevit vocem *amiciores*, restitantem in omnibus tam scriptis quam editis. *Gebhardus.* Sic Lamb. et Ms. Dan. At reliqui, etiam Boecler. et Leidensis, *conciliare*: ut si dii conciliasse Laconibus homines dicantur, siquidem *deorum numen* retinemus. Sed alteram lectionem firmat, quod sequitur, *Quod his studere consuessent*, etc. Id enim ad homines pertinere, vix dubito. Proinde caussa favoris humani non a diis, sed ab hominum ingenio petitur. Ceterum *Lambinus* aut delendum censet *amiciores* scriptumque forte ad oras interpretandi gratia e regione verbi *conciliari*, *amiciores fieri*: aut legendum *sibi fieri amiciores*, vel *hominum sibi amicitiam conciliari.* Nam omnino, inquit, Latine dici non

amiciores, quod his studere consuessent, quos conservare fidem viderent.

potest, *conciliari amicum* seu *amiciorem*. Dicunt enim Latini vel *aliquem conciliari* simpliciter, vel *aliquem amicum fieri*, vel *amicitiam alicujus conciliari*. Sed recte *Gebhardus ad* propriam Nepoti in loquendo indolem consensumque librorum provocat. Adde Ind. *Bos.* Leid. m. *conciliari*. Voss. A. *conciliare*. Sed supra notatum erat *conciliari* B. *conciliare*. Pro *iis studere* Leid. m. et Voss. A. B. *his studere*. et cap. sequ. pro *his temporibus* Voss. A. *iis temporibus*. pro *his locis*, *iis locis*. [Ax. *homines sibi conciliare amicitiores*, sine *que*. Locum in Axen. codice aliisque pluribus, ne dicam omnibus, corruptum esse apparet. *Mosche*. Ed. Ult. Long. cum reliquis antiquioribus *conciliari*. Gu. *conciliare amicitioris*. Dan. etiam *conciliare*, non *conciliari*. Mox Gu. etiam, Ax. Ult. *his studere*. Ed. Mag. *iis st.* Ax. *consuevissent*.]

## CAP. III.

Postquam induciarum praeteriit dies, Barbarus non 1
dubitans, quod ipsius erant plurima domicilia in Caria, et ea regio his temporibus multo putabatur locupletissima, eo potissimum hostes impetum facturos, omnes suas copias eo contraxerat. At Agesilaus in Phrygiam 2
se convertit, eamque prius depopulatus est, quam Tissaphernes usquam se moveret. Magna praeda militibus locupletatis, Ephesum hiematum exercitum reduxit, at-

-(p. 473.) *In Phrygiam*] Sic quoque *Xenophon*, etsi rem paullo aliter narrans, et *Plutarchus* in *Agesilao* pag. 600. Neque discrepant a nostro, uti *Magio* ac *Lambino* visum, *Polyaenus* 2, 8. et *Frontinus* 1, 8, 12. qui in Lydiam irrupisse scribunt. Nam illi de altero strategemate loquuntur, de quo noster mox *versu* 4. et 5. quod comparanti illorum verba cum iis, quae *Nepos*, *Xenophon* et *Plutarchus* de ea re tradunt, tam manifestum est, ut mirari satis nequeam, viros doctos id non animadvertisse; *Lambinum* praesertim, qui horum loca ad alterum illum Nostri adnotavit. *Bos.* [Paullo ante Ult. *iis temp.* Gu. Axen. *hostis*, et *omnis*.]

*Exercitum reduxit*] Quod exta sacrificanti parum laeta fuerant, quodque equitatu barbaris inferior esset. Ita *Xenophon* 3. *h. Gr.* et *in Agesilao*; *Diodo-*

[redacted]



que ibi officinis armorum institutis, magna industria bellum apparavit. Et quo studiosius armarentur insigniusque ornarentur, praemia proposuit, quibus donarentur, quorum egregia in ea re fuisset industria.
3 Fecit idem in exercitationum generibus, ut, qui ceteris praestitissent, eos magnis afficeret muneribus.

*rus* 14. *Plutarchus in Agesilao,* et *in apophth. Laconicis.* Bosius.

*Ibi officinis armorum institutis*] Caesar 1. B. Civ. 35. *armorum officinas in urbe instituerant.* Hirtius de Bello Alexandrino cap. 2. *Nec minus in urbe maximae armorum erant institutae officinae.* Gebhardus. Similiter de Scipione *Polybius* L. 10. cap. 20. Buchnerus. Instruxit autem has officinas tanta cura Agesilaus, ut ipsa urbs *Xenophontis* judicio pag. 518. videretur *ἐργαστήριον τοῦ πολέμου* esse. *Bosius.* Leid. m. *officinis.* De Epheso hac Plut. in Lysand. pag. 434. (*Λύσανδρος*) *γενόμενος δὲ ἐν Ἐφέσῳ, καὶ τὴν πόλιν εὑρὼν εὔνουν μὲν αὐτῷ, καὶ Λακωνίζουσαν προθυμότατα, πράττουσαν δέ τότε λυπηρῶς, καὶ κινδυνεύουσαν ἐκβαρβαρωθῆναι τοῖς Περσικοῖς ἔθεσι διὰ τὰς ἐπιμιξίας, ὅτε δὴ τῆς Λυδίας παρακεχυμένης, καὶ τῶν βασιλικῶν στρατηγῶν αὐτόθι τὰ πολλὰ διατριβόντων, στρατόπεδον βαλόμενος, καὶ τὰ πλοῖα πανταχόθεν ἕλκεσθαι κελεύσας ἐκεῖ τὰ φορτικά, καὶ ναυπηγίαν τριήρων ἐκεῖ κατασκευασάμενος, τοῖς μὲν ἐμπόροις τοὺς λιμένας αὐτῶν ἀνέλαβεν, ἐργασίαις δὲ τὴν ἀγοράν. Χρηματισμῶν δὲ τὰς οἴκους, καὶ τὰς τέχνας ἐνέπλησεν, ὥστε πρῶτον ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου τὴν πόλιν ἐν ἐλπίδι τοῦ περὶ αὐτὴν νῦν ὄντος ὄγκου, καὶ μεγέθους διὰ Λύσανδρον γενέσθαι.* Ergo caussam videmus, cur Agesilaus quoque exercitum hiematum reduxerit Ephesum.

*Magna industria*] Equos cum sessoribus eo bello extorsit ditioribus, qui vacationem militiae impetrabant misso vicario milite. Auctor *Plutarchus in vita et apophthegm. Lacon.* Schottus. Itemque *Xenophon h. Gr.* 3. et *in Agesilao.* Bosius. Vid. not. post. ubi pro *qui Tom. II. pag.* 209. lege *qui hic et Tom. II. pag.* 209. Alio modo tractabat Cimon eos, qui vacationem militiae petebant: *βίαν μὲν οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων προσῆγε, χρήματα δὲ λαμβάνων παρὰ τῶν οὐ βουλομένων στρατεύεσθαι, καὶ ναῦς κενὰς ἐκείνους εἴα δελεαζομένους τῇ σχολῇ περὶ τὰ οἰκεῖα διατρίβειν, γεωργοὺς, καὶ χρηματιστὰς ἀπολέμους ἐκ πολεμικῶν ὑπὸ τρυφῆς καὶ ἀνοίας γινομένους.* Vid. Plut. in Cim. p. 485.

*Bellum apparavit*] Sic quoque Ms. Schotti et *Savaro.* Alii (p. 474.) *paravit.* Utroque modo *Nepos* alibi loquitur. *Bos.* Omnes mei codices [Gu. Ult.] *apparavit.* Quod probae monetae esse praeter loca in Indice adducta ostendunt illa Livii Lib. 3. c. 5. *Iisdem auctoribus cognitum est, Aequos Volscosque summa vi bellum* apparare. Lib. 4. cap. 1. *Bellum armaque vi summa* apparari *jubent.* cap. 12. *Quum, quietis finitimis, neque bello, neque belli* apparatu *opus esset.* c. 23. *Bellumque tanto majore quam proximo conatu* apparatum *est.* cap. 26. *Neque aliud tota urbe agi, quam bellum* apparari. cap. 55. *Tum delectus haberi, bellumque omnium ordinum consensu* apparari *coeptum.* Et ita amat Livius loqui.

His igitur rebus effecit, ut et ornatissimum et exercitatissimum haberet exercitum. Huic quum tempus es- 4
set visum, copias extrahere ex hibernaculis, vidit, si, quo esset iter facturus, palam pronuntiasset, hostes non credituros, aliasque regiones praesidiis occupaturos, nec dubitaturos, aliud esse facturum, ac pronuntiasset.

---

Flor. Lib. 1. cap. 18. n. 6. *Exhinc bellum, sed* apparatus *horribilis.* Justinus Lib. 2. cap. 10. *Interea et Darius cum bellum restauraret, in ipso* apparatu *decedit.*

*Insigniusque ornarentur*] Boecler. aberat copula, et potest abesse. Dan. habebat *insignibusque:* culpa scioli cujusdam, opinor, cui *insignia* militum in mentem erant. *Bosius.* Codex Voss. B. consentit iterum Boecleriano. [Ax. etiam *insignius.* Gu. *insigniusque,* et litterae *u* superscriptum est: *b.*]

*Praemia proposuit*] Vide *Xenophontem h. Gr.* 3. pag. 499. et *Agesilao* pag. 655. *Bosius.* Locutionem illustravit Burman. ad Phaedr. Lib. 1. fab. 14. vs. 9.

*Fecit idem in exercit. gen.*] Hoc pluribus verbis persequitur *Xenophon in Agesilao* et Lib. 3. *de reb. Gr.* Lambinus.

*Eos magnis*] Ms. *eos magis.* Quod est longe melius, totique loco convenientius. Vult enim, pro cujusque virtute praebuisse munera, aliis minora, aliis majora. Ut ne quidem verum sit illud *magnis.* Schefferus. Voss. B. etiam *eos magis*, et paullo ante pro *egregia*, *egrecia.* Videmus ex hoc loco Verbum *afficere* et in bonam et in malam partem a Nostro sumi, nam contra in malam partem adhibuit in Hannibale cap. 8. et in Regibus cap. 3. dixit *pari letho* affectus *est Lysimachus a Seleuco*, quem loquendi modum latissime illustravit Burm. ad Phaedr. 1, 5, 10. Eodem modo, quo Noster, dixit Cicero 2. ad Fam. Ep. 3. *Plurimis maximisque muneribus et nos amicos, et cives tuos universos, et remp.* afficies. et sic alibi millies in bonam partem. Pro *exercitatissimum haberet exercitum* Leid. m. *haberet exercitum, et exercitatissimum.* [Ax. Gu. Ult. *magnis*, ut editum est.]

*Huic cum tempus esset visum*] Insolita locutio visa *Lambino.* Itaque *tempus* delendum putabat. Sic enim loqui Latinos, *visum est mihi dicere, scribere, facere.* Non fecisset, opinor, si recordatus esset, nostrum 16, 2, 2. dixisse: *cum tempus est visum rei gerendae*, et 14, 11, 1. *tempus esse majores exercitus parari.* denique 23, 13, 4. *tempus est facere finem.* Integrum est, *visum est tempus faciendi*, vel *facere:* ellipticum, *visum est facere. Tempus* autem *extrahere*, pro *extrahendi* vel *ad extrahendum*, Hellenismus est. Vide Ind. v. *tempus. Freinshemius* legebat: *Hinc cum t. e. v. Schefferus* autem, *Heic cum*, ut 15, (p.475.) 6, 3. Sed τὸ *huic* Nepotis genio congruentius. Paullo post vulgo *praesidiis* abest, etiam ab optimis editionibus. Sed erat in Mss.-Dan. et Leid. Itaque diutius exsulare non sum passus. Vide Ind. *Bosius.* Saepius modus Infinitivus pro Gerundio in di poni solet. Noster in Lysandro cap. 3. *Iniit consilia, reges Lacedaemoniorum* tollere. Virg. 3. Aen. 670.

*Verum ubi nulla datur dextram adfectare potestas.*

5 **Itaque quum ille Sardes iturum se dixisset, Tissaphernes eamdem Cariam defendendam putavit. In quo quum eum opinio fefellisset, victumque se vidisset consilio, sero suis praesidio profectus est. Nam quum illo venisset, jam Agesilaus, multis locis expugnatis, magna**
6 **erat praeda potitus. Laco autem, quum videret, hostes equitatu superare, numquam in campo sui fecit**

et vs. 60. ejusdem libri:

*Omnibus idem animus scelerata excedere terra.*

Coelius Epist. 16. ad Ciceronem: *Quod porro tuum consilium sit ad desperatos accedere, non medius fidius reperio.* Vide Servium ad Virg. 4. Aen. vs. 565. Vechneri Hellenolexiam p. 168. aliosque. [Ax. *hostis.* Pro *aliasque* Ult. *alias*, omissa copula. Eadem *praesidio* habet pro *praesidiis*, quae vox a Gu. Ax. abest. Tum Ult. *neque dubitaturos, aliud eum facturum, ac. pr.* Non male. Ax. *eum aliud esse fact.* Idem codex cum Gu. *neque d.* pro *nec d.* habet.]

*Cum ille Sardes iturum se*] Lambinus, qui omnia cum pulvisculo alioqui solet converrere, locum Polyaeni omisit Lib. 2. in Agesilao com. 9. Ἀγησίλαος ἐπὶ Σάρδεις ἐλάυνων καθῆκε λογοποιὺς, ὡς ἐξαπατῶν Τισσαφέρνην, στέλλεται μὲν φανερῶς ἐπὶ Λυδίας, τρέπεται δὲ ἀφανῶς ἐπὶ Καρίας. Ὁ μὲν Πέρσης ὥρμησε Καρίαν φυλάττειν, ὁ δὲ Λάκων κατέδραμε Λυδίαν, καὶ λείαν πολλὴν κατέσυρεν. Cur autem potissimum sese in Cariam irruptionem moliri sparsisset, caussas addit Frontinus Lib. 1. cap. 8. Ex. 12. *Agesilaus Lacedaemonius, cum inferret bellum Tissapherni, Cariam se petere simulavit, quasi aptius locis montuosis adversus hostem equitatu praevalentem pugnaturus.* *Per hanc consilii ostentationem, avocato in Cariam Tissapherne, ipse Lydiam, ubi caput hostium regni erat, irrupit, oppressisque, qui illic agebant, pecunia regia potitus est.* Gebhardus. Vide quae diximus paullo ante ad illa v. 2. *In Phrygiam.* Ceterum sic Dan. elegantius quam alii, *se iturum.* Bosius. *Sardis* omnes codices, et Voss. B. bis hoc capite *hostis* pro *hostes.* [Gu. Ax. Ult. *Sardis.* Pro *iturum se*, quod etiam in Ax. et Gu. est, Ult. cum ceteris ante Bos. editis *se iturum.*]

*Eamdem Cariam*] Quam antea tutatus fuerat. *Lambinus.*

*In quo quum eum opinio fefell.*] Voss. A. *In eo quum eum opin. fefell.* Pro *magna erat praeda potitus* Voss. B. *magni erat praeda potitus.*

*Sero*] Quarto die postquam Agesilaus jam Lydiam ingressus ac populatus erat, ut tradit *Xenophon.* Lambinus.

*Hostes equitatu superare*] Superiores esse, praevalere, ut loquitur Frontinus. Infra Hannib. superabatur *navium multitudine, dolo erat pugnandum.* Caesar Lib. 7. Com. cap. 65. *Caesar, quod hostes equitatu* (p. 476.) *superiores esse intelligebat.* Graecis est ἱπποκρατεῖν. Diodor. Lib. 18. καὶ θεωρῶν τὺς πολεμίυς ἱπποκρατῦντας. *Gebhardus.*

potestatem, et his locis manum conseruit, quibus plus pedestres copiae valerent. Pepulit ergo, quotiescunque congressus est, multo majores adversariorum copias, et sic in Asia versatus est, ut omnium opinione victor duceretur.

*Et his locis manum conseruit, etc.*] Conflixit tamen ad Maeandrum Agesilaus, quod videbat nondum peditatum hostium adesse; et cum hostes praemissi ab Agesilao equitatus, interea dum pedestres copias instruit ac disponit, impetum satis fortiter excepissent, reliquo jam exercitu producto illi statim terga dederunt, etc. Agesilaus autem castris hostium potitus, et plus quam LXX. talenta praedae nactus est. Sic *Xenophon* Lib. 3. *de reb. Gr.* Addunt alii scriptores, hac victoria parta Agesilaum facultatem adeptum esse Asiae diripiendae. *Lambinus.* Pro *quotiescunque* Voss. A. et B. *quotienscunque.* [Ult. ut Voss. A. *iis locis.* Ax. *quotienscumque.* Gu. *majoris.*]

## CAP. IV.

Hic quum jam animo meditaretur proficisci in Persas, et ipsum Regem adoriri, nuntius ei domo venit 1

*Cum jam animo*] Sic Dan. Unde olim conjiciebam: *cum in animo meditaretur*, quomodo *Terentius Ad.* 1. 1. dixit, *in animo cogitare* et *instituere.* Nunc nihil muto. Nam sic et paullo post vs. 5. *Cum jam haud ita longe abesset.* In reliquis libris *τὸ jam* ob similitudinem particulae praecedentis videtur excidisse. *Bosius.* [Ax. Gu. *jam* omittunt, quod Ult. etiam inserit.]

*Nuntius ei domo venit*] Scytale scilicet. Plutarchus: *ἅμα τῷ τὴν σκυτάλην ἐλθεῖν.* Xenophon: *ἐπειδὴ ἦλθεν ἀυτῷ ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν, βοηθεῖν τῇ πατρίδι. Leunclavius* supplet, *ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν ὁ ἐπισέλλων*, quoniam in loco parallelo *Hist. Gr.* 4. mox adducendo *τὸ ἐπισέλλοι* legitur, vultque omissum illud *ὁ ἐπισέλλων* propter similitudinem cum vocabulis praecedentibus. *Lambinus ad h. l.* laudat: *ἐπειδὴ ἦλθεν ἀυτῷ σκυτάλη ἀπὸ τ. οἴκ. τελ.* Sed vereor, ne invitis libris. Fortasse nihil deest, sed *ἐλλειπτικῶς* loquitur *Xenophon;* ut in re simili *Hist. Gr.* 3. pag. 501. *ἔρχεται ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν, ἄρχειν καὶ τῷ ναυτικῷ.* Quem locum pariter *Leunclavius*, sed aeque frustra, ut arbitror, sollicitat. Utrobique subaudiri potest ex *Plutarcho, ἡ σκυτάλη ἡ κελεύουσα*, vel aliquid simile. *Nuntius* ergo videtur idem esse ac scytale, epistola, sive res per eam significata:

[redacted]



ephorum missu, bellum Athenienses et Boeotios indi-
2 xisse Lacedaemoniis; quare venire ne dubitaret. In
hoc non minus ejus pietas suspicienda est, quam virtus bellica: qui, quum victori praeesset exercitui, ma-

etiamsi *missu* Ephororum venisse dicatur. Nam et epistola mitti tur; et *mittere* interdum nil aliud est quam scribere, nuntiare; ut apud Graecos ἐπιστέλλειν. de quo vid. Ind. Atque sic et alibi *nuntii* voce noster usus, ut itidem docebit Index. *Bosius.* Hic subintelligi *dicens* observat Perizon. ad Sanctii Minerv. Lib. IV. cap. 5. num. 7.

(p. 477.) *Ephorum missu*] Quanquam libri omnes *jussu*; tamen, quoniam Ms. Dan. et Ultraj. ad oram habuere *missu*, haud spernendum id, immo genuinum puto. Nam librarii vix excogitaverint vocem rarioris usus: sed potius ut varia lectio adscripta fuerit. *Missu Ephorum*, i. e. mittentibus Ephoris, nuntium scilicet, vel epistolam sive scytalen per Epicydidam quendam. Xenophon 4. Histor. Graecae pag. 400. ἐνθένδε δὲ ἐπὶ τὸν Ἀγησίλαον ΠΕΜΠΟΥΣΙΝ Ἐπικυδίδαν. ὁ δ' ἐπεὶ ἀφίκετο, τάτε ἄλλα διηγεῖτο ὡς ἔχοι, καὶ ὅτι ἡ πόλις ΕΠΙΣΤΕΛΛΟΙ αὐτῷ βοηθεῖν ὡς τάχιστα τῇ πατρίδι. Haec aut similia noster exprimere voluit. Pro *missu*, quod meliores editiones habent, τὸ *jussu* irrepserat etiam apud *Ciceronem ad Attic.* 8, 9. et *Tacitum Histor.* 1, 43, 4. qui et alibi hac voce usus, de quo Indicem adi. Id igitur et heic factum fuisse probabile est. Denique hanc lectionem plane confirmant illa 7, 4 3. de re simili: *cum ei nuntius a magistratu in Siciliam missus esset, ut domum rediret.* Bosius. *Jussu* Voss. A. B. sed Leid. m. *pro ephororum jussit.* Quidquid sit, *missu* cum Bosio retinui. Post Xenophontem adfirmat id Plut. in Agesil. p. 603. Ἐν τούτῳ δὲ ἀφικνεῖται πρὸς αὐτὸν Ἐπικυδίδας ὁ Σπαρτιάτης, ἀπαγγέλλων, ὅτι πολὺς περιέστηκε τὴν Σπάρτην πόλεμος Ἑλληνικὸς, καὶ καλοῦσιν ἐκεῖνον οἱ Ἔφοροι, καὶ κελεύουσι τοῖς οἴκοι βοηθεῖν. In Xenophontis loco, quem Bosius citat, legitur βοηθεῖν ΩΣ ΤΑΧΙΣΤΑ τῇ πατρίδι. Et hunc subitum reditum ei injunctum exprimunt Nepotis verba *quare venire ne dubitaret.* [Ax. *ephorum missu.* Gu. *ephororum missu*, et litteris *mi* supra scriptum: *t iu. Ephororum* etiam in Cod. Dan. et Ult. edit. legitur.]

*Bellum indixisse Lacedaemoniis*] Diodorus L. 14. p. 489. et Xenophon Lib. 4. de reb. Graec. scribunt, regem Persicum pecunia praesides urbium Graecarum corrupisse, ut Lacedaemoniis bellum inferrent. *Ernstius.* Suasu et auctoritate Cononis per oratores Graeciae, Persico auro corruptos, ad id adductos. *Polyaen.* 1. *in Conone comm.* 3. Gebhardus. Adde laudatos *Ernstio ad h. l.* Bosius. Pro *Boeotios* Voss. A. *Boetos.* Pro *Bellum Ath. et Boeot. ind. Lac.* Voss. B. *Ath. et Boeotios bellum indixisse Lacedaemoniis.* De historia hac vid. Fabricium ad Orosium Lib. III. cap. 1. pag. 148. et not. post. Plutarch. in Lys. pag. 448. dicit: ἐτελεύτησε δὲ (Lysander) πρὶν ἐξ Ἀσίας ἐπανελθεῖν τὸν Ἀγησίλαον ἐμπεσὼν ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΟΙΩΤΙΚΟΝ ΠΟΛΕΜΟΝ, Ἢ ΜΑΛΛΟΝ ΕΜΒΑΛΩΝ ΤΗΝ ΕΛΛΑΔΑ.

*Non dubit.*] *Lambinus* mallet, *ne dubitaret.* Vid. Ind. *Bosius.* Leid. m. et Voss. A. *ne dubita-*

ximamque haberet fiduciam regni Persarum potiundi, tanta modeſtia dicto audiens fuit jussis absentium magiſtratuum, ut si privatus in comitio esset Spartae. Cujus exemplum utinam imperatores noſtri sequi voluiſſent!

*ret*. Vid. cl. Ruhnk. ad P. Rutilium Lupum Lib. II. Sect. 9. p. 116. [Axen. *non dub*. ut omnes ante Heusing. editt. praeter Ult. in qua, ut in Gu. codice, *ne* recte expreſſum eſt.]

*In hoc non minus ejus pietas*] Mscr. Boecl. omittit *ejus*. forſan haud male. Sic cap. 7, 2. *in hoc illud inprimis fuit admirabile*. Et alibi saepius. *In hoc*, scil. Ageſilao. Mox q. edd. *cum victor praeesset*. Sed alterum et congruentius eſt, et in melioribus libb. reperitur. *Bosius*. [*Ejus* abeſt etiam ab Ax. sed eſt in Gu. Ult. ceterisque libris. Recte. *In hoc* sc. facto, in hac re. V. infra ad cap. 7, 3. Mox Gu. Ax. Ult. cum ceteris *victori*. Ed. Ald. et Junt. *victor*.]

*Victori praeesset exercitui*] Loquendi modus optimis scriptoribus familiaris. Livius Lib. 2. cap. 31. *Omnium actionum in senatu primam habuit pro victore populo*. Lib. 3. cap. 24. *Qui ubi triumphantes victore cum exercitu urbem inierunt*. Et ita saepius alii. Conſule Cortium ad Salluſtium Jugurth. cap. 58. n. 5. et ad cap. 64. num. 1. et Vechneri Hellenolexiam p. 116. Huc referri poſſunt *Victrix libido*, Livio Lib. 1. cap. 58. *Victrix caussa*, Lucano Lib. 1. vs. 128.

(p. 478.) *Regni Persarum potiundi*] Vide quae diximus ad 9, 2, 3. *Xenophon* pag. 657. ait, agitaſſe animo et spe concepiſſe everſionem ejus imperii, quod prius Graeciam armis invaſerat. *Bosius*. Polybius Lib. III. cap. 6. adnotat, Ageſilaum, Aſiaticos segniores expertum, Philippo deinde Macedoni locum feciſſe haud vanas de Persarum socordia conjecturas faciendi, bellique iis inferendi.

*Tanta modestia*] Valde extollunt hoc factum laudantque *Xenoph*. *l. c.* et *Plutarchus* p. 604. *Bos*.

*Absentium*] Msc. Boecler. *hētium*, et in margine *hēsentium*. in quibus haud dubie aliquid latet. Cl. *Schefferus* citabat *sentium*, et ingeniose suspicabatur, *sciscentium*; primamque syllabam in voce *sciscentium* deletam eſſe ob poſtremam praecedentis vocis, ei non abſimilem. *Bos*. Voſſ. B. consentit iterum Codici Boecleriano. Phraſin *dicto audiens jussis absentium mag*. illuſtravi ad cap. 1. num. 2. Lyſandri; quibus adde J. Arntzenium ad A. Victorem de V. Illuſtr. cap. 7. num. 4.

*In Comitio*] In loco, ubi comitia peragebantur. Livius Lib. 40. cap. 29. *Id scriba non accepit, libri in comitio, igne a victimariis facto, in conspectu populi cremati sunt*. Tacit. 13. cap. 58. *Ruminalis arbor in comitio*. In vita Agricolae cap. 2. *Ut monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur*. Utitur aliquoties Cicero pro Sextio, In Verrem. Xenophon reddit ἐφορεῖον. *Gebhard*. Xenophon: ὐδὲν διαφερόντως ἢ εἰ ἐν τῷ ἐφορείῳ ἔτυχεν ἑςηκὼς μόνος παρὰ τὺς πέντε. *Ephoreum* autem curia Ephororum, ut e Pauſaniae Laconicis docent *Cragius* 2, 4. et *Emmius* Lib. 3. pag. 125. vide Ind. v. *comitium*. Bosius. v. not. poſt. Adhaec Ageſilaus cur veritus fuerit Ephoros, patet etiam e Plut. in Ageſ. pag. 598. Hinc etiam ſtatim paruit Diphridae

[redacted]



3 **Sed illuc redeamus. Agesilaus opulentissimo regno praeposuit bonam existimationem, multoque gloriosius duxit, si institutis patriae paruisset, quam si bello su-**
4 **perasset Asiam. Hac igitur mente Hellespontum copias trajecit, tantaque usus est celeritate, ut, quod iter Xerxes anno vertente confecerat, hic transierit triginta**
5 **diebus. Quum jam haud ita longe abesset a Peloponneso, obsistere ei conati sunt Athenienses et Boeotii ceterique eorum socii apud Coroneam, quos omnes gravi**

Ephoro, Boeotiam invadere eum jubenti, licet hoc facere post majori adparatu constituisset. v. pag. 605.

*Cujus exemplum*] Vel hic unus locus argumento est firmissimo, hujus libri auctorem, sive sit *Cornelius Nepos*, sive *Aemilius Probus*, sive quis alius, vixisse iis temporibus, quibus resp. Rom. penes populum et senatum erat: nondum sc. populi potentia et libertate ab imperatoribus, i. e. a tyrannis, oppressa. Haec enim perspicue in C. Julium Caesarem dicuntur, qui invito senatu et contra leges exercitum retinuit: unde natum est bellum civile inter eum et Pompejum. *Lambinus.* vid. *Sueton. in Caesare* cap. 30. *Florum* 4, 3. Loccenius. De hac Lambini sententia egi ad Dion. 9, 5. Nam, licet Nepos in libertate fuerit educatus, vixit tamen aetate J. Caesaris et Augusti, et libertatem sibi suisque popularibus ereptam vidit. Unde Lambinus non debuit dicere, *hujus libri Auctorem non vixisse aetate Theodosii, neque omnino ullius superiorum Imperatorum.* [V. ad 10, 9, 5.] Praschius ad Phaedrum Lib. 1. fab. 29. vs. 6. adnotat, hic *sequi voluissent* positum esse pro *secuti fuissent*, cujus elegantiae plura ibi exempla Burmannus profert.

(p. 479.) *Anno vertente*] Vid. Ind. v. *annus.* Supra 2, 5, 3. *sex mensibus* iter hoc confectum ait. Pro *transierit* Lambinus mallet *transegerit.* nulla necessitate. *Transire iter* dictum, ut *transire flumen*, *mare*, *saltum*, etc. et *transire vitam* apud Sallustium Catil. cap. 1. ac Senecam de Prov. cap. 4. Possis et absolute accipere, ut 2, 9, 1. 7, 9, 3. et alibi. *Bosius.* Notandum est, Pronomen Relativum nomini, ad quod respicit, praecedere. Virg. 4. Aen. 653.

*Vixi, et quem dederat cursum fortuna peregi.*

Vid. Cort. ad Sallust. Catil. cap. 3. num. 2. et Burm. ad Phaedrum Lib. 4. fab. vs. 1. Lib. 2. fab. 1. *Quae debetur pars, tolle*, pro tolle partem, quae debetur. Livius Lib. 3. cap. 9. *Quod populus in se jus dederit, eo usurum.* Sic apud Graecos Sophocles Ajace vs. 272.

*Ἀυτὸς μὲν ἤδεϑ' οἷσιν εἶχετ'*
*ἐν κακοῖς.*

In Trachin. vs. 94.

*Ὃν αἰόλα νὺξ ἐναριζομένα*
*Τίκτει, κατευνάζει τε φλογιζόμενον*
*Ἅλιον ἅλιον αἰτῶ*
*Τῦτο καρύξαι τὸν Ἀλκμήνας.*

praelio vicit. Hujus victoriae vel maxima fuit laus, 6
quod, quum plerique ex fuga se in templum Minervae conjecissent, quaerereturque ab eo, quid his fieri vellet, etsi aliquot vulnera acceperat eo praelio, et iratus videbatur omnibus, qui adversus arma tulerant, tamen antetulit irae religionem, et eos vetuit violari.
Neque vero hoc solum in Graecia fecit, ut templa deo- 7
rum sancta haberet, sed etiam apud barbaros summa
religione omnia simulacra arasque conservavit. Itaque 8

Caeterum *transire* cum quarto casu saepius ponitur a probatis Auctoribus. A. Gellius in praefat. pag. 8. *Ipse quidem volvendis* transeundisque *multis admodum voluminibus.* id eſt cursum perlegendis. Vide ibi Salmasii notas, et Waſſe ac Cortium ad Salluſtii locum hic a Bosio citatum, et *transitus pons* dixit Livius L. 2. c. 10. ubi summum Gronovium conſule. [ *Transire iter* Catullus etiam, Cornelii et amicus et civis, dixit Eleg. ad Manl. v. 60: (Rivus) *Per medium densi* transit iter *populi.* Rectius enim *iter* cum verbo *transit*, quam cum vocibus *per medium* copulatur. Pro *tantaque usus est celeritate* Ax. *tantaque cel. usus est.* ]

*Triginta diebus*] Mirum. nam obsiſtere ei conati sunt Thraces, quos gravi proelio superavit, ut teſtatur *Plutarchus in Agesilao:* idemque conati sunt et Theſſali, quorum dux erat Polycharmus Pharſalius: quos etiam in fugam vertit, alios interfecit, alios cepit, in eaque Theſſalorum fuga et clade Polycharmus ipse occubuit, itaque tropaeum inter Prantem et Narthecium conſtituit, ut tradit *Xenoph. in Agesil.* et L. 4. *de reb. Gr.* neque praetermisit *Plutarchus.* Lambinus. Cum noſtro tamen facit *Xenophon Agesilao*, cum ait, minori quam mensis spatio hoc iter confeciſſe, μεῖον ἢ ἐν μηνί. Noſter *triginta dies* numerat, fortaſſis idcirco, quod totidem Xerxem in hoc itinere confumsiſſe dixerat 2, 5, 3. *Bosius.*

*Quum jam haud ita longe*] Sic Dan. Leid. Boecler. Aliis *ita* deeſt. *Bos.* Voſſ. B. *cum ita aut longe.* pro *Boeotii* Voſſ. A. et B. iterum *Boetii.* [ Axen. *Cum jam haud longe*, non *cum ita aut longe.* Gu. Ult. ut editum est. ]

*Eorum socii*] Hos enumerat *Xenophon in Agesilao* et 4. *de rebus Gr.* Argivos, Corinthios, Aenianas, Euboeenſes, Locros utrosque, et multis verbis praelium illud ejusque eventum narrat. *Diodorus* ut fere in ceteris, summam brevitatem adhibuit. Multa autem profert *Polyaenus* Lib. 3. ſtrategemata, quibus usus sit Agesilaus adverſus Thebanos, sibi obſiſtere conantes. *Lambinus.*

(p. 480.) *In templum Minervae*] Quasi in asylum. Sic *Xenophon in Agesilao*, et Lib. 4. *de reb. Gr. Plutarchus in Agesilao.* Templum autem Minervae intellige cognomento Itoniae, ut docet *Pausanias Laconicis.* Ἰτὼν autem urbs Theſſaliae eſt. *Lamb.* Pro *fieri vellet* Leid. m. *vellet fieri.* [ Ita et Gu. Ax. ]

*Qui adversus arma tulerant*] Th. Wopkens Lib. 1. Lect. Tull. c. 4. p. 19. explicat *qui* per *quia.*

[redacted]



praedicabat, mirari se, non sacrilegorum numero haberi, qui supplicibus eorum nocuissent, aut non gravioribus poenis affici, qui religionem minuerent, quam qui fana spoliarent.

*Antetulit irae religionem*] *Polyaenus* L. 2. Strat. c. 1. §. 4. aliam cauſſam adfert, quamobrem Ageſilaus iis, qui in templum illud confugerant, pepercerit: *quod esset periculosum cum eis confligere, qui in rebus desperatis praelium de integro inirent.* Lambinus.

*Neque vero*] *Tò vero* abeſt a quibusdam Mſſ. et edd. et paullo poſt pro *conservavit* Long. *consecravit*, non recte; ut *Schottus* recte judicat. *Bosius*. Agnoscunt *τὸ vero* Leid. m. et Voſſ. A. B. [Gu. Ax. sed omittit Ult. cum reliquis ante Boecl. excusis. *Consecravit* etiam Gu. sed Dan. Ult. cum ceteris *conservavit*. Ax. *conservarit.*]

*Templa deorum sancta h.*] Id eſt inviolabilia. Florus Lib. 4. cap. 2. num. 21. *Aerarium quoque* sanctum, *quia tardius aperiebant tribuni, jussit effringi.* Tibull. Lib. 1, 5, 40.

*Num feror incestus sedes adiisse deorum,*
*Sertaque de* sanctis *deripuisse focis?*

Sic *muri sancti* sunt ex inſtituto Romuli. V. Dukerum ad Florum Lib. 1. cap. 1. num. 8. et *sancta* et *sancire foedera*. Vide Jac. Gronovium ad Livium Lib. 1. c. 24. Sic in Pelopida cap. 4. n. 2. vidimus legendum, *Quod apud omnes gentes sanctum esse consuesset*, de inviolabili Legationis jure. quomodo *sanctu* ... *numen* Virgilium dixiſſe notat Servius ad Lib. 8. Aen. vs. 382.

*Sacrilegorum numero haberi*] Hanc locutionem illuſtravit summus Gronovius Lib. 1. Observat. cap. 6. Adde not. poſt.

*Supplicibus eorum*] *Barbarorum* ne, quos proxime; an *deorum*, quos paullo ante nominavit? Hoc malim. nam et *Xenophon Agesilao* sub finem, unde totus hic locus expreſſus *Lambino*, et recte quidem, videtur, *deorum*, et paullo poſt *ararum supplices* vocat: *ἱκέτας δὲ θεῶν οὐδὲ ἐχθροὺς ἐβιάζετο, νομίζων ἄλογον εἶναι τοὺς μὲν ἐξ ἱερῶν κλέπτοντας, ἱεροσύλους καλεῖν, τοὺς δὲ βωμῶν ἱκέτας ἀποσπῶντας, εὐσεβεῖς ἡγεῖσθαι.* Nec insolitum Noſtro, provocabulum relativum ad remotius Nomen re- (p. 481.) ferre. vide notata ad 16, 3, 2. Proinde non eſt, cur cum *Magio* legamus *deorum*. Boſius. *Eorum* Leid. m. et Voſſ. A. B. pro *minuerent* Leid. m. *minuerint*. [Etiam Gu. Ult. *eorum*. Bremius Magii conjecturam probat. Pro *minuerent* — *spoliarent*. Ax. *minueret* — *spoliaret.*]

## CAP. V.

Post hoc praelium collatum est omne bellum circa Corin- 1
thum, ideoque Corinthium est appellatum. Hic quum una 2
pugna decem millia hostium Agesilao duce cecidissent, eoque facto opes adversariorum debilitatae viderentur, tantum ab-

*Ideoque Corinthium est appellatum*] Diodorus 14. *τῶν κατὰ τὸν πόλεμον δεινῶν σχεδόντι περὶ τὴν Κόρινθον γενομένων, ὁ πόλεμος ὗτος ἐκλήθη Κορινθιακός. Lambin.* Nugae ergo sunt, non modo quod nonnulli legerunt, *Corinthus est appellata*, scil. *ἀπὸ τῦ κορύννειν*; sed etiam quod *Longolius*, qui illos ridet, legit, *Corinthum est appellatum*, et interpretatur, *denuntiatum, ut Corinthum conveniret*: aeque risu excipiendus. *Bos.* Leid. m. Voff. B. *Corinthum.* Sine dubio librarii scripserunt, omiffa adbreviationis notula pro *Corinthiacum*, quomodo a Diodoro eft Graece appellatum, quomodo etiam dicitur bellum *Peloponnesiacum*, non *Peloponnesium*, ut Heufingerus voluit. [Ax. Gu. *Corinthum.* Ed. Par. 1. 2. Ald. Ult. Mag. Lamb. et seqq. recte *Corinthium.* Pro *collatum est omne bellum* Ax. Gu. *collatum omne bellum est.* Verbum *est*, monente Heufingero, de ftabili sede periclitatur, dum ita eam mutat, sequiturque *est appellatum.*]

*Agesilao duce*] Quod *Xenophon Agesilao*, nuntium tantae cladis (*ἀγγελίαν*) ad Agesilaum perveniffe; *Plutarchus* autem cum *in Agesilao*, tum *in apophthegm. reg. et duc.* audiffe eundem magnum hoc praelium, et *in apophth. Lacon.* audiviffe numerum hoftium mortuorum (ter verbo *πυθόμενος* ufus.) scribit; inde *Magius* et *Lambinus* colligunt, Agesilaum neutiquam huic pugnae interfuiffe. Addit tamen *Lambinus*, refponderi poffe, duces non ipsos cernere oculis mortuorum numerum, sed certis hominibus ex suis negotium dare, ut hunc cognoscant. Potius dixerim, duce aliquo fieri, etiam quae abfente eo, sed auspiciis ejus fiunt. *Bosius. Una* abeft Voffiano A. et pro *cecidissent* Leid. m. *reciderunt.*

*Tantum abfuit*] Sic habent codd. pleraeque; nec discrepant, quod sciam, libri meliores. Lambin. tamen et quaedam recentiores, *afuit:* quod solum Latinos ufurpaffe contendit non modo heic, sed etiam *ad* 9, 1, 2. et 20, 1, 3. ac *ad Horatii Satyr.* 1. pag. 50. et prolixius in *notis Ciceronianis*, poft *Muretum* et *Victorium*, *Lambinus*. Et certe veteres interdum sic extuliffe, atque sic paffim in Mff. codd. legi, negare nolim: nube teftium id evicit *Phil. Pareus in Lexico Critico.* Ex eo tamen nondum conficitur, alterum, quod et ipsum in plurimis codd. reperitur, Latinum plane non effe. *Bosius.* Leid. m. et Voff. A. B. *abfuit.* [Gu. Ax. Ult. *abfuit*, ut omnes ante Lamb.]

*Abfuit ab insolentia gloriae*] Minime insolenter de tanta victoria gloriatus eft: cum alioqui victoria inflet animum Ducis, ut supra in *Pausania* et *Lysandro* adnotabamus. Tacitus 4. H.

[redacted]



fuit ab insolentia gloriae, ut commiseratus sit fortunam Graeciae, quod tam multi a se victi vitio adversariorum con-

63, 1. *Civilis et Classicus rebus secundis sublati.* Aurelius Victor Caesar. cap. 39. *Quo prosperiore cedente metu, ne hujusmodi ingenium magis ac magis victoria insolesceret.* Ergo elationem animi comitatur quoque Gloriatio. Caesar 1. B. Gall. 14. (p. 482.) *Quod sua victoria tam insolenter gloriaretur.* Modestiae in successibus habet socios Agesilaus et alios. De Philippo Justinus 9, 4, 1. *Hujus victoriae callide dissimulata laetitia est. denique non solita sacra Philippus illa die fecit, non in convivio risit; non ludos inter epulas adhibuit, non coronas et unguenta sumsit; et quantum in illo fuit, ita vicit, ut victorem nemo sentiret.* De Timoleonte Nepos 20, 4, 2. *Nihil unquam neque insolens, neque gloriosum ex ore ejus exiit.* De Annibale Plutarchus in Marcello: ὅτε φωνὴν ἀφῆκεν ὑπερήφανον, ὅτε ἀπ' ὄψεως τὸ Χαῖρον. Compositum mentis et vultus Agesilai habitum ita describit *Xenophon:* ὐκ ἐφησθεὶς φανερὸς ἐγένετο. *Plutarchus:* ὐκ ὤφθη περιχαρὴς, ὐδὲ ἐπηρμένος. *Gloria* pro gloriatio. P. Syrus: *Cito ignominia fit superbi gloria.* Tacitus 1. A. 8, 2. *Plerique invisi sibi, sed jactantia gloriaque ad posteros.* Haec prolixius deduxi, ut affligerem correctionem *Lambini, insolenti gloria* suspicantis legendum. *Gebh.* Hunc locum egregie illustravit P. Burmannus ad Phaedrum L. 1. fab. 11. vs. 1.

*Vitio adversariorum*] Callida amolitio a se culpae et damni communi Patriae illati. Nam si *Diodoro* credimus, exstitit Agesilaus φύσει δραστικὸς καὶ φιλοπόλεμος. Quare, ne videatur impie ac scelerate iisdem sacris, linguae commercio, cohaerentes bello obtrivisse, illis versute culpam imputat. Usus est hoc colore quoque supra Alcibiades. *Gebhardus.* Locus Diodori est e Lib. xv. cap. 19. qui addit, καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων δυνάμεως ἂν τείχετο. Diodorum sequitur Aristides Tom. II. pag. 141. dicens: ὅς εἴπερ τις ἄλλος τῶν Ἑλλήνων γένεσθαι ἐδόκει φιλοπόλεμος. Sed Nepos Agesilaum defendit ab hoc crimine, nam, si voluisset rerum potiri solus, pulchram occasionem fuisset nactus, si Corinthiorum urbem expugnasset, propter divitias jam ab Heroicis usque temporibus celeberrimam. v. Thuc. L. 1. c. 13. et ibi interprr. Casaub. ad Strabon. L. viii. pag. 580. Plut. in Aristide pag. 331. Ciceron. et alios. Simulare tamen egregie potuisse Agesilaum, patet e fato Pisandri, quod acerbe tulit καὶ διὰ τὸν ἄνδρα, καὶ διὰ τὴν πόλιν, sed summa cum cura celavit, et quaevis laetitiae specimina edidit, et militibus contraria nuntiari jussit. v. Plut. in Ages. pag. 605. et Polyaenum Lib. ii. cap. 1. comm. 3. De alia ejus prudenti quoque simulatione vide cap. vi. hujus vitae §. 2. et 3. nostrum Nepotem. et hoc habuit commune cum omnibus Lacedaemoniis, qui ab Atheniensibus traducebantur, ὡς ἄλλα φρονέοντες, καὶ ἄλλα λέγοντες. v. Interprr. ad Herodotum Lib. ix. cap. 54. num. 57. Praeterea culpa haec est conferenda in ipsos Lacedaemonios, πολλὺς χρόνους ἀμφισβητήσαντας ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας, ἕως, ἐπειδὴ ποτ' ἐκράτησαν, μόλις ἔτη δώδεκα κατεῖχον ἀδήριτον. v. Polyb. Lib. 1. cap. 2. qui Lib. vi. cap. 46 et 47. eos vocat, πρὸς τὺς ἄλλυς Ἕλληνας φιλοτιμοτά-

concidissent: namque illa multitudine, si sana mens esset Graeciae, supplicium Persas dare potuisse. Idem quum 3
adversarios intra moenia compulisset, et, ut Corinthum

τυς, καὶ φιλαρχοτάτυς, καὶ πλεονεκτικωτάτυς. Lacedaemoniorum et Athenienſium discordiam, sive de principatu contentionem, veram Graeciae perniciei cauſſam, graphice describit Ariſtides Rhetor Oration. Tom. I. pag. 527. et seqq.

*Illa multitud. supplicium Persas dare pot.*] Hoc eſt, ut *Xenophon Agesilao*, et *Plutarchus in ejusdem vita* p. 604. ac *apophth. Lacon.* loquuntur, tot viros vivos potuiſſe barbaros univerſos superare; aut, ut *in apophth. reg. et duc.* habetur, interficere. Similis querela Lucani princ. Lib. 1.

*Cumque superba foret Babylon spolianda tropaeis*
*Ausoniis, umbraque erraret Crassus inulta,*
*Bella geri placuit nullos habitura triumphos?*
*Heu quantum potuit terrae pelagique parari*
*Hoc, quem civiles hauserunt, sanguine, dextrae!* etc.

(p. 483.) Quae ex hoc Agesilai dicto sumta eſſe, vir sui nominis *H. Grotius in notis ad eum locum* obſervat. De phrasi, *supplicium dare*, Indicem vide. *Bosius.*

*Si sana mens esset*] Virgil. *Si mens non laeva fuisset.* Gebhardus. Si sana Graecorum mens fuiſſet. *Lambinus.* Eſt fere proverbialis locutio, significans, *si Graeci consilij non fuissent expertes, si mentis suae fuissent compotes. Mens sana* alibi *mens bona* vocatur, cui opponitur *mens mala* et *laeva*. Conſule Gonzalium de Salas ad Petronium cap. 3. et Dukerum ad Florum Lib. 2. cap. 6. num. 20. Hinc etiam manavit formula, qua jurabant se purgaturi, qui alium aut re aut verbo laeſerant, laesum eſſe injuria hac indignum, et se fuiſſe *mente mala*: ut nos docet Brouckhuſius ad Tibullum 2, 5, 104. Vocem vero *sanus* ad animum transferri, et huic rei propriam eſſe, non eſt, quod multis oſtendamus, hinc enim *sanitas* pro ratione, et bona mente sumitur a Phaedro Lib. 4. fab. 25. vs. ultimo, ubi vide Scheſferi notas, quamvis ibi Nob. Heinsius *sana mens* legendum conjiciat. et ipsum verbum *sanare* de animo aegrotantibus passim sumi docet abunde Brouckhusius ad Propertium Lib. 1. El. 10. vs. 18. et ad Tibull. Lib. 2. El. 3. vs. 13. Caeterum ego interpunctionem veterem servo, vide Bosii indicem in *supplicium*. et quocumque modo diſtinguatur, manet Ellipſis, nam sine dubio *το Graeciae* repetendum eſt. Persae, qui primi Graeciam invaserunt, a Graecis ipsis, si saperent, fuiſſent puniendi; quod bene perceperunt Philippus poſtea, et Alexander, qui, si solos modo Perſas viciſſe fuiſſet contentus, non totius orbis latro evaſiſſet, et nemo praeclarius de Graecia fuiſſet meritus. Sed eadem haec Graecia neque Philippi, neque Alexandri ope indiguiſſet, si in sua viscera antea non saeviiſſet, suisque armis jam dudum Perſas subegiſſet, nec umquam Philippi aut Alexandri tyrannidem fuiſſet experta. Et haec eſt sententia Ageſilai a Nepote forſitan pluribus expoſita, quia fata Graeciae poſt ipſa Alexandri ejusque succeſſorum tempora audivit, legit et vidit. [Heusingeri interpunctionem: *si sana*

[redacted]



fuit ab insolentia gloriae, ut commiseratus sit fortunam Graeciae, quod tam multi a se victi vitio adversariorum con-

63, 1. *Civilis et Classicus rebus secundis sublati.* Aurelius Victor Caesar. cap. 39. *Quo prosperiore cedente metu, ne hujusmodi ingenium magis ac magis victoria insolesceret.* Ergo elationem animi comitatur quoque Gloriatio. Caesar 1. B. Gall. 14. (p. 482.) *Quod sua victoria tam insolenter gloriaretur.* Modestiae in successibus habet socios Agesilaus et alios. De Philippo Justinus 9, 4, 1. *Hujus victoriae callide dissimulata laetitia est. denique non solita sacra Philippus illa die fecit, non in convivio risit; non ludos inter epulas adhibuit, non coronas et unguenta sumsit; et quantum in illo fuit, ita vicit, ut victorem nemo sentiret.* De Timoleonte Nepos 20, 4, 2. *Nihil unquam neque insolens, neque gloriosum ex ore ejus exiit.* De Annibale Plutarchus in Marcello: ὔτε φωνὴν ἀφῆκεν ὑπερήφανον, ὔτε ἀπ' ὄψεως τὸ Χαῖρον. Compositum mentis et vultis Agesilai habitum ita describit *Xenophon:* ὐκ ἐφησθεὶς φανερὸς ἐγένετο. *Plutarchus:* ὐκ ὤφθη περιχαρὴς, ὐδὲ ἐπηρμένος. *Gloria* pro gloriatio. P. Syrus: *Cito ignominia fit superbi gloria.* Tacitus 1. A. 8, 2. *Plerique invisi sibi, sed jactantia gloriaque ad posteros.* Haec prolixius deduxi, ut affligerem correctionem *Lambini*, *insolenti gloria* suspicantis legendum. *Gebh.* Hunc locum egregie illustravit P. Burmannus ad Phaedrum L. 1. fab. 11. vs. 1.

*Vitio adversariorum*] Callida amolitio a se culpae et damni communi Patriae illati. Nam si *Diodoro* credimus, extitit Agesilaus φύσει δραστικὸς καὶ φιλοπόλεμος. Quare, ne videatur impie ac scelerate iisdem sacris, linguae commercio, cohaerentes bello obtrivisse, illis versute culpam imputat. Usus est hoc colore quoque supra Alcibiades. *Gebhardus.* Locus Diodori est e Lib. XV. cap. 19. qui addit, καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων δυνάμεως ἀντείχετο. Diodorum sequitur Aristides Tom. II. pag. 141. dicens: ὃς εἴπέρ τις ἄλλος τῶν Ἑλλήνων γένεσθαι ἐδόκει φιλοπόλεμος. Sed Nepos Agesilaum defendit ab hoc crimine, nam, si voluisset rerum potiri solus, pulchram occasionem fuisset nactus, si Corinthiorum urbem expugnasset, propter divitias jam ab Heroicis usque temporibus celeberrimam. v. Thuc. L. 1. c. 13. et ibi interprr. Casaub. ad Strabon. L. VIII. pag. 580. Plut. in Aristide pag. 331. Ciceron. et alios. Simulare tamen egregie potuisse Agesilaum, patet e fato Pisandri, quod acerbe tulit καὶ διὰ τὸν ἄνδρα, καὶ διὰ τὴν πόλιν, sed summa cum cura celavit, et quaevis laetitiae specimina edidit, et militibus contraria nuntiari jussit. v. Plut. in Ages. pag. 605. et Polyaenum Lib. II. cap. 1. comm. 3. De alia ejus prudenti quoque simulatione vide cap. VI. hujus vitae §. 2. et 3. nostrum Nepotem. et hoc habuit commune cum omnibus Lacedaemoniis, qui ab Atheniensibus traducebantur, ὡς ἄλλα φρονέοντες, καὶ ἄλλα λέγοντες. v. Interprr. ad Herodotum Lib. IX. cap. 54. num. 57. Praeterea culpa haec est conferenda in ipsos Lacedaemonios, πολλὺς χρόνυς ἀμφισβητήσαντας ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας, ἥν, ἐπειδή ποτ' ἐκράτησαν, μόλις ἔτη δώδεκα κατεῖχον ἀδήριτον. v. Polyb. Lib. 1. cap. 2. qui Lib. VI. cap. 46 et 47. eos vocat, πρὸς τὺς ἄλλυς Ἕλληνας φιλοτιμοτά-

concidissent: namque illa multitudine, si sana mens esset Graeciae, supplicium Persas dare potuisse. Idem quum 3
adversarios intra moenia compulisset, et, ut Corinthum

τους, καὶ φιλαρχοτάτους, καὶ πλεονεκτικωτάτους. Lacedaemoniorum et Athenienſium discordiam, sive de principatu contentionem, veram Graeciae perniciei cauſſam, graphice describit Ariſtides Rhetor Oration. Tom. I. pag. 527. et seqq.

*Illa multitud. supplicium Persas dare pot.*] Hoc eſt, ut *Xenophon Agesilao*, et *Plutarchus in ejusdem vita* p. 604. ac *apophth. Lacon.* loquuntur, tot viros vivos potuiſſe barbaros univerſos superare; aut, ut *in apophth. reg. et duc.* habetur, interficere. Similis querela Lucani princ. Lib. 1.

*Cumque superba foret Babylon spolianda tropaeis*
*Ausoniis, umbraque erraret Crassus inulta,*
*Bella geri placuit nullos habitura triumphos?*
*Heu quantum potuit terrae pelagique parari*
*Hoc, quem civiles hauserunt, sanguine, dextrae!* etc.

(p. 483.) Quae ex hoc Agesilai dicto sumta eſſe, vir sui nominis *H. Grotius in notis ad eum locum* obſervat. De phrasi, *supplicium dare*, Indicem vide. *Bosius.*

*Si sana mens esset*] Virgil. *Si mens non laeva fuisset.* Gebhardus. Si sana Graecorum mens fuiſſet. *Lambinus.* Eſt fere proverbialis locutio, significans, *si Graeci consilii non fuissent expertes, si mentis suae fuissent compotes. Mens sana* alibi *mens bona* vocatur, cui opponitur *mens mala* et *laeva.* Conſule Gonzalium de Salas ad Petronium cap. 3. et Dukerum ad Florum Lib. 2. cap. 6. num. 20. Hinc etiam manavit formula, qua jurabant se purgaturi, qui alium aut re aut verbo laeſerant, laesum eſſe injuria hac indignum, et se fuiſſe *mente mala:* ut nos docet Brouckhuſius ad Tibullum 2, 5, 104. Vocem vero *sanus* ad animum transferri, et huic rei propriam eſſe, non eſt, quod multis oſtendamus, hinc enim *sanitas* pro ratione, et bona mente sumitur a Phaedro Lib. 4. fab. 25. vs. ultimo, ubi vide Scheſſeri notas, quamvis ibi Nob. Heinsius *sana mens* legendum conjiciat. et ipsum verbum *sanare* de animo aegrotantibus passim sumi docet abunde Brouckhusius ad Propertium Lib. 1. El. 10. vs. 18. et ad Tibull. Lib. 2. El. 3. vs. 13. Caeterum ego interpunctionem veterem servo, vide Bosii indicem in *supplicium.* et quocumque modo diſtinguatur, manet Ellipſis, nam sine dubio *to Graeciae* repetendum eſt. Persae, qui primi Graeciam invaserunt, a Graecis ipsis, si saperent, fuiſſent puniendi; quod bene perceperunt Philippus poſtea, et Alexander, qui, si solos modo Perſas viciſſe fuiſſet contentus, non totius orbis latro evaſiſſet, et nemo praeclarius de Graecia fuiſſet meritus. Sed eadem haec Graecia neque Philippi, neque Alexandri ope indiguiſſet, si in sua viscera antea non saeviiſſet, suisque armis jam dudum Perſas subegiſſet, nec umquam Philippi aut Alexandri tyrannidem fuiſſet experta. Et haec eſt sententia Ageſilai a Nepote forſitan pluribus expoſita, quia fata Graeciae poſt ipſa Alexandri ejusque succeſſorum tempora audivit, legit et vidit. [Heusingeri interpunctionem: *si sana*

oppugnaret, multi hortarentur, negavit, id suae virtuti convenire. Se enim eum esse dixit, qui ad officium peccantes redire cogeret, non, qui urbes nobilissimas
4 expugnaret Graeciae. *Nam si,* inquit, *eos extinguere voluerimus, qui nobiscum adversus barbaros steterunt, nosmet ipsi nos expugnaverimus, illis quiescentibus,*

*mens esset Graeciae, supplicium P. d. p.* praetuli. Sic *supplicium dare*, non addito Dativo, legitur apud Catull. Carm. 116. v. 8. *At fixus nostris* (telis) *tu dabi' supplicium.* De ablativo *illa multitudine* v. Ind. v. *Ellipsis praepositionis cum.*]

*Potuisse*] Sic meliores libri. Long. *potuisset*, ac si Nepotis judicium hoc esset. Sed Agesilai esse e scriptoribus modo laudatis constat. *Bosius.* [Gu. Dan. Ax. Ult. *potuisse.*]

*Negavit id suae v. c.*] Etiam hic locus videtur fere e *Xenophonte* expressus, aut certe imitatus. *Lambin.* Vide eum pag. 669. *A. B.* qui tamen rem paullo aliter narrat. *Bosius.*

*Eum esse*] I. e. talem, tantum. Vide Ind. v. *is.* Msc. Boecl. vox *esse* aberat. *Bosius. Esse* abest etiam Vossiano B. Cicero 5. ad Fam. Ep. 8. Is *enim tu vir es, et* eum *me esse cupio, ut, quoniam in eadem Reip. tempora incidimus, conjunctionem amicitiamque nostram utrique nostrum laudi sperem fore.* L. 1. Ep. 8. *Me quidem etiam illa* (p. 484.) *res consolatur, quod ego* is *sum, cui vel maxime concedant omnes, ut vel ea defendam, quae Pompejus velit* etc. Lib. 8. Ep. 6. *Cum praesertim* is *sit, qui, si perniciosum sciret esse loqui de hac re, vix tamen se contineret.* ubi Cortium vide. Livius Lib. 3. cap. 58. *Orabatque, ne Claudiae genti* eam *inustam maculam vellent, ut carcere et vinculis viderentur digni.* Justinus Lib. 4. cap. 1. num. 18. Ea *est enim procul inspicientibus natura loci, ut sinum maris, non transitum putes.* Florus 1, 13, 3. Ea *certe fuit vis calamitatis, ut etc.* Consule Burman. ad Phaedr. L. 4. f. 1. vs. 5. [Ax. *peccantis.*]

*Steterunt*] Msc. Boecl. *steterint.* bene. *Bosius.* Vossianus B. iterum consentit Boecleriano. [Ed. Gebh. et Heuch. *exstinguere*, sine *eos*, sed reliqui cum Gu. Ax. Ult.] Leid. m. *eos exst.*

*Illis quiescentibus*] Non se moventibus, donec partes collisae inter se extreme defatigentur. Sed quamvis illi, qui talia spectant, armis quiescant, consiliis tamen non cessant: qui magis ac magis gliscentem discordiarum ignem foveant. Artaxerxes videlicet, ut regno suo otium a Graecis constitueret, ipsos inter se collisit hoc artificio. Primo Oratores pecunia corruptos induxit, ut persuaderent populo, hanc vel illam expeditionem suscipere; auxilium huic vel illi urbi ferre; dominium hujus vel illius territorii acquirere. Hoc intelligit Xenophon: *δωρεῖται δ᾽ ἐκείνοις, ὃς ἂν νομίζῃ λαβόντας, πλεῖστα κακὰ τοὺς Ἕλληνας ποιήσειν.* In eum finem triginta millia Daricorum per Timocratem quendam Atheniensibus ac Thebanis Oratoribus dilargitus est. Dein commotis in arma Graecis alimenta subministravit, ferendo parti infirmiori suppetias. *Polyaenus* L. 5. *Ἀρταξέρξης τὸν πόλεμον ἠγωνοθέτει τοῖς Ἕλλησιν ἀεὶ προστιθέμενος τοῖς ἡττωμένοις. ἀεὶ γὰρ ἐπανισῶν τὸν ἐλαττούμενον,*

*quo facto sine negotio, quum voluerint, nos oppriment.*

τὴν ἰσχὺν τοῦ νικῶντος κατέλυε. Hoc quoque intellexit *Xenophon*: καὶ ὁ νῦν συμμαχεῖ μὲν τούτοις, μεθ' ὁποτέρων ἂν οἴηται μεῖζω βλάψειν. Gebhardus. Pro *expugnaverimus* Leid. m. *expugnamus.*

*Sine negotio*] Id est, sine difficultate, sine labore. *Negotium* saepe de re molesta ac difficili ponitur. Cic. 2. ad Fam. Ep. 10. *Tantis opibus, tantoque negotio, ut mihi ad summam gloriam nihil desit, nisi nomen oppidi.* Vide P. Manutium ad Lib. 3. ad Fam. Ep. 10. Suetonius in Caesare cap. 19. *Ut Provinciae futuris Coss. minimi negotii, id est, silvae callesque, decernerentur.*

## CAP. VI.

Interim accidit illa calamitas apud Leuctra Lacedaemoniis, quo ne proficisceretur, quum a plerisque ad exeundum premeretur, ut si de exitu divinaret, exire noluit. Idem, quum Epaminondas Spartam oppugnaret, esset- 1

(p. 485.) *Apud Leuctra*] Leid. meus et [Gu.] Voss. A. B. *Leuctram.* [Ax. *Leutram.*] *Leuctra* retinendum, quod quoque agnovit Heusingerus. Nam ita Graeci vocant, ut praeter alios Diod. Siculus Lib. xv. cap. 54. ὅταν ἐν Λεύκτροις etc. qui dicit hunc campum a Leuctro quodam nomen fuisse adeptum, et Thucydides L. v. cap. 54. ἐς Λεῦκτρα. Varia Leuctra describit Plut. in Pelop. p. 288. sed nihil amplius addo, descriptus enim campus est a Meursio, ut in Indice jam notatum est.

*Ad exeundum premeretur*] Urgeretur, cogeretur. *Gebhardus.*

*Ut si de exitu divinaret*] Msc. Boecl. *ut si de exercitu divin.* Ed. Ultraj. *ut si de exitu dimicaret.* Sed editam lecti. tuentur verba *Diodori* Lib. 15. ὕστερον δὲ διὰ τῶν ἀποτελεσμάτων ἔδοξεν οὐκ ἀνθρωπίνην ἀπόφασιν, ἀλλὰ θεῶν τινὰ χρησμὸν εἰρηκέναι. Bosius.

*Exire noluit*] Secundum Plut. in Ages. pag. 611. Agesilaus, postquam sanum crus ejus pessime esset affectum, κομισθεὶς εἰς Λακεδαίμονα πολὺν χρόνον ἔσχεν ἀρρώστως, καὶ πρὸς τὰς στρατείας ἀδυνάτως. ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ πολλὰ συνέβη πταίσματα τοῖς Σπαρτιάταις καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν, ὧν ἦν ΤΟ ΠΕΡΙ ΛΕΥΚΤΡΑ ΜΕΓΙΣΤΟΝ, ὅπου πρῶτον ἐκ παρατάξεως κρατηθέντες ὑπὸ Θηβαίων ἡττήθησαν. Ac deinceps post calamitatem Leuctricam et post seditiones a se exstinctas, πρὸς τὰς στρατείας ἀπειρήκει διὰ τὸ γῆρας. idem pag. 614. attamen sese postea Tacho Aegyptio dedidit, causam praetexens, ἀνάξιον ἑαυτοῦ τὸ ζῆν ἄπρακτον ἐν τῇ πόλει,

que sine muris oppidum, talem se imperatorem praebuit, ut eo tempore omnibus apparuerit, nisi ille fuis-
2 set, Spartam futuram non fuisse. In quo quidem discrimine celeritas ejus consilii saluti fuit universis. Nam quum quidam adolescentuli, hostium adventu perterriti, ad Thebanos transfugere vellent, et locum extra urbem editum cepissent, Agesilaus, qui perniciosissimum fore videret, si animadversum esset, quemquam ad hostes transfugere conari, cum

*καὶ καθῆσθαι περιμένοντα τὸν θάνατον.* v. Plut. pag. 616. Aſt idem p. 618. observat, hunc Agesilaum amplius triginta annis fuiſſe maximum et potentiſſimum, totiusque fere Graeciae imperatorem, ac regem usque ad pugnam Leuctricam. [Ricklefsius malit, *quo ut proficisceretur*, et verba *ad exeundum* ex gloſſa immigraſſe putat. Alii Anacoluthon h. l. eſſe ſtatuunt. *Harlesius.* His cum Bremio accedimus.]

*Essetque sine muris oppidum*] Viri enim Lacedaemone fortitudine sua pro moenibus erant. Seneca rhetor suasor. 2. ut nos quidem emendabamus: *Non est Sparta lapidibus circumdata. Ubi viros habet, ibi muros non habet.* et mox: *Muri nostri arma sunt.* Schottus. Cur, quando et quamdiu Sparta sine muris fuerit ac non fuerit, poſt *Cragium* 1, 2. ac Lib. 3. p. 120. *et deinc. Emmiumque* Lib. 3. pag. 115. prolixe tradit *Meursius Miscellan. Lacon.* 4, 10. Bosius. De significatione vocis *Sparta* et *Lacedaemon* v. Weſſ. ad Diod. Siculi Lib. XI. cap. 4. num. 80.

*Nisi ille fuisset,*] Sic supra locutus eſt 9, 2, 3. Sed quod ad rem attinet, eandem paullo aliter narrat *Diodorus* L. 15. nempe sic, ut videatur Spartae sa- (p. 486) lutem adſcribere Agidis, non Agesilai, providentiae. *Lambinus. Plutarchus* tamen p. 614. D. scribit, omnes fateri, Ageſilaum cauſſam fuiſſe. *Bosius.* v. Weſſ. ad Diod. Sicul. Lib. XV. cap. 82, 83.

*Spartam futuram non fuisse*] In Ms. libro eſt *non esse.* Ernſtius.

*Celeritas ejus consilii*] Referunt id, praeter Noſtrum, etiam *Polyaenus* 2, 14. et *Plutarchus in vita* p. 613. *et seqq.* sed paullo aliter. *Bosius.*

*Et locum extra urbem editum*] Plutarchus *Ἰσσώριον* vocat, *locum bene septum, et adscensu difficilem,* ubi Dianae templum. *Polyaenus λόφον ἱερὸν Ἀρτέμιδος Ἰσσωρίας, prope Pitanem;* uti quidem recte *Casaubonus* illic, et *Meursius Miscell. Lac.* 4, 14. legunt; nam vulgo legitur *Ἀρτέμιδος Ὀρθείας.* Fortassis etiam legendum, *λόφον, οὗ ἱερὸν Ἀρτ.* Meminere praeterea *Stephanus* et *Hesychius;* sed hic *Ἰσσωρίαν* vocat. In Ms. Boecl. erat, *et eum locum.* Fortaſſe sub *τῷ eum* nomen loci latet, legendumque, *et Issorium, locum extra ur. editum.* Boſius. Voſſ. B. *et eum locum.* [Gu. Ult. vulgatam, quae bene se habet, confirmant.]

*Cum suis eo venit*] Sic legendum, non, ut habent mendosi codices (*Magio* laudati,) *cum suis convenit.* Lambinus. *Plutarchus* ac *Polyaenus* tradunt, solum, aut cum unico servo, et inermem eo veniſſe, dixiſſeque

suis eo venit, atque, ut si bono animo fecissent, laudavit consilium eorum, quod eum locum occupassent, et se id quoque fieri debere animadvertisse. Sic adolescentulos 3
simulata laudatione recuperavit, et adjunctis de suis comitibus locum tutum reliquit. Namque illi, aucto numero eorum, qui expertes erant consilii, commovere se non sunt ausi, eoque libentius, quod latere arbitrabantur, quae cogitarant.

*non illuc, nec unum in locum omnes, sed alios huc,* alio loco demonstrato, *alios illuc convenire jussos:* ipsum vero Isforium, aliis continuo accitis, occupasse. *Bosius.* [*Convenit,* pro *eo venit*, Ed. princeps, utraque Paris. Ald. Mox Gu. *Sic adulescentulis.* Ult. *Sic adulescenteis.*]

*Animadvertisse* [ Subintelligitur *dixit*, de qua ellipsi utriusque linguae auctoribus usitata, v. Raphelius ad Acta Apostol. c. 13. comm. 22. et Cannegieterus ad Aviani Fabulam 8. vs. 7. [Pro *se id quoque* Ed. Vulpiana *se quoque id.* Atque ita legendum esse, vel pronomen *id* ejiciendum, Bremius verissime monet. ]

*Recuperavit*] De persona rarius. Supra tamen Pelopida: *Hunc Epaminondas* recuperavit *bello* p. *Al.* Caesar L. III. de Bell. Gall. c. 8. *quod per eos suos se obsides, quos Crasso dedissent,* recuperaturos *existimabant.* Frontin. Cap. VIII. Lib. I. *Bello Punico quaedam civitates, quae a Romanis deficere ad Poenos destinaverant, cum obsides dedissent, quos recipere, antequam desciscerent, studebant, simulaverunt seditionem inter finitimos ortam, quam Romanorum legati dirimere deberent, missosque eos velut contraria pignora retinuerunt, nec ante reddiderunt, quam ipsi* recuperarent *suos.* Tacit. IV. Annal. cap. 73. *acri pugna hoste pulso recipiunt cohortis alasque fessas vulneribus.* Valer. Max. Lib. V. (p. 487.) cap. 11, 5. Q. Terentius Culeo Africani *superioris currum triumphantis, quia captus a Carthaginiensibus ab eo fuerat* recuperatus, *pileum capite gerens, secutus est.* Gebhardus.

*Tutum reliquit*] Illustravit hanc vocem Perizonius ad N. Heinsium Ep. 13. adde notas ad Them. cap. 2. num. 3. unde docemur, *tutus* non solum dici de hominibus securis, verum etiam de locis, in quibus homines sunt tuti, seu tuto versari possunt.

*Aucto numero eorum, qui expertes erant consilii*] *Lambinus* interpretatur, *qui non erant secessionis illius participes.* Quomodo igitur *eorum numerus auctus?* An legendum est, *aucti numero eorum?* adjunctorum scil. de comitibus Agesilai. An potius dicendum, quosdam transfugarum consilii, quod alii ceperant, expertes fuisse? Sane *Polyaenus* noctu principes factionis eductos ait. Sed dubito, an ῥῆσις Nepotis hunc sensum admittat. *Bosius.* [Heusingerus vulgatam omnium librorum scripturam ita interpretatur: *Cum paullatim praeter eos, quos Agesilaus re-*

*liquerat, plures ex urbe eo submitterentur, qui scelesti consilii non essent participes.* Bremius Bosii conjecturam probat, quam et mihi arridere fateor.]

*Quae cogitarant*] Voſſ. A. *quae cogitaverant.* B. *cogitarunt*, omiſſo *quae.* [Ax. Gu. *quae cogitaverant.*]

## CAP. VII.

1 Sine dubio post Leuctricam pugnam Lacedaemonii se numquam refecerunt, neque pristinum imperium recuperarunt, quum interim Agesilaus non destitit, quibus-
2 cumque rebus posset, patriam juvare. Nam quum prae-

*Post Leuctricam pugnam*] De caesorum Lacedaemoniorum numero in hac pugna egi in not. poſt. adde Notas ad Ariſtidem in Panathenaic. pag. 286. sive in notis pag. 554. et Weſſ. ad Diodor. Sicul. Lib. xv. cap. 56. num. 10.

*Se numquam refecerunt*] Translatum ab iis, qui a deliquio aut gravi morbo se recolligunt. Ovid.

— *vix me grandaevus Acestes,*
*Vix mater gelida maesta refecit aqua.*

Infra Hamilcare: *Si paullum modo res essent refectae.* Tacit. xi. Annal. cap. 17. *Rursus Longobardorum opibus* refectus, *per laeta, per adversa res Cheruscas afflictabat.* Salluſt. *Quo et caeterorum animos* reficeret. Timoleonte: *Cum Siciliam recreare constituissent.* Gebhard. Proprie uſus eſt Phaedrus Lib. 4. f. 18. de Colubra gelu rigente: *Namque, ut* refecta *est, necuit hominem protinus.* Virgil. 3. Georg. 235.

*Post ubi collectum robur, viresque* refectae.

(p. 488.) et vs. 336.

— *Et saltus* reficit *jam roscida Luna.*

Et hinc *reficere* in genere notare in priſtinum salutis ſtatum reſtituere, docet Burmannus ad Val. Flaccum l. 4. Argonaut. vs. 391. Graeci vocant *ἀναλαμβάνειν*. Thucydides de Athenis Lib. vi. cap. 26. *ἄρτι δ᾽ ἀνειλήφει ἡ πόλις ἑαυτὴν ἀπὸ τῆς νόσου, καὶ τῆς συνεχοῦς πολέμου.* pro *Leuctricam* Voſſ. B. [Ax.] *Leutricam.*

*Neque pristinum imperium recuperarunt*] *Ἑρμηνεία* seu *ἐξήγησις* ejus, quod obscurius dictum eſſe videbatur. Nam hoc totum, *neque pristinum etc.* tantundem valet, quantum, *nunquam se refecerunt.* Lambinus. Eadem teſtatur Ariſtides in Panathen. sive Oration. Tom. I. p. 164. adde notas. De Lacedaemoniorum fatis, praeter a me in not. poſt. relata, vide Cragium L. 1. de Rep. Lacedaem. cap. 4. et Lib. iii. c. 1. Caſaub. ad Polyb. pag. 99. et 100. Perizon. ad Aelian. Lib. xiv. V. H. cap. 29. Tandem primus, sed ultimus ejus nominis, Rex Cleomenes *τὸ πάτριον πολίτευμα κα-*

cipue Lacedaemonii indigerent pecunia, ille omnibus, qui a rege defecerant, praesidio fuit, a quibus magna donatus pecunia patriam sublevavit. Atque in hoc illud 3
inprimis fuit admirabile, quum maxima munera ei ab

*τέλυσε, καὶ τὴν ἔννομον βασιλείαν εἰς τυραννίδα μετέστησε,* ut refert Polybius Lib. II. cap. 47. quo in Aegypto mortuo, a tyrannide hac fuerunt liberati, qui tamen fuit *ἀνὴρ γενόμενος, καὶ πρὸς τὰς ὁμιλίας ἐπιδέξιος, καὶ πρὸς πραγμάτων οἰκονομίαν εὐφυὴς, καὶ συλλήβδην ἡγεμονικὸς, καὶ βασιλικὸς τῇ φύσει.* Ut testatur idem Lib. V. cap. 39. de eo e Plutarcho notavit nonnulla Perizon. ad Aelian. L. XII. V. H. cap. 8. post Cleomenis fugam tres fere annos eorum Respublica patriis legibus fuit administrata. Sed audita Cleomenis morte de Rege creando cogitare coeperunt, et, ut quae interea fuerunt seditiose facta omittam, praeterita Lycurgi stirpe, elegerunt Lycurgum *ὃ τῶν προγόνων οὐδεὶς ἐτετεύχει τῆς προσηγορίας, ὃς δοὺς ἑκάστῳ τῶν Ἐφόρων τάλαντον, Ἡρακλέους ἀπόγονος καὶ Βασιλεὺς ἐγεγόνει τῆς Σπάρτης.* Quae latius narrat Polybius L. IV. cap. 35, 36. Deinceps Machanidas, et post Machanidam Nabis dominationem invasere. Vid. Pausan. Lib. IV. cap. 29. p. 351, 352. a quo Nabide dirum in modum fuere vexati. Vid. Eumd. L. VII. cap. 8. pag. 542. Sed ab Alcxamene homine Calydonio, quem Aetoli subornaverant, hic Nabis fuit interfectus. Vide Lib. VIII. cap. 50. et Livium Lib. XXXV. c. 35 et 36. Plut. in Philopoem. p. 364. simpliciter dicit *ἀποθνήσκει δὲ ὁ Νάβις, ὑπὸ Αἰτωλῶν δολοφονηθείς.* Hic Nabis propter diram crudelitatem vocatur a Plut. in Politic. Tom. II. p. 809. *νόσημα καὶ ἀπόστημα πόλεως.* De hoc Nabide et intestinis seditionibus consule Polyb. Lib. IV. cap. 81. et de Nabidis dirissima crudelitate Lib. XIII. cap. 4. et in Exc. de Virt. et Vitiis p. 1425. Haec latius exsequerer, sed jam fui nimius, ut ostenderem, vera esse, quae Nepos dixit, et adjicerem, quae in notis supra dictis olim addere omiseram. Idem Cragius Lib. III. Institut. 4. p. 215. observat, Pausaniae et aliorum ducum, ut et hujus Agesilai, diutinam extra patriae limites commorationem totam fere perniciem Reip. attulisse, peregrinis moribus per eam invectis. Interea, quae in notis post. de Lacedaemoniis, ab Alexandro, a reliquis Graecis imperatore adversus Darium declarato, subdi nolentibus, e Dexippo notavi, confirmantur a Plutarcho et Arriano. vid. Cragium Lib. IV. de Republ. Laced. cap. 3. adde Plut. Tom. II. pag. 240. de Lacon. Institut. in fine, qui in Numa pag. 78. in genere notaverat: *Λακεδαιμονίους δὲ, ἅμα τῷ πρῶτον ἐκβῆναι τὴν Λυκούργου διάταξιν, ἐκ μεγίστων ταπεινοτάτους γενέσθαι, καὶ τὴν τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίαν ἀποβαλλόντας, κινδυνεῦσαι περὶ ἀναστάσεως.* De serioribus temporibus, quibus praeceps ivit Spartanae nobilitatis decus, et deinceps nihil inquinatius ma- (p. 489.) xima Lacedaemoniorum parte esse coepit, vid. T. Hemst. ad Lucian. Tom. I. pag. 335. Si jam ad seriora ista tempora respexerit Nepos in praefat. in his verbis: *nulla Lac. tam nobil. est vidua*; minus accurate ac distincte scripsit. [Gu. *Hagesilaus destitit*, omissa particula *non*. Ult. *quum interim numquam Ages. dest.*]

*A quibus magna donatus pe-*

[redacted]



*liquerat, plures ex urbe eo submitterentur, qui scelesti consilii non essent participes.* Bremius Bosii conjecturam probat, quam et mihi arridere fateor.]

*Quae cogitarant*] Voss. A. *quae cogitaverant.* B. *cogitarunt*, omisso *quae.* [Ax. Gu. *quae cogitaverant.*]

## CAP. VII.

1 Sine dubio post Leuctricam pugnam Lacedaemonii se numquam refecerunt, neque pristinum imperium recuperarunt, quum interim Agesilaus non destitit, quibus-
2 cumque rebus posset, patriam juvare. Nam quum prae-

*Post Leuctricam pugnam*] De caesorum Lacedaemoniorum numero in hac pugna egi in not. post. adde Notas ad Aristidem in Panathenaic. pag. 286. sive in notis pag. 554. et Wess. ad Diodor. Sicul. Lib. xv. cap. 56. num. 10.

*Se numquam refecerunt*] Translatum ab iis, qui a deliquio aut gravi morbo se recolligunt. Ovid.

— *vix me grandaevus Acestes,*
*Vix mater gelida maesta refecit aqua.*

Infra Hamilcare: *Si paullum modo res essent refectae.* Tacit. xi. Annal. cap. 17. *Rursus Longobardorum opibus* refectus, *per laeta, per adversa res Cheruscas afflictabat.* Sallust. *Quo et caeterorum animos* reficeret. Timoleonte: *Cum Siciliam recreare constituissent.* Gebhard. Proprie usus est Phaedrus Lib. 4. f. 18. de Colubra gelu rigente: *Namque, ut* refecta *est, necuit hominem protinus.* Virgil. 3. Georg. 235.

*Post ubi collectum robur, viresque* refectae.

(p. 488.) et vs. 336.

— *Et saltus* reficit *jam roscida Luna.*

Et hinc *reficere* in genere notare in pristinum salutis statum restituere, docet Burmannus ad Val. Flaccum l. 4. Argonaut. vs. 391. Graeci vocant ἀναλαμβάνειν. Thucydides de Athenis Lib. vi. cap. 26. ἄρτι δ' ἀνειλήφει ἡ πόλις ἑαυτὴν ἀπὸ τῆς νόσου, καὶ τῆς συνεχοῦς πολέμου. pro *Leuctricam* Voss. B. [Ax.] *Leutricam.*

*Neque pristinum imperium recuperarunt*] Ἑρμηνεία seu ἐξήγησις ejus, quod obscurius dictum esse videbatur. Nam hoc totum, *neque pristinum etc.* tantundem valet, quantum, *nunquam se refecerunt.* Lambinus. Eadem testatur Aristides in Panathen. sive Oration. Tom. I. p. 164. adde notas. De Lacedaemoniorum fatis, praeter a me in not. post. relata, vide Cragium L. 1. de Rep. Lacedaem. cap. 4. et Lib. iii. c. 1. Casaub. ad Polyb. pag. 99. et 100. Perizon. ad Aelian. Lib. xiv. V. H. cap. 29. Tandem primus, sed ultimus ejus nominis, Rex Cleomenes τὸ πάτριον πολίτευμα κα-

cipue Lacedaemonii indigerent pecunia, ille omnibus, qui a rege defecerant, praesidio fuit, a quibus magna donatus pecunia patriam sublevavit. Atque in hoc illud 3
inprimis fuit admirabile, quum maxima munera ei ab

*τέλυσε, καὶ τὴν ἔννομον βασιλείαν εἰς τυραννίδα μετέστησε*, ut refert Polybius Lib. II. cap. 47. quo in Aegypto mortuo, a tyrannide hac fuerunt liberati, qui tamen fuit *ἀνὴρ γενόμενος, καὶ πρὸς τας ὁμιλίας ἐπιδέξιος, καὶ πρὸς πραγμάτων οἰκονομίαν εὐφυὴς, καὶ συλλήβδην ἡγεμονικὸς, καὶ βασιλικὸς τῇ φύσει.* Ut testatur idem Lib. v. cap. 39. de eo e Plutarcho notavit nonnulla Perizon. ad Aelian. L. XII. V. H. cap. 8. post Cleomenis fugam tres fere annos eorum Respublica patriis legibus fuit administrata. Sed audita Cleomenis morte de Rege creando cogitare coeperunt, et, ut quae interea fuerunt seditiose facta omittam, praeterita Lycurgi stirpe, elegerunt Lycurgum *ᾧ τῶν προγόνων οὐδεὶς ἐτετεύχει τῆς προσηγορίας, ὃς δοὺς ἑκάστῳ τῶν Ἐφόρων τάλαντον, Ἡρακλέους ἀπόγονος καὶ Βασιλεὺς ἐγεγόνει τῆς Σπάρτης.* Quae latius narrat Polybius L. IV. cap. 35, 36. Deinceps Machanidas, et post Machanidam Nabis dominationem invasere. Vid. Pausan. Lib. IV. cap. 29. p. 351, 352. a quo Nabide dirum in modum fuere vexati. Vid. Eumd. L. VII. cap. 8. pag. 542. Sed ab Alexamene homine Calydonio, quem Aetoli subornaverant, hic Nabis fuit interfectus. Vide Lib. VIII. cap. 50. et Livium Lib. XXXV. c. 35 et 36. Plut. in Philopoem. p. 364. simpliciter dicit *ἀποθνήσκει δὲ ὁ Νάβις, ὑπὸ Αἰτωλῶν δολοφονηθείς.* Hic Nabis propter diram crudelitatem vocatur a Plut. in Politic. Tom. II. p. 809. *νόσημα καὶ ἀπόστημα πόλεως.* De hoc Nabide et intestinis seditionibus consule Polyb. Lib. IV. cap. 81. et de Nabidis dirissima crudelitate Lib. XIII. cap. 4. et in Exc. de Virt. et Vitiis p. 1425. Haec latius exsequerer, sed jam fui nimius, ut ostenderem, vera esse, quae Nepos dixit, et adjicerem, quae in notis supra dictis olim addere omiseram. Idem Cragius Lib. III. Institut. 4. p. 215. observat, Pausaniae et aliorum ducum, ut et hujus Agesilai, diutinam extra patriae limites commorationem totam fere perniciem Reip. attulisse, peregrinis moribus per eam invectis. Interea, quae in notis post. de Lacedaemoniis, ab Alexandro, a reliquis Graecis imperatore adversus Darium declarato, subdi nolentibus, e Dexippo notavi, confirmantur a Plutarcho et Arriano. vid. Cragium Lib. IV. de Republ. Laced. cap. 3. adde Plut. Tom. II. pag. 240. de Lacon. Institut. in fine, qui in Numa pag. 78. in genere notaverat: *Λακεδαιμονίους δὲ, ἅμα τῷ πρῶτον ἐκβῆναι τὴν Λυκούργου διάταξιν, ἐκ μεγίστων ταπεινοτάτους γενέσθαι, καὶ τὴν τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίαν ἀποβαλλόντας, κινδυνεῦσαι περὶ ἀναστάσεως.* De serioribus temporibus, quibus praeceps ivit Spartanae nobilitatis decus, et deinceps nihil inquinatius maxima Lacedaemoniorum parte esse coepit, vid. T. Hemst. ad Lucian. Tom. I. pag. 335. Si jam ad seriora ista tempora respexerit Nepos in praefat. in his verbis: *nulla Lac. tam nobil. est vidua*; minus accurate ac distincte scripsit. [Gu. *Hagesilaus destitit*, omissa particula *non*. Ult. *quum interim numquam Ages. dest.*]

(p. 489.)

*A quibus magna donatus pe-*

[redacted]



regibus et dynastis civitatibusque conferrentur, quod nihil unquam [in] domum suam contulit, nihil de victu, nihil de vestitu
4 Laconum mutavit. Domo eadem fuit contentus, qua Eurysthe-

*cunia*] Vid. *Xenophon* p. 663. B. *Bosius*.

*Admirabile*] Voss. B. *amirabile*. Pro *conferrentur* Voss. A. *conferentur*. *In hoc*, sc. facto, in hac re, ut supra c. 4, 2.]

*Nihil unquam* [*in*] *domum*] Ms. *nihil nunquam domum*. Probo. Corruperunt, qui validius negare duas negationes ignorarunt. Ita *nihil nemini* est in *fragm. Petroniano* pag. 14. Ubi vide quae notavi. *Schefferus*. Praepositio etiam Leidensi aberat: quare uncis inclusi. Atque sic alibi dixit *domos suas discedere* 2, 4, 1. quomodo Livius, *domos suas abire*, et *dilabi domos*: Ovidius, *suas quemque redire domos*; Tacitus, *reliquias suas domos comportare*: ut adnotatum *Vossio de construct.* cap. 42. et *Bangio observ. philolog.* Lib. 2. pag. 1064. Tamen nec alterum minus Latinum est, ut iidem, et ante eos *Sanctius in Minerva* Lib. 4. pag. 363. observarunt. Et sic plane in re simili scriptor de viris illustribus cap. 60. *in domum suam nihil contulit*. Et cap. 33. *se nihil amplius de praeda hostili in domum suam convertisse*. Ac fiori potuit, ut in MSS. quos diximus, *in* ob praegressam *m* exciderit. Quare expunctum nolui. *Bosius*. Noster in Attico cap. 22. *Ut non ex vita, sed ex domo in domum videretur migrare*. Cicero Lib. 1. Academ. Quaest. cap. 4. *Quid ergo, inquam, Antiocho id magis licuerit, nostro familiari, remigrare* in domum *veterem e nova, quam nobis in novam e vetere?* Vide notas J. Arntzenii ad Victoris l. a Bosio citatum. num. 8. Haud agnoscunt tamen praepositionem Vossiani A. et B. pro *unquam* Voss. B. etiam *nunquam*. de duplici negatione fortius negante vide ad Iphicrat. cap. 2. num. 2. Voss. A. *Quod nihil unquam*. [Ax. *quod nihil umquam domum s. c.* Recte. Supra quoque 3, 3, 2. *quod* extritum est, manet vero pluribus locis. V. 3, 2, 2. 19, 2, 4. 25, 3, 3. *Heusinger*. Gu. etiam *quod nihil umquam domum s. c. Quod nihil* jam a Wetzelio et Ricklefsio recte editum est. Praepositionem *in*, quae in reliquis Edd. legitur, Ult. cum Ax. et Gu. excludit. Pro *regibus et dynastis* Ax. *r. ac dinastis*. Gu. *regibus acclynastis*.]

*Nihil de victu, nihil de vestitu Laconum mutavit*] Eodem ex pectore illa quoque verba *Attico* 14, 2. *Nihil de quotidiano cultu mutavit, nihil de vitae consuetudine*. Justinus 44, 2. *Viriathi ea virtus continentiaque fuit, ut, cum consulares exercitus frequenter vicerit, tantis rebus gestis non armorum, non vestis cultum, non denique victum mutaverit, sed in eo habitu, quo primum bellare coepit, perseveraverit, ut quivis gregarius miles ipso imperatore opulentior videretur*. Gebhard. In Leid. erat: *nihil unquam de victu, nihil unquam de vestitu L. m.* Bosius. *Victus* et *vestitus* saepissime a probatis Auctoribus jungi solent. consule Dukerum de Latin. Jurisc. Veterum pag. 230. ubi late de voce *victus* disputat. Plut. Agesil. p. 606. dicit τοῖς πολίταις καὶ περίβλεπτος ἀπὸ τῦ βίυ καὶ διαίτης. Quid eadem dixit in Apophthm. Lac. ut Lambinus jam notavit, et haec exprimunt et defendunt verba Nepotis in Alcib.

nes, progenitor majorum suorum, fuerat usus, quam qui intrarat, nullum signum libidinis, nullum luxuriae videre poterat, contra ea plurima patientiae atque abstinentiae. Sic

cap. 1. *non minus in vita, quam victu*, licet conjectura ibi mihi ab amico suppeditata admodum probabilis videatur.

*Eurysthenes*] Leid. m. Voff. B. *Erysthenes*. Voffian. A. *Heristenes*. Ax. *Eristhenes*.]

(p. 490.) *Nullum signum libidinis, nullum luxuriae; contra plurima patientiae atque abstinentiae* Opposuitne *libidini patientiam*, *luxuriae abstinentiam*, κατ' ἐυϑυωρίαν, quemadmodum *Terentius in Andria* opponit *laborem libidini*, non longe a principio: *Ita ut ingenium est omnium hominum a labore proclive ad libidinem?* (*patientia* etiam in laboribus perferendis verfatur:) an κατὰ χιασμὸν *libidini abstinentiam*, *luxuriae patientiam*, ut tertium refpondeat secundo, quartum primo? quod videtur probabilius. *Patientia* enim verfatur etiam in tenuitate et duritie victus toleranda, cui opponitur *luxuries*. *Abstinentia* autem recte opponitur *libidini*, ut abftinentia intelligatur eadem effe atque continentia ac temperantia. Nam quamquam *abstinentia* saepius ea virtus intelligatur, quae avaritiae opponitur: videtur tamen interdum etiam virtutem, quae in afpernandis voluptatibus consiftit, significare, id eft, continentiam seu temperantiam potius: ut apud *M. Tull.* 2. *offic. At enim, inquit Pericles, praetorem, Sophocle, decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere.* Lambinus. *Luxuria* h. l. ponitur proprie pro nimio et profuso sumptu. De hac voce latiffime disputavit P. Burmannus ad Phaedrum Lib. 4. fab. 4. num. 44. *Quacunque summa tradet* luxuriae *domum*; ubi *Luxuriae domus* recte a Viro Incomparabili explicatur per domum nimio sumptu exftructam et politam. Hujusmodi *luxuriae domos* vocavit Pindarus δόμυς ἀβροτάτυς. O. Pyth. xi. vers. 51. Scholiaftes Vetus explicat, per τὺς οἴκυς τῆς ἐυδαιμονίας, τυτέσι, τὺς πλυσίυς οἴκυς.

*Contra plurima patient.*]. Leid. m. *contra ea plurima pat.* [Ax. *intravit* pro *intrarat*. Tum Ult. *contra plur.* sed optimi Codd. Gu. Ax. Savaronis, Edit. princeps, Arg. utraque Paris. et Long. *contra ea plur.* quod poft Heufingerum reftitui.]

*Sic enim erat instructa*] *Xenophon* sic inftructam fuiffe perhibet, ut nullo eorum egeret, quae alii tam avide concupiscunt. Et ita satis dives ac inftructa fuit. *Loccen.* Ms. Boecl. *sic enim structa*. Nempe ignotus librario vocis *instructa* significatus erat; et praeceſſerat de domo. Tò *erat* etiam omnibus libris, quibus *Lambinus* usus eft, aberat; forfan ob similitudinem a τῷ *enim* abforptum. *Bosius*. *Erat* abeft a Leid. m. et Voff. A. sed B. *sic enim structa*. Quod rejici debet. *Instruere domum* notat ornare supellectile, unde *instrumentum* pro ornamento adhibetur, et *supellex* a ICtis *instrumentum domus* vocatur. Confule N. Heinsium et P. Burmannum ad Ovidium Lib. 2. Faft. vs. 316. Suet. in Caefare c. 37. *Diverso quemque apparatu et* inftrumento. in Augufto cap. 73. Inftrumenti *ejus et supellectilis parsimonia apparet etiam nunc.* Juftin. 15, 1, 8. *Et ipsius Demetrii* priva-

[redacted]



enim erat instructa, ut nulla in re differret cujusvis inopis atque privati.

tum omne instrumentum *ac familiam reddidit*. ubi Bongarsium vide. et ita *ornata et instructa domus* apud Ciceronem, et *instructa taberna* est, quae omni instrumento, ad eam tabernam et artem in illa faciendam necessario, est referta, ut docet Graevius ad Orationem pro A. Cluentio. cap. 63. in fine. Plut. Agesil. pag. 606. inter alia ἤλλαξεν — ὐκ οἰκίας κατασκευὴν, ἀλλὰ καὶ τὰς θύρας ἀφῆκεν ὕτως ὔσας σφόδρα παλαιὰς, ὡς δοκεῖν εἶναι ταύτας ἐκείνας, ἃς ἐπέθηκεν Ἀριςόδημος. Quem illustrat Xenophon de Agesilao p. (p. 491.) 530. θεάσθω δὲ τὰς θύρας (de domo ejus agens) αὐτῦ, εἰκάσειε γάρ ἄν τις ἔτι ταύτας ἐκείνας εἶναι, ἅσπερ Ἀριςόδημος ὁ Ἡρακλέυς, ὅτε κατῆλθε, λαβὼν ἐπεςήσατο. Hic Aristodemus fuit pater Eurysthenis et Proclis. Vid. Herodot. L. IV. cap. 147. et hinc Nepos dicit: *domo eadem fuit contentus, qua Eurysthenes, progenitor majorum suorum, fuerat usus*. Qui horum trium scriptorum loquendi modi (eodem redeuntes) nihil nisi domus vetustatem indicant. Ex alio Xenophontis et hoc Plutarchi loco conjicit Nic. Cragius Lib. II. de Repub. Laced. cap. 2. pag. 104, 105. Regibus jam inde a primis temporibus suas Regias, seu domos et habitationes fuisse. Si haec sint vera, Nepos non potest dicere, *domo eadem fuit contentus, qua Eurysthenes prog. m. s. fuerat usus*. Nam tum hanc domum inhabitare quidem debuit; quia Cragius ex alio iterum Xenophontis loco colligit, *in iisdem* SEMPER *aedibus Regum habitationes fuisse*. Igitur eam communem habuit cum pluribus ejus ex Eurypontidarum familia decessoribus. Lego quidem apud Xenophontem Lib. V. H. Gr. p. 441. συσκηνῦσι μὲν γὰρ δὴ βασιλεῖς ἐν τῷ αὐτῷ, ὅταν οἴκοι ὦσιν, quod observat Xenophon, quando narraverat Agesilaum Agesipolidis mortem deflevisse, quia ejus consuetudinem desiderabat. Sed hoc respicere videtur publicum eorum Regum tabernaculum, ubi seorsum cum suis cibum capiebant. adde Plut. in Agesil. pag. 607. de quo tabernaculo idem deinceps Cragius agit. Haec observatio, utrum ab aliis ante me facta sit, plane ignoro, an recte, dijudicent docti. [Gu. *sic enim instructa*. Ita et Ax. non: *sic enim structa*. Ed. Ult. *sic enim erat instructa*, ut editum est. A ceteris ante Lambin. excusis *erat* abest. Mox pro *nulla in re* Ax. Gu. *in nulla re*.]

*Differret cuivis inopis*] Vulgo edunt, *differret a cujusvis inopis*. Sed a Vett. edd. Longol. Brix. aliisque Praepositio abest. Quod *Lambinus* interpretatur, *ut nulla in re cujusvis inopis domus ab Agesilai domo differret*. Ut nos primi, quod sciam, edidimus, erat in opt. libro Boecleri: nec dubito rectum et genuinum esse. *Differret cuivis*, domui scilicet, dictum, Graecorum imitatione, pro *differre a quavis*. Ut apud Horatium, *differt sermoni sermo*; *enitar tragico differre colori*; *quantum simplex hilarisque nepoti Discrepet*, et similia, post *Vechnerum hellenolexiae* I, 25. et *Vossium de construct.* cap. 37. congesta a *Bangio obs. philol.* Lib. 2. pag. 1022, 1023. *Bosius*. Leid. m. *Ut in re nulla differret a c. i. a. p.* Voss. A. *Ut in re nulla differret cujusvis inopis a. p.* B. *Ut nulla in re differ-*

*ret cujusvis i. a. p.* Vide not. post. [ Ax. etiam *differret cuivis inopis atque privati.* Sed *differre* cum tertio casu poëtarum potius est, quam oratorum et historicorum, quos Nepotis aetas tulit. *Heusinger.* Ax. *cuivis*, quod eodem errore factum videtur, quo alibi habet *cujus* pro *cuivis*, ut Dio. 9. 5. Iphicr. 3, 1. Timol. 5, 3. Hinc dubitaverim equidem, *cuivis* in numerum lectionum recipere. Bene se habet: *differret cujusvis inopis atque privati* scil. domus. *Moscke.* Edit. Mag. Lamb. Boecler. Heusinger. *differret a cuj. in. at. pr.* Sed Gu. Ed. princeps, Arg. utraque Paris. Ald. Ult. et Long. *differret cujusvis inopis atque privati*, quod in tanto praestantissimorum librorum consensu non potui non in textum recipere.]

## CAP. VIII.

Atque hic tantus vir, ut naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, sic maleficam nactus est in corpore fingendo. Nam et statura fuit humili, 1

*Sic maleficam nactus est*] Quam heic Nepos *naturam* vocat (p. 492.) *maleficam*, Ovid. non invenustius *difficilem* dixit Epistola Sapphus:

> *Si mihi difficilis formam natura negavit,*
> *Ingenio formae damna rependo meae.* Gebhard.

Mire variant editi pariter ac scripti. *Lambinus* et post eum reliqui ediderunt, *in corpore exiguus et claudus alt. pede.* Longol. Brix. et scripti Schotto, Boeclero, ac Savaroni inspecti: *in corpore exiguo, et claudus a. p.* Sed plenius Ms. Leid. *in corpore ejus fingendo, nam et statura fuit humili et corpore exiguo, et claudus alt. pede.* Ed. Ultrajectina: *in corpore fingendo. Nam et statura fuit humili et corpore exiguo. Qui autem virtutes noverant.* Unde non dubito, Nepotem scripsisse, ut nos edidimus. Nisi et τὸ *ejus* e Leid. inseri debet. Ut nonnulla in vulgatis omitterentur, fecit vox *corpore* bis in eadem periodo posita. Vide quae diximus ad 7, 3, 2. *Bosius.* Pro *nactus est* Leid. m. et Voss. A. *habuit.* Pro *Exiguus* Voss. A. et B. *exiguo.* [ Gu. Ax. *nactus est in corpore exiguo et claudus a. p.* Ita etiam Ed. princeps, Arg. utraque Paris. et Long. Sed ed. Ald. et Lamb. *n. e. in corpore, exiguus e. c. a. p.* Ed. Ult. verba *et claudus — contemnebant* in *Erratis* supplet. *Exiguus*, adnotante Kappio, h. l. non est staturae brevis, sed significat tenuitatem, gracilitatem, maciem, et opponitur pinguedini.]

[redacted]



et corpore exiguo, et claudus altero pede. Quae res etiam nonnullam afferebat deformitatem; atque ignoti faciem ejus quum intuerentur, contemnebant, qui au-
a tem virtutes noverant, non poterant admirari satis. Quod

*Claudus altero pede*] Hunc tamen sibi ducem militiae omnium consensu decreverunt, quia in rerum difficillimo statu malebant regem claudicare, quam regnum, ut dicit Orosius Lib. III. cap. 1. pag. 148. (V. Fabric.) Hoc dictum respicit oraculum, prudenter contra Diopithis sententiam a Lysandro expositum. Vide Xenophont. Lib. III. H. Gr. pag. 385. et Plut. Agesil. p. 597. cujus oraculi explicationem non erat igitur, cur Faber ad Justinum Lib. VI. cap. 2. (cui sua debet Orosius) ab aliquo ex gente Grammaticorum peteret, a Lysandro verius et melius illustratum; licet eventus docuerit, regnante Agesilao, post Leuctricam pugnam claudicare coepisse regnum, et multos hujus oraculi tunc responsum sibi in memoriam revocasse. Plutarch. p. 612, 615. Hinc Aristides Tom. II. p. 176. de Agesilao dicit: *ὅς φιλότιμος ὢν, καὶ φιλεταῖρος περὶ τῦ μετρίυ παραλαβὼν τὴν πόλιν τὴν Λακεδαιμονίων, γῆς καὶ θαλάττης ἄρχυσαν, ὐ διεφύλαξεν ἐν τῷ τύτῳ τῷ σχήματι.* Verum quidem hoc est; sed non Agesilai culpa. Pausanias Lib. VII. c. 2. adnotat inter Codridas litem esse ortam, quia ὐκ *ἔφασκεν ὁ Νειλευς ἀνέξεσθαι βασιλευόμενος ὑπὸ τῦ Μέδοντας, ὅτι ὁ Μέδων τὸν ἕτερον ἦν τῶν ποδῶν χωλός.* Si codices addicerent, non male posset legi *altero pedum*. Sed nihil movendum. Nam ipsi Graeci quoque ita sunt locuti. Sic Eupolis apud Suidam in voce κυλλός. *Χωλὸς ἐςὶ τὴν ἑτέραν χεῖρα.* Non vero *χειρῶν*. Plut. in Agesil. pag. 596. de Agesilai claudidate haec adnotat: τήν τε τῦ *σκέλυς πήρωσιν ἥτε ὥρα τῦ σώματος ἀνθῦντος ἀπέκρυπτε, καὶ τὸ ῥαδίως φέρειν καὶ ἱλαρῶς τὸ τοιῦτο παίζοντα καὶ σκώπτοντα πρῶτον ἑαυτόν, ὐ μικρὸν ἦν ἐπανόρθωμα τῦ πάθυς* etc.

*Nonnullam afferebat deformit.*] Hinc factum puto, ut a ponenda imagine corporis abstineret. *Xenophon in Agesilao* pag. 673. D. *Buchnerus.* Adde *Ciceron. ad famil.* 5, 12. Bos.

*Ignoti faciem ejus*] Vulgo enim *magnorum operum non alios capaces putant, quam quos eximia specie natura dignata est.* Curtius 6, 5, 29. Vide et 7, 8, 9. *Gebhardus.* Geminum quid de Agricola *Tacitus* 40, 4. Plura in hanc rem doctiss. vir *Franc. Junius de pictura veterum.* 3, 2, 9. *Cresollius Vacation autumn.* 2. pag. 150. et *Freinshemius ad Curtii* 6, 5, 29. Ceterum *ignoti* (p.493.) sunt, qui non noverant Agesilaum: *facies* autem videtur totius corporis formam et modum designare. Vide Ind. *Bos.* Recte Bosius explicat *ignoti* per eos, qui non noverant Agesilaum, quibus Agesilaus erat ignotus. De hac significatione videndus Burmann. ad Phaedrum Lib. 1. fab. 11. vers. 2. nec ab explicatione vocis *facies* abhorreo, quoniam hic de totius corporis deformitate agitur. Sic *facies* pro imagine et tota similitudine ponitur a Virg. 3. Georg. vers. 58. *Et* faciem *tauro propior.* Ubi vide Servii notas. Plut. vero in Agesil. pag. 596. adnotat: *τῆς δὲ μορφῆς εἰκόνα μὲν ὐκ ἔχομεν.* Deinde addit, dici eum fuisse parvum, et specie adspernanda.

*Qui autem virtutes*] Sic Boecler. et ed. Ultraj. melius quam

ei usu venit, quum annorum octoginta subsidio Tacho in Aegyptum isset, et in acta cum suis accubuisset sine ullo tecto, stratumque haberet tale, ut terra tecta esset stramentis, neque huc amplius, quam pel-

alii *virtutem*. Nam *virtutes* plures ei *versu praeced.* tribuit; et enumerat *Xenophon fine Agesilai*. Boſius. Leid. m. et Voſſ. A. B. [Gu.] *virtutes*. paullo ante pro *contemnebant* Leid. *contemnabant*.

*Annorum octoginta*] Boecl. *septuaginta:* sed vulgatum tuentur *Xenophon*, qui *ἀμφὶ*, et *Plutarchus*, qui *ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη* tum natum fuiſſe dicunt. *Bosius*. Leid. m. *Octuaginta*. Voſſ. B. *septuaginta*.

*Thaco*] Scripsit, opinor, *Tacho*. Eſt enim *Plutarcho*, *Athenaeo* 14. et *Diodoro* 15. *Ταχώς*, *Africano* et *Eusebio Τέως*, aliis, nisi mendosi sunt, *Thaus*, *Taos*, *Thamus*. Regem omnes fuiſſe scribunt, *Plutarcho* excepto, qui *ϛρατηγὸν* vocat Aegyptium; et tamen paullo poſt Nectanebin ab eo deficientem regem ab Aegyptiis renuntiatum; in *apophthegmatis* etiam *Laconicis* Agesilaum a rege Aegyptiorum arcessitum ait. Porro non adversatur Noſtro, uti *Gebhardus* cenſebat, *Polyaenus* 2, 22. cum Agesilaum Nectenabo *συμμαχοῦντα* memorat, nam ei poſtea opem tulit, ut dicemus ad *vers*. 6. Tacho autem adfuiſſe Agesilaum, etiam reliqui, modo laudati, referunt. *Bosius*. Leid. m. *Taco*. Voſſ. A. et B. *Tacho*. *Tacho* rescripsi, non tam propter Codices, semper in propriis nominibus, excepto hoc jam loco, errantes, quam quia a Graecis vocatur *Ταχώς*. Quamvis et a Graecis varie scribatur, ut jam a Bosio obſervatum eſt et deinceps a Weſſ. ad Diod. Sicul. Lib. xv. cap. 90. num. 51. Plutarchi locus eſt in Agesil. pag. 616. qui hoc factum Agesilao vitio datum scribit. Neque sibi ipse de eo gratulatus eſt. Vid. Weſſ. ad Diodor. Sicul. Lib. xv. cap. 92. num. 50. [Ax. *Thaco*, ut vulgati. Sed Gu. Ult. *Tacho*.]

*Ivisset*] Long. *isset*. Mox *in acta* eſt, in littore. Vide Indicem. *Bosius*. Leid. m. et Voſſ. A. B. item Axen. *isset*. [Ita etiam Ed. princeps et Arg. Sed Gu. Ult. *iisset*. Vulgati *ivisset*.]

*In acta*] In litore. Cic. in Ver. *Illo autem tempore iste, tametsi ea est hominis impudentia, quam nostis, ipse tamen, cum vir esset Syracusis, uxorem ejus parum poterat animo soluto ac libero tot in* acta *dies secum habere*. Vid. Muret. Lib. 1. Var. Lect. c. 3. Qui et hunc Tullii locum ab Hottomanni, nisi fallor, depravatione *in lecto* supponentis vindicat. Auson. in Periocha Odyſſeae vii. *Cum virgo Nausicaa regis Alcinoi ludum cum aequalibus in* acta *excerperet*. Prudent. Lib. 1. in Symmachum:

*Invenit expositam secreti in littoris* acta. *Gebhardus*.

*Acta* vocatur amoenus in littore seceſſus. Vide Cellarium et Cortium ad Ciceron. Lib. 9. ad Fam. Ep. 6. num. 10. Vid. not. poſt. Vitiose itaque Leid. m. *astha*.

(p.494.) *Sine ullo tecto*, *etc.*] Quae heic certis documentis Nepos, ea universe pulchreque de eo exponit *Xenophon Agesilao* p. 665. D. E. et 666. A. Haec temperantia ac tolerantia illum fortem et invictum praeſtitere. *Loccenius*.

*Ut terra tecta esset stramen-*

[redacted]



lis esset injecta, eodemque comites omnes accubuissent, vestitu humili atque obsoleto, ut eorum ornatus non modo in his regem neminem significaret, sed hominis
3 non beatissimi suspicionem praeberet. Hujus de adventu fama quum ad regios esset perlata, celeriter munera eo cujusque generis sunt allata. His quaeren-

*tis*] Hoc cum Gallis et Germanis Lacedaemonii habent commune. *Athenaeus: Κελτοὶ τὰς Χιὰς προτίθενται Χόρτον ὑποβάλλοντες, καὶ ἐπὶ τραπεζῶν ξυλίνων μικρὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπηρμένων. Gebhardus.*

*Neque huc amplius*] More sc. rustico, et priscorum, quibus id genus strata et cubilia erant, stramentis et pellibus parata, et de quibus nos affatim 2, 16. *Miscellaneorum.* Magius. *Huc* ponitur pro *his* scil. *stramentis.* Saepe Adverbia hujusmodi pro pronominibus usurpari solent. Consule Munkerum ad Hyginum Fab. 3. Burmannum ad Ovidium 6. Metam. vs. 650. et Cortium ad Sallustium Jugurth. cap. 14. num. 22. et ad cap. 47. num. 2.

*Vestitu humili atque obsoleto*] Voss. B. [Ax.] *V. h. a. absoleto.* Eandem varietatem supra ad Miltiad. cap. 6. num. 2. adnotavi. *Humilis* tam de rebus quam de hominibus adhibetur. Livius L. 1. cap. 39. *Viden' tu puerum hunc, inquit, quem tam* humili *cultu educamus?* sic *humilis fortuna* infra in Attico cap. 19.

*Hominis non beatissimi*] *Ms. homines non beatissimos.* Consentiunt Schotti liber optimusque Ultrajectinus, ut repudiari non debuerit, cum praecesserit non de Agesilao solo, sed comitibus omnibus in plurali. Omittitur autem post *beatissimos τὸ esse.* Quod non observatum, correctioni praebuit occasionem, maxime, cum in quibusdam libris scriptum esset *hominis* antique, pro *homines.* Schefferus. Voss. A.. *Homines non beatissimi*, sed supra scriptum erat *hominis.* B. *homines non beatissimos.* *Beati* passim a Latinis, ut *μακάριοι* et *μάκαρες* a Graecis, dicuntur divites, et qui in re lauta vivunt, unde et *beate vivere* dicitur de eo, cui nihil omnino deest. Videndus P. Manutius ad Ciceronem Lib. 6. ad Fam. Ep. 1. pag. 266. Propertius 2, 5, 6.

*Nec quae deletas potuit componere Thebas,*
*Phryne tam multis facta* beata *viris.*

Ubi vide Passeratii notas, et J. Arntzenii ad S. A. Victorem de Caesaribus cap. 14. num. 6. Quibus adde Graevium in Lect. Hesiod. cap. 14. De superlativo hoc ita differit Perizonius ad Sanctii Minerv. Lib. 11. cap. 11. pag. 227. *Manifeste hic per* BEATISSIMUM *non significatur excessus beatitatis ultimus, qualis creditur esse in Regibus, sed modicus plane et aliquantulum vulgarem hominum fortunam excedens. Atque adeo eodem prorsus modo sumitur, quo in negationibus dici solet* NON VALDE BEATUS. Pro *qui tum accubabant* Voss. A. *qui cum ac-* (p. 495.) *cubabant.* Et pro *attulerant, attullerant.* [Gu. Ax. *homines non beatissimos.* Ult. *hominis non beatissimi*, et in margine: *Al. homines non beatissimos.* Heusingerus hoc loco: *Voss. A. homines non bea-*

tibus Agesilaum vix vides facta est, unum esse ex his, qui tum accubabant. Qui quum regis verbis, quae 4
attulerant, dedissent, ille praeter vitulina et hujusmodi genera opsonii, quae praesens tempus desiderabat, nihil accepit; unguenta, coronas secundamque mensam servis dispertiit; cetera referri jussit. Quo 5

*tissimi, unde origo erroris in Boecl. Voss. B. Ax. cognoscitur. Ex hominis natum est homines, deinde et beatissimi ad id accommodatum est.*]

*Vix fides facta est*] Similiter lepidum quid in Philopoemene accidit ex obsoleto vestitu. Vide *Plutarch. Philopoemene* pag. 357. A. *Buchnerus.* Sed hoc non rarum erat in rege Lacedaemonio, quoniam apud Lacedaemonios *την ἐσθῆτα οἱ πλȣ́σιοι τοιαύτην, οἵαν ἄν τις παρασκευάσαι δύναιτο, καὶ τῶν πενήτων ὅσις ȣ̃ν*, gerebant. Ut Aristoteles dicit Lib. IV. de Rep. c. 9. pag. 374. Vide Cragium Lib. III. de Rep. Lac. Tab. VI. Instituto 1. Haec igitur omnia a Nepote memorata non uni Agesilao, sed omnibus Spartanis, nondum ad peregrinorum insaniam abreptis, erant propria. Praeterea veteres tyranni, sed justi apud Graecos, in primis Hiero, et filius Gelo, nec vestis habitu, nec alio ullo insigni a caeteris civibus differebant, ut testatur Livius Lib. XXIV. cap. 5. De peculiari Agesilai, jam senis, vestitu vid. Aelian. Lib. VII. V. H. cap. 13.

*Hujusmodi*] Boecl. *ejusmodi.* Mox *Lambinus* edidit, *ceteraque ref. jussit*, invitis, opinor, libris, et contra morem Nepotis. *Bosius.* [Gu. *pr. vitilinam et ejusmodi g. o. Ejusmodi* etiam Ax. v. supra ad 10, 7, 2. Mox *ceteraque* ante Lamb. in utraque Paris. et Ald. edit. legitur. Gu. Ax. Ult. ut editum est.]

*Coronas*] Ex papyro, *coronaria* vocata, confectas. Refert enim *Athenaeus* 15, 6. ex *Theopompo*, Aegyptios Agesilao, in Aegyptum proficiscenti, inter alia munera papyrum coronariam misisse. *Plinius* 13, 11. Papyri florem ad Deos coronandos usui fuisse dicit. Idem 21, 2. *Aegyptiarum coronarum* mentionem facit. *Magius.* Voss. B. *Cerenos.* Sed in marg. *coronas.*

*Servis dispertiit*] Idem eum fecisse donis, quae a Thasiis oblata erant, *Plut. in apophth. Lac.* scribit. Simile quid de Lysandro *Aelianus* 3, 20. Bosius. Vide ibi Periz. et ad cap. 34. ejusdem libri. [In Plutarchi Apophth. Lacon. 11. pag. 210. A. Agesilaus *πρὸς τὸν θαυμάζοντα την μετριότητα τῆς ἐσθῆτος καὶ τῆς τροφῆς ἀυτȣ̃ καὶ τῶν ἄλλων Λακεδαιμονίων ἀντὶ ταύτας, ἔφη, τάς διαίτας, ὦ ξένε, τὰν ἐλευθερίαν μώμεθα.* Sic emendandum, quod vulgatur *ἀμώμεθα*, mihi quidem vel ex Hesychio (*Μώμεθα, ζητȣ̃μεν*) liquet: hoc vero dictum senem in Aegypto dixisse suspicor Agesilaum, et cur hoc suspicer, constabit conferenti Plutarchum in Agesil. pag. 616. E. F. et Corn. Nepotis Agesil. cap. 8. quem diversa confudisse, quod Romano Scriptori elegantissimo toties accidisse nollem, liquet ex iis, quae verax narrat Theopompus apud Athenaeum XIV. p. 657. B. C. Haec *Valckenarius* ad Theocriti Adoniaz. Digress. IV. pag. 102. tom. 2. ed. Heindorf.]

[redacted]



facto eum barbari magis etiam contemserunt, quod eum ignorantia bonarum rerum illa potissimum sumsisse ar-
6 bitrabantur. Hic quum ex Aegypto reverteretur, donatus a rege Nectanabide ducentis viginti talentis, quae

*Magis etiam contemserunt*] Imo vero etiam irriserunt, et dictis salsis atque amaris insectati sunt, ut alii narrant, in quibus est *Plutarchus* et *Athenaeus*. Lambinus. *Etiam* abest a meo Leid. Sed in Voss. B. *etiam magis*.

*Quod eum ignorantia bonarum rerum*] *Bonas res* vocat, quae ad voluptates pertinent: et eas maxime, quae gustu tactuque percipiuntur. Non quod tales revera sint, sed quod ita existimet vulgus inanesque homines, qui felicitatem hominis his rebus maxime metiuntur. P. Syrus: *Bonarum rerum consuetudo pessima est*. Buchner. Adde (p. 496.) Ind. *V. bonus*. Bosius. *Res bonae*, sunt cibi delicati, lauti. Consule Burmannum ad Phaedrum Lib. 4. fab. 23, vs. 8. Dixit τὰ προκείμενα ἀγαθὰ Herodotus Lib. IX. cap. 82. ubi agit de magnifico coenae adparatu, Medorum ad exemplum instituto, quem Pausanias Lacedaemonius eo tempore derisit et sprevit, et Laconum parsimoniae longe postposuit, de cujus parsimoniae utilitate etiam Cragius Lib. III. de Repub. Lac. Tab. V. instit. VI. agit. de Cretensibus eadem fere notat Strabo Lib. X. pag. 739. Epimenides Cretensis dicitur etiam e donis, quae ipsi ab Atheniensibus offerebantur, nihil accepisse, nisi surculum e sacra olea. Ut e Plutarcho narrat Menag. ad Diogen. Laërt. Lib. I. Sect. III. Sic Lucullus postea e sibi a Ptolemaeo oblatis non nisi necessaria accepit. Vid. Plut. in Lucullo pag. 492.

*Nectanabe*] *Nectanabe* legendum, non, ut habent exempla Veneta, *Nathabide*. Sic enim hunc appellant *Plutarchus*, *Diodorus Siculus*, *Polyaenus*; nisi quod ἀδιαφόρως *Nectanabus*, et *Nectanabis*, et *Nectanebis* ab illis nominatur. Quod autem in *apophthegm. Lacon.* Νεκταβὶν scriptum est, erratum esse puto. *Lambinus*. Vide quae diximus ad 12, 2, 1. Ms. Boecler. *Onabide*. *Africano* est Νεκταναβῶ, *Abul Ferragio* in historia dynastiarum pag. 89. *Nectanebus*, sed *Patricidae* sive *Eutychio* in Annal. p. 266. *Pharaun Schaneck*. Ceterum Agesilaus, Tacho regno pulso, Nectanebi adhaeserat: ut apparet e *Xenophonte*, *Plutarcho*, *Polyaeno* ac *Diodoro*. *Diodorus* tamen ait, Agesilaum a Tacho, beneficio ejus restituto, non a Nectanebo, magnificis muneribus donatum. Quod ei assentiri non vult *Usserius* parte 1. *annalium V. T.* pag. 269. *Bosius*. Sane a Nectanebo, ut hic Nepos refert, magnificis muneribus fuit donatus Agesilaus, quia Tachum deseruerat, ira in eum exacerbatus, et a Nectanebo steterat, qui ejus opera Aegypti regnum, a Mendesio quodam, fugiente Tacho, occupatum, sibi vindicavit: unde a Nepote rex vocatur. Vid. Wessel. ad Diodor. Sicul. Lib. XV. cap. 93. num. 91. Plutarchus pag. 617. hujus Agesilai facinoris verissimum nomen esse *proditionem*, dicit. Adde pag. 618. Leid. m. *Natonabile*. Voss. A. *Nabide*. B. *Onabide*. Vide not. post. de vocis scriptura. si hic quoque *Nectanebo* praeferatur,

quae ille muneri populo suo daret, venissetque in portum, qui Menelai vocatur jacens inter Cyrenas et Aegyptum, in morbum implicitus decessit. Ibi 7
eum amici, quo Spartam facilius perferre possent, quod

ut in Chabria cap. 2. per me licet. [Ax. Gu. *Notonabide*. Ed. princeps, Arg. utraque Paris. Ald. *Nathabide*. Ed. Mag. Lamb. Boecl. Bos. *Nectanabe*. Omnes fere nomen in *abide* finiunt. Optime igitur Heusingerus *Nectanabide* edidit, quod jam in praestantissimo Ult. exemplari claris litteris expressum legitur.]

*Ducentis viginti talentis*] *Plutarchus* CC. ac XXX. talentis donatum fuisse Agesilaum dicit. In *apophth.* vero *Laconicis*, ingenti vi pecuniae. *Lambinus*. [Ult. *ducentis triginta tal.*]

*Quae ille muneri populo suo daret*] Haec ita sunt intelligenda. Nectanebus, ab Agesilao mirum in modum adjutus, enixe eum rogabat, ut apud se maneret, et secum hybernaret; verum Agesilaus ad bellum domesticum sese festinare respondit, certus, remp. suam aerarii inopia laborare et externum militem alere. Hoc audito, Nectanebus praeterquam aliis honori- (p. 497.) bus et muneribus Agesilaum ad hoc bellum domesticum magna pecuniae summa donavit. Vid. Plutarch. in Agesil. prope finem.

*Qui Menelai vocatur jacens*] Subintelligitur portus. Et ita alios locutos jam dudum observarunt docti. Sed Nepos potuisset quoque scribere, *qui Menelaus vocatur*. Nam ita Strabo Lib. I. pag. 68. *ἀφ' ȣ καὶ ὁ κατὰ τὴν Ἀρδανίαν λιμὴν, τὴν ὑπὲρ Παραιτονίȣ, Μενέλαος καλεῖται.* A quo etiam Lib. XVII. pag. 1195. vocatur λιμὴν *Μενέλαος*. Ab Herodoto Lib. IV. c. 169. appellatur *Μενελάϊος λιμήν*. Sed et ibi codices variant, et unus scribit *Μενέλεος*, duo *Μενέλαος*, ut in variantibus lectionibus est videre. Hic codicum nulla est varietas; aliter crederem, Nepotem scripsisse *Menelaus*. de portu ipso jam egit Lambinus. Ad hunc portum Agesilaus delatus est, *Χειμόνος ὄντος, ἤδη τῆς γῆς ἐχόμενος ταῖς ναυσί*. Plut. Agesil. pag. 618. qui hunc portum vocat *Χωρίον ἔρημον* in Africa. Diod. Sicul. Lib. XV. cap. 93. prope finem: *ἐπανιὼν εἰς τὴν πατρίδα διὰ Κυρήνης ἐτελεύτησε.*

*Decessit*] Octuagenario major. Plutarchus. *Ernstius*. [Omnes libri cum Gu. Ax. Ult. *in morbum implicitus*, ut supra 5, 3, 4. Unus Lambinus *i. m. implicatus*, ut 10, 1, 1. *utraque implicatus tyrannide Dionysiorum*, et 4, 4, 6. *tantisque implicatum rebus*, ubi hanc participii formam ex optimis libris Cornelio restituimus. Hos enim, quos solos in his rebus duces sequi oportet, si consulueris, Auctorem inter utramque formam ita distinxisse reperies, ut alteram (*implicitus*) de morbo, alteram (*implicatus*) de quacunque alia re usurparet.]

*Perferre possent*] Ms. Leid. *posset perferri*. Non improbo. Sic 18, 8, 4. *qua ad hibernacula advers. posset perveniri*. Bosius. Voss. A. semper cum adspiratione *Spartham*. Graece vero *Σπάρτη* dicitur.

*Quod mel non habebant*] Melle enim cadavera, quae servari vellent, condiebant, ut hic *Plutarchus* et *Plinius* 22, 24. auctor est. *Varro περὶ ταφῆς* apud

mel non habebant, cera circumfuderunt, atque ita domum retulerunt.

*Nonium:* *Heraclides Ponticus plus sapit*, *qui praecepit*, *ut comburerent*, *quam Democritus, qui, ut melle servarent.* Cera vero circumlinere Perfarum fuiffe, refert *Herodotus* 1. et *Cicero* 1. *Tuscul.* Plura, qui de funeralibus scripserunt, in his *Pet. Bellonius*, ac *Pet. Victorius* 10. *Var.* 6. *Jo. Kirchmannus* 1, 8. Schottus. adde *Marcell. Donatum dilucid. ad Livii* Lib. 40. *Bosius.*

*Cera circumfuderunt*] Sic et *Plutarchus.* Sed *Diodorus* ἐν μέλιτι deportatum scribit: credo, quod alioquin id obtineret inter Spartanos. Nam et Agesipoliden *Xenophon* 5. *Hist. Gr.* melle conditum et domum reportatum scribit. *Bosius.*

*Atque ita domum retul.*] Solos enim reges peregre mortuos Spartam referre licitum, auctore *Plutarcho.* Alias in patriam ossa relata. Propertius 3. eleg. 11.

*Neve aliquid de te flendum referatur in urna.*
*Sic redeunt, illis qui cecidere locis.*

Vide *Turnebum* 26, 23. et bis infra in *Eumene.* Schottus. V. ad Eumen. 4, 4.

FINIS TOMI PRIORIS.

## Im Verlage dieser Handlung sind ferner zu haben:

---

Auch eine Stimme über Volksmündigkeit. 8. 1819. 3 Gr.

Christmann, M. W. L., Nachrichten von der sogenannten romanichen Sprache in Graubündten. gr. 8. 819. 6 gGr.

— — — Versuch einer Metakritik der Weltverbesserung, oder ein Wort über Pestalozzi und Pestalozzismus. 8. 816. 9 gGr,

Kinder, die, in den Vogesen, oder merkwürdige Geschichte eines alten Elsässers aus den Schreckenszeiten Frankreichs. Aus dem Französischen, 2 Theile. Taschenformat. 819. 1 Rthlr.

Neuffer, C. L., Günther, oder Schicksal und Gemüth. Ein episches Gedicht in sechs Gesängen, mit einem Titelkupfer und gestochenem Titel, 8. 816.
Post-Velin-Druckpapier 1 Rthlr. 16 gGr.
Weiss Druckpapier 1 Rthlr.

— — — des Kajus Krispus Sallustius Werke, enthaltend den Jugurtha und Katilina, wie auch die zwo Episteln an Cäsar. Nebst einem Anhang der vier katilinarischen Reden von Cicero. Aus den Urschriften neu verdeutscht. gr. 8. 820.
Postpapier 1 Rthlr. 14 gGr.
Druckpapier 1 Rthlr. 8 gGr.

— — — der Tag auf dem Lande. Eine Idylle in zehen Gesängen, vollendete Ausgabe, 8. 816.
Schreibpapier 1 Rthlr.
Druckpapier 20 gGr.

— — — Uebersetzung der Aeneis von Virgil im Versmaas der Urschrift, zwey Bände mit zwey prächtigen Kupfern. gr. 8. 816. 3 Rthlr.

Pfaff, M. K. Geschichte Wirtenbergs in zwey Bänden, mit einer historisch - geographischen Karte von Wirtenberg, von Ernst Knittel gestochen gr. 8. 818—819. 4 Rthlr. 8 gGr.

Thalia, nordteutsche, enthaltend eine Sammlung der auserlesensten Gesänge teutscher Dichter zur Beförderung wahren Frohsinns in Zirkeln der Freundschaft und Vertraulichkeit, zweyte vermehrte und verbesserte Auflage. Taschenformat. 819. 1 Rthlr. 12 gGr.

Versuch einer kritischen Prüfung, um dem Aemilius Probus das allgemein für ein Werk des Cornelius Nepos gehaltene Buch: „De vita Excellentium Imperatorum" wieder zuzustellen. Von Wilhelm Friedrich Rink aus dem Badischen. Aus dem Italienischen übersezt von M. Dietrich Hermann, Stadtpfarrer in Ulm 8. 819. 10 gGr.

Wagemann, D. von, die Aphorismen des Hippocrates. Nach dem lateinischen Texte des Nicolaus Leonicenus; ganz neu und frey in teutschen Jamben übersezt, und mit einer kurzen, eigens hierüber verfassten physiologisch - praktischen Erklärung in Prosa versehen. Zum nüzlichen Gebrauche nicht nur für Aerzte, sondern für alle gebildete Menschen. 2 Theile. 12. 818.

Erster Theil . . . . . . . . 16 gGr.

Wyatt, Tragödie in vier Akten von H. König. 8. 818.

Postpapier . . . . . . . . 16 gGr.

Druckpapier . . . . . . . . 14 gGr.

Griesinger, Dr. L. F., De Servitute luminum et ne luminibus officiatur, cum duplici appendice de Servitute prospectus et fenestrae, liber singularis, quo nova ratione Sevitutes hae explicantur, variaque juris civilis loca exponuntur, illustrantur, vindicantur. gr. 8. 819. 1 Rthlr. 14 gGr.



